A *sumus*, in duo scindens, id quod intelligitur in unam rursus Deitatem constringit.

ALIUD.

Si Filius est incommutabilis Patris imago, adeo ut Pater in Filio appareat, sicut scriptum est: « Qui videt me, videt et Patrem [6], » necesse omnino fuerit confiteri, non esse factum eum qui ex non facto Patre procedit. Quo pacto enim in facto appareat id quod factum non est? Nam si archetypum in imagine appareat, oportet ut hæc similis sit illi. Opportune itaque dici posset etiam Patrem factum esse, ad quem imago formata est. At cum hoc absurdum sit, erit omnino imago non facti similiter non facta.

ALIUD.

B Beatus ille Moyses creationem hominis enarrans inducit Deum dicentem: « Faciamus hominem secundum imaginem et similitudinem nostram [7]. » Cum vero dicit, *nostram*, rursus dualitas significatur: cum alioqui etiam adsit, et deitati annumeretur Spiritus sanctus. Si ergo in uno homine una atque eadem Patris et Filii imago apparet, in nullo certe inter se dissimiles sunt. Dissimile autem est facto id quod **13** factum non est. Non est ergo factus Filius, ne dissimilis Patri inveniatur.

ALIUD.

Pater in sacra Scriptura omnium imperator et Dominus dicitur; sed non ita ut Filius unum quid sit eorum, quæ ipsius imperio et dominationi subjecta C sunt, eam ob causam quod Pater omnibus imperet et dominetur; imperat enim et dominatur omnibus cum Patre, ipseque etiam omnipotens est et Dominus. Quemadmodum igitur in istis non veluti unus aliquis ex universis censetur Filius, sed horum verborum vis tantum res creatas complectitur, ita etiam in non facto, non ad Filium, sed ad creaturas comparatio fertur, tametsi unum dicatur non factum: quoniam præter unum Deum omnia facta sunt.

Quod melius atque dignius sit Deum vocari Patrem, quam ingenitum.

Patris nomen notitiam filii necessario secum inducit. Nomina enim hujusmodi sese mutuo declarant. *Ingeniti* vero nomen ex eo quod Deus factus non est, nos in eorum quæ facta sunt, recordationem vicissim adducit. Necessaria autem est iis qui recta fide præditi esse velint sanctæ Trinitatis cognitio. Si ergo is qui Patrem nominat respicit Filium per quem Pater est; qui vero ingenitum sive increatum appellat, creata videt, quibus merito increatus opponitur: certe multo satius est Patris appellationem inde sumi, unde Filii cognitio gignatur, quam inde, unde creaturarum notitia inducatur quæ ad cognitionem Trinitatis nihil plane conducit. Et quidem qui Patrem dicit, ex eo quod est, nominat Deum: qui vero ingenitum, ab eo quod non est: est enim Pater Filii, creatus vero non est. Quod autem potius ex eo quod est, quam quod non

[6] Joan. XIV, 9. [7] Gen. II, 26.

Digitized by Google

est, Dei appellatio sit sumenda, inde cuivis perspicuum fuerit. Si quis enim illam ineffabilem incomprehensibilemque naturam vocet Deum, ab eo quod est recte nominat, et cum Deum dixit, illam naturam significavit. Si quis vero ab eo quod non est eum nominare voluerit, innocentem vel indepravatum eum appellans, eo quod nihil mali vel pravi in ea sit, vere quidem dixerit, sed non omnino Deum significabit. Sunt enim etiam inter homines nonnulli, mali et pravitatis expertes. Ejusmodi vero etiam sanctos angelos esse credimus. Verius itaque magisque proprie ab iis quæ est, quam ab iis quæ non est, significabitur.

A Εἴ τις γὰρ ἐκείνην τὴν ἄφραστον καὶ ἀκατάληπτον φύσιν καλοίη Θεὸν, ἀφ' ὧν ἔστιν ὀνομάζει καλῶς, καὶ Θεὸν εἰπὼν, πάντως ἐκείνην ἐσήμηνεν· εἰ δέ τις ἀφ' ὧν οὐκ ἔστιν ἐπιχειροίη σημαίνειν αὐτὴν, ἄκακον καὶ ἀπόνηρον λέγων διὰ τὸ μὴ κακίαν ἢ πονηρίαν ἐν αὐτῇ εἶναι, ἀληθεύσει μὲν, ἀλλ' οὐ πάντως μηνύει τὸν Θεόν· εἰσὶ γὰρ καὶ ἐν ἀνθρώποις ἄκακοι καὶ ἀπόνηροι. Τοιούτους δὲ εἶναι πιστεύομεν καὶ τοὺς ἁγίους ἀγγέλους. Οὐκοῦν ἀφ' ὧν ἔστιν, ἢ ἀφ' ὧν οὐκ ἔστιν, ἀληθέστερον καὶ οἰκειότερον σημανθήσεται.

14 ALIUD.

Beatus David psallit et ad Filium dicit: « Propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo exsultationis præ participibus tuis [9]. » Si ergo diversum est quod participat ab eo quod participatur: aliud enim in alio intelligendum est: particeps autem fit creatura Filii, diversus profecto fuerit a creatura quæ sui particeps fit. Quocirca neque creatus. Si vero non est diversus ab illa Filius, neque secundum naturam ab ea distinctus, quis est usus participationis? vel quomodo quis particeps fiat ejus quod ipsemet est?

B

ΑΛΛΟ.

Ὁ μακάριος Δαβὶδ ψάλλει, καὶ φησι πρὸς τὸν Υἱόν· « Διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ Θεὸς, ὁ Θεός σου ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου. » Εἰ τοίνυν ἕτερόν τί ἐστι τὸ μετέχον παρὰ τὸ μετεχόμενον· ἄλλο γὰρ ἐν ἄλλῳ νοεῖσθαι χρή· μετέχει δὲ ἡ κτίσις τοῦ Υἱοῦ, ἕτερος ἂν εἴη παρὰ τὴν μετέχουσαν αὐτοῦ κτίσιν· οὐκοῦν οὐδὲ γενητός. Εἰ δὲ οὐκ ἔστιν ἕτερος παρ' ἐκείνην ὁ Υἱὸς, καὶ κατὰ φύσιν αὐτῆς διῃρημένος, τίς ἡ χρεία τῆς μετοχῆς; ἢ πῶς ἂν τις μετάσχοι τοῦ ὅπερ ἐστὶν αὐτός;

ASSERTIO II.

Quod ingenitum non sit substantia, sed substantiæ significativum.

Ingenitum quasi principium et causa et intelligitur et est. Nullum autem principium, in quantum principium est, simile aliquid sibiipsi aut dissimile significat. At vero vox hæc, *ingenitum*, significat id quod creatum est, dissimile sibi esse; est enim hoc ei oppositum. Non est igitur ingenitum substantia, sed substantiam cui opponitur non ita se habere significat.

C

ΛΟΓΟΣ Β'.

Ὅτι τὸ ἀγέννητον οὐκ οὐσία, ἀλλ' οὐσίας σημαντικόν.

Τὸ ἀγένητον ὡς ἀρχὴ καὶ αἴτιον νοεῖταί τε καὶ ἔστιν. Οὐδεμία δὲ ἀρχὴ, καθὸ ἀρχή ἐστιν, ὁμοίον τι ἑαυτῇ ἢ ἀνόμοιον σημαίνει. Ἡ δὲ ἀγέννητος φωνὴ σημαίνει τὸ γενητὸν ἀνόμοιον ὑπάρχον αὐτῷ· τοῦτο γὰρ τὸ ἀντικείμενον. Οὐκ ἄρα τὸ ἀγένητον οὐσία, ἀλλὰ τοῦ μὴ τοιῶσδε εἶναι τὴν οὐσίαν, καθ' ἣς ἂν τάττοιτο τὸ σημαντικόν.

ALIUD.

Quod quidem ingenitum substantia non sit, jam ostensum est. Sed dicet forsitan aliquis, substantiam quidem non esse, sed differentiam. Cæterum etiam hoc absurde dicere ostendetur. Si enim omnis differentia circa substantias fit, quærenda est substantia, cujus differentia sit ingenitum. Exempli gratia, definias animal hoc pacto: substantia animata sensu prædita. Circa hanc substantiam differentia fit. Aliud enim animal rationale est, mortale, intelligentiæ et scientiæ capax, ut homo. Aliud animal irrationale, ut equus. Præsupposita itaque substantia, differentiæ postea constituuntur. Si ergo ingenitum differentia est, quæratur etiam substantia, cujus erit differentia. Absurdum enim est differentiam substantiæ rationem obtinere.

D

ΑΛΛΟ.

Ὅτι μὲν οὐκ οὐσία τὸ ἀγένητον, ἤδη δέδεικται. Ἀλλ' ἐρεῖ τις τυχὸν, οὐσίαν μὲν οὐκ εἶναι, διαφορὰν δέ· ἀμαθῶς δὲ καὶ τοῦτο λέγων ἐλεγχθήσεται. Εἰ γὰρ πᾶσα διαφορὰ περὶ τὰς οὐσίας γίνεται, ζητεῖν ἀνάγκης ἂν εἴη τὴν οὐσίαν, ἧς ἔσται διαφορὰ τὸ ἀγένητον. Οἷον φέρε εἰπεῖν, ὁρίζεται ζῶον τῷ τοιῷδε λόγῳ· Οὐσία ἔμψυχος αἰσθητική. Περὶ ταύτην τὴν οὐσίαν ἡ διαφορὰ γίνεται. Τὸ μὲν γάρ ἐστι ζῶον λογικὸν, θνητὸν, νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικὸν, οἷον ὁ ἄνθρωπος· τὸ δὲ ζῶον ἄλογον, οἷον ἵππος. Οὐκοῦν, προϋποκειμένης τῆς οὐσίας, αἱ διαφοραὶ προσεπινοοῦνται. Εἰ τοίνυν διαφορὰ τὸ ἀγένητον, ζητείσθω καὶ ἡ οὐσία, τίνος ἔσται διαφορά· ἀμήχανον γὰρ οὐσίας φορέσαι λόγον τὴν διαφοράν.

ALIUD.

Si ingenitum substantia est, neque significativum quod id de quo dicitur genitum non sit, quomodo Filius dissimilis erit Patri, cum ex ipso genitus sit? Nam si hæc nomina nullum inter se discrimen

ΑΛΛΟ.

Εἰ τὸ ἀγένητον οὐσία, καὶ οὐ τοῦ μὴ γενηθῆναι σημαντικόν ἐστι, κατά τίνα τρόπον ὁ Υἱὸς ἀνόμοιος ἔσται τῷ Πατρὶ, γεννητῶς ὑπάρχων ἐξ αὐτοῦ; Εἰ γὰρ μή τινα διαφορεῖ τὰ ὀνόματα πρὸς ἄλληλα τὴν ἀντι-

[9] Psal. XLIV, 9.

Digitized by Google

διαστολήν, μηδὲ ἀλλήλοις μάχεται κατὰ τὸ ἐξ ἀμφοῖν σημαινόμενον, οὐδὲν κωλύσει κατ' οὐσίαν ὅμοιον εἶναι τῷ Πατρὶ τὸν Υἱόν· καὶ τοῦ ἀγενήτου εἰς οὐσίαν λαμβανομένου, ὁμοίως δὲ καὶ τοῦ γενητοῦ. Οὐσία γὰρ ὡς πρὸς οὐσίαν, οὐκ ἔσται ἐναντία, καθὸ οὐσίαι ἀμφότεραι.

A habent, neque inter se pugnant, juxta utriusque significationem nihil obstabit quominus similis **15** secundum substantiam Patri sit Filius. Et, si ingenitum pro substantia capitur, similiter et genitum. Nam substantia, ut ad substantiam collata, non est contraria, in quantum utraque substantia est.

ΑΛΛΟ.

Εἰ πᾶν ἀγένητον παντὶ γενητῷ ἀνόμοιον, ἀληθεύσει τις λέγων, ὅτι καὶ πᾶν γενητὸν παντὶ γεννητῷ ὅμοιον. Γεννητὸς δὲ ὑπάρχων ὁ Υἱὸς, οὐδεμίαν ἔχει τὴν ὁμοιότητα πρὸς τὰ ὄντα γεννητῶς· ἔστι γὰρ ὑπὲρ πᾶσαν τὴν κτίσιν. Οὐκ ἄρα διὰ τὸ ἀγένητον εἶναι τὸν Πατέρα, ἀνόμοιος ἔσται κατὰ φύσιν αὐτῷ, γεννητῶς ὑπάρχων ἐξ αὐτοῦ Υἱός. Ὥσπερ γὰρ τὴν πρὸς τὰ γενητὰ γεννητὸς ὑπάρχων ἀναβέβηκεν ὁμοίωσιν· B οὕτω τῆς πρὸς τὸ ἀγένητον ἐμφερείας οὐ καταβήσεται, κἂν ὑπάρχῃ γεννητός.

ALIUD.

Si omne ingenitum omni genito dissimile est, vere quispiam dixerit, etiam omne genitum omni genito simile esse. Cum vero Filius genitus sit, nullam tamen habet similitudinem cum creatis : est enim omni creatura superior. Non igitur quia ingenitus est Pater, dissimilis ei secundum naturam erit, qui ex ipso genitus est Filius. Quemadmodum enim ipse, genitus cum sit, omnem cum creatis similitudinem excedit : ita etiam non erit expers similitudinis cum ingenito, tametsi genitus sit.

Ἀνθυποφορὰ ὡς ἐκ τῶν αἱρετικῶν.

Τὸ ἀγένητον, φασὶν, ἐπὶ Θεοῦ, οὐσίαν εἶναί φαμεν· καὶ ἔσται τὸ ὄνομα ὁρικὸν, ὥσπερ ἂν εἴ τις ὁρίσαιτο καὶ τὴν οὐσίαν τοῦ ἀνθρώπου λέγων· Ζῶον λογικὸν, θνητὸν, νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικόν.

Objectio tanquam ex dictis hæreticorum.

At ingenitum, inquiunt, in Deo, substantiam esse asserimus. Et erit nomen definitivum ; veluti si quis definiat etiam substantiam hominis dicens : Animal rationale, mortale, intelligentiæ atque scientiæ capax.

Πρὸς τοῦτο λύσις.

Ἀμαθῶς καὶ τοῦτο προτείνοντες ἐλεγχθήσονται· εἰ γὰρ ὁρικὸν εἶναι βούλεσθε τὸ *ἀγένητος* ὄνομα, ἐκ γένους ἔστω καὶ διαφορᾶς, ἤτοι διαφορῶν· χωρὶς γὰρ τούτων ὅρος οὐκ ἂν γένοιτό ποτε. Τὸ δὲ τοιοῦτον ἀγένητον, εἰς οὐδὲν οὐσίας ὑπάρχον γένος, ὅρος οὐκ C ἂν εἶναι δύναιτο· πρὸς δέ γε τούτῳ, τὰ γένη φιλοσόφως ὁριζόμενα παρ' ἐκείνων ὁρῶμεν, οὐκ ἐν μιᾷ λέξει καὶ μόνῃ, ἀλλ' ἐν πλείοσιν· ὡς τὸ οὐσία ἔμψυχος αἰσθητικὴ, ἢ ζῶον λογικὸν θνητόν. Καὶ εἰ ἑνὸς ὀνόματος ἀπόφασις οὐκ ἐξαρκέσει πρὸς οὐσίας δήλωσιν, οὐκ ἄρα ὁρικὸν τὸ *ἀγένητος*.

Solutio.

Inepte etiam hoc objicere ostendentur. Nam si vocem hanc, *ingenitum*, definitivam esse vultis, ex genere erit atque differentia vel differentiis : neque enim sine his definitio unquam constare potest. Ingenitum itaque cum in nullo substantiæ genere collocari possit, definitio esse non potest. Ad hæc, genera a philosophis non in una ac sola dictione, sed in pluribus definita videmus, ut substantia animata sensitiva, vel animal rationale, mortale. Et si unius nominis negatio non sufficit ad substantiæ explicationem, non erit certe ingeniti nomen definitio.

ΑΛΛΟ.

Εἰ πᾶς ὅρος τὸ τί ἐστι κατὰ φύσιν τῶν σημαινομένων ἕκαστον εἰσφέρει, καὶ οὐχὶ τί οὐκ ἔστιν· ἡ δὲ *ἀγένητος* φωνὴ, οὐ τί ἐστιν ὁ Θεὸς, ἀλλὰ τί οὐκ ἔστι δηλοῖ (ὅτι γὰρ οὐκ ἐγενήθη, διὰ τοῦτο ἀγένητος)· οὐκ ἂν εἴη ὅρος τὸ *ἀγένητος* ὄνομα.

ALIUD.

Si omnis definitio cujuscunque vocis quid sit, quod proponitur, non quid non sit, explicat, ingeniti autem vox non quid sit Deus, sed quid non sit explicat (quia enim genitus non est, ideo ingenitus dicitur) : ingeniti nomen definitio esse non potest.

ΑΛΛΟ. D

Τῶν οὐσιῶν τοὺς ὅρους ἢ φέρε εἰπεῖν τῶν συμβεβηκότων, οἱ περὶ ταῦτα σοφοὶ, οὐκ ἐκ τῶν ἀντικειμένων γίνεσθαι βούλονται, ἀλλ' ἐξ ὧν εἰσιν ὁμολογουμένως· οἷον ὥσπερ εἴ τις εἰπεῖν ἀπαιτούμενος τί ἐστι λευκὸν, ἀποκρίναιτο τὸ μὴ μέλαν. Τοῦτο γὰρ οὐ τί ἐστι τὸ ὁριζόμενον, ἀλλὰ τί οὐκ ἔστι δηλοῖ. Εἰ τοίνυν ἡ *ἀγένητος* φωνὴ τὸ μὴ γεγενῆσθαι σημαίνει, ἐκ τῶν ἀντικειμένων ἔχει τὴν δήλωσιν, ὑγιὴς δὲ ὅρος οὐκ ἂν γένοιτο διὰ τῶν τοιούτων. Οὐκ ἄρα ὅρος τὸ ἀγένητον.

ALIUD.

Substantiarum atque adeo accidentium definitiones philosophi non a contrariis peti volunt, sed ex iis e quibus revera constant : **16** veluti si quis rogatus quid sit album, respondeat, id quod nigrum non est. Id enim non quid est, sed quid non est id quod definitur ostendit. Si ergo vox *ingeniti*, non esse genitum declarat, ex contrariis suam declarationem sumit : recta vero definitio nunquam ex iis constat. Non est ergo nomen ingeniti definitio.

ΑΛΛΟ.

Ἡ *ἀγένητος* φωνὴ τῶν πολλαχῶς λεγομένων νοῖτο κυρίως, καὶ ἐν τοῖς ὁμωνύμοις εὐλόγως ἂν

ALIUD.

Vox *ingeniti* ex iis est quæ variis modis intelligi possunt, meritoque inter æquivocas numerari

Digitized by Google

debet. Si ergo substantiarum definitiones non constant ex æquivocis, neque ex terminis varias significationes habentibus (neque enim id quod definitur explicabitur, si ex iis constet), *ingeniti* vero vox, ut modo diximus, æquivoca est : certe ingenitum definitio esse non potest.

A κατατάττοιτο. Εἰ τοίνυν οἱ τῶν οὐσιῶν ὅροι οὐκ ἐκ τῶν ὁμωνύμων, οὐδ' ἐκ τῶν πολλαχῶς νοουμένων λαμβάνονται (οὐδὲ γὰρ ἔσται σαφὲς τὸ ὁριζόμενον, εἰ ἐκ τούτων λαμβάνοιτο), ἡ δὲ ἀγέννητος φωνὴ, καθάπερ ἤδη προείπομεν, τῶν ὁμωνύμων ἐστὶν, οὐκ ἂν εἴη ὅρος τὸ ἀγέννητον.

ALIUD.

Si nomen sive vox *ingeniti*, definitio est, suscipiet profecto juxta rationem definitionum, conversionem. Veluti si quis hominem definiens, dicat esse animal rationale, mortale, intelligentiæ et scientiæ capax; poterit hoc ipsum rursus convertere, dicens : Si quod animal est rationale, mortale, intelligentiæ et scientiæ capax, id omnino etiam homo est. Quapropter si ingenitum (sicut modo diximus) B definitio est, ne recuset conversionem. Si enim ingenitum substantia est : substantia etiam est ingenitum, sed non convertitur. Neque enim omnis substantia in universum etiam ingenita est; soli enim Deo hoc peculiare est. Non est ergo nomen ingeniti definitio : sed tantum non esse genitum significat.

ΑΛΛΟ.

Εἰ ὅρος ἐστὶ τὸ *ἀγέννητος* ὄνομα ἤτοι φωνὴ, δέξεται δηλονότι κατὰ τὸ τῶν ὅρων σχῆμα τὴν ἀντιστροφήν· ὥσπερ εἴ τις τὸν ἄνθρωπον ὁρίζων, ὡς εἴη ζῶον λογικὸν, θνητὸν, νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικὸν, ἀντιστρέφων πάλιν αὐτὸ λέγοι· Εἴ τις ζῶον λογικὸν, θνητὸν, νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικὸν, τοῦτο πάντως καὶ ἄνθρωπος. Εἰ τοίνυν τὸ ἀγέννητον, καθάπερ ἤδη προείπομεν, ὅρος ἐστὶ, μὴ παραιτείσθω τὴν ἀντιστροφήν· εἰ γὰρ τὸ ἀγέννητον οὐσία, καὶ ἡ οὐσία ἀγέννητον· ἀλλ' οὐκ ἀντιστρέφει. Οὐ γὰρ πᾶσα οὐσία πάντως ἐστὶ καὶ ἀγέννητος· μόνῳ δὲ Θεῷ κατ' ἐξαίρετον τοῦτό ἐστιν. Ὅρος οὖν οὐκ ἂν εἴη τὸ ἀγέννητον· ἀλλ' ὅτι μὴ γεγένηται μόνον σημαίνει.

ASSERTIO III.

ΛΟΓΟΣ Γ'.

Refutatio ad verbum, quod ingenitum non sit substantia, sed tantum significet Deum genitum non esse.

Ἀπολογία αὐτολεξεί, ὅτι μὴ τὸ ἀγέννητον οὐσία, μόνον δὲ τοῦ μὴ γεγονέναι τὸν Θεὸν, σημαντικόν.

Si ingenitum substantia est, et substantiæ nihil est contrarium, nihil erit ingenito contrarium. Si vero contrarium est ingenito genitum, substantiæ autem nihil contrarium, ingenitum non erit C substantia.

Εἰ τὸ ἀγέννητον οὐσία, τῇ δὲ οὐσίᾳ οὐδὲν ἐναντίον, οὐδὲν ἄρα ἔσται τῷ ἀγενήτῳ ἐναντίον. Εἰ δέ ἐστιν ἐναντίον τῷ ἀγενήτῳ τὸ γενητὸν, τῇ δὲ οὐσίᾳ οὐδὲν ἐναντίον, τὸ ἀγέννητον οὐκ ἔσται οὐσία.

17 ALIUD.

Si ingenitum est substantia, necessario etiam genitum erit substantia : si vero utrumque est substantia, non erit contrarium ingenito genitum, sed idem. Neque enim substantia substantiæ contraria est.

ΑΛΛΟ.

Εἰ τὸ ἀγέννητον οὐσία, ἐξ ἀνάγκης ἔσται καὶ τὸ γενητὸν οὐσία· εἰ δὲ οὐσία ἑκάτερα, οὐκ ἔσται ἐναντίον τῷ ἀγενήτῳ τὸ γενητὸν, ἀλλὰ ταυτόν. Οὐ γὰρ ἐναντίον οὐσία πρὸς οὐσίαν.

ALIUD.

Si ingenitum substantiam Dei significat, non vero notat substantiam genitam non esse, genitum quoque similiter substantiam significabit, nec genitum esse notabit. Cum autem utrumque substantiam significet, unde cognoscet quis alteram quidem gignentem, alteram genitam, cum nomina nihil D significent nisi substantiam?

ΑΛΛΟ.

Εἰ τὸ ἀγέννητον οὐσίαν Θεοῦ σημαίνει, ἀλλ' οὐ τὸ μὴ γενέσθαι τὴν οὐσίαν, καὶ τὸ γενητὸν εἰκότως οὐσίαν, ἀλλ' οὐ τὸ γενέσθαι. Οὐσίαν δὲ σημαινόντων ἑκατέρων, πόθεν γνῷ τις τὴν μὲν ποιοῦσαν, τὴν δὲ γινομένην, ἅπαξ τῶν ὀνομάτων οὐδὲν δηλούντων, ἀλλ' ἢ μόνον οὐσίαν;

ALIUD.

Si ingenitum substantia est, substantia autem de omnibus univoce dicitur : ingenitum de omnibus substantiis dicetur, aut de omnibus quæ sub ipsis sunt. Si vero ingenitum de omnibus non prædicatur, substantia autem de omnibus, quo pacto unum fuerint substantia et ingenitum?

ΑΛΛΟ.

Εἰ τὸ ἀγέννητον οὐσία· ἡ δὲ οὐσία ἐπὶ πάντων συνωνύμως λέγεται· τὸ ἀγέννητον ἐπὶ πασῶν τῶν οὐσιῶν λεχθήσεται, ἢ ἐπὶ πάντων τῶν ὑπ' αὐταῖς. Εἰ δὲ τὸ ἀγέννητον ἐπὶ πάντων οὐ κατηγορεῖται, ἡ δὲ οὐσία ἐπὶ πάντων, πῶς ταυτὸν οὐσία καὶ ἀγέννητον·

ALIUD.

Si ingenitum substantia est, in substantia vero non cadit magis et minus, non erit hac ratione magis ingenitum, sed neque minus quid. Si autem omnia excedit ingenitum, nequaquam vero etiam

ΑΛΛΟ.

Εἰ τὸ ἀγέννητον οὐσία, οὐσία δὲ οὐσίας οὐκ ἔστι μᾶλλον καὶ ἧττον, οὐκ ἔσται κατὰ τοῦτο μᾶλλον τὸ ἀγέννητον, ἀλλ' οὐδὲ ἧττόν τι αὐτοῦ. Εἰ δὲ πάντων μὲν ὑπερέχει τὸ ἀγέννητον, οὐκέτι δὲ καὶ ἡ οὐσία·

Digitized by Google

εἰ δὲ μή, πάντα πάντων ὑπερέξει· οὐκ ἄρα ἔσται τὸ ἀγένητον οὐσία.

ΑΛΛΟ.

Εἰ τὸ ἀγένητον οὐσίαν Θεοῦ σημαίνει, ἀλλ' οὐ τὸ μὴ γενέσθαι, ὀνομάτων αὐτῷ ἑτέρων χρεία τῶν δυναμένων δεῖξαι, τὸ μὴ ἔκ τινος αἰτίου γενέσθαι τὸν Θεόν. Ἅπαξ γὰρ τὸ ἀγένητον τοῦ Θεοῦ οὐδὲν σημαίνει, ἀλλ' ἢ μόνον οὐσίαν Θεοῦ.

ΑΛΛΟ.

Εἰ ἡ οὐσία τοῦ Θεοῦ ἕν τί ἐστιν, ἀλλ' οὐ πολλὰ τῷ ἀριθμῷ, τὸ δὲ ἀγένητον, καὶ ἀβασίλευτον, καὶ τὰ λοιπὰ, πολλὰ, ἀλλ' οὐχ ἓν τῷ ἀριθμῷ· οὐκ ἔσται ἄρα ταυτὸν ἡ οὐσία τῷ ἀγενήτῳ καὶ ἀβασιλεύτῳ, ὡς οὐδὲ τὸ ἓν τοῖς πολλοῖς.

ΑΛΛΟ.

Εἰ τὸ ἀγένητον, καὶ τὸ γενητὸν, καὶ τὰ λοιπὰ, οὐσία Θεοῦ, ἕτερα δέ εἰσι ταῦτα ταῖς φωναῖς, ἀνάγκη τὴν οὐσίαν ἐκείνην οὕτω συγκεῖσθαι κατὰ τὰς διαφόρους φωνάς· ἵν' οἰκείως αἱ φωναὶ κατ' αὐτῆς λέγωνται· ἢ μὴ συγκειμένης αὐτῆς, ἀκόλουθον εἶναι ταῦτα τῶν προσόντων τῇ οὐσίᾳ σημαντικὰ, ἀλλ' οὐ καθ' αὐτὰ οὐσίας.

ΑΛΛΟ.

Εἰ ἡ οὐσία τοῦ Θεοῦ οὐ διά τι λέγεται (ἔστι γὰρ δι' οὐδέν), ἡ δὲ ἀγέννητος φωνὴ, διά τὸ πάντων αὐτὸν εἶναι κρείττω καὶ ὑπερέχειν· οὐκ ἔσται ἄρα ταυτὸν ἡ μὴ διά τι λεγομένη τῷ δι' αἰτίαν λεγομένῳ.

ΑΛΛΟ.

Εἰ τὸ ἀγένητον πρὸς τὴν ἀγενησίαν ἔχει τὴν ἀναφοράν, ἡ δὲ οὐσία τοῦ Θεοῦ πρὸς οὐδὲν ἔχει τὴν σχέσιν, πῶς ταυτὸν ἔσται τὸ πρός τί πως ἔχον τῇ πρὸς μηδὲν ἐχούσῃ οὐσίᾳ;

ΑΛΛΟ.

Εἰ τῇ τοῦ Θεοῦ οὐσίᾳ οὐδὲν ἀντιδιαστέλλεται, τῷ δὲ ἀγενήτῳ ἀντιδιαστέλλεται τὸ γενητὸν, πῶς οἷόν τε εἶναι ταυτὸν οὐσίαν καὶ ἀγένητον;

ΑΛΛΟ.

Εἰ πᾶσα οὐσία ῥηθεῖσα θατέρα πρὸς θατέραν, οὐ δηλοῖ τὴν ἑαυτῆς ὑπεροχὴν, μὴ συμπαραληφθέντος τοῦ τῆς ὑπεροχῆς ὀνόματος, ῥηθὲν δὲ τὸ ἀγένητον εὐθὺς ἐμφαίνει διαφοράν, πῶς οὐχὶ οἱ λέγοντες, Ταυτὸν οὐσία καὶ ἀγένητον, ἀφρονέστατοι;

ΑΛΛΟ.

Εἰ τὸ ἀγένητον οὐσία, ἔσται πᾶσα οὐσία ἀγένητον, ὅπερ ἀσεβές.

ΑΛΛΟ.

Εἰ τὸ ἀγένητον οὐσία, ἴδιον δὲ οὐσίας τἀναντία δέχεσθαι, τῶν ἐναντίων ἐπιδεκτικὸν ἔσται τὸ ἀγένητον. Εἰ δὲ ἴδιον μὲν τοῦτο οὐσίας (τῷ γὰρ μὴ δημιουργεῖν τὸ δημιουργεῖν ἀντίκειται, οὐκέτι δὲ καὶ τῷ

A substantia: alioqui omnia præstabunt omnibus: certe ingenitum substantia non erit.

ALIUD.

Si ingenitum substantiam Dei significat, non autem quod genitus non sit, aliis nominibus opus erit quæ habeant vim declarandi Deum ex alia causa sive origine genitum non esse. Ingenitum enim Dei nihil omnino significat, sed tantum substantiam Dei.

ALIUD.

Si substantia Dei unum aliquid est, non autem multa numero; ingenitum vero, et ἀβασίλευτον (id est, nullius imperio subditum), et alia ejus generis, sunt multa, neque unum numero: non erit utique B idem substantia cum ingenito et nullius imperio subdito, sicut nec unum cum multis.'

ALIUD.

Si ingenitum et genitum, et cætera, sunt substantia Dei, diversa vero sunt hæc vocabulis ipsis, necesse est substantiam illam ita compositam esse secundum differentia vocabula, ut proprie de ipsa dici possint: aut si composita ipsa non sit, consequens est illa non per se substantiam, sed quæ substantiæ accidunt significare.

18 ALIUD.

Si substantia Dei non aliqua ex causa dicitur (ex nulla enim causa est), vox autem *ingeniti* ea de causa dicitur quod omnibus antecellat et præstet: non C erit idem id quod nulla ex causa dicitur, cum eo quod aliqua ex causa dicitur.

ALIUD.

Si ingenitum relationem habet ad ἀγενησίαν, substantia vero Dei nullam ad aliquid relationem suscipit: quo pacto idem erit, id quod ad aliquid refertur cum substantia in quam relatio ad aliquid non cadit?

ALIUD.

Si Dei substantiæ nihil opponitur, ingenito autem opponitur genitum: quomodo idem esse possit substantia et ingenitum?

ALIUD.

Si omnis substantia nominata altera ad alteram, D suam ipsius præstantiam non declarat, nisi nomen ipsum præstantiæ adjiciatur, ingenitum vero simul atque nominatur differentiam declarat: quo pacto non dementes judicandi sunt, qui idem esse dicunt substantiam et ingenitum?

ALIUD.

Si ingenitum substantia est, erit etiam omnis substantia ingenitum, quod impium est.

ALIUD.

Si ingenitum substantia est, proprium autem substantiæ suscipere contraria, ingenitum etiam contraria suscipiet. Si vero hoc quidem proprium est substantiæ (creare enim opponitur non creare, non

Digitized by Google

autem ingenito, neque enim contigit ei genitum esse), certe ingenitum non erit substantia.

ALIUD.

Si substantiam dicentes de Deo philosophorum sententiam sequuntur, proprium erit Deo contraria suscipere. Si vero esse Deum significare volentes substantiæ vocabulo perinde atque nos utuntur, substantia vero et ingenitum idem sunt: reliquum erit vocem ingeniti essentiam Dei significare, sed non ipsum substantia.

ALIUD.

Si quidquid est sub genere et specie absque accidentibus, hoc proprie substantia est, Deus vero sub nullo horum est: non igitur proprie Deus substantia dicitur. Si autem ingenitum proprie de Deo dicitur (neque enim genitus est), non autem 19 substantia, quo pacto idem fuerit id quod proprie cum eo quod abusive dicitur?

ALIUD.

Si maxime propria et prima significatione substantia dicta est, quod omnibus accidentibus subjecta sit, nullum vero est accidens cui subjectus sit Deus: certe neque substantia proprie dici potest de Deo. Est enim omni substantia superior. Si vero ingenitum proprie de eo dicitur (genitus enim non est), substantia autem nequaquam: non est idem substantia et ingenitum.

ALIUD.

Si ingenitum, et ἀβασίλευτον (id est, nullius imperio subditum), et reliqua, comparative substantias signant atque ostendunt, at vero signans non est idem cum signato: non erit utique idem substantia et ingenitum, quemadmodum neque significatum cum significante.

ALIUD.

Si ingenitum non ex eo quod genitum non sit, sed quod sit substantia Dei, dictum est: et unaquæque etiam substantia erit ingenitum. Si vero multæ quidem sunt substantiæ, ingeniti vero non item: non utique ingenitum significat substantiam, sed substantiæ præstantiam.

ALIUD.

Si in Deo tantum ingenitum, ut aiunt, substantia est, fuerit etiam definitio ejus, cujus solummodo proprium est ingenitum. Si vero nulla est definitio cui subjiciatur substantia Dei, ne nomen quidem proprium est de Deo ingenitum, ut nihil aliud vox ipsa repræsentet præterquam solam Dei essentiam.

ASSERTIO IV.

Adversus eos qui dicere non verentur: Erat aliquando quando non erat Filius. Afferuntur syllogismi et argumentorum demonstrationes, cum testimoniis Scripturæ: ex quibus omnibus efficitur quod Verbum Dei sit æternum.

Imperite dicunt hostes Dei de Filio, quod erat

A ἀγενήτῳ· οὐ γὰρ συνέβη αὐτῷ τὸ γεγονέναι)· οὐκ ἄρα ἔσται οὐσία τὸ ἀγένητον.

ΑΛΛΟ.

Εἰ οὐσίαν λέγοντες ἐπὶ Θεοῦ, τῇ τῶν φιλοσόφων ἕπονται δόξῃ, ἴδιον ἔσται Θεοῦ, τἀναντία δέχεσθαι. Εἰ δὲ εἶναι τὸν Θεὸν σημᾶναι βουλόμενοι, τῷ τῆς οὐσίας, καθὰ καὶ ἡμεῖς, χρῶνται ὀνόματι· ἔστι δὲ ταυτὸν τῇ οὐσίᾳ τὸ ἀγένητον· ὄνομα ἔσται τὸ ἀγένητον τοῦ εἶναι τὸν Θεὸν σημαντικόν, ἀλλ' οὐκ αὐτὸ οὐσία.

ΑΛΛΟ.

B Εἰ πᾶν τὸ ὑπὸ γένος καὶ εἶδος χωρὶς τῶν συμβεβηκότων, τοῦτο οὐσία κυρίως, ὑπ' οὐδὲν δὲ τούτων ἐστὶ Θεὸς, οὐκ ἄρα οὐσία κυρίως λέγεται Θεός. Εἰ δὲ τὸ ἀγένητον κυρίως λέγεται ἐπ' αὐτοῦ (οὐ γὰρ γέγονεν), οὐκέτι δὲ καὶ ἡ οὐσία, πῶς ταυτὸν ἂν εἴη τῷ καταχρηστικῷ τὸ κύριον;

ΑΛΛΟ.

Εἰ τὸ κυριώτατον καὶ πρῶτον οὐσία λέλεκται, διὰ τὸ πᾶσι τοῖς συμβεβηκόσιν αὐτὸ ὑποκεῖσθαι· οὐκ ἔστι δὲ συμβεβηκὸς, ᾧ καθυπόκειται Θεός· οὐδὲ οὐσία ἄρα κυρίως λέγεται ἐπὶ Θεοῦ. Ἔστι γὰρ ὑπερούσιος. Εἰ δὲ τὸ ἀγένητον κυρίως λέγεται ἐπ' αὐτοῦ (ἔστι γὰρ μὴ γενόμενος), οὐκέτι δὲ καὶ ἡ οὐσία· οὐ ταυτὸν οὐσία καὶ ἀγένητον.

C

ΑΛΛΟ.

Εἰ τὸ ἀγένητον, καὶ ἀβασίλευτον, καὶ τὰ λοιπὰ, ἐκ παραλλήλου οὐσίας σημαίνουσιν, οὐκ εἰσὶ δὲ ταυτὰ τοῖς σημαίνουσι τὰ σημαινόμενα· οὐκ ἔσται ἄρα ταυτὸν οὐσία καὶ ἀγένητον· ὡς οὐδὲ τῷ σημαίνοντι τὸ σημαινόμενον.

ΑΛΛΟ.

Εἰ τὸ ἀγένητον οὐ διὰ τὸ μὴ γεγονέναι, ἀλλὰ διὰ τὸ εἶναι οὐσίαν τοῦ Θεοῦ, λέλεκται, καὶ τῶν οὐσιῶν ἑκάστη ἂν εἴη ἀγένητον. Εἰ δὲ εἰσὶ μὲν οὐσίαι πολλαὶ, οὐκέτι δὲ καὶ ἀγένητοι· οὐκ οὐσίαν ἄρα ἐμφαίνει τὸ ἀγένητον, ἀλλὰ τῆς οὐσίας τὴν ὑπεροχήν.

D

ΑΛΛΟ.

Εἰ ἐπὶ Θεοῦ μόνον τὸ ἀγένητον, ὥς φασιν, οὐσία ἐστὶν, εἴη ἂν αὐτῆς καὶ ὅρος, ἧς μόνον ἴδιον τὸ ἀγένητον. Εἰ δὲ μηδείς ἐστιν ὅρος ᾧ ὑποβάλλεται οὐσία Θεοῦ, οὐδ' ὄνομα ἄρα κύριόν ἐστιν ἐπὶ Θεοῦ τὸ ἀγένητον, ὡς μηδὲν ἄλλο αὐτὸ ἐμφαίνειν, ἀλλ' ἢ μόνον οὐσίαν Θεοῦ.

ΛΟΓΟΣ Δ'.

Πρὸς τοὺς τολμῶντας λέγειν, ὅτι Ἦν ποτε, ὅτε οὐκ ἦν ὁ Υἱός. Ἐκλογαὶ συλλογισμῶν, καὶ νοημάτων κατασκευαὶ, σὺν μαρτυρίαις· τὸ δὲ συναγόμενον ἐκ πάντων, ὅτι ἀΐδιος ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος.

Ἀνοήτως λέγουσιν οἱ Θεομάχοι περὶ τοῦ Υἱοῦ, ὅτι

Digitized by Google

Ἦν ὅτε οὐκ ἦν. » Εἰ μὲν γὰρ ἐπ' αὐτοῦ φέροιτο, φασὶ, τοῦ Λόγου, τὸ Ἦν, οὐδένα τόπον ἕξει τὸ Οὐκ ἦν. Εἰ δέ τις ἐπὶ χρόνου λαμβάνοι τὸ Ἦν, ἵνα λέγῃ σαφῶς, ὅτι ἦν χρόνος ὅτε οὐκ ἦν ὁ Υἱὸς, ἀμαθὴς ὢν καὶ ἀνόητος ἐλεγχθήσεται, χρόνον εἶναι λέγων πρὸ τῆς ὑπάρξεως τοῦ Υἱοῦ, δι' οὗ πεποιῆσθαι τοὺς αἰῶνας Παῦλός φησιν.

A quando non erat. Nam si hoc verbum, Erat, referatur ad Verbum : nullum locum habebit illud, Non erat. Si quis vero illud, **20** Erat, de tempore intelligat, ut aperte dicat, fuisse tempus, quando non erat Filius, ejus imperitia ac stultitia arguetur qui tempus exstitisse dicat, antequam esset Filius, per quem sæcula condita esse Paulus testatur [9].

Ὅτι ἀΐδιος ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, μαρτυρίαι.

« Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος. » Ἐν τῇ Ἀποκαλύψει τῇ Ἰωάννου τάδε λέγει, « Ὁ ὢν, ὁ ἦν, ὁ ἐρχόμενος, » ὅτι ὁ ἐρχόμενος, ὁ Λόγος ἐστὶ, καθ' οὗ τὸ Ὁ ὢν, καὶ Ὁ ἦν τέταχται. « Ἰδοὺ γὰρ, φησὶν, ἐγὼ ἔρχομαι, καὶ κατασκηνώσω ἐν μέσῳ σου, λέγει Κύριος. » Σαφῶς δὲ καὶ ὁ Ἰωάννης ἐπὶ τοῦ Λόγου τίθησι τὸ Ἦν· « Ἦν γὰρ, φησὶν, ὁ Λόγος πρὸς τὸν Θεόν. » Προσεῖναι δὲ πάντως δεῖ τὸ ἀΐδιον τῷ καθ' οὗ τὸ Ὢν καὶ τὸ Ἦν τέτακται.

Quod æternum sit Verbum Dei, testimonia.

« In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum [10]. » In Apocalypsi Joannis hæc dicit : « Qui est, qui erat, et qui venturus est [11]. » Nam qui venturus est, Verbum est, de quo dictum fuit, *Qui est*, et *qui erat*. « Ecce enim, inquit, ego veniam et habitabo in medio tui, dicit Dominus [12]. » Manifeste autem etiam Joannes de Verbo dicit, *Erat*, ita inquiens : « Erat enim Verbum apud Deum. » Necessarium vero plane est æternitatem inesse ei, de quo dictum est, *Qui est*, et *Erat*.

Μαρτυρίαι.

Ὁ Παῦλος περὶ Ἰουδαίων· « Ὧν οἱ πατέρες, καὶ ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. » Ὁ αὐτὸς περὶ τοῦ Λόγου· « Τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται· ἥ τε ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις, καὶ θειότης. » Εἰ δὲ ἐπὶ τοῦ Πατρὸς ἐνεχθείη τὸ ῥητὸν, ἑτέρως εἰς τὸν Υἱὸν περιτραπήσεται. Τίς γὰρ ἡ τοῦ Θεοῦ δύναμις, ὁ Παῦλος βοᾷ· « Ὁ Χριστὸς, Θεοῦ δύναμις καὶ Θεοῦ σοφία. Ὁ Ψαλμῳδὸς τὸ αὐτό· « Ἔντειλαι, ὁ Θεὸς, τῇ δυνάμει σου. Δυνάμωσον, ὁ Θεὸς, τοῦτο ὃ κατειργάσω ἐν ἡμῖν. » Τίς δὲ ὁ δυναμώσας τοῦτο τὸ κατηρτισθὲν ἡμῖν, εἰ μὴ ὁ ἐκ τῆς φθορᾶς ἡμᾶς λυτρωσάμενος τοῦ Θεοῦ Λόγος, καὶ ἀναστήσας εἰς ἀφθαρσίαν;

Item testimonia.

Paulus de Judæis : « Quorum patres et ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula. Amen [13]. » Idem de Verbo : « Invisibilia enim ejus a creatione mundi creaturis intellecta conspiciuntur, et æterna potentia ejus ac deitas [14]. » Si vero dictum hoc in Patrem referatur, aliter in Filium convertetur. Quænam enim sit potentia Dei, Paulus clamat : « Christus Dei potentia et Dei sapientia [15]. » Idem et Psalmista : « Manda, Deus, potentiæ tuæ. Confirma hoc, Deus, quod operatus es in nobis [16]. » Quis autem est qui confirmavit instauratum corpus nostrum, nisi qui ab interitu nos redemit, et incorruptioni restituit Dei Filius?

ΑΛΛΟ.

Εἰς τὸ αὐτὸ κατασκευὴ πιθανὴ, ὅτι τὸ ῥητὸν τὸ Λέγει, « Τὰ ἀόρατα αὐτοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου, τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται· ἥ τε ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις, καὶ θειότης, » τὸν Υἱὸν σημαίνει. Ὁ δὲ Λόγος τῆς κατασκευῆς οὗτος·

ALIUD.

Ejusdem rei probatio veritati consentanea, quod dictum illud : « Invisibilia ejus a creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta, conspiciuntur : sempiterna quoque ejus virtus et divinitas, » Filium significat. Probatur autem hoc modo :

Γέγραπται· « Οὐδεὶς γινώσκει τὸν Πατέρα, εἰ μὴ ὁ Υἱὸς, καὶ ᾧ ἂν ὁ Υἱὸς ἀποκαλύψῃ. » Εἰ δὲ μόνῳ τῷ Υἱῷ ὁ Πατὴρ γινώσκεται, καὶ δι' αὐτοῦ μόνου τοῖς ἄλλοις ἀποκαλύπτεται, οὐ διὰ κτίσεως ἄρα, οὐδὲ τοῖς ποιήμασι νοούμενος ὁ Πατὴρ καθορᾶται. Ἀλλ' ἡ μὲν κτίσις τὸν ἑαυτῆς δημιουργὸν τὸν Θεὸν Λόγον· ὁ δὲ Λόγος ἐν ἑαυτῷ δεικνύει τὸν Πατέρα. Καὶ γοῦν τῷ Φιλίππῳ λέγοντι, « Δεῖξον ἡμῖν τὸν Πατέρα, » οὐκ ἐκ τῆς τῶν ποιημάτων καλλονῆς ἀναλόγως αὐτὸν θεωρεῖν ἐπιτάττει, ἀλλ' ἑαυτὸν δεικνύει, λέγων· « Ὁ ἑωρακώς ἐμὲ, ἑώρακε καὶ τὸν Πατέρα. »

Scriptum est : « Nullus cognoscit Patrem nisi Filius, et cui Filius revelaverit [17]. » Si autem soli Filio Pater cognoscitur, et per solum illum aliis revelatur, certe non per creaturam, neque creaturis intellectus conspicitur. Cæterum creatura **21** Deum Verbum creatorem suum esse clamat : Verbum autem in seipso ostendit Patrem. Idcirco Philippo dicenti, « Ostende nobis Patrem [18], » non ex creaturarum pulchritudine comparatione facta eum contemplari jubet, sed seipsum ostendit, dicens : « Qui vidit me, vidit et Patrem [19]. »

Ἕτεραι μαρτυρίαι, ὅτι ἀΐδιος ὁ Υἱός.

Alia testimonia, quod æternus sit Filius.

Ὁ Ψαλμῳδὸς αὐτὸν καλεῖ, « Ὁ ὑπάρχων πρὸ τῶν

Psalmista sic eum vocat : « Qui exsistit ante

[9] Hebr. I, 2. [10] Joan. I, 1. [11] Apoc. IV, 8. [12] Exod. XXV, 8. [13] Rom. IX, 5. [14] Rom. I, 20. [15] II Cor. I, 24. [16] Psal. LXVII, 31. [17] Matth. XI, 27. [18] Joan. XIV, 8. [19] ibid. 9.

Digitized by Google

sæcula [20], » non qui factus est. Et Isaias : « Deus æternus, Deus qui fundavit extremitates terræ [21]. » Si autem Verbum extremitates terræ fundavit, dicitur autem de eo quod æternus est : erat certe semper, et factum non est.

A αἰώνων, οὐχ ὁ γενόμενος· ὁ Ἡσαΐας, « Θεὸς αἰώνιος, Θεὸς ὁ κατασκευάσας τὰ ἄκρα τῆς γῆς. » Εἰ δὲ ὁ Λόγος ἐστὶν ὁ κατασκευάσας τὰ ἄκρα τῆς γῆς, κεῖται δὲ ἐπ' αὐτοῦ τὸ, αἰώνιος, ἦν ἀεὶ δηλονότι, καὶ οὐκ ἐγένετο.

ALIUD.

Paulus etiam de Verbo ita scribit : « Qui cum sit splendor gloriæ et character substantiæ ejus [22]. » David quoque ita psallit : « Et sit splendor Domini Dei nostri super nos [23]. » Et rursus : « In lumine tuo videbimus lumen [24]. » Quando igitur erat Pater absque suo splendore ? aut quando non exstitit in Deo splendor ejus ? Et rursum : Si lumen est ex lumine Patris Filius, quando non erat in Patre lumen ejus ? Quemadmodum enim illuminatio ab igne separari non potest, sic neque a Patre lumen quod ex eo gignitur.

ΑΛΛΟ.

Γράφει Παῦλος περὶ τοῦ Λόγου· « Ὃς ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης, καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ. » Ψάλλει καὶ Δαβίδ· « Καὶ ἔστω ἡ λαμπρότης Κυρίου τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἐφ' ἡμῶν. » Καὶ πάλιν· « Ἐν τῷ φωτί σου ὀψόμεθα φῶς. » Πότε οὖν ἦν ὁ Πατὴρ χωρὶς τοῦ ἰδίου ἀπαυγάσματος; πότε δὲ οὐκ ἦν ἐν Θεῷ ἡ λαμπρότης αὐτοῦ; Καὶ πάλιν· Εἰ φῶς ἐστιν ἐκ φωτὸς τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱός, πότε οὐκ ἦν ἐν Πατρὶ τὸ φῶς αὐτοῦ; Ὡς γὰρ ἀχώριστον τοῦ πυρὸς τὸ φωτίζειν, οὕτω καὶ τοῦ Πατρὸς τὸ ἐξ αὐτοῦ γεννώμενον φῶς.

ALIUD.

David canit : « Regnum tuum regnum omnium sæculorum est [25]. » Si autem omne tempus omnibus sæculis circumscribitur, Verbum vero omnibus sæculis regnat : nullum utique tempus erat, quando non erat Filius.

ΑΛΛΟ.

Ψάλλει Δαβίδ· « Ἡ βασιλεία σου βασιλεία πάντων τῶν αἰώνων. » Εἰ δὲ ὁ πᾶς χρόνος ἐν τοῖς αἰῶσι μετρεῖται, βασιλεύει δὲ ἐν αὐτοῖς ὁ Λόγος, οὐκ ἦν ἄρα χρόνος ὅτε οὐκ ἦν ὁ Υἱός.

ALIUD.

Demonstratio per testimonia quod sacræ Scripturæ voces has, erat, exsistens, ens, eram, sum, *et* est, *de Verbo solum dicunt : de creaturis vero non item; sed potius* olim *sive* aliquando, *et* pridem, *et* ante, *et* fuit, *aliaque his similia.*

ΑΛΛΟ.

Ἀπόδειξις διὰ μαρτυριῶν, ὅτι αἱ θεῖαι Γραφαὶ, τὸ ἦν, καὶ τὸ ὁ ὤν, καὶ τὸ ὑπάρχων, καὶ τὸ ἤμην, καὶ τὸ εἰμὶ, καὶ τὸ ἔστιν, ἐπὶ τοῦ Λόγου τιθέασι μόνου, ἐπὶ δὲ τῶν γενητῶν οὐκέτι, ἀλλὰ μᾶλλον τὸ ποτὲ, καὶ τὸ πρὶν, καὶ τὸ πρὸ τοῦ, καὶ τὸ γέγονε, καὶ ὅσα τούτοις ὅμοια.

Servator æternitatem propriæ hypostaseos significans dicit : « Ego sum veritas ; ego sum lux ; ego sum pastor [26]. » Et rursus ad discipulos : « Vos vocatis me Dominum et magistrum, et recte dicitis, sum etenim [27]. » Et Psalmista de eo canit : « Antequam montes firmarentur et formaretur terra et orbis, et a sæculo usque ad sæculum tu es [28]. » At ipse de seipso : « Ego sum **22** via; » et, « ego sum janua [29]. » Pater vero de ipso : « Tu es Filius meus dilectus [30]. » Rursum : « Dominus dixit ad me : Filius meus es tu [31]. » In omnibus his, *est*, et *erat*, dicitur, nequaquam vero *fuit*. De creaturis autem, « Spiritus divinus qui fecit me [32]. » Moses de creatione mundi agens : « Et omne viride agri, antequam factum esset in terra, et antequam omne fenum agri ortum esset. Neque enim pluit Deus super terram, neque homo erat ad colendam terram [33]. »

C

Ὁ Σωτὴρ τὸ ἀΐδιον τῆς ἰδίας ὑποστάσεως σημαίνων ἔλεγεν· « Ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια· ἐγώ εἰμι τὸ φῶς· ἐγώ εἰμι ὁ ποιμήν. » Καὶ πάλιν πρὸς τοὺς μαθητάς· « Ὑμεῖς καλεῖτέ με, ὁ Κύριος καὶ ὁ Διδάσκαλος, καὶ καλῶς λέγετε· εἰμὶ γάρ· » καὶ ὁ Ψαλμῳδὸς περὶ αὐτοῦ· » Πρὸ τοῦ ὄρη ἑδρασθῆναι, καὶ πλασθῆναι τὴν γῆν καὶ τὴν οἰκουμένην· καὶ ἀπὸ τοῦ αἰῶνος καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος σὺ εἶ. » Αὐτὸς περὶ ἑαυτοῦ· « Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδός· καὶ ἐγώ εἰμι ἡ θύρα. » Ὁ Πατὴρ δὲ περὶ αὐτοῦ· « Σὺ εἶ ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητός· » καὶ πάλιν, « Κύριος εἶπε πρός με· Υἱός μου εἶ σύ. » Πανταχοῦ τὸ *εἶ*, καὶ τὸ *ἦν*, ἐν τούτοις φέρεται· οὐδαμοῦ δὲ τὸ *γέγονεν*. Ἐπὶ δὲ τῶν γενητῶν· « Πνεῦμα θεῖον τὸ ποιῆσάν με· » ὁ Μωσῆς τὰ περὶ γενέσεως κόσμου διηγούμενος· « Καὶ πᾶν χλωρὸν ἀγροῦ πρὸ τοῦ γενέσθαι ἐπὶ τῆς γῆς· καὶ πάντα χόρτον ἀγροῦ πρὸ τοῦ ἀνατεῖλαι· οὐ γὰρ ἔβρεξεν ὁ Θεὸς ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ἄνθρωπος οὐκ ἦν ἐργάζεσθαι τὴν γῆν. »

D

Quod dictio, quando, *semper tempus significet.*

In Deuteronomio, « Quando divisit Deus gentes [34]. »

Ὅτι τὸ, ὅτε, *χρόνον ἀεὶ σημαίνει.*

Ἐν τῷ Δευτερονομίῳ, « Ὅτε διεμέριζεν ὁ Ὕψιστος ἔθνη. »

[20] Psal. LXXIII, 12. [21] Isa. XL, 28. [22] Hebr. I, 3. [23] Psal. LXXXIX, 17. [24] Psal. XXXV, 10. [25] Psal. CXLIV, 13. [26] Joan. XIV, 6; VIII, 12; X, 11. [27] Joan. XIII, 13. [28] Psal. LXXXIX, 2. [29] Joan. XIV, 6; X, 9. [30] Marc. I, 11. [31] Psal. II, 7. [32] Deut. XXXII, 6. [33] Gen. II, 5. [34] Deut. XXXII, 8.

Digitized by Google

Ὅτι τὸ, πρὸ τοῦ, ἐπὶ τῶν γενητῶν.

Ἐν τῷ Σολομῶνι ἡ Σοφία περὶ ἑαυτῆς· « Πρὸ τοῦ τὴν γῆν ποιῆσαι· πρὸ τοῦ τὰς ἀβύσσους ποιῆσαι· πρὸ τοῦ προελθεῖν τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων· πρὸ τοῦ ὄρη ἑδρασθῆναι, πρὸ δὲ πάντων βουνῶν γεννᾷ με. » Ὁ Σωτήρ· « Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι, ἐγώ εἰμι. » Πρὸς Ἱερεμίαν ὁ Θεός· « Πρὸ τοῦ με πλάσαι σε ἐν κοιλίᾳ, ἐπίσταμαί σε· καὶ πρὸ τοῦ σε ἐξελθεῖν ἐκ μήτρας, ἡγίακά σε. » Ἐν τῷ Δανιὴλ ἡ Σωσάννα· « Ὁ Θεὸς ὁ μέγας καὶ ὁ αἰώνιος, ὁ τῶν κρυπτῶν γνώστης· ὁ εἰδὼς τὰ πάντα πρὶν γενέσεως αὐτῶν. »

Ἔτι περὶ τοῦ ἀΐδιον εἶναι τὸν Υἱόν, ὡς ἐξ ἀντιθέσεως κατασκευή.

Ἀντίθεσις ἑτεροδόξων.

Εἰ μὴ ἦν ποτε, ὅτε οὐκ ἦν, φησὶν, ἀλλ' ἀΐδιός ἐστιν ὁ Υἱὸς, καὶ συνυπάρχει τῷ Πατρὶ, οὐκέτι Υἱὸν, ἀλλ' ἀδελφὸν εἶναι λέγετε τοῦτον.

Πρὸς τοῦτο λύσις.

Συναΐδιον εἶναι λέγοντες, καὶ Υἱὸν εἶναί φαμεν. Εἰ μὲν οὖν ἦν ἁπλῶς συναΐδιος καὶ οὐχ Υἱὸς, χώραν εἶχεν ὑμῶν ἡ ὑπόνοια· ἐπεὶ δὲ πρὸς τῷ ἀϊδίῳ καὶ Υἱὸν ὁμολογοῦμεν, πῶς ὁ Υἱὸς ἀδελφός ἐστι τοῦ γεννήσαντος;

ΑΛΛΟ.

Εἰ ἡ πίστις ἡμῶν εἰς Πατέρα καὶ Υἱόν ἐστι, καὶ οὕτω βαπτιζόμεθα, ποία ἀδελφότης ἐν τούτῳ φαίνεται; ἢ πῶς ὁ Λόγος ἀδελφὸς εἶναι δύναται οὗ ἐστι Λόγος;

ΑΛΛΟ.

Οὐκ ἐκ τινος ἀρχῆς προϋπαρχούσης ἐγεννήθησαν ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς, ἵνα καὶ ἀδελφοὶ νομισθῶσιν. Ἀλλ' ὁ Πατὴρ ἀρχὴ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τίκτει τὸν Υἱὸν, καὶ μένει Πατὴρ, καὶ οὐχ Υἱός τινος λέγεται· καὶ ὁ Υἱὸς Υἱός ἐστι, καὶ ὅπερ ἐστὶ μένει· καὶ οὐκ ἀδελφός τινος κατὰ φύσιν λέγεται. Ποῖον οὖν ἕξει τόπον ἀδελφότης ἐν τούτοις;

Ἔτι περὶ ἀϊδιότητος.

Εἰ τέλειος ὁ Πατὴρ, τέλειον ἔσται καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ. Καὶ εἰ πρὸς τούτῳ τὸ ἀΐδιον ἔχει, ἀΐδιον ἔσται καὶ τὸ ἐξ ἀϊδίου Πατρὸς οὐκ ἐπισυμβεβηκὸς τῇ τοῦ Γεννήσαντος οὐσίᾳ, ἀλλ' ἀεὶ συνυπάρχον αὐτῇ· καὶ οὐκ ἀτελὲς διὰ τὸ ἐν χρόνῳ γενέσθαι, κατά τινας· ἀλλὰ τέλειον, διὰ τὸ πρὸ παντὸς εἶναι χρόνου.

ΑΛΛΟ.

Ἐπαπόρησις ἑτέρα διὰ τῆς εἰς ἄτοπον ἀπαγωγῆς, οὕτως.

Εἰ οὐκ ἔστιν Υἱὸς ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ἀλλ' ἐξ οὐκ ὄντων ὡς ποίημα γέγονε, δεικνύτω πρότερον ὁ βουλόμενος. Εἶθ' οὕτω φερέτω λοιπὸν κατὰ ποιήματος, τὸ *Ἦν ὅτε οὐκ ἦν*. Εἰ δὲ Υἱὸν αὐτὸν αἱ θεῖαι καλοῦσι Γραφαὶ, καὶ οὕτως ὁ Πατὴρ ὀνομάζει, τὸ Υἱὸς ὄνομα τὴν ἐκ Πατρὸς γέννησιν σημαίνει· οὐκ ἄρα ποίημα καὶ κτίσμα ἐστίν· οὐ γὰρ ταυτὸν τῷ γεννω-

A *Quod*, antequam, *de creaturis dicatur.*

Apud Salomonem Sapientia de seipsa ait : « Antequam fecisset terram; antequam abyssos fecisset; antequam fontes aquarum prorupissent; antequam montes formati essent, ante omnes colles genuit me [35]. » Et Servator : « Amen dico vobis, antequam Abraham fieret, ego sum [36]. » Et Deus ad Jeremiam : « Antequam in utero creassem te, cognosco te, et antequam prodires ex utero, sanctificavi te [37]. » Et Susanna apud Danielem : « Deus magnus et æternus, qui novit occulta, qui novit omnia ante generationem ipsorum [38]. »

Amplius, quod æternus sit Filius cum solutione objectionum.

Objectio hæreticorum.

B Si non erat tempus, aiunt, quando non erat, sed æternus est Filius, et cum Patre coexsistit, jam illum non Filium, sed fratrem esse dicitis.

Solutio objectionis.

Cum coæternum dicimus, Filium etiam esse dicimus. Atqui si simpliciter coæternus esset et non Filius, locum haberet vestra opinio. Cum vero præter id quod æternus est, Filium etiam esse profitemur, quo pacto Filius fuerit frater sui genitoris?

ALIUD.

Si fides nostra est in Patrem et Filium, atque ita baptizamur : quænam fraternitas in hoc apparet? aut quo pacto Verbum frater esse queat ejus cujus est Verbum?

C

23 ALIUD.

Pater et Filius non ex aliquo principio prius exsistente orti sunt, ut fratres censeri possint. Sed Pater principium est Filii, et gignit Filium, manetque Pater, neque Filius cujusquam dicitur. Et Filius est Filius, et quod est manet : neque frater cujusquam secundum naturam dicitur. Quem igitur habebit locum fraternitas in istis?

Adhuc de æternitate.

Si perfectus est Pater, etiam quod ex ipso est perfectum erit. Et si ad hoc æternitatem habet, æternum etiam erit quod ex æterno Patre est, non ita ut accidat Genitoris essentiæ, sed semper ei coexsistens. Neque imperfectum ideo, quod in tempore, juxta quorumdam opinionem, genitum sit; D sed perfectum, quod ante omne tempus exsistat.

ALIUD.

Quæstio cum reductione ad absurdum, hoc pacto.

Si non est Filius Verbum Dei, sed e nihilo sicut creatura factus est, hoc prius ostendat qui volet : ac tum demum dicat, veluti de creatura, illud, *Erat quando non erat*. Sin vero Filium sacra Scriptura appellat, atque ita Pater nominat; nomen Filius generationem ex Patre significat : non igitur opus et creatura est : neque enim idem est cum genito

[35] Prov. VIII, 23. [36] Joan. VIII, 58. [37] Jerem. I, 5. [38] Dan. XIII, 42.

Digitized by Google

creatum. Si autem hoc verum est, non habebit locum illud, *Non erat*, de Filio, quod nimirum de solis creaturis proprie dicitur.

μένῳ τὸ κτιζόμενον. Εἰ δὲ τοῦτο ἀληθὲς, οὐχ ἕξει τόπον τὸ, *Οὐκ ἦν*, ἐφ' Υἱοῦ, κατὰ μόνων κτισμάτων κυρίως τιθέμενον.

ALIUD.

Si Filius genitus est a Patre : illud vero quod ex Patre genitum est, Verbum ipsius est, et sapientia, et splendor [39]; qui dicunt : *Erat quando non erat Filius*, procul dubio asserunt fuisse tempus quando Pater absque Verbo, absque sapientia, denique absque proprio suo splendore exstiterit. Sin vero hoc absurdum est, certe illud, *Non erat*, de Filio, otiosum erit. Erit itaque Patri coæternus.

ΑΛΛΟ.

Εἰ ἐγεννήθη ὁ Υἱὸς παρὰ τοῦ Πατρὸς, τὸ δὲ ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννηθὲν ὁ Λόγος ἐστὶν αὐτοῦ, καὶ ἡ σοφία, καὶ τὸ ἀπαύγασμα, οἱ λέγοντες· Ἦν ὅτε οὐκ ἦν ὁ Υἱὸς, ἀντικρυς λέγουσιν, Ἦν ὅτε ἄλογος ἦν καὶ ἄσοφος, καὶ χωρὶς τοῦ ἰδίου ἀπαυγάσματος ὁ Πατήρ. Εἰ δὲ τοῦτο ἄτοπον, ἀργήσει πάντως ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ τὸ, *Οὐκ ἦν*. Ἔσται οὖν τῷ Πατρὶ συναΐδιος.

ALIUD.

Objectio non vera, quæ Filii æternitatem subvertere videtur.

Si, inquiunt, divina natura divisionem non admittit, eo quod nulla passio in eam cadit (quæ enim passioni obnoxia sunt, iis etiam proprium est dividi) non est **24** dicendus Filius ex essentia Patris esse, ne passio aliqua et divisio in simplici natura videatur. Si enim id quod ex aliquo procedit, diversum plane numero est ab eo unde processit, divisio quædam atque sectio in divina natura videtur, si non extrinsecus, sed revera ex ipsa processisse Filium statuamus. Si vero extrinsecus est, ergo super accessit, neque est Patri coæternus.

ΑΛΛΟ.

Ἀντίθεσις ουκ ἀληθὴς, ἀνατρέπειν δοκοῦσα τοῦ Υἱοῦ τὸ ἀΐδιον.

Εἰ τομὴν, φησὶν, ἡ θεία φύσις οὐκ ἐπιδέχεται, διὰ τὸ μὴ εἶναι πάθους δεκτικὴν (οἷς γὰρ τὸ πάσχειν κατὰ φύσιν ὑπάρχει, τούτοις ἐστὶν οἰκεῖον καὶ τὸ τέμνεσθαι), οὐ χρὴ λέγειν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς εἶναι τὸν Υἱὸν, ἵνα μή τι πάθος καὶ διαίρεσις περὶ τὴν ἁπλῆν φαίνηται φύσιν. Εἰ γὰρ τὸ ἔκ τινος προελθὸν, ἕτερόν τι πάντως τῷ ἀριθμῷ παρ' ἐκεῖνο, ἐξ οὗ καὶ προῆλθε, μερισμός τις καὶ διακοπὴ περὶ τὴν θείαν ὁρᾶται φύσιν, εἰ μὴ ἔξωθεν, ἀλλ' ὄντως ἐξ αὐτῆς δοίημεν προελθεῖν τὸν Υἱόν. Εἰ δὲ ἔξωθέν ἐστιν, ἐπισυμβέβηκεν ἄρα, καὶ οὐκ ἔστι τῷ Πατρὶ συναΐδιος.

Solutio objectionis.

Male imperiteque corporum proprietates incorporeæ essentiæ accommodant. In corporibus enim recte dici potest fieri passionem et sectionem ac divisionem; at in naturam incorpoream nihil horum cadit. Si vero Deus incorporeus est, gignit citra sui divisionem, generat citra sectionem. Si quidem etiam ignis gignit ex se lumen, nullam tamen divisionem patitur, tametsi cogitatione separari quodammodo ab eo videatur id quod ex eo procedit. Si quis vero corporeæ necessitati incorpoream naturam subjiciat, mentis suæ imbecillitatem incuset, quæ ea intelligere nequit quæ naturæ incorporeæ conveniunt. Et rursum : Si nonnulli in intelligenda æterna Filii ex æterno Patre generatione laborant, atque ideo corporeis rationibus naturam incorpoream subjiciunt : cum neque quid sit vel qualis secundum naturam sit Pater non inveniant, negent etiam ipsum. Si vero ea quæ supra nos sunt, fide apprehenduntur, et Filii generatio supra nos est, nemo enim ejus generationem narrabit, ut ait propheta [40], etiam hoc fide suscipiatur, irritumque sit illud, *Non erat*, ex humani intellectus imbecillitate invectum.

Πρὸς τοῦτο λύσις.

Κακῶς καὶ ἀπαιδεύτως τὰ σωμάτων ἴδια τῇ ἀσωμάτῳ τινὲς προσάπτουσιν οὐσίᾳ. Ἐπὶ σωμάτων μὲν γὰρ ἁρμόσει λέγειν, πάθος γίνεσθαι καὶ τομὴν καὶ διαίρεσιν· ἐπὶ δὲ τῆς ἀσωμάτου φύσεως οὐδέν ἐστι τῶν τοιούτων. Εἰ δὲ ἀσώματος ὁ Θεὸς, τίκτει μὴ μεριζόμενος, γεννᾷ μὴ τεμνόμενος. Ἐπειδὴ καὶ τὸ πῦρ ἐξ ἑαυτοῦ τίκτει τὸ φῶς, οὐδεμίαν ὑπομένον διαίρεσιν, κἂν τῇ ἐπινοίᾳ χωρίζεσθαι δοκῇ πως αὐτοῦ τὸ ἐξ αὐτοῦ προελθόν. Εἰ δέ τις ταῖς σωματικαῖς ἀνάγκαις ὑποβάλλοι τὸ ἀσώματον, αἰτιάσθω τοῦ οἰκείου νοῦ τὴν ἀσθένειαν, οὐ δυναμένου νοεῖν τὰ τῇ ἀσωμάτῳ πρέποντα φύσει. Καὶ πάλιν· εἰ ἀσθενοῦσί τινες περὶ τὸ νοῆσαι τὴν ἐξ ἀϊδίου Πατρὸς ἀΐδιον τοῦ Υἱοῦ γέννησιν, διά τε τοῦτο ταῖς σωματικαῖς ἀκολουθίαις ὑποβάλλουσι τὸ ἀσώματον, ἐπειδὴ καὶ τί ἐστιν, ἡ ποδαπὸς ὁ Πατὴρ κατὰ τὴν φύσιν οὐχ εὑρίσκουσιν, ἀρνείσθωσαν καὶ αὐτόν. Εἰ δὲ πίστει τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς παραλαμβάνεται, ὑπὲρ ἡμᾶς δὲ καὶ ἡ τοῦ Υἱοῦ γέννησις· οὐδεὶς γὰρ αὐτοῦ τὴν γενεὰν διηγήσεται, καθά φησιν ὁ προφήτης, πίστει δεχέσθω καὶ τοῦτο, καὶ ἀργείτω τὸ, *Οὐκ ἦν*, ἐξ ἀνθρωπίνων λογισμῶν ἀσθενῶς εἰσφερόμενον.

ALIUD. *De æternitate.*

Syllogismus cum quadam quæstione connexus, unde colligitur confitendum esse : Ex essentia Patris esse, non extrinsecus accessisse Filium : si autem ita est, coæternum etiam Patri esse.

ΑΛΛΟ. *Περὶ ἀϊδιότητος.*

Συλλογισμὸς μετά τινος ἐπαπορήσεως πεπλεγμένος, καὶ συνάγων εἰς ὁμολογίαν τοῦ δεῖν Ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς, οὐκ ἔξωθεν ἐπιγεγονότα τὸν Υἱὸν ὑπολαμβάνειν· εἰ δὲ τοῦτο, δῆλον ὅτι καὶ τῷ Πατρὶ συναΐδιον.

[39] I Cor. I, 24; Hebr. I, 3. [40] Isa. LIII, 8.

Digitized by Google

Εἰ κατὰ τὴν ὑμετέραν ὑπόνοιαν, ὦ θεομάχοι, ἐξ A οὐκ ὄντων ἐστὶν ὁ Υἱὸς, καὶ οὐκ ἦν πρὶν γεννηθῇ, κατὰ τὸ μετέχειν τοῦ Θεοῦ, δηλονότι καθάπερ τὰ ἄλλα λογικὰ, καὶ αὐτὸς ἐκλήθη Θεὸς, καὶ Υἱὸς, καὶ Σοφία. Τοῦτο γὰρ ὑπάρχει τοῖς λογικοῖς κτίσμασιν, οἷς οὐ φύσει τὸ τῆς θεότητος ἐπαληθεύεται κάλλος, ἀλλ' ἡ τοῦ διδόντος χάρις προξενεῖ· ὡς ὅταν λέγῃ· « Ἐγὼ εἶπον· Θεοί ἐστε, καὶ υἱοὶ Ὑψίστου πάντες. » Σχέσει γὰρ τῇ πρὸς Θεὸν υἱοποιηθέντες παρ' αὐτοῦ θεοποιούμεθα. Εἰ τοίνυν Θεοῦ μετασχόντες κατὰ χάριν, υἱοὶ Θεοῦ κεκλήμεθα, τίνος ἂν δοίημεν μετέχειν τὸν Λόγον, ἵνα γένηται Υἱὸς ἢ Θεός; Ἡμεῖς μὲν γὰρ, τοῦ ἁγίου Πνεύματος· ἐπὶ δὲ τοῦ Λόγου τοῦτο νομίζειν, ἀμαθές. Αὐτὸς γάρ φησι περὶ τοῦ Πνεύματος· « Ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λαμβάνει· « Τίνος οὖν ἄρα μετέχει; Λείπεται λέγειν, τοῦ Πατρός. Καὶ τίς ἐστιν ὁ τῆς B μετουσίας τρόπος; ἢ τί τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐξιὸν καὶ ἐν τῷ λόγῳ γινόμενον, ἵνα καὶ μετέχηται. Φέρε εἰπεῖν, ὡς ἀπὸ πυρὸς θερμότης ἐν σώματι, ἢ ἔκ τινος ἄνθους εὐωδία· μᾶλλον δὲ ὥσπερ εἰς ἡμῶν τὸ Πνεῦμα, περὶ οὗ φησιν ἡ Γραφή· « Ὅτι ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται. » Τί οὖν ἐστι τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐξιὸν καὶ ἐν τῷ Λόγῳ γινόμενον; Ἆρ' ἐκ τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας, ἢ ἔξωθέν ποθεν καὶ τοῦτο τὸ ληφθέν; Εἰ μὲν οὖν ἔξωθέν ἐστιν, οὐδὲ τοῦ Πατρὸς μέτοχός ἐστιν ὁ Υἱὸς, ἀλλ' ἑτέρου τινὸς μετέχων ἁγιάζεται, ὅπερ ἐστὶ καὶ μόνον ἐννοῆσαι δυσσεβές. Εἰ δὲ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς συγχωρεῖτε νοεῖσθαι τὸ τῷ Λόγῳ πρὸς μετοχὴν παρ' αὐτοῦ χορηγούμενον, ἢ τομήν τινα καὶ μερισμὸν καὶ πάθος δύνασθαι συμβαίνειν περὶ τὴν τοῦ Θεοῦ φύσιν δεδώκατε, ἢ λέγοντες ἀπα- C θῶς καὶ ἀμερίστως ἐν τῷ Θεῷ τὰ τοιαῦτα γίνεσθαι, μάτην ἀνατρέπετε τὴν τοῦ Υἱοῦ γέννησιν, μερισμὸν καὶ πάθος περὶ αὐτὴν εἰσάγοντες. Εἰ δὲ ἀμερίστως τίκτει Θεὸς, γεννᾷ τε ἀπαθῶς ἐξ ἑαυτοῦ, οὐδὲν κωλύει τὸ γεννηθὲν ὁμολογεῖσθαι τὸν ζῶντα τοῦ Πατρὸς Λόγον. Ὁ δὲ ἐξ ἀϊδίου Πατρὸς προελθὼν, ἔσται πάντως καὶ ἀΐδιος· οὕτω γὰρ ἂν καὶ τὴν πατρῴαν εὐγένειαν ἔχων καὶ διασώζων ἐν ἑαυτῷ, ἀληθεύει λέγων· « Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ ἑώρακε τὸν Πατέρα. » Οὐ γὰρ ἐν τῷ γεννητῷ τὸ ἀΐδιον φαίνεται

Si juxta vestram, hostes Dei, opinionem, Filius ex nihilo productus est, neque erat priusquam gigneretur, ea ratione qua particeps est Dei, nempe sicut rationales creaturæ, etiam ipse vocatus est Deus, et Filius, et Sapientia. Id enim rationalibus creaturis tribuitur, quibus ipsa deitatis **25** pulchritudo naturaliter inesse vere dici non potest; sed gratia dantis hoc eis conciliat: ut cum dicit: « Ego dixi: Dii estis, et filii Excelsi omnes [40]. » Relatione enim ad Deum adoptati ab ipso deificamur. Si igitur Dei participes facti per gratiam, filii Dei vocati sumus, cujusnam particeps esse statuemus Verbum, ut fiat Filius aut Deus? Nos enim Spiritus sancti participatione id consequimur: de Verbo autem ejusmodi aliquid cogitare absurdum est. Ipse enim de Spiritu dicit: « Quoniam de meo accipit [41]. » Cujusnam igitur particeps est? Reliquum est ut dicamus Patris. Quænam vero est participationis ratio? aut quid a Patre procedit et in Verbo est, ut illius particeps sit? Exempli gratia, quemadmodum ex igne calor in corpore, vel ex flore aliquo suavis odor: aut potius sicut in nos Spiritus, de quo dicit Scriptura: « Quod ex Patre procedit [42]. » Quidnam igitur est quod a Patre procedit et in Verbo est? An ex substantia Patris, aut extrinsecus est id quod accipitur? Porro si extrinsecus est, non est utique Patris particeps Filius, sed alterius alicujus participatione sanctificatur; quod vel cogitare duntaxat, impium est. Sin vero id quod a Patre Filio participandum suppeditatur, ex substantia ejus esse conceditis, aut sectionem aliquam, divisionem passionemque in Dei natura statui posse censetis, aut dicentes citra ullam passionem ac divisionem ejusmodi in Deo fieri, temere Filii generationem subvertitis, divisionem et passionem in ipsam inducentes. Si vero citra divisionem gignit Deus, et absque passione ex se generat, nihil obstat quominus, id quod genitum est, vivum Patris Verbum esse profiteamur. Qui autem ex æterno Patre processit, erit omnino etiam æternus: ita enim etiam paternam nobilitatem habens atque in se conservans vere dicit, inquiens: « Qui vidit me, vidit et Patrem [43]. » Neque enim æternum in creatura videtur.

ΑΛΛΟ.

Εἰ ὁ μετέχων τοῦ Υἱοῦ θείας γίνεται κοινωνὸς φύ- D σεως, κατὰ τὴν τοῦ Πέτρου φωνὴν, καὶ εἰ ναοὶ Θεοῦ χρηματίζουσιν οἷς ὁ Λόγος ἐνοικεῖ, ἀνάγκη λέγειν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ τὸν Υἱόν. Καὶ εἰ οὐδὲν ἐπιγεννητὸν ἐν Θεῷ (τέλειος γὰρ καὶ ἀπροσδεής), οὐκ ἐπιγέγονεν ὁ Υἱὸς, ἀλλ' ἦν τῷ Πατρὶ συναΐδιος.

ALIUD.

Si qui particeps est Filii, divinæ naturæ communicat juxta Petri sententiam, et si templa Dei vocantur omnes in quibus Verbum habitat [44], necesse omnino est Filium ex substantia Dei esse dicamus. **26** Et si nihil in Deo est accessorium, sive extrinsecus adveniens (perfectus enim est et nullius egens), non postea accessit Filius, sed erat Patri coæternus.

Ἔτι, περὶ ἀϊδιότητος τοῦ Υἱοῦ.

Πατέρα λέγομεν τὸν Θεὸν, Υἱὸν δὲ τὸν Λόγον καὶ Θεὸν, οὐχ ἵνα τὸν μὲν προϋπάρχοντα, τὸν δὲ μετ' αὐτὸν γεγονότα νοῶμεν, κατὰ τὴν ἐν ἀνθρώποις

Amplius, de æternitate Filii.

Patrem dicimus Deum, Filium autem Verbum et Deum, non ut illum prius exstitisse, hunc vero postea factum humano more intelligamus: supe-

[40] Psal. LXXXI, 6. [41] Joan. XVI, 14. [42] Joan. XV, 26. [43] Joan. XIV, 9. [44] I Cor. III, 16.

Digitized by Google

rior enim est omni tempore Deus; sed ut illum quidem ut Genitorem, quod patris est proprium; hunc vero ut legitimum Filium ineffabiliter ex substantia Patris genitum adoremus. Pater itaque, quia genuit, Filius, quia genitus : et hoc solum nominum usus ex similitudine nobis significat. Si igitur in Deo nomen, *Pater*, solum generantem significat, nulla ratio est quæ cogat ut Deus, qui sine tempore generat, primus exstitisse dicatur, quam id quod ab eo genitum est. Et si nullum tempus interpositum fuit inter generantem et genitum, non utique est posterior tempore, sed coæternus est Patri Filius.

A τάξιν· ἄνω γὰρ παντὸς χρόνου Θεὸς, ἀλλ' ἵνα τὸν μὲν ὡς Γεννήσαντα, ὅπερ ἐστὶ πατρὸς ἴδιον· τὸν δὲ ὡς γνήσιον Υἱὸν ἄῤῥητον ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς ἐσχηκότα τὴν γέννησιν προσκυνῶμεν. Πατὴρ οὖν ὅτι γεγέννηκεν· Υἱὸς δὲ, ὅτι ἐγεννήθη· καὶ πρὸς μόνον τῶν ὀνομάτων ἡ χρεία καὶ τὸ διὰ τῆς πρὸς ἡμῶν ὁμοιώσεως σημαινόμενον. Εἰ τοίνυν ἐπὶ Θεοῦ τὸ *Πατὴρ* ὄνομα μόνου τοῦ γεννᾷν ἐστι σημαντικὸν, οὐδεὶς ἀναγκάσει λόγος προϋπάρχειν τοῦ ἰδίου γεννήματος τὸν ἀχρόνως γεννῶντα Θεόν. Καὶ εἰ χρόνος ἦν οὐδεὶς μεταξὺ τοῦ γεννήσαντος καὶ γενηθέντος, οὐκ ἐπιγέγονεν, ἀλλ' ἦν ἀεὶ τῷ Πατρὶ συναΐδιος ὁ Υἱός.

ALIUD.

Si Deus ex natura sua est creator, neque hæc facultas extrinsecus advenit, ut posset res creatas B ex nihilo producere ad esse; omnia vero per Filium facit atque operatur, quo pacto non fuerit impium dicere : *Erat quando non erat*? Perinde enim hoc est ac si dicas : Erat quando non erat Deus, quod posterius factum sit Verbum per quod universa creata sunt : « Sine ipso enim factum est nihil, » ut ait Joannes [46]. Si vero semper et secundum naturam creator est Deus ac Pater, erat utique cum ipso is per quem creator est, hoc est Verbum ipsius. Quemadmodum enim id quod naturaliter homini inest, separari ab eo non potest, ita nec a Deo quidquid in ipso et ex ipso est. Est autem in Patre et ex Patre Verbum : inseparabile itaque et coæternum.

ΑΛΛΟ.

Εἰ ποιητής ἐστι κατὰ φύσιν ὁ Θεὸς, καὶ οὐκ ἐπιγέγονεν αὐτῷ τὸ δύνασθαι παράγειν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι τὰ ὄντα· πάντα δὲ δι' Υἱοῦ ποιεῖ καὶ κατεργάζεται, πῶς οὐκ ἀσεβὲς τὸ λέγειν· Ἦν ὅτε οὐκ ἦν; Ἴσον γάρ ἐστιν εἰπεῖν· Ἦν ὅτε οὐκ ἦν ὁ Θεὸς, ὕστερον ἐπιγενομένου τοῦ πάντων δημιουργοῦ Λόγου· « Χωρὶς γὰρ αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν, » κατὰ τὴν Ἰωάννου φωνήν. Εἰ δὲ ἀεὶ καὶ κατὰ φύσιν ποιητὴς ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ, ἦν ἄρα σὺν αὐτῷ δι' οὗ ποιητὴς ἐφαίνετο, τουτέστιν ὁ Λόγος αὐτοῦ. Ὥσπερ γὰρ ἀχώριστον ἀνθρώπου πᾶν τὸ φύσει προσὸν αὐτῷ· οὕτω καὶ Θεοῦ πᾶν τὸ ἐν αὐτῷ καὶ ἐξ αὐτοῦ. Ἐν Πατρὶ δὲ καὶ ἐκ Πατρὸς ὁ Λόγος· ἀχώριστος ἄρα καὶ συναΐδιος.

ALIUD, *per reductionem ad absurdum.*

Si non est Filius Patri coæternus, sed *Erat quando non erat*, ut vos opinamini, necesse erit concedere imperfectam aliquando fuisse sanctam Trinitatem. Erat enim unitas, ut videtur, ante Filium. Postea autem facta est Trinitas, **27** cum accessit quod deerat. Cum vero quidquid accessione aliqua crevit, detractione decrescere possit, verendum est ne qua ratio nos cogat confiteri, sanctam Trinitatem rursus ad unitatem redigi posse. Si autem ita sentire vel loqui omnem impietatem superat; erat omnino semper cum sancta Trinitate ejus plenitudo.

C

ΑΛΛΟ, *διὰ τῆς εἰς ἄτοπον ἀπαγωγῆς.*

Εἰ οὐκ ἔστιν ὁ Υἱὸς τῷ Πατρὶ συναΐδιος, ἀλλ' Ἦν ὅτε οὐκ ἦν, καθ' ὑμᾶς, ἀνάγκη συνομολογεῖν ἀτελῆ ποτε ὑπάρχειν τὴν ἁγίαν Τριάδα. Ἦν γὰρ μονὰς, ὡς εἰκὸς, πρὸ Υἱοῦ. Γέγονε δὲ ὕστερον Τριὰς, ἐπιγενομένου τοῦ λείποντος. Ἐπειδὴ δὲ πᾶν ὅπερ ἂν συμβῇ, καὶ ἀποσυμβῆναι δύναται, δέος μὴ καί τις ἡμᾶς ἀναγκάσῃ λόγος ὁμολογεῖν δύνασθαι τὴν ἁγίαν Τριάδα πρὸς ἑνάδα παλινδρομεῖν. Εἰ δὲ τοῦτο φρονεῖν ἢ λέγειν ἁπάσης ἐστὶ δυσσεβείας ἐπέκεινα, ἦν ἀεὶ μετὰ Πατρὸς τῆς ἁγίας Τριάδος τὸ πλήρωμα.

ALIUD *huic simile.*

Si Filius non est proprium genimen substantiæ D Patris, sed ex nihilo factus est, dissimilis sibi ipsi fuerit sancta Trinitas ex nihilo suam constitutionem trahens. Atque ita deinceps creatura Creatori annumerabitur, et opus ejusdem erit cum opifice dignitatis. At si hoc impium est, una enim est Deitas sanctæ Trinitatis, una glorificatio, eademque dominatio; inique igitur in differentes essentias scinditur. Quo pacto autem non fuerit absurdum, cum Pater sit æternus, audere dicere Verbum quod ipsi assidet unaque regnat, aliquando non fuisse; sed postmodo factum esse, et novum quemdam ac recens factum Deum inducere?

ΑΛΛΟ, *τούτῳ ὅμοιον.*

Εἰ οὐκ ἔστιν ὁ Υἱὸς ἴδιον γέννημα τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς, ἀλλ' ἐξ οὐκ ὄντων ἐγένετο, ἀνόμοιος ἔσται πρὸς ἑαυτὴν ἡ ἁγία Τριὰς ἐξ οὐκ ὄντων ἔχουσα τὴν σύστασιν. Καὶ λοιπὸν τὸ κτίσμα τῷ Κτίστῃ συναριθμεῖται, καὶ τὸ ποίημα τῷ ποιητῇ συνδοξάζεται. Εἰ δὲ τοῦτο ἀσεβὲς, μία γὰρ θεότης τῆς ἁγίας Τριάδος, μία δοξολογία, κυριότης ἡ αὐτὴ, οὐκ εὐλόγως εἰς διαφόρους οὐσίας σχίζεται. Πῶς δὲ οὐκ ἄτοπον τοῦ Πατρὸς ὄντος ἀϊδίου, τὸν συγκαθήμενον αὐτῷ καὶ συμβασιλεύοντα Λόγον τολμῆσαι λέγειν οὐκ εἶναι μέν ποτε· ἐπιγεγονέναι δὲ ὕστερον, καὶ πρόσφατον ἡμῖν εἰσφέρεσθαι Θεόν;

[46] Joan. I, 3.

Digitized by Google

ΑΛΛΟ.

Πηγὴ σοφίας καὶ ζωῆς καλεῖται καὶ ἔστιν ὁ Θεός. Διὰ μὲν γὰρ Ἱερεμίου φησίν· « Ἐμὲ ἐγκατέλιπον πηγὴν ὕδατος ζῶντος. » Καὶ πάλιν· « Θρόνος δόξης ὑψωμένος, ἁγίασμα ἡμῶν, ὑπομονὴ Ἰσραὴλ, Κύριος. Πάντες οἱ καταλιπόντες σε καταισχυνθήτωσαν, ἀφεστηκότες ἐπὶ τῆς γῆς. Γραφήτωσαν ὅτι ἐγκατέλιπον πηγὴν ζωῆς τὸν Κύριον. » Διὰ δὲ τοῦ Βαρούχ· « Ἐγκατελίπετε τὴν πηγὴν τῆς σοφίας. » Οὕτω τοίνυν ὄντος τε καὶ καλουμένου τοῦ Θεοῦ, ἀκόλουθόν ἐστι τῇ πηγῇ τῆς σοφίας συνυπάρχειν τὰ ἐξ αὐτῆς· ἐπεὶ οὐκ ἂν εἴη πηγὴ μηδὲν ἀναβλύζουσα. Οὐκοῦν ἐν τῷ λέγειν· *Ἦν ὅτε οὐκ ἦν Υἱός*, ὁ λέγων· Ἐγώ εἰμι ἡ ζωὴ, καὶ ἐγὼ ἡ σοφία, κατεσκήνωσα βουλήν, συνομολογεῖν ἔστι σαφῶς ξηράν ποτε καὶ ἄγονον εἶναι τὴν πηγήν. Εἰ δὲ τοῦτο ἀσεβὲς, ἀεὶ γὰρ καρποφόρος ἡ θεία φύσις, καὶ οὐδὲν ἐν αὐτῇ τὸ κατ᾽ὸν, ἦν ἄρα τῷ Γεννήσαντι συναΐδιος ὁ ἐξ αὐτοῦ γνήσιος Λόγος, ὥσπερ ἀπό τινος πηγῆς τῆς πατρῴας ἀναβλύζων οὐσίας.

ALIUD.

Fons sapientiæ et vitæ vocatur et est Deus. Nam per Jeremiam ita ait : « Reliquerunt me fontem aquæ vivæ[46]. » Et rursum : « Thronus gloriæ exaltatus, sanctificatio nostra, exspectatio Israel, Dominus. Erubescant omnes qui reliquerunt te, recedentes a terra. Scribantur quoniam dereliquerunt fontem vitæ Dominum[47]. » Et per Baruch : « Fontem sapientiæ dereliquistis[48]. » Cum itaque ejusmodi sit et vocetur Deus, consequens est ut una cum fonte exsistant quæ ex eo manant. Neque enim fuerit fons nisi manet. Dicendo igitur : *Erat aliquando quando non erat Filius*, qui dicit : Ego sum vita, et ego Sapientia habitavi in consiliis, fatendum omnino erit siccum atque infecundum esse fontem. Si vero hoc impium est, fecunda enim et fructifera semper est divina natura, nihilque in ea inane, erat utique cœternum Patri Verbum ex ipso genitum, e paterna essentia veluti fonte promanans.

ΑΛΛΟ. *Εἰς τὸ αὐτὸ πιθανόν.*

Ἐπαγγέλλεται *ποιήσειν* ὁ Θεὸς τοὺς δουλεύοντας *αὐτῷ, ὡς πηγὴν ἧν μὴ ἐξέλιπεν* ὕδωρ. Οὕτω τε διὰ τοῦ *προφήτου* φησὶν Ἡσαΐου· « Καὶ ἐμπλησθήσῃ, καθάπερ ἐπιθυμεῖ ἡ ψυχή σου, καὶ τὰ ὀστᾶ σου πιανθήσεται· καὶ ἔσται ὡς κῆπος μεθύων, καὶ ὡς πηγὴ ἧς μὴ ἐξέλιπεν ὕδωρ. » Ταῦτα τοῦ Θεοῦ ποιήσειν ἐπ᾽ ἀνθρώπων ὑπισχνουμένου, πῶς οὐ πάσης ἂν εἴεν ἀσεβείας ὑπεύθυνοι, οἱ τὴν θείαν ἐκείνην καὶ ἀκήρατον πηγὴν ξηράν ποτε γεγενῆσθαι λέγοντες· ἵνα καὶ ἀνθρώπων δεύτερος φαίνηται Θεός; Εἰ δὲ τοῦτο ἄτοπον, ἦν ἄρα ἐν τῇ πηγῇ τὸ ὕδωρ τῆς ζωῆς καὶ ἡ ἐξ αὐτῆς σοφία, τουτέστιν ὁ Υἱός.

28 ALIUD, *ejusdem rei probatio.*

Promittit Deus facturum se eos qui ipsi serviunt, velut fontem, cujus aqua nunquam deficit. Ita enim per Isaiæ prophetæ vocem ait : « Et impleberis sicut anima tua desiderat, et pinguescent ossa tua : et erunt quasi hortus irriguus, et veluti fons cujus aqua non deficit[49]. » Hæc cum Deus in hominibus se præstiturum promittat, quo pacto non extreme impii censendi sunt, qui divinum illum atque perennem fontem, siccum aliquando fuisse dicunt, ut et secundus quidam hominum Deus esse videatur? At vero si hoc absurdum est, erat utique in fonte aqua vitæ et sapientia quæ inde promanat, hoc est Filius.

ΑΛΛΟ, *διὰ τῆς εἰς ἄτοπον ἀπαγωγῆς.*

Γέγραπται· « Εἷς Θεὸς ὁ Πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς εἰς αὐτόν· καὶ εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι᾽ οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς δι᾽ αὐτοῦ, » ἀλλ᾽ εἴ τις τὸν δι᾽ οὗ τὰ πάντα γέγονεν, ἕνα τῶν πάντων εἶναι λέγοι, τὸ κωλύον οὐδὲν, καὶ τὸν ἐξ οὗ τὰ πάντα τοῖς αὐτοῖς ὑποβάλλειν συλλογισμοῖς. Εἰ δὲ τοῦτο ἀσεβὲς, οὐδὲ ὁ Υἱὸς ἔν ἔσται τῶν πάντων, δι᾽ οὗ τὰ πάντα γέγονεν, ἄϊδιος οὖν. Ὃ γὰρ ὅλως τὸ εἶναι κτίσμα καὶ ποίημα διαπεφευγὼς, οὐκ ἐν τοῖς πᾶσιν ὢν, ἀλλ᾽ ὑπὲρ πάντα καὶ ἐπὶ πάντων Θεὸς νοηθήσεται.

ALIUD *per reductionem ad absurdum.*

Scriptum est : « Unus Deus Pater, ex quo omnia, et nos in ipso : et unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia, et nos per ipsum[50]; » si quis autem illum per quem omnia facta sunt, unum ex omnibus esse dicat; nihil obierit quominus etiam eum ex quo omnia, eodem in ordine cum omnibus collocemus. Si vero id manifeste impium est, neque Filius unum erit ex omnibus, per quem omnia facta sunt, æternus itaque. A quo enim in universum id alienum, ut opus aut creatura sit, is non unus ex omnibus, sed super omnia et in omnibus Deus esse censebitur.

ΑΛΛΑ *ἁπλᾶ καὶ ἀπόλυτα.*

Εἰ φῶς ἐστιν ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ, ἦν ἀεὶ ἐν αὐτῷ τὸ ἀπαύγασμα αὐτοῦ. Εἰ χαρακτὴρ ἐστιν ὁ Υἱὸς τῆς τοῦ Πατρὸς ὑποστάσεως, κατὰ τὴν τοῦ Παύλου φωνὴν, λεγέτωσαν οἱ ἐπ᾽ αὐτοῦ τὸ, *Οὐκ ἦν*, τολμῶντες φέρειν, πότε χαρακτὴρ χωρὶς ἦν ἡ ὑπόστασις τοῦ Πατρός; Ὁμοῦ γὰρ τῇ ὑποστάσει καὶ ὁ ταύτης χαρακτὴρ συνεισάγεται. Εἰ ἀλήθεια καὶ σοφία ἐστὶν ὁ

ALIA *simplicia et indissolubilia.*

Si Deus et Pater lumen est, erat semper in ipso lumen ejus. Si Filius est character sive forma substantiæ Patris, juxta Pauli vocem[51], dicant ii qui hoc, *Non erat*, de eo dicere audent, quando substantia Patris absque suo charactere exstiterit? Simul enim cum substantia etiam character ejus inducitur. Si veritas et sapientia est Filius, quando non

[46] Jerem. II, 13. [47] Jerem. XVII, 12, 13. [48] Baruch III, 12. [49] Isa. LVIII, 11. [50] I Cor. VIII, 6. [51] Hebr. I, 3.

Digitized by Google

fuit in Patre? Semper enim sapientia et veritas in Deo et Patre fuit.

A Υἱὸς, πότε οὐκ ἦν ἐν τῷ Πατρί; Ἀεὶ γὰρ ἀλήθεια καὶ σοφία ἐν Θεῷ καὶ Πατρί.

ALIUD.

Si in Filio videtur Pater et Filius, et est indifferens imago essentiæ Genitoris, juxta id quod de eo dicitur : « Qui vidit me, vidit et Patrem meum [53], » necesse omnino est ut ei insint naturaliter omnia quæ Patri. **29** Ita enim erit perfectus character. Æternus autem est Pater, immortalis, rex, creator, omnipotens, Deus, opifex : hæc ipsa est et Filius. At quo pacto in creatura appareat æternitas? aut in eo qui aliquando non erat, perfectio, aut in opere opifex? Imagines enim perpetuo exemplarium similitudinem referunt.

ΑΛΛΟ.

Εἰ ἐν Υἱῷ θεωρεῖται ὁ Πατὴρ, καὶ εἰκών ἐστιν ἀπαράλλακτος τῆς τοῦ Γεννήσαντος οὐσίας, κατὰ τὸ λεγόμενον παρ' αὐτοῦ· « Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε καὶ τὸν Πατέρα, » προσεῖναι πάντως αὐτῷ ἀναγκαῖον κατὰ φύσιν ὅσα καὶ τῷ Πατρί. Ἔσται γὰρ οὕτως ἀκριβὴς ὁ χαρακτήρ. Ἀΐδιος δὲ ὁ Πατὴρ, ἀθάνατος, βασιλεὺς, κτίστης, παντοκράτωρ, Θεὸς, ποιητής· ταῦτα καὶ ὁ Υἱός. Ἢ πῶς ἐν τῷ γενητῷ τὸ ἀΐδιον φαίνεται; ἢ ἐν τῷ ποτε μὴ ὄντι τὸ τέλειον, ἢ ἐν τῷ ποιήματι ὁ ποιητής; Αἱ γὰρ εἰκόνες ἀεὶ πρὸς τὰ ἀρχέτυπα τὴν ἐμφέρειαν ἔχουσιν.

Interrogatio hæreticorum veluti ad stultas mulieres, hæc est.

B Ἐρώτησις αἱρετικῶν ὡς πρὸς ἀνοήτους γυναῖκας αὕτη.

An habuisti, inquiunt, filium, priusquam pepereris? Quemadmodum autem non habuisti, ita neque Deus. Erat itaque tempus quando non erat Filius. Quid igitur ad hoc dicemus? Si ad tollendam æternitatem Filii humanæ naturæ proprietates divinæ accommodare non verentur, interrogent etiam architectos, an absque materia ædificare possint. Et si negent, fatentes id quod verum est, non posse : dicant etiam Deo ad totius universi creationem materia opus fuisse, perinde atque homini : ita ut non jam censeatur Creator, qui ea quæ in natura rerum exsistunt, e nihilo ad esse traduxerit, sed ex subjecto aliquo principio et materia, C ut homo, et mutasse potius quam creasse judicetur. Si vero hoc absurdum esse dicunt, etiam illud detestentur, aut causam afferant, ob quam nihil amplius in generando Deo tribuant quam homini; in creando autem non item quæ hominis sunt, ei ascribant. Si autem creator est, quemadmodum Deo convenit, erit etiam generator eadem ratione.

Εἰ εἶχες, φασὶν, υἱὸν πρὶν τέκῃς; Ὥσπερ δὲ οὐκ εἶχες, οὕτω καὶ ὁ Θεός. Οὐκοῦν ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν ὁ Υἱός. Τί οὖν πρὸς τοῦτο; Εἰ ἐπ' ἀναιρέσει τῆς ἀϊδιότητος τοῦ Υἱοῦ τὰ τῆς ἀνθρωπότητος ἴδια τῇ θείᾳ φύσει περιτιθέντες οὐκ αἰσχύνονται, ἐρωτάτωσαν καὶ τῶν ἀρχιτεκτόνων τινὰς, εἰ δύνανται χωρὶς ὕλης οἰκοδομεῖν. Εἰ δὲ ἀνανεύοιεν, ὁμολογοῦντες τὸ ἀληθὲς, ὡς οὐ δύνανται, λεγέτωσαν ὕλης δεδεῆσθαι καὶ Θεὸν εἰς τὴν τῶν ὅλων κατασκευὴν ὡς ἄνθρωπον· ἵνα μηκέτι νοῆται Ποιητὴς ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι τὰ ὄντα παράγων, ἀλλ' ἔκ τινος ὑποκειμένης ἀρχῆς τε καὶ ὕλης, ὡς ἄνθρωπος, μετασκευαστὴς μᾶλλον ἢ ποιητὴς εὑρισκόμενος. Εἰ δὲ τοῦτο ἄτοπον εἶναί φασι, κἀκεῖνο φευγέτωσαν· ἢ λεγέτωσαν τὴν αἰτίαν, δι' ἣν ἐπὶ μὲν τοῦ γεννᾷν οὐδὲν ἀνθρώπου πλέον ἔχειν βούλονται τὸν Θεὸν, ἐπὶ δὲ τοῦ κτίζειν οὐκέτι τὰ ἀνθρώπου προσάπτουσιν αὐτῷ. Εἰ δὲ ποιητής ἐστιν, ὡς πρέπει Θεῷ ἔσται καὶ γεννήτωρ κατὰ τὸν ἴσον τρόπον.

Interrogatio Arianorum plena absurditatis, cui alia similis interrogatio opponitur, docens, non esse aliquid stulte interrogandum.

Ἐρώτησις Ἀρειανῶν ἀτοπίας μεστὴ, πρὸς ἣν ἀντεπερώτησις ἀτοπωτέρα, ὅτι χρὴ μὴ ἀπαιδεύτως ἐρωτᾶν ἐκδιδάσκουσα.

Deus, inquiunt, exsistens, exsistentem Filium fecit, aut non exsistentem?

Ὁ ὢν, φασὶν, Θεὸς ὄντα τὸν Υἱὸν ἐποίησεν, ἢ μὴ ὄντα;

Solutio seu potius subjectio.

Πρὸς τοῦτο λύσις ἤτοι ἀνθυποφορά.

Deus exsistens, factusne est exsistens, aut priusD quam fieret exsistebat? Et, fecitne seipsum, aut ex nihilo factus est? An cum prius nihil exsisteret, ipse repente apparuit? Ad hæc responderi citra blasphemiam non potest : iis itaque qui ejusmodi quæstiones proponunt respondendum non **30** est, imo potius pie dicendum Patrem ab æterno exsistere. Cum itaque æternus sit Pater, ab æterno etiam exsistit Filius. Quemadmodum enim nunquam lumen splendore suo destitutum cernitur, ita neque Pater Filio, per quem Pater videtur. Erat autem semper Deus Pater; erat itaque omnino etiam is cujus est Pater.

Ὁ ὢν Θεὸς, ὢν γέγονεν, ἢ καὶ πρὶν γένηταί ἐστιν ὤν. Καὶ, ἑαυτὸν ἐποίησεν, ἢ ἐξ οὐδενός ἔστι; Καὶ μηδενὸς ὄντος πρότερον, ἐξαίφνης αὐτὸς ἐφάνη; Ἐν τούτοις πᾶσα ἀπόκρισις τὸ δύσφημον ἔχει· χρὴ τοίνυν τοῖς οὕτως ἐρωτῶσι μὴ ἀποκρίνεσθαι πρὸς τὴν προταθεῖσαν πεῦσιν, ἀλλὰ μᾶλλον εὐσεβῶς λέγωμεν ὡς ἔστιν ἀΐδιος ὁ Πατήρ. Ὄντος οὖν ἀϊδίου τοῦ Πατρὸς, ὢν ἐστιν ἀΐδιος καὶ ὁ Υἱός. Ὡς γὰρ οὐκ ἄν ποτε φῶς ὀφθείη τοῦ ἰδίου ἀπαυγάσματος ἔρημον, οὕτως οὐκ ἂν εἴη Πατὴρ μὴ ὄντος Υἱοῦ, δι' οὗ καὶ Πατὴρ φαίνεται. Ἦν δὲ ἀεὶ Πατὴρ ὁ Θεὸς, ἦν ἄρα πάντως οὗ καὶ ἔστι Πατήρ.

[53] Joan. XIV, 9.

Digitized by Google

ΑΛΛΟ.

Εἰ, καθάπερ λέγειν τολμῶσιν Ἀρειανοί, ὄργανον ἑαυτῷ ὁ Πατὴρ τὸν Υἱὸν κατεσκεύασε, χρησιμεῦσαι δυνάμενον εἰς τὴν τῶν ὄντων δημιουργίαν, διά τε ταύτην τὴν αἰτίαν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος αὐτὸν εἰς τὸ εἶναι παρήγαγε, λεγέτωσαν ἡμῖν εἰ ὁ ὢν τοῦ μὴ ὄντος ἐχρῄζε; Τί οὖν ἄρα ἔσται μεῖζον; τὸ ἐν χρείᾳ τινὸς καθεστηκὸς, ἢ τὸ τὴν χρείαν ἀναπληρῶσαι δυνάμενον; Ἀλλὰ πρόδηλον ὅτι τὸ ἐνδεὲς ἐν ἑκάστῳ δι' ἀμφοτέρων πληροῦται, καὶ ἑκάτερον ἀτελές ἐστι καθ' ἑαυτό. Εἰ δὲ ἐν χρείᾳ γέγονεν ὁ ἀΐδιος Πατὴρ τοῦ μικρὸν ὕστερον ἐπιγεγονότος Υἱοῦ, κατ' ἐκείνους, πλήρωμα τῆς ἀϊδιότητος τοῦ Πατρὸς ἡ γενητὴ τοῦ Υἱοῦ γέγονε φύσις· καὶ λοιπὸν ἐμίχθη τὰ ἄμικτα. Εἰ δὲ τοῦτο λέγειν ἢ φρονεῖν ἀσεβὲς, οὐκ ἐπιγέγονεν ἄρα τῷ Πατρὶ ὁ Υἱὸς, δι' οὗ τὰ πάντα ἐποίησεν, οὐδὲ ὡς ὄργανον κατεσκευάσθη πρὸς τοῦτο· ἀλλ' ἦν αὐτῷ συναΐδιος, δύναμις αὐτοῦ καὶ σοφία ὑπάρχων.

ALIUD.

A Si, quemadmodum Ariani dicere non verentur, Pater sibi Filium tanquam instrumentum confecit, quo ad totius universi creationem uteretur, eamque ob causam eum e nihilo ad esse traduxit, dicant mihi, an is qui exsistebat, eo qui non exsistebat, indiguerit? Quodnam igitur est majus, id quod altero eget, aut id quod alterius egestatem supplet? Atqui manifestum est defectum qui in singulis est per utrumque suppleri, et utrumque in se imperfectum inveniri. Si vero æternus Pater indiguit Filio, qui paulo post, ut ipsi opinantur, factus est; genita ergo Filii natura Patris æternitatem supplevit; atque ita mista fuerint, quæ nulla ratione misceri possunt. Si vero hoc et dictu et cogitatu impium B est, non est ergo posterior Patre Filius, per quem ille omnia fecit, neque veluti instrumentum ad hoc factus est: sed erat ei coæternus, potentia ejus ac sapientia exsistens.

Πρὸς τοὺς ἐρωτῶντας· Εἰ εἶχες υἱὸν πρὶν τέκῃς; καὶ λέγοντας· Οὕτω καὶ ὁ Θεὸς οὐκ εἶχεν Υἱὸν πρὶν γεννήσῃ.

Οἱ γυναῖκας ἐρωτῶντες· Εἰ εἶχες υἱὸν πρὶν τέκῃς; ἀπό τε τῆς καθ' ἡμῶν συνηθείας τὰ θειότερα δοκιμάζοντες, ἐρωτάτωσαν ὁμοίως πατέρας ἢ μητέρας· Ἂν τέκῃς υἱὸν, ὅμοιος ἄρα σοὶ κατὰ φύσιν γενήσεται; ἢ τῆς αὐτῆς σοὶ καὶ αὐτὸς οὐσίας μεθέξει; ἢ ἑτεροούσιος ἔσται καὶ ἀπεξενωμένος; Μανθάνοντες δὲ τὸ ἀληθὲς, οὕτω φρονείτωσαν καὶ περὶ Θεοῦ. Καὶ μὴ τὸν χρόνον μὲν εἰς τὴν ἑαυτῶν δυσσέβειαν ὡς χρήσιμον ἁρπαζέτωσαν· τὸ δὲ ἐκ τῆς κατὰ φύσιν διαδοχῆς γνήσιον παροράτωσαν. Καὶ πάλιν ὅταν μάθωσι παρὰ τῶν ἐρωτωμένων γονέων, ὅτι δὴ τὰ ἐξ αὐτῶν ἐσόμενα τέκνα πάντως ἔσται τοῖς τοκεῦσι παραπλήσια, καὶ κατ' οὐδὲν αὐτῶν διαλλάττοντα, κατά γε τὸν τῆς οὐσίας λόγον, διακείσθωσαν οὕτω καὶ περὶ τοῦ Θεοῦ Λόγου. Καὶ λοιπὸν ὁμολογοῦντες ἐκ τῆς οὐσίας αὐτὸν γεγεννῆσθαι τοῦ Πατρὸς, περὶ μόνου τοῦ χρόνου ζητείτωσαν, καὶ λεγέτωσαν ἡμῖν τί τὸ κωλῦον ἀεὶ Πατέρα εἶναι τὸν Θεὸν, εἰ μή τις αὐτὸν ταῖς τῆς ἀνθρωπότητος ἀνάγκαις καὶ τοῖς τῆς φύσεως ἡμῶν ὅροις ὑποκεῖσθαι λέγοι· ὅπερ ἐστὶν ἀσεβέστατον. Περὶ τοῦ χρόνου τοίνυν σκεπτόμενοι, μὴ τὰ ἀνθρώπων ἴδια πολυπραγμονείτωσαν· πολὺ γὰρ ταῦτα τῆς θείας ἀπῴκισται φύσεως. Ἀλλ' ἐρωτάτωσαν, εἰ βούλονται, τὸν ἥλιον, εἰ τὸ ἐξ αὐτοῦ γεννώμενον φῶς ἦν ἀεὶ σὺν αὐτῷ. Μανθανέτωσαν καὶ παρὰ τοῦ πυρὸς, εἰ προσῆν αὐτῷ τὸ θερμαίνειν ἀεί. Εἰ δὲ ἐπὶ τούτων σύνδρομά τε καὶ ἀεὶ συνόντα τὰ ἐξ αὐτῶν φαίνεται, πόσῳ μᾶλλον ἐπὶ τοῦ ἀϊδίου Θεοῦ; Εἰ τοίνυν κατὰ φύσιν ἐκ τοῦ Πατρός ἐστιν ὁ Υἱὸς, καὶ τὸ ἀναγκάζον αὐδὲν ἐν χρόνῳ τίκτειν τὸν Θεὸν, ἦν ἄρα τῷ Πατρὶ συναΐδιος ὁ ἐξ αὐτοῦ προελθὼν Λόγος, δι' οὗ τοῖς μὴ οὖσι γέγονεν ἡ εἰς τὸ εἶναι πάροδος.

Adversus interrogantes: An habuisti filium antequam gigneres? et dicentes: Ita neque Deus habuit Filium, priusquam eum gigneret.

Qui mulieres interrogant: Habuistine filium antequam pareres? humano more divinas res æstimantes, interrogent etiam patres ac matres: Si tibi natus sit filius, eritne is tibi similis secundum naturam, vel ejusdemne tecum substantiæ particeps erit? an potius alterius substantiæ alienæ a tua? Veritate itaque agnita, ita etiam de Deo sentiant. C Neque tempus quidem ad suam impietatem tanquam utile abripiant: naturalis vero proprietatis continuationem despiciant. Et rursus, cum ex parentibus interrogatis didicerint, filios qui ex ipsis nasciturі sunt, similes omnino parentibus fore, nulloque modo, quantum ad substantiæ rationem attinet, diversos ab ipsis fore, ita etiam de Dei Verbo sentiant. Ac deinceps **31** fatentes Filium ex essentia Patris genitum esse, de tempore solum quærant, et dicant quid prohibeat, quo minus Pater sit semper Deus, nisi quis eum humanæ conditionis et naturæ legibus subjectum esse dicat: quod impium summopere est. Tempus itaque considerantes, ne ea quæ hominibus propria sunt, inquirant: longissime enim D hæc a divina natura sunt remota. Sed rogent, si velint, solem, an lumen quod ex se giguit, semper secum fuerit. Cognoscant etiam ex igne, an semper ei calor adfuerit. Si vero in his semper concomitantur atque insunt quæ ex ipsis gignuntur, quanto magis in æterno Deo? Ergo si naturaliter est ex Patre Filius, nullaque necessitas sit ut Deus in tempore gignat: erat itaque coæternum Patri Verbum ex ipso procedens, per quem ea quæ non erant ad esse traducta sunt.

ΑΛΛΟ.

Εἰδέναι χρὴ τοὺς νοεῖν ἐθέλοντας καλῶς, ὅτι οὔτε μεριστῶς ἢ ῥευστῶς ἐγέννησε Θεὸς, ἵνα τι καὶ πάθος περὶ αὐτὸν γενέσθαι νομίσωμεν· τὸ μὲν γὰρ τέμνε-

ALIUD.

Scire oportet eos qui recte sentire velint, Deum non per separationem, aut fluxionem genuisse, ita ut passionem aliquam ei accidisse censeamus:

Digitized by Google

secari enim ac fluere corporeæ naturæ proprium est; incorporeæ autem divinæque essentiæ non passio, non sectio, vel tale aliquid accidit. Non erit itaque Filius veluti pars quædam Patris, sed ex ipso et in ipso. Ac per Filii quidem appellationem ex ipso : per sapientiæ vero et Verbi appellationem, in ipso esse significatur. Erit itaque genitori coæternus. Neque enim quisquam sanæ mentis dixerit Patrem inquam absque Verbo et Sapientia exstitisse.

A σθαι καὶ ῥεῖν τῆς σωματικῆς ἂν εἴη φύσεως ἴδιον· ἐπὶ δὲ τῆς ἀσωμάτου καὶ θείας οὐσίας, οὐ πάθος, οὐ μερισμὸς τῶν τοιούτων οὐδὲν συμβήσεται. Οὐκ ἔσται τοίνυν ὥσπερ τι μέρος τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱὸς, ἀλλ' ἐξ αὐτοῦ, καὶ ἐν αὐτῷ. Διὰ μὲν τοῦ καλεῖσθαι Υἱὸς τὸ ἐξ αὐτοῦ, διὰ δὲ τοῦ καλεῖσθαι σοφία καὶ Λόγος, τὸ ἐν αὐτῷ γνωρίζων. Οὐκοῦν ἔσται τῷ τεκόντι συναΐδιος. Οὐ γὰρ ἄν τις εἴποι τῶν εὖ φρονεῖν εἰωθότων ἄλογόν τε καὶ ἄσοφον γεγενῆσθαί ποτε τὸν Πατέρα.

ALIUD.

Si mens humana citra ullam divisionem verbum quod profert ex seipsa, gignit, neque quidquam ipsa ex illa verbi prolatione patitur : sed verbum quidem in mente, mens in verbo cernitur, et alterum ab altero depingitur : et nemo sani judicii dixerit mentem unquam absque verbo fuisse : neque mens unquam fuerit quæ verbum non habeat; verbum autem dicimus non in universum quod lingua profertur, verum etiam id quod mente intellectualiter agitatur; ita etiam nemo dixerit, non esse omnino in Deo proprium ipsius Verbum, quod ex integro Patre imaginem refert, et in Patre ob essentiæ incommutabilitatem animo cernitur.

ΑΛΛΟ.

Εἰ ὁ ἀνθρώπινος νοῦς ἀμερίστως ἐξ ἑαυτοῦ τὸν προφορικὸν ἀπογεννᾷ λόγον, καὶ πάθος οὐδὲν περὶ αὐτὸν ἐκ τούτου γίνεται, ἀλλ' ἔστιν ἰδεῖν ἐν μὲν τῷ B νῷ τὸν λόγον, ἐν δὲ τῷ λόγῳ τὸν νοῦν, καὶ ἑκάτερον αὐτῶν ἑκατέρῳ ζωγραφούμενον, καὶ οὐκ ἄν τις εἴποι σωφρονῶν ἄλογόν ποτε γεγενῆσθαι τὸν νοῦν· οὐκέτι γὰρ ἔσται νοῦς λόγον οὐκ ἔχων, λόγον δέ φαμεν οὐ πάντως τὸν διὰ γλώττης ἀποκτυπούμενον, ἀλλὰ καὶ τὸν ἐν τῷ ᾧ νοηματικῶς κινούμενον· οὕτως οὐκ ἄν τις εἴποι μὴ εἶναι πάντως ἐν Θεῷ τὸν ἴδιον αὐτοῦ Λόγον, ὅλην ἐξ ὅλου τοῦ Πατρὸς ἔχοντα τὴν εἰκόνα, καὶ ἐν Πατρὶ θεωρούμενον διὰ τὸ τῆς οὐσίας ἀπαράλλακτον.

32 ALIUD.

Si recte sentire velimus, necesse est ut dicamus, non accessisse hoc postea Patri ut sit Pater, sed semper id fuisse : alioqui mutabilis naturæ esse videbitur, quippe qui postmodo factus fuerit id C quod non erat, juxta hæreticorum furorem. Nam si bonum quoddam videtur, ipsum esse Patrem, hoc vero non semper fuit, erat igitur tempus quando bonum non erat in Deo. Quod quidem cum impium dictu sit, erat igitur semper Pater, Filio manifeste una exsistente : neque enim esset Pater, non exsistente Filio. Si vero quis objiciat, dicens : Ergo, siquidem secundum naturam est etiam creator Deus, fuerunt etiam semper creaturæ : atque hoc quidem dicere nos necesse est, ne postmodo accessisse Deo videatur, creatorem esse, neve mutatio aliqua circa divinam naturam facta esse censeatur : hoc enim diximus de Filio. Aut alio etiam modo. Quandoquidem bonum est creare et facere, fuerunt semper creaturæ, ne id quod bonum est, videatur D aliquando in Deo non fuisse. Huic objectioni ita occurrendum est : Filius et opus immenso inter se intervallo dissident, neque quidquam æquale iis intercedit : Filius enim ex substantia Patris progressus, statim eum genitorem esse ostendit. Sit autem veluti de hominibus sermo ; opus vero extra essentiam est, omnino tunc opificem ostendens eum qui id fecit, quando fit : erat enim in ipso ars faciendi, quam omnino prius exstitisse oportet iis quæ per ipsam fiunt : prius enim aliquis erit artifex deinde opifex. Cum igitur tantum discriminis interpositum sit, cumque Filius una cum Patris appellatione simul etiam intelligatur, simulque comprehendatur; simul enim ac Pater est, statim et Fi-

ΑΛΛΟ.

Εἰ βουλοίμεθα δοξάζειν ὀρθῶς, ἀνάγκη λέγειν ὡς οὐκ ἐπιγέγονε τῷ Θεῷ τὸ εἶναι Πατέρα, ἀλλ' ἦν ἀεὶ τοῦτο· ἦ γὰρ ἂν καὶ τρεπτῆς ὢν φαίνοιτο φύσεως ὕστερον γεγονὼς, ὅπερ οὐκ ἦν, κατὰ τὴν τῶν αἱρετικῶν μανίαν. Εἰ γὰρ καλόν τι φαίνεται τὸ εἶναι αὐτὸν Πατέρα, τοῦτο δὲ ἦν οὐκ ἀεὶ, ἦν ἄρα χρόνος ὅτε τὸ καλὸν οὐκ ἦν ἐν Θεῷ. Εἰ δὲ τοῦτο δύσφημον, ἦν ἄρα ἀεὶ Πατὴρ, Υἱοῦ δηλονότι συνυπάρχοντος· οὐ γὰρ ἂν εἴη Πατὴρ οὐκ ὄντος Υἱοῦ. Εἰ δέ τις ἀνθυποφέρει λέγων· Ἆρ' οὖν ἐπειδὴ κατὰ φύσιν ἐστὶ καὶ ποιητὴς ὁ Θεὸς, ἦν ἀεὶ τὰ ποιήματα· καὶ τοῦτο λέγειν ἡμᾶς ἀναγκαῖον, ἵνα μὴ ὕστερον ἐπιγεγονὸς τῷ Θεῷ φαίνηται τὸ εἶναι ποιητὴν, καὶ δόξειέ τις τροπὴ περὶ τὴν θείαν γίνεσθαι φύσιν· τοῦτο γὰρ ἐλέγομεν ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ. Ἢ καὶ καθ' ἕτερον τρόπον· ἐπειδὴ καλὸν τὸ κτίζειν καὶ ποιεῖν, ἦν ἀεὶ τὰ ποιήματα, ἵνα μὴ φαίνηταί ποτε μὴ ὂν ἐν Θεῷ τὸ καλόν. Πρὸς ταῦτα χρὴ τοῦτον ὑπαντῆσαι τὸν τρόπον· Υἱὸς καὶ ποίημα, πολὺ τῆς πρὸς ἄλληλα κοινωνίας ἀπῴκισται, καὶ οὐδὲν ἐν αὐτοῖς τὸ ἴσον· ὁ μὲν γὰρ ἐκ τῆς οὐσίας προελθὼν, Πατέρα εὐθὺς ἔδειξε τὸν γεννήσαντα. Ἔστω δὲ ὡς ἐπ' ἀνθρώπων ὁ λόγος· τὸ δὲ ἔξωθεν τῆς οὐσίας ἐστὶν, τότε πάντως ποιητὴν ἀποφαῖνον τὸν ἐργαζόμενον, ὅτε καὶ γίνεται· ἦν γὰρ ἐν αὐτῷ τοῦ ποιεῖν ἡ τέχνη, ἣν καὶ προεῖναι πάντως ἀνάγκη τῶν δι' αὐτῆς· πρότερον γάρ τις ἔσται τεχνίτης, εἶθ' οὕτω δημιουργός. Τοσαύτης τοίνυν μεταξὺ κειμένης διαφορᾶς, καὶ τοῦ μὲν Υἱοῦ ἅμα τῇ τοῦ Πατρὸς προσηγορίᾳ συνεπινοουμένου, καὶ συνεισθαίνοντος· ἅμα τε γὰρ Πατὴρ, εὐθὺς καὶ ὁ Υἱὸς, ἅμα τε Υἱὸς, εὐθὺς καὶ Πατὴρ, καὶ οὐκ ἂν νοηθείη χωρὶς τοῦ ἑτέρου τὸ ἕτερον. Τοῦ δὲ ποιήματος καὶ μετὰ τὴν ὕπαρξιν τοῦ ποιητοῦ δυναμένου φαίνεσθαι (οὐ γὰρ ἐκ τῆς φύσεώς

Digitized by Google

ἐστι τοῦ ποιοῦντος, ἀλλὰ τέχνης εὕρημα· ἡ δὲ τέχνη φύσις οὐκ ἔστιν, ἀλλ' ἐν τῶν τῇ φύσει προσόντων), πῶς τινες ἐπὶ Θεοῦ ὡς ταυτὸν εἰσφέρουσι ποίημα καὶ γέννημα, Πατέρα δύνασθαι καλεῖν λέγοντες αὐτὸν, καὶ οὐκ ὄντος Υἱοῦ; Ἐπειδὴ καὶ δημιουργὸς ὑπῆρχε πρὸ τῶν δημιουργημάτων. Ὅμοιον γάρ ἐστιν ὡς εἴ τις καὶ τὸν ναυπηγικὴν ἔχοντα τέχνην, Πατέρα καλοίη καὶ μὴ ὄντος Υἱοῦ· ἐπεὶ καὶ ναυπηγός ἐστιν ὅσον εἰς τὴν τέχνην, καὶ τὴν τοῦ δύνασθαι ποιεῖν ἐπιτηδειότητα ἔχει, καὶ εἰ μή πω τὸ σκάφος κατεσκεύασεν. Ἀλλ' ὁ τοιοῦτος ναυπηγὸς μὲν ἔσται, καὶ πρὸ τοῦ σκάφους διὰ τὴν τέχνην. Πατὴρ δὲ οὐκέτι μή πω γεγονότος τοῦ δι' ὃν ἔσται πατήρ. Καὶ τὰ μὲν ποιήματα καὶ μὴ γεγονότα οὐκ ἀναιρεῖ τὸ δύνασθαι τινα εἶναι ποιητήν· ὁ δὲ υἱὸς οὔπω γενόμενος, ἀναιρήσει πάντως τὸ εἶναι πατέρα τινά. Ὥστε οὐκ ἂν ἴσον εἴη ποίημα καὶ Υἱός· καὶ ποιητὴς μὲν ἔστιν, ὅσον εἰς τὴν οἰκείαν φύσιν, καὶ πρὸ τῶν ποιημάτων ὁ Θεὸς, Πατὴρ δὲ οὐδαμῶς οὐκ ὄντος Υἱοῦ.

lius, simul ac Filius, statim et Pater, neque alterum absque altero intelligi potest. Opus autem etiam post exsistentiam opificis possit videri (neque enim est ex natura opificis, sed artis inventum : ars autem non est natura, sed unum aliquid eorum quæ naturæ insunt); quonam pacto nonnulli in Deo tanquam idem statuunt factum et genitum, dicentes posse eum vocari Patrem, etiam non exsistente Filio? Siquidem et opifex exsistit ante opificia. Perinde enim est ac si quis eum qui arte fabricandi naves præditus sit, patrem vocare voluerit etiam non exsistente filio, quoniam et fabricator navium est quantum attinet ad artem, et facultatem habilitatemque ad fabricandum habet, etiamsi nondum navim **33** construxerit. Cæterum ejusmodi aliquis fabricator quidem navis erit, etiam ante factam navim, ob artem qua præditus est. Pater vero nulla ratione, cum nondum factum sit id per quod futurus est pater. Atqui opera quidem, etiamsi nondum facta sint, non impediunt quominus quispiam opifex esse possit : filius vero nondum natus plane impedit ut quis sit pater. Non est ergo idem, opus et Filius : atqui opifex quidem est, quantum ad propriam suam naturam, etiam ante opera facta, Deus ; Pater autem nequaquam, non exsistente Filio.

ΛΟΓΟΣ Ε'.

Ὅτι οὐ προϋπάρχει τοῦ Υἱοῦ ὁ Πατὴρ, κἂν ἀγέννητος ᾖ, ἀλλ' ἦν αὐτῷ συναΐδιος γεννητὸς ὁ Υἱός.

Ἀντίθεσις ὡς ἐκ τῶν Εὐνομίου.

Εἰ ἔστιν ἀνάρχως καὶ ἀγενήτως ἀεὶ ὁ Πατὴρ, ὥσπερ οὖν καὶ ἔστιν, ἐγεννήθη δὲ ὁ Υἱὸς, πῶς οὐκ ἀνάγκη πᾶσα τὸ γεννηθὲν ἀρχῇ περιγράφεσθαι;

Πρὸς τοῦτο λύσις.

Οὐδεὶς ἀναγκάσει λόγος ἀνύπαρκτον εἶναι πάντως πρὸ τῆς γενήσεως τὸ γενηθὲν, ἢ καὶ ἀρχῇ περιγράφεσθαι, κἂν ὁ γεννῶν ἀγένητος ᾖ. Οὐ γὰρ περί τινος τῶν καθ' ἡμᾶς ὁ λόγος ἡμῖν, ὦ οὗτος, ἵνα δὴ καὶ ἐν χρόνῳ τὸ γεννώμενον φαίνοιτο καὶ καθάπερ ἐκ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι βαδίζον, ἀρχῇ περιγράφοιτο· ἀλλὰ περὶ τῆς θείας τε καὶ ἀπερινοήτου φύσεως, ἀῤῥήτως πάντα ποιούσης καὶ θεοπρεπῶς. Οὐκοῦν ὑπερβήσεται τὴν καθ' ἡμᾶς γνῶσιν καὶ ὁ τῆς θείας γεννήσεως τρόπος, καὶ οὐ τοῖς ἀνθρωπίνοις θεσμοῖς ὑπόκειται· ἀλλ' ὅσον τῆς ἐν ἡμῖν σμικροπρεπείας ἡ θεία φύσις ἀπῴκισται, τοσοῦτον ἐν τοῖς καθ' ἑαυτὴν ὑπερέχει τὰ ἡμέτερα. Παυέσθωσαν τοίνυν ἀνάγκῃ καὶ ἀρχῇ περιγράφοντες τὸν ἀνάγκης κρείττονα, καὶ ἀρχὴν μὲν τὴν ἐν χρόνῳ παραιτούμενον· λέγοντα δὲ πρὸς Μωσέα τὸν σοφώτατον· « Ἐγώ εἰμι ὁ ὤν. » Τῷ δὲ ἀεὶ ὄντι (τοῦτο γὰρ σημαίνει τὸ ὤν), ποίαν τις δοίη τὴν τοῦ εἶναι κατὰ χρόνον ἀρχήν; Ἄλλως τε οὐ πάντως ὅπερ ἂν τοῖς τοῦ γεννήσαντος ἰδιώμασιν ἐναντίον εἶναι δοκῇ, τοῦτο τῷ γεννηθέντι φαίνεται πρόσον. Ὡς γοῦν ἔστιν ὁ Θεός· τὸ δὲ ἀντιπίπτον τούτῳ καὶ ἀντικείμενον οὐ Θεός. Ἀλλ' ἔστι Θεὸς καὶ ὁ Υἱὸς, καίτοι τοῦ Πατρὸς ὄντος Θεοῦ, βασιλέως τε ὄντος ὁμοίως τοῦ Πατρὸς, βασιλεύς ἐστι καὶ ὁ Υἱός.

ASSERTIO V.

Quod Pater non exsistit ante Filium, tametsi ingenitus sit, sed erat ei coæternus Filius genitus.

Objectio tanquam ex dictis Eunomii.

Si absque principio atque ortu semper est Pater, ut revera est, Filius autem genitus est, quo pacto non omnino necesse fuerit, ut id quod genitum est, principio circumscribatur?

Solutio objectionis.

Nulla plane ratio coget ut id quod genitum est ante generationem non exstiterit, aut ut principio circumscribatur, tametsi genitor ingenitus sit. Neque enim, o bone, de quoquam nostrum sermo est, ut nimirum id quod genitum est, in tempore esse dicatur, et quasi a non esse ad esse traductum principio circumscribatur; sed de divina et incomprehensibili natura, quæ ineffabiliter eoque modo qui Deo convenit omnia facit. Superat itaque humanum intellectum divinæ generationis modus, neque humanis legibus subjacet : sed quanto divina natura nostra tenuitate est excellentior, tanto etiam ejus actiones nostras superant. Desinant itaque necessitate et principio circumscribere eum qui omni necessitate est superior, et principium in tempore consistens non cognoscit; quin potius ad sapientissimum Mosen dicit : Ego sum ens [33]. Ei vero qui semper exsistit (hoc enim significat *ens*), quodnam exsistendi in tempore principium quispiam tribuet? Aliter non in universum id quod genitoris proprietatibus contrarium esse censetur, hoc **34** genito tribuetur. Deus itaque est Pater; repugnans vero huic atque oppositum, non Deus. Atqui Deus est etiam Filius, tametsi et Pater sit Deus; et similiter cum rex sit Pater, rex etiam

[33] Exod. III, 14.

Digitized by Google

est Filius. Eademque ratio est de immortali, et invisibili, et incorporeo, aliisque ejusmodi quæ divinæ naturæ insunt. Si ergo non in universum opposita eorum quæ tribuuntur Patri, insunt Filio, nihil lædet Filii essentiam generatio, etiamsi Pater ingenitus exsistat. Erit autem ei coæternus non prorsus habens in se contraria naturalium proprietatum ipsius, sicut demonstratum est.

Alia demonstratio : Quod quæ inter se opposita quodammodo nominis ratione videntur, sæpenumero nonnulla habent communia in naturalibus.

Non in universum quæcunque prima voce sive vocis significatione contraria inter se sunt, nullam eorum quæ substantiis insunt convenientiam inter se habent. Siquidem animal oppositum est non animali : sed incrementum suscipit animal et non animal, quemadmodum equus et planta. Si vero his quamvis similem differentiam non habentibus communio quædam circa rem aliquam intercedit, quænam ratio coget ut nihil commune habeat Pater ac Deus cum Filio et Deo, ideo quod ille quidem sit ingenitus, hic vero genitus, et nominibus quodammodo differre videantur? Neque enim quia hoc modo se habet Filius, Pater non item, substantiæ ejus proprietatem tollit. Generatio siquidem tantum quomodo sit significat; neque quidquam ejus qui semper in Patre exsistit, æternitatem lædit.

ALIUD

Ex opposito, ostendens quod expers principii temporalis sit Filius.

Si quidquid ex genito et mortali genitum fuerit, id omnino genitori simile sit oportet, genitum scilicet et mortale : necesse etiam est e contrario, ut quidquid ex ingenito atque immortali genitum fuerit, hoc ingenitum sit atque immortale. Ejusdem itaque erit naturæ Filius atque is qui eum genuit. Atqui Pater factus non est : neque Filius ergo factus **35** est: qui vero factus non est, quale habet exsistendi principium? Coæternus igitur fuit Patri.

ALIUD, *ad rei explicationem pertinens.*

Qui existimant Deum ab aliquo principio generare cœpisse, vehementer in suas ipsorum animas impii sunt, nihil ei amplius quam nobis tribuentes : homo enim cum exsistendi initium habeat, gignendi etiam initium habuerit necesse est, et quod ex se genitum est habet; Deus vero, cum sit ingenitus, non generat in tempore, neque ex se genitum in tempore habet : sed quemadmodum ipse principii atque ortus expers est, ita et Verbum quod ex ipsius substantia processit, principio, tempore atque ortu carebit, perinde atque is qui id genuit.

Interrogatio tanquam ex scriptis Eunomii.

Dicant nobis, inquiunt, qui Filium Patri coæternum esse censent, an desierit generare Pater? Enimvero desiit : Ergo illa cessatio Patris a generando est principium exsistentiæ Filii.

Solutio.

Si essentia Dei omne tempus et principium atque

A Ὁ δὲ αὐτὸς σώζεται λόγος ἐπί τε τοῦ ἀφθάρτου καὶ ἀοράτου, καὶ ἀσωμάτου, καὶ ὅσα τοιαῦτα πρόσεστι τῇ θείᾳ φύσει. Εἰ τοίνυν οὐ πάντως τὰ ἀντικείμενα τοῖς προσεῖναι λεγομένοις τῷ Πατρὶ, πρόσεστι τῷ Υἱῷ, οὐδὲν ἀδικήσει τοῦ Υἱοῦ τὴν οὐσίαν ἡ γέννησις, κἂν ἀγέννητος ὁ Πατὴρ τυγχάνῃ. Ἔσται δὴ αὐτῷ συναΐδιος οὐ πάντως ἔχων τὰ ἐναντία τῶν φυσικῶν ἰδιωμάτων αὐτοῦ, καθὰ δέδεικται.

Ἀπόδειξις ἑρεξῆς, Ὅτι τὰ ἀντικείμενά πως πρὸς ἄλληλα κατὰ τὴν ὁμοιασίαν, κοινὰ πολλάκις ἔχει τινὰ τῶν φυσικῶν.

Οὐ πάντως ὅσα κατὰ τὴν πρόχειρον φωνὴν ἤτοι τὸ ἐν λέξει σημαινόμενον ἐναντίως ἔχει πρὸς ἄλληλα, ταῦτα καὶ κατ' οὐδένα τρόπον τῶν ὅσα ταῖς οὐσίαις πρόσεστιν ἀλλήλοις ἐπικοινωνοῦντα φαίνεται. Καὶ B γοῦν τὸ ζῶον ἀντίκειται τῷ μὴ ζώῳ· ἀλλ' αὔξην ἐπιδέχεται τό τε ζῶον καὶ τὸ μὴ ζῶον, οἷον ὁ ἵππος καὶ τὸ φυτόν. Εἰ δὲ τούτοις καίτοι τὴν διαφορὰν ὁμοίαν οὐκ ἔχουσι κοινωνία τις περί τι πρᾶγμα γέγονε, τίς ἀναγκάσει λόγος Θεῷ καὶ Πατρὶ μηδένα κοινότητος εἶναι τόπον πρὸς Υἱὸν καὶ Θεὸν, ἐπειδὴ ὁ μὲν ἔστιν ἀγενήτως, ὁ δὲ γεννητῶς, καὶ τοῖς ὀνόμασιν ἀντιδιαστέλλεσθαί πως δοκεῖ; Οὐδὲ γὰρ τὸ εἶναι τοιῶσδε τὸν Υἱὸν, εἰ καὶ ὁ Πατὴρ μὴ οὕτως ἔχει, τὸ τῆς οὐσίας αὐτοῦ γνήσιον ἀναιρεῖ. Σημαίνει δὲ μόνον ἡ γέννησις τὸ πῶς ἐστιν, οὐδὲν εἰς ἀϊδιότητα θλάπτουσα τὸν ἀεὶ ὄντα ἐν τῷ Πατρί.

ΑΛΛΟ.

Ἐκ τοῦ ἀντικειμένου δεικνύον ὅτι ἄναρχος ἐν χρόνῳ ὁ Υἱός.

C Εἰ πᾶν ὅπερ ἂν ἐκ θνητοῦ καὶ φθαρτοῦ γεννηθείη, τοῦτο πάντως ἔσται τῷ φύσαντι προσοικὸς, γενητὸν δηλαδὴ καὶ φθαρτὸν, ἀνάγκη πᾶσα καὶ τὸ ἐναντίον, ὅπερ ἂν ἐξ ἀγενήτου καὶ ἀφθάρτου γεγέννηται, τοῦτο πάντως ἄφθαρτον εἶναι καὶ ἀγένητον. Ἕξει τοιγαροῦν οὕτω φύσεως ὁ Υἱὸς ὅπως ἂν ἔχοι καὶ ὁ γεννήσας αὐτόν. Οὐ γέγονεν δὲ ὁ Πατήρ· οὐ γέγονεν ἄρα οὐδὲ ὁ Υἱὸς, ὁ δὲ μὴ γεγονὼς, ποίαν ἔχει τοῦ εἶναι τὴν ἀρχήν; Ἦν οὖν ἄρα τῷ Πατρὶ συναΐδιος,

ΑΛΛΟ, *διηγηματικῶς.*

Οἱ ἀπό τινος ἀρχῆς ἄρχεσθαι τοῦ γεννᾶν οἰόμενοι τὸν Θεὸν, λίαν ἀσεβοῦσιν εἰς τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς, οὐδὲν αὐτῷ διδόντες πλέον ἡμῶν. Ἄνθρωπος μὲν γὰρ ἐπειδὴ τοῦ εἶναι ἤρξατο ἀναγκαίως καὶ τοῦ τίκτειν D ἄρχεται, καὶ τὸ ἐξ ἑαυτοῦ γεννητὸν ἔχει· ὁ δὲ Θεὸς, ἀγένητος ὢν, οὐκ ἐν χρόνῳ γεννᾷ, οὐδὲ γεννητὸν ἔχει τὸν ἐξ ἑαυτοῦ· ἀλλ' ὥσπερ αὐτὸς ἄναρχός ἐστι καὶ ἀγένητος, οὕτω καὶ ὁ ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ προελθὼν Λόγος, ἄναρχος, ἄχρονος ἔσται καὶ ἀγένητος ὥσπερ ὁ ἀποκυήσας αὐτόν.

Ἐρώτησις ὡς ἐκ τῶν Εὐνομίου.

Λεγέτωσαν ἡμῖν, φασὶν, οἱ τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν συναΐδιον εἶναι φάσκοντες, ἐπαύσατο τοῦ γεννᾶν ὁ Πατήρ; Ἐπαύσατο δέ. Ἀρχὴν οὖν ἔχει τοῦ εἶναι ὁ Υἱὸς, τὴν ἐν τῷ γεννᾶν κατάπαυσιν τοῦ Πατρός.

Πρὸς τοῦτο λύσις.

Εἰ παντὸς ἀνωτέρω χρόνου καὶ ἀρχῆς ἡ διαστή-

Digitized by Google

ματος ἡ οὐσία τοῦ Θεοῦ, ἀνωτέρα τούτων ἔσται καὶ ἡ γέννησις, καὶ οὐ πάντως ἀποστερήσει τὴν θείαν φύσιν τοῦ δύνασθαι γεννᾷν, τὸ μὴ ἐν χρόνῳ τοῦτο ποιεῖν. Ἕτερος γὰρ παρὰ τὸν ἀνθρώπινον ὁ τρόπος τῆς θείας γεννήσεως. Ὁμοῦ γὰρ τῷ εἶναι τὸν Θεὸν καὶ τὸ γεννᾷν αὐτῷ συνεπινοεῖται, καὶ ἦν ἐν αὐτῷ γεννητῶς ὁ Υἱὸς, οὐ προτρέχουσαν ἔχων τὴν γέννησιν τῆς ὑπάρξεως, ἀλλ' ἅμα καὶ ὢν ἀεὶ γεννητῶς.

A spatium superat, generatio quoque hæc omnia superabit; neque omnino privabit divinam naturam facultate generandi, quod non in tempore hoc faciat. Diversus enim est divinæ generationis modus ab humano. Simul enim et esse et generare Deum intelligimus, eratque in ipso genitus Filius; neque præcedit generatio ejus exsistentiam, sed simul et exsistit semper et generatur.

ΑΛΛΟ.

Ὁ τολμήσας εἰπεῖν· Κατέπαυσεν ἄρα τοῦ γεννᾷν ὁ Πατὴρ, ἀφύκτῳ δυσφημίας ἐγκλήματι περιπεσεῖται δικαίως. Τρεῖς γὰρ ἀλλοιώσεις εἰσφέρει περὶ τὴν θείαν φύσιν. Ἀνάγκη γὰρ πᾶσα τῇ διαστηματικῇ γεννήσει τρεῖς δοῦναι χρόνους. Ἕνα μὲν, τὸν πρὸ τῆς γεννήσεως· δεύτερον δὲ, τὸν ἐν αὐτῷ τῷ γεννᾷν· τρίτον δὲ, τὸν μετὰ τὴν γέννησιν. Εἰ δὲ ἐν τούτοις γέγονε Θεὸς ἀρχόμενος τοῦ γεννᾷν, καὶ γεννήσας, καὶ καταπαύσας, πῶς οὐκ ἠλλοιώθη; πῶς δὲ αὐτὸς ἔσται τῶν αἰώνων ποιητής; ἢ πῶς ἀληθεύσει λέγων ὁ Παῦλος περὶ Χριστοῦ, ὅτι « Δι' αὐτοῦ γέγονε τὰ πάντα, » καιροῦ μεσολαβοῦντος καὶ ἀνωτέρω κειμένου τῆς γεννήσεως αὐτοῦ, κατὰ τὴν τῶν χριστομάχων *μανίαν*;

B Qui ausus est dicere : Desiit itaque generare Pater, inevitabile blasphemiæ crimen merito incurret. Tres enim mutationes in divinam naturam inducit. Necesse siquidem est in generatione intervallata tria dari tempora. Unum quidem, ante generationem; alterum, in ipsa generatione; tertium, post generationem. Si ergo ita genuit Deus, ut et inceperit gignere, et genuerit, et desierit, quo pacto mutationis expers fuit? aut quo pacto ipse sæcula condiderit? aut quo pacto vere de Christo dixerit, « omnia per eum facta **36** esse [36]? » Cum et tempus inter ipsius generationem interjectum fuerit, eamque præcesserit juxta insanam hostium Dei opinionem.

ΑΛΛΟ.

Ἐν χρόνῳ μὲν οὐ τίκτει Θεὸς, ὁ χρόνων ἀνωτέρω κειμένην ἔχων τὴν φύσιν· οὐδὲ ἀνάγκαις ὑποκείσεταί τισιν, ὁ πάντα ὑπεραναβεβηκώς. Οὐ πάντως δὲ τὸ τίκτειν πεφυκὼς, ἐκ τοῦ μὴ τίκτειν εἰς τοῦτο πρόεισιν, οὐδὲ ἐπειδὴ τίκτειν οἶδε, πάντως καὶ καταπαύει. Καὶ γοῦν γεννᾷ μὲν ἐξ ἑαυτοῦ τὸ πῦρ τήν τε κατὰ φύσιν αὐτῷ προσοῦσαν θερμότητα καὶ τὸν φωτισμόν· οὔτι δὲ ἐκ τοῦ μὴ εἶναι θερμὸν εἰς τοῦτο προῆλθεν, οὔτε πεπαύσεται γεννῶν τὸ κατὰ φύσιν αὐτῷ προσόν· ἀλλ' ἅμα γέγονε πῦρ, καὶ ἦν αὐτῷ τὰ αὐτοῦ. Εἰ τοίνυν καὶ ἐπὶ τῶν πεποιημένων παρὰ Θεοῦ τοιοῦτος φαίνεται γεννήσεως τρόπος, πῶς οὐκ ἀσεβὲς μὴ τὰ μείζω παραχωρεῖν αὐτῷ, κἂν μὴ φθάνῃ πρὸς κατάληψιν τῆς μεγάλης αὐτοῦ φύσεως ὁ ἀνθρώπινος νοῦς;

C Deus non gignit in tempore, quippe cujus natura omni tempore superior est : neque legibus ullis subjacet, qui omnia transcendit. Neque vero in universum id quod gignendi facultate præditum est, a non gignendo ad gignendum procedit; neque quandoquidem gignere novit, gignere omnino desinit. Si quidem et ignis gignit ex se naturaliter sibi insitum calorem et lumen; neque vero ex non calido ad calidum processit; neque desinet gignere id quod naturaliter ei inest : sed simul ac factus est ignis, erant etiam in eo quæ ejus sunt, calor nimirum et lumen. Si ergo etiam in creatis a Deo ejusmodi generationis modus cernitur, quo pacto non impium fuerit, si non multo majora Deo tribuamus, tametsi humanus intellectus divinæ naturæ magnitudinem percipere non possit?

ΑΛΛΟ.

Τὸ γενητὸν πρὸς τὸ ἀγένητον, καὶ τὸ ποιηθὲν πρὸς τὸ μὴ πεποιημένον πολλὴν ἔχει τὴν διάστασιν· ἐναντία γὰρ ἀλλήλοις τὰ τοιαῦτα φαίνεται. Εἰ τοίνυν πᾶν ὅπερ ἂν ἐκ γενητοῦ γένηται, ἀκολουθεῖ πάντως τῇ οἰκείᾳ φύσει, καὶ ἔστι γενητὸν διὰ τὸ ἐκ τοιούτου τὴν ὕπαρξιν ἔχειν, ἀναγκαίως ἔσται καὶ τὸ ἐναντίον, καὶ πᾶν ὅπερ ἂν ἐξ ἀγενήτου γεννηθῇ, τοῦτό ἐστιν ἀγέννητον. Ἐγεννήθη δὲ ὁ Υἱὸς ἐξ ἀγενήτου Πατρός· ἀγέννητος ἄρα καὶ αὐτὸς καὶ τῷ τεκόντι συναΐδιος, σώζων ἐν ἑαυτῷ τῆς πατρῴας φύσεως τὸ ἀξίωμα.

D Genitum ab ingenito, et factum a non facto multum distant : contraria enim inter se esse videntur. Si igitur omne quod ex facto gignitur, naturam suam omnino sequitur, et factum est propterea quod ex tali exsistentiam suam habeat; contrarium eadem etiam ratione se habeat necesse est, et quidquid ex non facto gignitur, non factum etiam est. Genitus autem est Filius ex non facto Patre; ergo et ipse est non factus, et genitori suo coæternus est, paternæ naturæ dignitatem in se retinens.

Ἀντίθεσις ὡς ἐκ τῶν αἱρετικῶν.

Καὶ τούτῳ φαμὲν καὶ αὐτοὶ συναΐδιον εἶναι τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν, οὐ καθὸ ἦν ἀεὶ σὺν αὐτῷ, ἀλλ' ὅτι τὸ θέλειν ἀεὶ τὸν Υἱὸν εἶχεν ὁ Πατὴρ ἐν ἑαυτῷ.

Objectio hæreticorum.

Hac ratione, inquiunt, etiam nos coæternum Patri Filium esse dicimus, non quod semper cum ipso erat, sed quod voluntatem habendi Filium Pater semper in se habuerit.

[36] Joan. I, 3.

Digitized by Google

Solutio.

Atqui hoc nugacissimum est, et incomparabilis A cujusdam dementiæ manifestum argumentum. Quis enim ignorat de singulis etiam creaturis producendis voluntatem in Filio fuisse? Volens enim omnia fecit Creator, neque absque ejus voluntate creaturæ ipsius exsistunt. Quænam igitur est differentia Filii et facturæ, creaturæ et geniminis, **37** si voluntas de utrisque in Deo sita est? Quisnam sanæ mentis iis qui ita sentiunt non acclamet, quod ea quæ tantopere inter se ratione naturæ distant, eodem modo æstiment, in sola Dei prænotione utraque posita esse statuentes, et Verbo quod ex essentia Patris processit nihil amplius quam creaturis tribuant?

ALIUD.

Si Filius non erat semper cum Patre ex ipso secundum naturam exsistens et cœternus, sed postea ei accidit ut esset, accidit procul dubio etiam Patri ut fieret Pater. Atque ita mutatio quædam atque alteratio in ipso facta videtur. Nam, ex vestra sententia, quod prius non erat, id postea factus est. At vero in divinam naturam nulla mutatio aut alteratio cadit. Non igitur accidit Deo ut Pater fieret: sed erat ei cœternum quod ex ipso processit Verbum; quemadmodum calor in igne, qui quidem ex igne gignitur et semper cum eo exsistit, et ex lumine gignitur exteriorum illuminatio.

ALIUD, *Ex objectione hæreticorum.* C

Si perfectus, inquiunt, est Pater in sua majestate, neque ejus naturæ quidquam ad hoc deest, supervacaneum est veluti supplementum sive plenitudinem deitatis ipsius Filium ei adjungere.

Solutio.

Perfectus quidem est Pater in sua majestate, neque quisquam sanæ mentis id negaverit; perfectus autem est non eo tantum nomine quod Deus, verum etiam quod Pater. Nam si Deo ademeris Patrem esse, fecunditatem e divina natura sustuleris: ita ut perfectus nequaquam sit, cum generandi facultate careat. Documentum itaque perfectionis est fecunditas, et signum quod Patrem perfectum esse D ostendit, est Filius, qui ex ipso ab æterno processit.

ALIUD.

Si Patris essentiæ fecunditas naturaliter non inest, perfectus vero est etiam citra generandi facultatem, superfluum igitur atque adventitium hoc ei accidit: aut potius eo indiguit. Quonam vero pacto perfectus fuerit qui aliquo eget? **38** aut quo pacto non absurdum sit aliquid extrinsecus adjicere divinæ naturæ, perinde ac si perfectionem ex se ipsa non habeat? Naturalis itaque est Patri fecunditas, atque ideo perfectus est, quod genuit nullius boni indigus.

Πρὸς τοῦτο λύσις.

Ἀλλ' ἔστι τοῦτο φλυαρία πολλὴ, καὶ ἀνοίας ἀσυγκρίτου σαφὴς ἀπόδειξις. Τίνι γὰρ οὐκ ἔστι δῆλον ὅτι δὴ καὶ περὶ ἑκάστου τῶν πεποιημένων ἦν ἐν τῷ Θεῷ τὸ θέλειν; Θελήσας γὰρ τὰ πάντα πεποίηκεν ὁ δημιουργός· καὶ οὐκ ἀθέλητά ἐστιν αὐτῷ τὰ παρ' αὐτοῦ πεποιημένα. Τίς οὖν ἡ διαφορὰ Υἱοῦ καὶ ποιήματος, κτίσεως καὶ γενήματος, εἰ τὸ θέλειν ἐν Θεῷ κεῖται περὶ ἀμφοῖν; Οὐκ ἄν τις εὐλόγως τῶν τοῦτο φρονούντων καταβοήσειεν, ὅτι τὰ τοσοῦτον ἀλλήλων διεστηκότα κατὰ τὸν τῆς φύσεως λόγον ἐν ἴσῳ μέτρῳ τιμᾷν ἐπιχειροῦσιν, ἐν μόνῃ προγνώσει τοῦ Θεοῦ κεῖσθαι διδόντες ἀμφότερα, καὶ πλέον οὐδὲν ἔχειν τῶν γενητῶν παραχωροῦντες τῷ ἐκ τῆς τοῦ B Πατρὸς οὐσίας προελθόντι Λόγῳ;

ΑΛΛΟ.

Εἰ μὴ συνῆν ὁ Υἱὸς ἀεὶ τῷ Πατρὶ ἐξ αὐτοῦ τε ὢν κατὰ φύσιν καὶ συναΐδιος, συμβέβηκε δὲ αὐτῷ τὸ εἶναι, συνέβη δηλονότι καὶ τῷ τεκόντι τὸ γενέσθαι Πατέρα. Καὶ μεταβολή τις περὶ αὐτὸν καὶ ἀλλοίωσις γενομένη φαίνεται. Ὃ γὰρ οὐκ ἦν πρότερον, καθ' ὑμᾶς, τοῦτο γέγονεν ὕστερον. Τροπῆς δὲ ἁπάσης καὶ ἀλλοιώσεως ἀνεπίδεκτος ἡ θεία φύσις. Οὐκ ἄρα συνέβη τῷ Θεῷ τὸ γενέσθαι Πατέρα· ἀλλ' ἦν αὐτῷ συναΐδιος ὁ ἐξ αὐτοῦ προελθὼν Λόγος, καθάπερ ἡ θερμότης ἐν πυρὶ, γεννητῶς ἐξ αὐτοῦ πρωΐοῦσα καὶ ἀεὶ συνυπάρχουσα, καὶ ἐκ φωτὸς ὁ περὶ τὰ ἔξω φωτισμός.

ΑΛΛΟ, *ὡς ἐξ ἀντιθέσεως τῶν αἱρετικῶν.* C

Εἰ τέλειος, φησὶν, ἔστιν ὁ Πατὴρ ἐν τῇ οἰκείᾳ μεγαλειότητι καὶ οὐδὲν ἐλλείπει πρὸς τοῦτο τῇ αὐτοῦ φύσει, περιττῶς ὡς πλήρωμα τῆς θεότητος αὐτοῦ ὁ Υἱὸς ἐπεισφέρεται.

Πρὸς τοῦτο λύσις.

Τέλειος μὲν ὁ Πατὴρ ἐν τῇ ἑαυτοῦ μεγαλειότητι· καὶ οὐκ ἄν τις τοῦτο τῶν εὖ φρονούντων ἀρνήσεται τέλειος δὲ, οὐχ ὅτι μόνον ἐστὶ Θεὸς, ἀλλ' ὅτι καὶ Πατήρ. Εἰ γὰρ ἀφέλοις τοῦ Θεοῦ τὸ εἶναι Πατέρα, ἀναιρήσεις τῆς θείας φύσεως τὸ καρπογόνον, ἵνα μηκέτι τὸ τέλειον ἔχοι, λείποντος αὐτῇ τοῦ γεννᾷν. Γνώρισμα τοίνυν τῆς τελειότητος, ἡ καρπογονία, καὶ σφαγὶς τῷ Πατρὶ τοῦ εἶναι τέλειον, ὁ ἐξ αὐτοῦ προ- D ελθὼν ἀχρόνως Υἱός.

ΑΛΛΟ.

Εἰ μὴ κατὰ φύσιν πρόσεστι τῇ τοῦ Πατρὸς οὐσίᾳ τὸ καρπογόνον, τέλειος δέ ἐστι καὶ δίχα τοῦ δύνασθαι γεννᾷν, περιττὸν ἄρα καὶ ἐπείσακτον ἐγγέγονεν αὐτῷ τοῦτο· μᾶλλον δὲ ἐδεήθη τούτου. Καὶ πῶς ἐστι τέλειος ὁ δεηθείς τινος; πῶς δὲ οὐκ ἄτοπον τὸ ἐπεισάγεσθαί τι τῇ θείᾳ φύσει, ὡς οὐκ ἐχούσῃ τὸ τέλειον ἐξ ἑαυτῆς; Φυσικὸν οὖν τῷ Πατρὶ τὸ καρπογόνον, καὶ διὰ τοῦτο τέλειος, ὅτι καὶ τέτοκεν οὐδενὸς τῶν ἀγαθῶν λειπόμενος.

Digitized by Google

ΑΛΛΟ, *διηγηματικώτερον.*

Εἰ τέλειός ἐστιν ὁ Πατὴρ ἐν τῇ αὐτοῦ μεγαλειότητι κἂν μηδένα καρπὸν ἔχῃ καθ' ὑμᾶς, ἔξωθεν ἄρα καὶ οὐκ ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ γέγονεν ὁ Υἱός, ὥσπερ καὶ τὰ ποιήματα· περιττὴ δὲ ἴσως καὶ οὐδὲ ὅλως ἀναγκαία ἡ εἰς τὸ εἶναι πάροδος αὐτοῦ, καθάπερ ἡ ἀνθρώπων τυχὸν καὶ ἡ τῶν ἄλλων ποιημάτων. Καὶ γὰρ καὶ πρὶν ἡμῶν γενέσθαι, ἦν τοῦτο Θεὸς ὅπερ νῦν ἐστι, καὶ γενομένων ἡμῶν, ἐν ταυτότητι μένει. Οὐδὲν γὰρ αὐτῷ προστίθεμεν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι καλουμενοι· οὔτε μὴν ἀφαιρησόμεθά τι τὴν θείαν φύσιν αὐτοῦ, οὔπω τὸ εἶναι λαχόντες. Ὥσπερ οὖν ἡμεῖς, ἐπειδὴ πεποιήμεθα, χάριν ἔχομεν τῷ Δημιουργῷ, ὁμολογείτω καὶ ὁ Υἱός· καὶ ἔστω πάλιν ἡμῖν κἀν τούτῳ παραπλήσιος, ἔξωθεν καὶ αὐτὸς γεγονώς, καθάπερ ἡμεῖς. Ἀλλ' ἔστι τοῦτο βυθὸς δυσφημίας. Φεύγειν οὖν ἀναγκαῖον αὐτὸ, καὶ τῷ γεννήματι σώζειν τὸ ἐκ τῆς τοῦ γεγεννηκότος οὐσίας ὑπάρχειν· οὕτω γὰρ ἂν εἴη καὶ γέννημα. Ἀγένητος δὲ ἡ οὐσία τοῦ Πατρός· ἀγένητον ἄρα καὶ τὸ ἐξ αὐτῆς προελθὸν, τουτέστιν ὁ Υἱός.

ΑΛΛΟ, ὡς ἐξ ἀντιθέσεως τῶν αἱρετικῶν.

Οὐ πάντως, φησὶ, διὰ τὸ εἶναι καρπογόνον, τέλειός ἐστιν ὁ Θεός. Ἀλλὰ Θεὸς ὢν, καὶ διὰ τοῦτο τέλειος, γέγονε καὶ Πατήρ.

Πρὸς τοῦτο Λύσις.

Εἴπατε τοιγαροῦν ἡμῖν οἱ πρὸς τοσαύτην ἀσέβειαν ἐκβαίνειν οὐ παραιτούμενοι, εἰ ἐπισυνέβη τῷ Θεῷ τὸ γενέσθαι Πατέρα, τί ἦν ἄρα πρὶν γένηται Πατήρ; Τὸ γὰρ ὅλως ὄν, ἔστι τι πάντως· ἢ γὰρ λέγοντες οὐκ εἶναί ποτε Πατέρα τὸν Θεὸν, μαχόμενοι πάσαις εὑρεθήσεσθε ταῖς Γραφαῖς· οὐ γὰρ ἴσασι τὸν Θεὸν οὐκ ὄντα Πατέρα· ἢ καὶ αὐτοὶ συγχωροῦντες ἐνυπάρχειν ἀεὶ τῷ Θεῷ τὴν τοῦ Πατρὸς ἐπωνυμίαν, ἀναγκαίως αὐτῷ τὸ ἐξ αὐτοῦ συνεισοίσετε. Οὐ γὰρ ἂν λέγοιτο Πατὴρ οὐκ ὄντος Υἱοῦ.

ΑΛΛΟ.

Εἰ μέγα τι χαρίζεσθαι νομίζουσιν οἱ χριστομάχοι τῷ Θεῷ, Πατέρα μὲν ἐξ ἀρχῆς οὐχ ὁμολογοῦντες αὐτὸν, Θεὸν δὲ εἶναι διδόντες, ἀκουέτωσαν ὅτι λίαν ὑβρίζουσι, πράγματος ἀξιολογωτέρου τὴν θείαν ἀποστεροῦντες φύσιν. Θεὸς μὲν γὰρ ὡς πρὸς τὰ δοῦλα καὶ τὰ γενητὴν ἔχοντα τὴν οὐσίαν ἔχει τὴν σχέσιν· Πατὴρ δὲ ὡς πρὸς Υἱόν. Λέγοντες τοίνυν ὅτι Θεὸς μὲν ἦν ἐξαρχῆς, οὕπω δὲ καὶ Πατὴρ, τὴν πρὸς τὰ δοῦλα σχέσιν προσάπτουσι τῷ Θεῷ, τοῦ μείζονος ἀποστεροῦντες αὐτόν· κρεῖττον γὰρ τὸ Πατέρα γεννήματος εἶναι, καὶ τοσοῦτον, ὅσῳ ποιήματος Υἱὸς διαφέρει. Ἐφ' ἡμῶν μὲν γὰρ λέγεται· « Ἡμεῖς λαὸς νομῆς αὐτοῦ, καὶ πρόβατα χειρὸς αὐτοῦ. » Περὶ δὲ Υἱοῦ· « Ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ· » καὶ πάλιν πρὸς αὐτόν· « Κάθου ἐκ δεξιῶν μου. » Ὅση τίς οὖν ἐστιν ἡ διαφορὰ ποιήματος καὶ Υἱοῦ, καὶ διὰ τούτων εἰσόμεθα.

ALIUD, *explicatius.*

Si perfectus est Pater in sua majestate etiamsi fecundus non sit, ut vos opinamini, et extrinsecus, non autem ex ejus essentia factus est Filius, sicut et creaturæ: superflua fuerit neque omnino necessaria ejus ad esse productio, quemadmodum hominum forte et aliarum creaturarum. Priusquam enim nos crearemur, Deus id ipsum erat quod nunc est, et creatis nobis idem permansit. Nihil enim ei addidimus ex nihilo ad esse traducti; neque quidquam divinæ ejus naturæ detrahemus nondum consecuti ut simus. Quemadmodum igitur nos gratias agimus Creatori, quod facti sumus, Filius quoque similiter agat: eademque ratione statuatur etiam nobis similis, nimirum extrinsecus, sicut nos, factus. Cæterum hæc ut summa blasphemia detestanda nobis est, et genimini hoc tribuendum est, ut ex Genitoris essentia exsistat. Sic enim etiam genimen fuerit. Non est autem facta essentia Patris; ergo nec id quod ex ea procedit, hoc est Filius.

ALIUD, *ex objectione hæreticorum.*

Non in universum, inquiunt, quia fecundus est, perfectus est Deus. Sed Deus cum sit, atque ob id perfectus, factus est etiam Pater.

Solutio.

Dicite ergo nobis qui in tantam impietatem prorumpere non veremini, si hoc postea accessit Deo ut Pater fieret, quid erat priusquam fieret Pater? Nam id quod est, aliquid omnino sit oportet; aut si non esse Patrem Deum dicatis, omnibus sacris Litteris repugnare deprehendemini: neque enim illæ agnoscunt Deum, qui Pater non sit; aut si vos ipsi conceditis semper inesse Deo Patris appellationem, necessario etiam id quod ex ipso procedit ei tribuetis. Neque enim Pater dici potest non exsistentis Filii.

39 ALIUD.

Si hæretici magni aliquid sese tribuere Deo existimant, quod Patrem ipsum ab initio fuisse negent, Deum interim esse confitentes, imo magna contumelia sese eum afficere credant, cum divinam naturam digniore titulo privant. Nam ut Deus relationem habet ad servilia et creatam substantiam habentia: ita Pater ad Filium. Cum itaque dicunt Deum quidem ab initio exstitisse, Patrem vero non item, comparationem sive relationem ad servilia Deo accommodant, præstantiore relatione eum privantes: præstantius enim est Patrem geniminis esse et quidem tanto, quanto Filius creatura est excellentior. Nam de nobis dicitur: « Nos populus pascuæ ejus, et oves manus suæ [55]. » De Filio autem: « Qui cum esset in forma Dei, non rapinam est arbitratus se esse æqualem Deo [56]; » et rursum ad ipsum: « Sede a dextris meis [57]. » Quantum igitur intersit inter creaturam et Filium, ex his intelligimus.

[55] Psal. xcix, 3. [56] Philipp. II, 7. [57] Psal. cix, 1.

Digitized by Google

ALIUD.

Quemadmodum Pater dicitur respectu Filii, ita Deus respectu servorum et quæ non eamdem habent naturam atque ipse. Oportet itaque simul et Deum et Patrem intelligi genitorem Verbi : aut si in tempore effectus est Pater, genito postmodum Filio, in tempore etiam effectus est Deus, quando per Verbum ad esse traducta sunt omnia quorum est et Deus. Et si omnia facta sunt post Filium (per ipsum enim facta sunt [58]), priusquam esset Deus, hoc etiam habebit ut sit Pater qui ipsum genuit. Ostensum enim est esse post Filium creaturam, cujus est Deus, et ad quam merito refertur nomen deitatis.

ALIUD. *Per demonstrationem.*

Quod convenientius est Patrem vocare Deum quam solum Deum.

Nisi nomen, Pater, magis proprium digniusque esset in Deo quam hoc, Deus, quamobrem Servator cum discipulos suos ad baptizandum mitteret, non jussit baptizari gentes in nomine Dei, et Filii, et Spiritus sancti, sed divinæ naturæ dignitatem verius significans, dixit : **40** « In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti [59] ? » Et Philippus divinam naturam curiosius, ut ita dicam, investigans, dixit : « Ostende nobis Patrem [60]. » Vides quo pacto rursus non vocet Deum, sed Patrem? ipse vero Servator ad hoc dicit : « Tanto tempore vobiscum sum, et non nosti me, Philippe? Qui vidit me, vidit et Patrem [61]. » Rursus non dixit vidit Deum, sed Patrem, id quod majus, non quod minus est, ei tribuens. Cum enim vocatur Pater, ex majore et digniore, nimirum Filio, significatur. Quando autem Deus, ex creaturis: quod minus est, et quidem tanto quantum interest inter servum et dominum, opus et opificem.

ALIUD.

Cum manifesta demonstratione quod primum sit Pater, deinde Deus, tametsi etiam simul utrumque.

Servator, cum peracta œconomia nostræ salutis, post crucem ascendit ad cœlos, ita discipulos suos est allocutus : « Ascendo ad Patrem meum, et Patrem vestrum, et Deum meum et Deum vestrum [62]. » Videsne hic manifestam nominum distinctionem ? Vides quo pacto Pater quidem referatur ad Filium, Deus vero ad servilia et creaturas ? Quocirca si posterior est creatio creaturarum quam generatio Filii, primum hoc habet quod sit Pater, consequens vero quod sit Deus. Hinc vero manifestius ostenditur contemplationis hujus ratio. Dignitatem enim suam quæ ei naturaliter inest, præ immensa sua benignitate nobis communicans, addit ; « Patrem vestrum: » adoptati enim sumus per ipsum,

ΑΛΛΟ.

Ὥσπερ τὸ Πατὴρ ὡς πρὸς Υἱὸν λαμβάνεται, οὕτω καὶ Θεὸς ὡς πρὸς τὰ δοῦλα καὶ τὰ μὴ τοιαύτην ἔχοντα τὴν φύσιν ὁποίαν αὐτός. Ἀνάγκη τοιγαροῦν ὁμοῦ καὶ Θεὸν καὶ Πατέρα νοεῖσθαι τὸν τοῦ Λόγου γεννήτορα· ἢ εἴπερ ἐν χρόνῳ γέγονε Πατὴρ, ὕστερον τὸν Υἱὸν ἀπογεννήσας, ἐν χρόνῳ γέγονε καὶ Θεὸς, ὅτε διὰ τοῦ Λόγου πρὸς τὸ εἶναι παρήχθη τὰ πάντα ὧν ἐστι καὶ Θεός. Καὶ εἰ φαίνεται πάντα γεγονότα μετὰ τὸν Υἱὸν (δι' αὐτοῦ γὰρ γέγονε), πρὸ τοῦ εἶναι Θεὸς, ἔξει τὸ εἶναι Πατὴρ ὁ γεννήσας αὐτόν. Δέδεικται γὰρ ὅτι μετὰ τὸν Υἱὸν ἡ κτίσις, ἧς ἐστι Θεὸς, καὶ πρὸς ἣν νοεῖται εἰκότως τὸ τῆς θεότητος ὄνομα.

ΑΛΛΟ. *Ἀποδεικτικῶς.*

Ὅτι πρεπωδέστερον τὸ Πατέρα μᾶλλον καλεῖν τὸν Θεὸν, ἢ τοῦτο αὐτὸ μόνον Θεόν.

Εἰ μὴ τὸ Πατὴρ ὄνομα κυριώτερόν πώς ἐστι καὶ ἀξιολογώτερον ἐπὶ Θεοῦ ἢ αὐτὸ δὴ τοῦτο τὸ Θεὸς, ὅτου δὴ χάριν ἐπὶ τὸ βαπτίζειν ἀποστέλλων τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς ὁ Σωτὴρ, οὐκ ἐκέλευσε βαπτίζειν τὰ ἔθνη εἰς ὄνομα Θεοῦ, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος, ἀλλὰ τὸ ἀληθέστερον σημαίνων τῆς θείας φύσεως ἀξίωμα· « Εἰς Πατέρα, φησὶ, καὶ εἰς Υἱὸν, καὶ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον; Ὁ δέ γε Φίλιππος τὴν θείαν, ἵν' οὕτως εἴπω, περιεργαζόμενος φύσιν, ἔφασκε πρὸς αὐτόν· « Δεῖξον ἡμῖν τὸν Πατέρα. » Ὁρᾷς ὅπως οὐ Θεὸν ὀνομάζει πάλιν, ἀλλὰ Πατέρα καλεῖ; Καὶ αὐτὸς δὲ πρὸς τοῦτό φησιν ὁ Σωτήρ· « Τοσοῦτον χρόνον μεθ' ὑμῶν εἰμι, καὶ οὐκ ἔγνωκάς με Φίλιππε; Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ ἑώρακε τὸν Πατέρα. » Πάλιν οὐκ εἶπεν, Ἑώρακε τὸν Θεὸν, ἀλλὰ τὸν Πατέρα, τὸ μεῖζον ἀπονέμων αὐτῷ, καὶ οὐ τὸ ἔλαττον. Ὅτε μὲν γὰρ καλεῖται Πατὴρ, ἐκ τοῦ μείζονος καὶ ἀξιολογωτέρου σημαίνεται, τουτέστιν ἐκ τοῦ Υἱοῦ· ὅτε δὲ Θεὸς, ἐκ τῶν ποιημάτων· ὅπερ ἐστὶν ἔλαττον· καὶ τοσοῦτον ὅσον ἐστὶ τὸ μεταξὺ δούλου καὶ δεσπότου, ποιητοῦ καὶ ποιήματος.

ΑΛΛΟ.

Μετὰ σαφοῦς ἀποδείξεως, ὅτι πρῶτόν ἐστι Πατὴρ, εἶτα Θεὸς, εἰ καὶ ἅμα ἀμφότερα.

Ὅτε τὴν καθ' ἡμῶν ἀποπληρώσας οἰκονομίαν ὁ Σωτὴρ ἠπείγετο μετὰ τὸν σταυρὸν εἰς οὐρανοὺς, λέγει πρὸς τοὺς ἑαυτοῦ μαθητάς· « Ἀναβαίνω πρὸς τὸν Πατέρα μου καὶ Πατέρα ὑμῶν, καὶ Θεόν μου καὶ Θεὸν ὑμῶν. » Ὁρᾷς ἐν τούτῳ σαφῆ τὴν τῶν ὀνομάτων διαστολήν; Ὁρᾷς ὅτι ὁ Πατὴρ μὲν ὡς πρὸς Υἱὸν νοεῖται, Θεὸς δὲ, ὡς πρὸς τὰ δοῦλα καὶ πεποιημένα; Οὐκοῦν εἰ δεύτερα τῆς γεννήσεως τοῦ Υἱοῦ τὰ ποιήματα, πρῶτον ἔχει τὸ εἶναι Πατὴρ, ἐπακολουθοῦν δὲ ἅμα καὶ τὸ εἶναι Θεός. Δειχθήσεται δὲ ἀκριβέστερον ἐντεῦθεν ἡ τοῦ νοήματος δύναμις. Τὸ γὰρ προσὸν αὐτῷ κατὰ φύσιν ἀξίωμα χαριζόμενος ἡμῖν διὰ πολλὴν φιλανθρωπίαν, προστέθεικεν ὅτι, « καὶ Πατέρα ὑμῶν· » κεκλήμεθα γὰρ εἰς υἱο-

[58] Joan. I, 3. [59] Matth. XXVIII, 19. [60] Joan. XIV, 8. [61] ibid. 9. [62] Joan. XX, 17.

Digitized by Google

θεσίαν δι' αὐτοῦ, καὶ γέγονεν ἡμῶν κατὰ χάριν Πατὴρ ὁ αὐτοῦ κατὰ φύσιν. Ἀναλαμβάνων δὲ εἰς ἑαυτὸν τὰ ἡμῶν, καὶ ὡς τὴν τοῦ δούλου φορέσας μορφὴν τὰ τῶν δούλων οἰκειούμενος, λέγει· « Καὶ Θεόν μου, καὶ Θεὸν ὑμῶν. » Οὐκοῦν αὐτοῦ μὲν φύσει Πατὴρ, ἡμῶν δὲ Θεός. Καὶ ἐπειδὴ, καθάπερ ἤδη προεῖπον, δι' Υἱοῦ πεποιήμεθα, πρῶτον ἔσται Πατὴρ, εἶθ' οὕτως Θεὸς, εἰ καὶ ἅμα καὶ συνημμένως.

A et factus est Pater per gratiam noster, qui per naturam est illius. Nostra vero in se assumens, ac veluti servi formam gestans, quæ servorum sunt sibi accommodans, dicit : « Et Deum meum et Deum vestrum. » Naturaliter itaque illius Pater est, noster autem Deus. Et quandoquidem, ut modo dixi, per Filium facti sumus, primum est Pater, ac deinde Deus, quamvis simul et conjunctim.

ΑΛΛΟ, *ὡς ἐξ ἀντιθέσεως τῶν Εὐνομίου.*

Συναΐδιον, φησὶ, καὶ αὐτοὶ τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν ὁμολογοῦμεν εἶναι, καθὸ τὴν τοῦ δύνασθαι τεκεῖν αὐτὸν ἐξουσίαν εἶχεν ἐν ἑαυτῷ καὶ πρὶν αὐτὸν τέκῃ.

ALIUD. *Ex objectione Eunomii.*

Coæternum, inquit, etiam nos Patri Filium esse fatemur, quatenus facultatem in se habuit gignendi etiam antequam eum gigneret.

Πρὸς τοῦτο λύσις.

Εἰ τὸ δύνασθαι γεννᾷν τὸν Πατέρα συναΐδιον αὐτῷ τὸν Υἱὸν εἶναι ποιεῖ, καὶ οὐχ ὅτι συνῆν αὐτῷ γεννητῶς, τί κωλύσει λέγειν ὅτιπερ, ἐπειδὴ τὸ δύνασθαι κτίζειν ἦν ἐν Θεῷ, ἔσται πάντως αὐτῷ καὶ τὰ ποιήματα συναΐδια; Εἰ γὰρ τὸ δύνασθαι μόνον τὸ ἐν τοῖς πράγμασιν ἀποτέλεσμα φορεῖ, ἦν ἄρα καὶ πρὶν γένηται τὰ ποιήματα. Ἦν γὰρ ἐν τῷ Ποιητῇ τὸ δύνασθαι ποιεῖν αὐτά. Εἰ δὲ τοῦτο ἄτοπον, καὶ οὐ τὸ δύνασθαι κτίζειν τὸν Θεὸν τοῦτό ἐστι καὶ γενέσθαι τὰ ποιήματα· οὐκ ἄρα τὸ δύνασθαι τεκεῖν τὸν Πατέρα, τὸ εἶναί ἐστι τοῦ Υἱοῦ, ἀλλ' ὅτι γεννητῶς καὶ ἐξ αὐτοῦ κατὰ φύσιν ἐστὶν ἅμα καὶ συναΐδιος· ὡς ἐκ πυρὸς θερμότης, ἢ καὶ ἐξ ἄνθους εὐωδία.

B **41** *Solutio.*

Si facultas generandi qua Pater præditus erat, coæternum ei Filium facit, non autem ipsius geniti præsentia, quid obstabit quominus dicamus, cum facultas creandi fuerit semper in Deo, creaturas ei etiam coæternas esse? Si enim nuda facultas perfectionem rebus affert, certe creaturæ etiam fuerint priusquam fierent. Erat enim in Creatore facultas eas faciendi. At vero si hoc absurdum est, et posse creare Deum non est creare creaturas : ergo posse gignere Patrem, non est esse Filii, sed quod generative, et ex ipso secundum naturam una cum ipso est et coæternus, sicut ex igne calor, aut ex flore suavis odor.

ΑΛΛΟ.

Τὸ δύνασθαι γεννᾷν οὔπω τὴν ἐπ' αὐτῷ ἐνέργειαν ἔχει. Ὅτε γάρ τις τίκτει, τότε καὶ ἐνεργεῖ. Οὐκοῦν οὐ τὸ δύνασθαι γεννᾷν τὸν Πατέρα τό εἶναί ἐστι τοῦ Υἱοῦ, ἀλλ' ἐκ τοῦ εἶναι Πατέρα τὸν Θεὸν, τὸ ἐξ αὐτοῦ συνεπινοεῖται, διὸ καὶ Πατὴρ ἐστιν. Εἰ δὲ ἅμα Πατὴρ καὶ Θεὸς, ἅμα καὶ Υἱὸς, συντρέχων τῇ τοῦ Πατρὸς ἀϊδιότητι καὶ συνεκτεινόμενος, ἵνα σώζηται τῷ γεννήσαντι τὸ εἶναι Πατέρα.

C ALIUD.

Potentia sive facultas generandi nondum exserit efficaciam suam. Quando enim quis gignit, tum actu efficax est. Non igitur potentia gignendi in Patre est substantia Filii, sed ex eo quod Pater est Deus, etiam id quod ex eo est, intelligitur, per quod et Pater est. Si autem simul sunt Pater et Deus, simul quoque et Filius, concurrens una cum æternitate Patris, unaque productus, ut servetur Genitori esse Patrem.

ΑΛΛΟ. *Ὡς ἐξ ἀντιθέσεως τῶν Εὐνομίου.*

Εἰ καθ' ὑμᾶς, φησὶ, τοὺς ὀρθὰ φρονεῖν λέγοντας συναΐδιός ἐστιν ὁ Υἱὸς τῷ Πατρὶ, οὐδέ ποτε ἄρα γέγονεν ἐνεργὸς ὁ Πατὴρ περὶ τὸ τίκτειν αὐτὸν, ἀεὶ δὲ ἀργὸς, πῶς οὖν ἐγεννήθη; Εἰ δὲ γέγονεν ἐνεργὸς καὶ ἔτεκεν, ἀρχὴν ἕξει πάντως τοῦ εἶναι τὸ γεννηθέν.

ALIUD. *Ex objectione Eunomii.*

Si ex vestra, inquit, qui vos recte sentire dicitis, sententia coæternus est Filius Patri, nunquam vero efficax fuit Pater ad gignendum ipsum, sed semper otiosus, quo pacto ergo genitus est? Si autem efficax fuit et actu genuit : necesse omnino est, ut quod genitum est exsistendi principium habeat.

D

Πρὸς τοῦτο λύσις.

Εἰ μὲν περί τινος τῶν πεποιημένων ὁ λόγος ἦν, ὦ οὗτοι, καλῶς ἐργάτην ἡμῖν εἰσφέρετε τὸν Θεὸν, καὶ οὐχὶ μᾶλλον γεννήτορα. Ἐπειδὴ δὲ οὐκ ἐργασίαν τινὰ γεγενῆσθαι παρὰ τοῦ Πατρὸς ὁμολογοῦμεν εἰς τὸν Υἱὸν (γεγενῆσθαι γὰρ αὐτὸν ἐκ τῆς οὐσίας, οὐκ ἔξωθεν πεποιῆσθαί φαμεν), πῶς οὐ διαῤῥήδην βλασφημεῖτε, λέγοντες ἐνεργὸν γεγενῆσθαί ποτε τὸν Πατέρα περὶ τὴν γέννησιν τοῦ Υἱοῦ, τοῦτον οὐκ ἐχούσης τὸν νόμον τῆς γεννήσεως οὐδὲ ἐφ' ἡμῶν; Τὰ μὲν γὰρ ἔξωθεν, ἐργαζόμεθα· τίκτομεν δὲ τὰ ἐξ ἑαυτῶν. Οὐκοῦν

Solutio.

Si de creaturarum aliqua sermo esset, o boni, recte opificem nobis induceretis Deum, et non potius genitorem. Cæterum cum non opus quoddam Filium a Patre factum esse profiteamur (genitum enim ipsum ex substantia Patris, non extrinsecus factum dicimus), quo pacto non manifeste blasphemi estis, dicentes operatorem aliquando factum fuisse Patrem circa generationem Filii, cum generatio etiam in nobis hanc legem non observet? **42** Operamur enim quæ extra nos sunt : gignimus

Digitized by Google

quæ ex nobis ipsis. Cum igitur Filius non sit opus, sed potius genimen æterni Patris, paterna etiam nobilitate præditus erit, æternus exsistens Filius ut ille.

ALIUD.

Ne nimis contentiosi esse videamur, dabimus hostibus Dei dicentibus activam esse generationem Filii, quod non ex passione genuerit Pater. Sed quemadmodum est activa, ita etiam naturalis et essentialis, et ab hypostasi ejus inseparabilis. Necessarium igitur omnino est, tametsi Pater active Filium generet, esse plane coæternum : dictum enim est ipsum gignere a propria ipsius hypostasi separari non posse. Cum vero ejus hypostasis semper sit, erit etiam semper ex natura ipsius procedens fructus. Quomodo igitur non erit coæternus Filius?

ALIUD.

Videre est in iis quæ a Deo creata sunt, quod quæcunque generandi facultatem partite habent (hæc enim corporum lex est), et quando ad certam ætatis mensuram pervenerint, tum primum actu generare posse, ut homo, brutum animal, et planta. Hæc enim cum adhuc parva sint, non gignunt : ubi vero perfecta ætas accessit, gignunt. Quid igitur obstiterit quominus substantia Patris, cum perfecta sit, genuerit ex se citra tempus coæternum sibi genimen? Neque enim quisquam dixerit substantiam Dei perfectam in tempore fuisse : cum semper eodem modo se habeat, neque augmento ullo egeat, neque minui ulla ratione possit. Oportuit itaque demirari eos nisi coæternum erat Deo id quod ex eo procedit, non ex contrariis interrogare illud, Quando genuit Filium? Patri enim semper perfecto, convenientissimum est ab æterno citra tempus generare.

ALIUD.

Contentiosius vero interrogantibus : An Pater aliquando genuerit Filium, objici potest, ac dici : Quando ignis urere cœperit. Sed non poterunt hujus initium monstrare : simul ac enim factus est ignis, urendi facultas ei infuit. Si ergo creaturis a Deo factis et esse, et eo modo esse inest, quid prohibebit quominus fateamur Patrem operibus suis majorem esse, simulque et esse, Filiumque ex seipso genitum habere?

ASSERTIO VI.

43 *Quod Pater citra divisionem et citra corruptionem ex seipso genuerit Filium.*

Objectio ex Eunomio.

At quomodo, inquit, non fuerit necessarium fateri diminutam esse Patris substantiam, si ex ea processit Filius quasi pars quædam ejus exsistens? Si autem vultis Patri immutabilitatem servare, nullique imminutioni obnoxium statuere, fatemini etiam Filium non esse partem substantiæ ejus,

ἐπειδήπερ οὐκ ἔργον ἐστὶν ὁ Υἱὸς, γέννημα δὲ μᾶλλον ἀϊδίου Πατρὸς, ἕξει δηλαδὴ τοῦ τεκόντος τὴν εὐγένειαν, ἀΐδιος ὢν ὡς ἐκεῖνος.

ΑΛΛΟ.

Ἵνα μὴ σφόδρα φιλόνεικοί τινες εἶναι δοκῶμεν, συνθησόμεθα τοῖς χριστομάχοις ἐνεργητικὴν εἶναι λέγουσι τὴν γέννησιν τοῦ Υἱοῦ, διὰ τὸ μὴ ἐκ πάθους τετοκέναι τὸν Πατέρα. Ἀλλ' ὥσπερ ἐστὶν ἐνεργητική, οὕτω δὴ φυσική τε καὶ οὐσιώδης, καὶ τῆς ὑποστάσεως ἀχώριστος. Ἀνάγκη τοιγαροῦν, κἂν τέκῃ τὸν Υἱὸν ἐνεργητικῶς ὁ Πατὴρ, εἶναι πάντως αὐτὸν συναΐδιον· προείρηται γὰρ ὅτι τῆς ἰδίας ὑποστάσεως ἀχώριστον ἔχει τὸ τίκτειν. Οὔσης δὲ ἀεὶ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, εἶναι δεῖ πάντως καὶ τὸ ἐξ αὐτῆς προελθὸν φύσεως ὑπάρχον καρπός. Πῶς οὖν οὐκ ἔσται συναΐδιος ὁ Υἱός;

ΑΛΛΟ.

Ὁρῶμεν ἐν τοῖς πεποιημένοις παρὰ Θεοῦ, ὅτιπερ ὅσα τοῦ γεννᾷν τὴν δύναμιν ἔχει μεμερισμένως (οὕτος γὰρ σωμάτων νόμος), καὶ ὅταν εἰς μέτρον ἡλικίας ἔλθῃ φανερὸν, τότε καὶ ἐνεργὸν ἔσχει τὸ τίκτειν, οἷον ἄνθρωπος, ζῶον ἄλογον, καὶ φυτόν. Ταῦτα γὰρ μικρὰ ὄντα, τίκτειν οὐ δύναται· τελειούμενα δὲ, καὶ τοῦτο ποιεῖ. Τί οὖν ἐκώλυε τελείαν οὖσαν τὴν οὐσίαν τοῦ Πατρὸς τίκτειν τὸ ἐξ αὐτῆς ἀχρόνως ὡς συναΐδιον αὐτῇ; Οὐ γὰρ δήπου φήσειεν ἄν τις ὡς ἐν χρόνῳ τὸ τέλειον ἔσχεν ἡ τοῦ Πατρὸς οὐσία, ἀεὶ ὡσαύτως ἔχουσα, καὶ οὔτε προσθήκης τινὸς δεομένη, οὔτε μείωσιν ὑποστῆναι δυναμένη. Ἔδει τοιγαροῦν ἀποθαυμάζειν αὐτοὺς, εἰ μὴ συναΐδιον ἦν τῷ Θεῷ τὸ ἐξ αὐτοῦ, οὐκ ἐκ τῶν ἐναντίων ἐπερωτᾷν τὸ, Πότε γεγέννηκε τὸν Υἱόν; Τῷ γὰρ ἀεὶ τελείῳ Πατρὶ τὸ γεννᾷν ἀχρόνως πρεπωδέστατον.

ΑΛΛΟ.

Τοῖς διερωτῶσι φιλονεικώτερον, πότερόν ποτε γεγέννηκε τὸν Υἱὸν ὁ Πατὴρ, ἀκόλουθον ἀντιθεῖναι καὶ λέγειν· Πότε τὸ πῦρ τοῦ καίειν ἤρξατο; Ἀλλ' οὐχ εὑρήσουσι δεῖξαι τούτου τὴν ἀρχήν· ἅμα τε γὰρ ἐγένετο πῦρ, καὶ ἦν καυστικόν. Εἰ τοίνυν τοῖς παρὰ Θεοῦ πεποιημένοις ὁμοῦ καὶ τὸ εἶναι καὶ τοιῶσδε εἶναι ὑπάρχει, τί κωλύσει μείζονα τῶν οἰκείων ἔργων ὁμολογεῖν εἶναι τὸν Πατέρα, ὁμοῦ καὶ τὸ εἶναι, καὶ τὸν Υἱὸν ἔχοντα γεννητῶς ἐξ ἑαυτοῦ;

ΛΟΓΟΣ Ϛ'.

Ὅτι ὁ Πατὴρ ἀμερίστως καὶ ἀρεύστως ἐγέννησεν ἐξ ἑαυτοῦ τὸν Υἱόν.

Ἀντίθεσις ὡς ἐκ τῶν Εὐνομίου.

Καὶ πῶς, φησὶν, οὐκ ἀναγκαῖον ὁμολογεῖν ἠλαττῶσθαι τοῦ Πατρὸς τὴν οὐσίαν, εἴπερ ἐξ αὐτῆς προῆλθεν ὁ Υἱὸς μέρος ὥσπερ τι τυγχάνων αὐτῆς; Εἰ δὲ βούλεσθε τὸ ἄτρεπτον τηρεῖν τῷ Πατρὶ καὶ τὸ ἄνω κεῖσθαι τῆς ἐλαττώσεως, οὐ παραιτήσεσθε φρονεῖν ὡς οὐκ ἂν εἴη μέρος ὁ Υἱὸς τῆς οὐσίας αὐτοῦ, οὐδὲ

Digitized by Google

ἐξ αὐτοῦ, ἀλλ' ἔξωθεν, καὶ κατὰ δύναμιν τὴν ἐν βουλήσει μόνῃ τὴν συνύπαρξιν ἔχει.

A neque ex ipso esse, sed extrinsecus et secundum facultatem sive potentiam quæ in sola voluntate est, coexsistere.

Πρὸς τοῦτο λύσις.

Μικρὸν, ὦ βέλτιστε, σαυτὸν ἄνω σωμάτων ἔχε καὶ τῶν περὶ τὰ σώματα παθῶν· περὶ Θεοῦ γὰρ ὁ λόγος. Εἰ γὰρ οἴει καθάπερ ἄνθρωπον τίκτοντα τὸν Θεὸν ἐλαττοῦσθαί πως ταῖς ἀπορρίαις, καὶ δίχα τινὸς ζημίας μὴ δύνασθαι τοῦτο ποιεῖν, μεριζόμενον ὥσπερ εἰς τὸν ἐξ αὐτοῦ προελθόντα Λόγον, τί κωλύπαι τὴν αὐτὴν ἐπαγαγεῖν βλασφημίαν, καὶ ἐπὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι τοῖς προσοῦσιν αὐτῷ; Εἰ γὰρ ὡς ἄνθρωπος τίκτει ῥευστῶς, δημιουργήσει καὶ ὡς ἄνθρωπος μετὰ πόνου. Εἰ δὲ τοῦτο ἄτοπον (οὐ γὰρ ὡς ἄνθρωπος ὁ Θεὸς δημιουργεῖ), οὐδὲ ὡς ἄνθρωπος ἄρα γεννήσει, ἀλλὰ τὴν ἀνθρώπου φύσιν κἀν τούτῳ πάλιν ἀναδήσεται, γεννῶν ἀμερίστως.

[Solutio objectionis.

Paulo altius, bone vir, supra corpora eorumque affectiones mentem attolle : de Deo enim fit sermo. Si enim censes Deo perinde atque homini in generando aliquid decedere, neque id facere posse nisi aliquid illi depereat, ita ut quodammodo in Verbum, quod ex ipso procedit, dividatur, quid obstiterit quominus eamdem blasphemiam ad reliquas ejus proprietates accommodemus? Si enim per fluxum gignit ut homo, creabit etiam ut homo cum labore. At si id absurdum est (neque enim Deus ita ut homo B creat), neque igitur gignet ut homo, sed humanam naturam etiam in hoc superabit, generans citra divisionem.

ΑΛΛΟ.

Εἰ καθάπερ ἄνθρωπος τίκτει Θεὸς, ἐργάζεται καὶ ὡς ἄνθρωπος. Καὶ ἐπειδήπερ ἡμεῖς ὕλης παρακειμένης τινὸς διὰ κινήσεως χειρῶν ἀποτελοῦμέν τι τῶν ὅσα ποιεῖν βουλόμεθα, οὕτω καὶ Θεός. Εἰ δὲ δίχα χειρῶν καὶ ὕλης ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι τὰ πάντα λόγῳ παράγει, τὴν ἀνθρώπου φύσιν νικῶν, νικήσει πάντως αὐτὴν καὶ περὶ τὸν τοῦ γεννᾷν τρόπον.

ALIUD.

Si Deus gignit eadem ratione qua homo, operatur etiam ut homo. Et cum proposita aliqua materia adminiculo manuum ea quæ volumus perficimus, ita ergo etiam Deus. At si Deus absque manibus et materia ex nihilo cuncta verbo ad esse traducit, humanam naturam longe superans, etiam superabit ipsam in generandi modo.

ΑΛΛΟ.

Τὰ συνέχοντά τινα, οἱονεὶ κύκλῳ περιτετάσθαι πάντως ἀναγκαῖον τῶν ὅσα συνέχει. Τὸ δὲ εἰς κύκλον C ἐκτείνεσθαι σωμάτων ἴδιον. Πῶς οὖν τὰ πάντα συνέχει ὁ Θεὸς ἀσώματος ὤν, καὶ διὰ τοῦτο μηδὲν ἐν τόπῳ νοεῖσθαι δυνάμενος; Ἀλλὰ συνέχει τὴν ἐν τούτοις ἀκολουθίαν, ὡς Θεὸς, ἀναβαίνων. Οὐκ ἄρα τοῖς σωματικῶν ὑποκείσεται νόμοις· οὐκοῦν οὐδὲ ὡς σῶμα γεννήσει.

ALIUD.

Ea quæ alia in se continent, necesse est ut veluti in orbem circumjecta sint omnibus iis quæ continent. At vero in orbem flecti atque extendi corporum est. Quo pacto igitur omnia continet Deus, cum sit incorporeus, *44* atque ob id ne in loco quidem esse intelligi possit? Sed continet ordinem rerum, ut Deus, transcendens. Non itaque corporeis legibus subjacebit : ergo neque ut corpus generabit.

ΑΛΛΟ.

Τὸ ἐν πᾶσιν ὂν καὶ διὰ πάντων διῆκον, συμπλέκεσθαι τοῖς πᾶσιν ἀναγκαῖον. Οὕτω γὰρ ἂν εἴη καὶ ἐν πᾶσιν. Ἀλλ' οὐ συμπεπλέχθαι μὲν τὴν οὐσίαν τοῦ Θεοῦ τῇ ποικιλίᾳ τῶν ἐν κόσμῳ σωμάτων ὁμολογήσομεν· μένει γὰρ ἐφ' ἑαυτῆς καθαρά τε καὶ τῆς πρὸς ἕτερον κοινωνίας, ἀσύμπλοκος φυσικῶς· διήκει δὲ ὁ μὲν διὰ πάντων παραδόξως καὶ ἀῤῥήτως. Οὐκ ἄρα D ταῖς σωμάτων ἀκολουθίαις ὑποκείσεται. Διόπερ οὐδὲ κατὰ τὴν τῶν σωμάτων φύσιν γεννήσει.

ALIUD.

Id quod in omnibus exsistit cunctaque permeat, connecti omnibus necesse est. Ita enim in omnibus fuerit. Cæterum nequaquam fatebimur Dei substantiam variis mundi corporibus connexam esse : manet enim illa in se pura et naturalis, cum altero connexionis expers ; permeat tamen omnia admirando quodam atque ineffabili modo. Non igitur corporum connexioni subjectus est. Ergo neque juxta corporum naturam generabit.

ΑΛΛΟ.

Εἰ ἁπλοῦς καὶ ἀσύνθετός ἐστι καὶ νοεῖται Θεὸς, πῶς διαφόρους καὶ ποικίλας ἔχει τὰς ἐνεργείας, πολλὰ ποιημάτων εἴδη κατὰ καιροὺς ἐργαζόμενος; Εἰ δὲ οὐδὲν εἰς τὸ ἁπλοῦς εἶναι βλαβήσεται διαφόρως ἐν ἑκάστῳ τῶν ὄντων ἐνεργῶν, ἐπεὶ μὴ κατὰ σῶμά ἐστιν, ἄνω σωμάτων καὶ ἐν τῷ γεννᾷν κείσεται.

ALIUD.

Si simplex et non compositus est atque intelligitur Deus, quo pacto diversas variasque habet operationes, multas creaturarum species per tempora operans? Si vero diversa ejus in singulis operatio non impedit quominus simplex sit, cum non secundum corpus exsistat, corporum etiam conditionem in generando superabit.

Ἀντίθεσις ὡς ἐκ τῶν Εὐνομίου.

Εἰ βούλεσθε, φησὶ, τὸν Υἱὸν ἐκ τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας προεληλυθότα λέγειν, ἀνάγκη πρότερον ὁμολο-

Objectio Eunomii.

Si velitis, inquit, Filium ex Patris substantia processisse, fatendum omnino est cum prius in ipso

Digitized by Google

exstitisse. Ita enim ex eo processisse videbitur. At si Filium Pater, nullumque alium post eum genitarus est (unigenitus enim est), necesse est ut dicamus eum generandi potestate privatum esse, atque ex parte imminutum, genito semel Filio, neque amplius in eo ut prius exsistente.

Solutio.

Rursus ea quæ corporibus propria sunt Dei naturæ ascribere non erubescis? Neque enim ut corpus in corpore, ita Filium in Patre contineri cogitandum est. Neque quemadmodum quæ ex nobis gignuntur in parentum lumbis jacuisse creduntur, ita de divino genimine sentiendum est. Si quis enim eo audaciæ proruperit ut ad corporum miseriam ineffabilem Dei essentiam protrudat, quid obstiterit quominus ne generasse quidem Patrem contendat? **45** Quod nimirum parere matri potius quam viro conveniat? Cum vero Deus incorporeus sit, neque differentiis quæ in corpora cadunt obnoxius (masculus enim et femina tantum in formis corporeis quæruntur), sed simplicis incorporeæque naturæ, et mens purissima, eam ob causam, opinor, si quis generationem quæ Deo convenit investigare velit, fecunditatem quæ in mente consistit considerare debet, atque hinc potius Verbi generationem comparare, non autem dicere Deum minus esse fecundum quam sint corpora. Neque enim ut corpus generat, siquidem et humanam mentem gignere dicimus cogitationes bonas. Bonus enim vir, inquit Servator, e corde profert bona [43]. Si ergo impium est dicere mentem humanam fructum nullum proferre, cum id Dominus ipse testetur et res ipsa probet, quo pacto non absurdum fuerit dicere supremam omnium mentem infrugiferam esse, et fecunditate quæ ei convenit privare; aut si dicant, generare, corporeis legibus subjicere atque ita perinde ac corpus generare, cum ne mens quidem quæ in nobis est corporeo modo generet? At vero qui universa transcendit longeque superat Deus, quo pacto non mentem etiam generationis modo superabit, non amissione aut fluxu cujusquam quod ei prius inerat, sed illustratione citra ullam divisionem ex seipso gignens Filium, secundum ineffabilem atque inenarrabilem divinæ generationis modum?

ALIUD.

Quidquid ad similitudinem alterius factum est, ab æqualitate primi exemplaris recedit, et secundas ab illo partes tenet. Creata itaque natura per potentiam Dei effecta est fecunda, et efficta per gratiam ad illam quæ vere ac proprie fecunda est. Deficiet itaque omnino ab illa veritate quæ illi inest in modo generandi; et generabit quidem, sed non ita atque illius ad cujus similitudinem effictum est. Quod si ita est, generabit Deus, non ut creatura quæ per gratiam

[43] Matth. XII, 35.

γεῖν προϋποκεῖσθαι τοῦτον ἐν αὐτῷ. Οὕτω γὰρ δὴ καὶ ἐξ αὐτοῦ προελθὼν φαίνοιτο. Καὶ εἰ τὸν Υἱὸν ἐγέννησεν ὁ Πατὴρ, καὶ ἕτερον ἐπ' αὐτῷ οὐδένα τέξεται (μονογενὴς γὰρ), ἀφῃρῆσθαι καὶ αὐτὸν ἀνάγκη λέγειν τῆς γεννητικῆς δυνάμεως, ἠλαττῶσθαι δὲ καὶ ἐκ μέρους, γεννηθέντος ἅπαξ τοῦ Υἱοῦ καὶ μηκέτι ὄντος ἐν αὐτῷ καθάπερ καὶ πρότερον.

Πρὸς τοῦτο λύσις.

Πάλιν τὰ σωμάτων ἴδια τῇ τοῦ Θεοῦ φύσει περιτιθεὶς οὐκ ἐρυθριᾷς; Οὐ γὰρ καθάπερ σῶμα ἐν σώματι τὸν Υἱὸν ἐν Πατρὶ κεῖσθαι δίκαιον ἐννοεῖν. Οὐδὲ ὥσπερ τὰ ἐξ ἡμῶν γεννώμενα τῇ τῶν γεννώντων ὁσφύϊ περιέχεσθαι πιστεύειν εὔπρεπὲς, οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ θείου γεννήματος φρονητέον. Εἰ γάρ τις εἰς τοῦτο προβαίνει τόλμης ὡς εἰς τὴν τῶν σωμάτων ἀθλιότητα τὴν ἄῤῥητον τοῦ Θεοῦ καταφέρειν οὐσίαν, τί κωλύσει λέγειν μηδὲ ὅλως γεγεννηκέναι τὸν Πατέρα; Ἐπεὶ τὸ τίκτειν μητρὶ μᾶλλον ἢ ἀνδρὶ πρεπωδέστερον; Ἐπειδὴ δὲ οὔτε σῶμα Θεὸς, οὔτε μὴν τὴν ἐν τοῖς σώμασιν ἔχει διαφορὰν (ἄρσεν γὰρ καὶ θῆλυ μόνον ἐν τοῖς τῶν σωμάτων ζητεῖται σχήμασιν), ἁπλοῦς δὲ καὶ ἀσώματος, καὶ αὐτὸ δὴ τοῦτο νοῦς ὁ πάντων καθαρώτατος, διὰ ταύτην οἶμαι τὴν αἰτίαν χρῆναι δεῖν τοὺς ὅσοι τὴν ἐπ' αὐτοῦ γέννησιν ἐξετάζειν βούλονται, τὰς ἐκ νοῦ καρποφορίας ζητεῖν, καὶ ταύταις μᾶλλον ἐξομοιοῦν ἐπείγεσθαι τοῦ Λόγου τὴν γέννησιν, καὶ μὴ λέγειν σωμάτων ἀγονώτερον εἶναι Θεὸν, ἐπεὶ μὴ ὡς σῶμα γεννᾷ. Γεννᾷν μὲν γὰρ καὶ τὸν ἀνθρώπινον νοῦν πάντως ἂν ὁμολογήσαιμεν διαλογισμοὺς ἀγαθούς. Ἀπὸ γὰρ τῆς καρδίας ὁ ἀγαθὸς ἄνθρωπος, καθά φησιν ὁ Σωτὴρ, προφέρει τὰ ἀγαθά. Εἰ τοίνυν ἀσεβὲς εἰπεῖν τὸν ἀνθρώπινον νοῦν καρπὸν οὐκ ἔχειν, καὶ τοῦ Κυρίου φάσκοντος καὶ αὐτοῦ δὲ βοῶντος τοῦ πράγματος, πῶς οὐκ ἄτοπον τὸν ὑπὲρ πάντα νοῦν ἄκαρπον εἶναι λέγειν, καὶ τῆς πρεπούσης αὐτῷ καρποφορίας ἀποστερεῖν; ἢ εἰ λέγονται γεννᾷν, ὑποκεῖσθαι ταῖς τῶν σωμάτων ἀνάγκαις ὑπολαμβάνειν, καὶ οὕτως αὐτὸν ὡς σῶμα γεννᾷν, οὐδὲ τοῦ ἐν ἡμῖν ὑπάρχοντος νοῦ κατὰ τὸν τῶν σωμάτων γεννῶντος νόμον; Ὁ δὲ ἄνω πάντων ἀναβεβηκὼς καὶ πάντα ὑπερκείμενος Θεὸς, πῶς οὐ γεννήσει καὶ ὑπὲρ νοῦν, οὐκ ἀποβολὴν ἢ ἀπόῤῥοιαν προϋποκειμένου τινὸς ὑπομένων, ἀλλ' ἐκλάμψας ἀμερίστως ἐξ ἑαυτοῦ τὸν Υἱὸν, κατὰ τὸν ἄῤῥητόν τε καὶ ἄφραστον τῆς θείας γεννήσεως τρόπον;

ΑΛΛΟ.

Πᾶν ὅπερ ἂν καθ' ὁμοίωσιν γένοιτό τινος, ἀπολείπεται πάντως τῆς πρὸς τὸ πρωτότυπον ἰσότητος, καὶ τῆς ἐκείνου δόξης ἐστὶ δεύτερον. Ἄγεται τοίνυν διὰ δυνάμεως Θεοῦ πρὸς καρπογονίαν ἡ γενητὴ φύσις, πρὸς ἐκείνην μορφουμένη διὰ χάριτος τὴν ὄντως καὶ ἀληθῶς καρπογόνον. Ἆρ' οὖν ἀπολειφθήσεται πάντως καὶ τῆς ἐκείνῃ προσούσης ἀληθείας περὶ τὸν τοῦ γεννᾷν τρόπον· καὶ γεννήσει μὲν, οὐχ ὡς ἐκεῖνο δὲ, πρὸς ὃ καὶ μεμόρφωται. Εἰ δὲ τοῦτο ἀληθὲς, γεννή-

Digitized by Google

σει μὲν ὁ Θεὸς, οὐχ ὡς ἡ κτίσις δὲ κατὰ χάριν καὶ ταύτην λαβοῦσα τὴν πρὸς αὐτὸν ὁμοίωσιν, ἀλλ' ὑπὲρ πάντα τὰ γενητά.

A hanc cum eo similitudinem est consecuta, sed longe excellentiore quam omnes creaturæ modo.

ΑΛΛΟ.

Ἐρώτησις ὡς ἐκ τοῦ Εὐνομίου.

Ὁ Πατὴρ ἐγέννησεν ἐξ ἑαυτοῦ τὸν Υἱὸν, καθάπερ ὑμεῖς φατε οἱ ἐπὶ πολλῇ λίαν ὀρθότητι δογμάτων ἀποσεμνυνόμενοι· ἀλλ' ὁρᾶτε καὶ τοῦτο. Τέλειος ἦν ὁ Πατὴρ πρὸ τῆς γεννήσεως τοῦ Υἱοῦ, ἀλλ' εἰ γεννήσας εἰς Δυάδα μεμέρισται, πῶς ἔτι τὸ τέλειον ἕξει; εἰ μὴ ἄρα γέγονε περὶ τὴν οὐσίαν αὐτοῦ πληθυσμὸς, οἱονεὶ τὸ κενωθὲν ἀναπληρῶν. Ἀνάγκη γὰρ πᾶσα τὸ ἐξ ἑνάδος εἰς δυάδα τεμνόμενον, ἔλαττον ἑαυτοῦ φαίνεσθαι, εἰ μή τις αὔξη παρεισδραμοῦσα προσθείη τὸ ἐκλεῖπον. Εἰ δὲ τοιοῦτον οὐδὲν περὶ τὴν θείαν οὐσίαν συμβαίνειν δύναται, οὐκ ἐγέννησεν ἄρα ἐξ ἑαυτοῦ τὸν Υἱὸν ὁ Πατὴρ, ἵνα μὴ φαίνηται μεριζόμενος· ὑπέστησε δὲ αὐτὸν ὅμοιον ἑαυτῷ κατὰ πάντα.

B

ALIUD.

Interrogatio ex objectione Eunomii.

Pater genuit Filium ex seipso, ut vos **46** dicitis qui de summa dogmatum rectitudine gloriamini; sed videte etiam hoc. Pater ante generationem Filii perfectus erat; sed si postquam genuit in dualitatem divisus est, quo pacto manebit perfectus? nisi fortasse in ejus substantia suppletio quædam facta fuerit, quæ quodammodo id quod exhaustum fuerat supplevit. Necessarium enim prorsus est ut quod ex unitate in dualitatem secatur, minus seipso efficiatur, nisi incrementum aliquod accedat quod defectum compenset ac suppleat. Si vero neutrum horum in divina natura accidere potest, ergo non genuit Pater ex seipso Filium, ne divisus esse videatur; eum vero sibi similem in omnibus fecit atque constituit.

Πρὸς τοῦτο λύσις.

Ἔστι μὲν καὶ ἐξ ἑτέρων ἰδεῖν ὅτι πολλὴν οἱ χριστομάχοι νοσοῦσι φρενῶν ἐρημίαν, οὐδὲν δὲ ἧττον καὶ διὰ τούτων. Πλανῶνται γὰρ ὄντως, μὴ εἰδότες τὰς Γραφὰς μηδὲ τὴν δύναμιν τοῦ Θεοῦ. Πῶς γὰρ ὅμοιον ἔσται κατὰ πάντα τῷ ἀκτίστῳ καὶ ἀεὶ ὄντι Θεῷ καὶ Πατρὶ, τὸ ἐξ οὐκ ὄντων εἰς ὑπόστασιν ἐνεχθέν; Εἰ γὰρ ὅλως ὑπέστη, οὐκ ἦν δηλονότι ποτέ. Πῶς δὲ οὐκ αἰσχύνονται μερισμοὺς καὶ ἀποτομὰς περὶ τὴν θείαν γέννησιν εἰσφέροντες, καὶ τοῖς τῆς γενητῆς φύσεως νόμοις ὑποτιθέντες τὴν ἄῤῥητον οὐσίαν; Οὐ γὰρ δή που τοῖς οἰκείοις ποιήμασιν ἴσος ἔσται Θεὸς, οὐδὲ οὕτω γεννήσει καθάπερ ἐκεῖνα· ἀλλ' ὥσπερ ἐν ἅπασιν ὑπερέχει αὐτῶν, οὕτως ὑπερέξει κἀν τούτῳ. Καὶ εἰ πάσης ἄνω γενητῆς οὐσίας ἐστὶν ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ, ἄνω πάλιν αὐτῆς ἔσται καὶ κατὰ τὸν ἐν τῷ γεννᾷν τρόπον, ἀῤῥήτως τοῦτο ποιῶν καὶ θεοπρεπῶς.

C

Solutio objectionis.

Cum ex aliis multis constet quanta mentis inopia laborent hostes Dei, tum nihilominus ex istis. Errant enim prorsus, neque scientes Scripturas, neque virtutem Dei [46]. Quomodo enim æquale per omnia Deo ac Patri increato semperque exsistenti fuerit id quod ex nihilo ad esse traductum est? Si enim factus et constitutus fuit, procul dubio aliquando non fuit. Quo pacto autem non pudet eos divisiones et sectiones in divinam generationem inducere, et ineffabilem substantiam creatæ naturæ legibus subjicere? Neque enim creaturis abs se factis æqualis est Deus, neque eadem ratione generat qua illa; sed sicut in cæteris omnibus illas excellit, ita etiam in hoc. Et si omnem creatam substantiam Deus ac Pater longe superat, erit etiam ea superior generandi modo, ineffabiliter divineque id faciens.

ΑΛΛΟ.

Μερισμοὺς καὶ ἐλαττώσεις ὑπομένειν, αὔξην τε καὶ πλήθυσμὸν, καὶ τὰς ἐν τῷ τίκτειν ἀπορῥοίας σωμάτων, ἴδιον καὶ τῶν ὅσα τῆς γενητῆς οὐσίας ἐστίν. Εἰ τοίνυν οὕτω τίκτει Θεὸς, ὥσπερ καὶ τὰ σώματα, καὶ κρατήσει νόμος ἐπ' αὐτοῦ τοιοῦτος ὁποῖος ἐν τοῖς πεποιημένοις, οὕτω καὶ δημιουργήσει καθάπερ καὶ τὰ σώματα, ὀργάνοις δηλαδὴ καὶ χερσὶ κεχρημένος. Εἰ δὲ τῆς σωματικῆς καὶ γενητῆς φύσεως οὕτω δυναμένης δημιουργεῖν καὶ οὐχ ἑτέρως, λόγῳ τὰ πάντα Θεὸς ἐργάζεται, καὶ ἐν τῇ αὐτοῦ βουλήσει τὰ ὄντα τὴν σύστασιν ἔχει, πῶς οὐ γελοῖον ἐν τοῖς ἀξιολογωτέροις καὶ μείζοσι μὴ ἄνω κεῖσθαι πάθους τὸν Θεὸν, μηδὲ ἐξῃρῆσθαι τὰ τοῖς σώμασιν εἰωθότα συμβαίνειν περὶ τὸ γεννᾷν, ἀλλ' ὡς ἐξ ἀνάγκης οὕτως εἶναι περὶ τὸ γεννᾷν, καθάπερ καὶ τὰ σώματα. Ὥσπερ οὖν δημιουργεῖ μὲν οὐχ ὡς ἄνθρωπος, οὐδὲ ὡς αὖμα, οὕτω καὶ γεννᾷ ταῖς τῶν σωμάτων συνηθείαις οὐχ ὑποκείμενος.

D

ALIUD.

Divisiones et imminutiones, incrementa, et suppletiones ac defluxus in generando corporum propria sunt, et eorum quæ creatam substantiam habent. Si igitur Deus ita gignit sicut corpora, eademque lege tenetur qua creaturæ, creabit etiam quemadmodum corpora, instrumentis nimirum et manibus utens. Si vero cum corporea et creata natura ita operari possit neque aliter, Deus verbo omnia operatur, et in ejus voluntate omnia consistunt, quo pacto non ridiculum fuerit in rebus dignioribus et momenti Deum non esse expertem passionis, **47** neque corporum in generando conditionem superare, sed veluti necessitate quadam ita generare ut corpus? Quemadmodum igitur creat non ut homo, neque ut corpus, ita etiam generat corporum consuetudini nequaquam astrictus.

[46] Matth. xxii, 29.

Digitized by Google

ALIUD, *ad rei explicationem.*

Pater Filium ex seipso absque divisione aut intervallo produxit, quemadmodum et sol splendorem ex se emissum. Quamvis splendor solis non habeat propriam hypostasim, neque perfecte ipse in seipso essentia sit : habet enim suum esse in sole; divinum vero genimen hoc tantum ex hoc exemplo habet quod ex Patre procedat citra divisionem ullam et absque spatio, propriamque habet hypostasim non separatam a Patre, sed in Patre et cum Patre intellectam atque exsistentem. Dicere autem sectionem et decisionem in divina generatione factam fuisse, immanis insaniæ est documentum. Cum enim divinitas loco non circumscribatur, ne id quidem quod ex eo procedit in loco erit. Quod vero neque in loco est, neque esse potest, quomodo separari potest? Quonam enim ibit quod sectum est? aut e quo in quem transferetur? hæc siquidem corporum sunt propria, ab incorporea vero natura prorsus aliena. Ne igitur impie in divina generatione defluxus, separationes, atque his similia comminiscantur. Suprema enim illa omnium natura nulli passioni, separationi aut sectioni est obnoxia, neque corporum proprietates recipit. Sed quemadmodum creat mirabiliter, longeque alio quam nostra consuetudo fert modo, ita etiam generat ex se alia ratione quam nos.

Exempla particulatim declarantia quo pacto Filius citra separationem e Patre processit.

Sermo enuntiativus, quo utimur, in mente et ex mente gignitur, atque alius quidem videtur esse ab eo qui in corde agitatur, quatenus extra os veluti e tenebris in lucem emittitur ; est autem rursus in eo, similisque ei est per omnia. In sermone enim videtur cogitatio cordis, et rursus in mente sermo nondum loquendo expressus. Ita etiam Filius Dei, absque separatione e Patre procedens, **48** character est et expressa figura proprietatis suæ : Verbum enim est hypostatice exsistens et vivens ex vivo Patre.

ALIUD.

Ita genuit ex se Pater Filium absque separatione, ac si sapiens aliquis gignat aliquod inventum, sive mechanicum, sive geometricum, sive ejusmodi aliquid. Videntur enim quodammodo sapientiæ fructus esse, atque ita natura se habent; atqui non est separata a sapientia ars quæ ex ea est excogitata : sed est ex ipsa et in ipsa genitricis suæ imaginem exprimens, et citra separationem aliud quidpiam esse videtur. Ita et generatio Filii, cum sit absque separatione ex Patre, in sua hypostasi servatur, longe tamen hujus exempli sive similitudinis vim excedens.

ALIUD.

Qui divinorum dogmatum veritatem quærunt, non in humanas rationes mentis oculos conjiciunt. Neque quia Pater genuit Filium, imminutum eum

ΑΛΛΟ, *διηγηματικῶς.*

Ὁ Πατὴρ ἐξέλαμψεν ἐξ ἑαυτοῦ τὸν Υἱὸν ἀμερίστως τε καὶ ἀδιαστάτως, ὥσπερ οὖν καὶ ὁ ἥλιος τὸ ἐξ αὐτοῦ πεμπόμενον ἀπαύγασμα. Ἀλλ' ἐκεῖνο μὲν οὐκ ἰδιοσύστατον οὐδὲ τὴν οὐσίαν ἐντελὲς αὐτὸ καθ' αὑτό· ἔχει γὰρ ἐν τῷ ἡλίῳ τὸ εἶναι· τὸ δὲ θεῖον γέννημα μόνον ἔχον ἐκ τοῦ παραδείγματος τὸ ἐκ Πατρὸς προελθεῖν ἀμερίστως καὶ ἀδιαστάτως, ἰδίαν ἔχει τὴν ὕπαρξιν οὐ κεχωρισμένην τοῦ Πατρὸς, ἀλλ' ἐν Πατρὶ καὶ μετὰ Πατρὸς νοουμένην καὶ ὑπάρχουσαν. Τὸ δὲ λέγειν ὅτι τομὴ καὶ ἀποκοπὴ περὶ τὴν γέννησιν αὐτοῦ γέγονε, μανίας ἀμέτρου σημεῖόν ἐστιν. Ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἐν τόπῳ περιείληπται τὸ θεῖον, οὐδὲ ἐν τόπῳ τοιούτῳ τὸ ἐξ αὐτοῦ. Τὸ δὲ μὴ ὂν ἐν τόπῳ, ἢ καὶ μὴ εἶναι δυνάμενον, πῶς ἐπιδέχεται μερισμόν; Ποῖ γὰρ χωρήσει τὸ τεμνόμενον; ἢ ἐκ τίνος εἰς τί μετοιχήσεται ; ταῦτα γὰρ σωμάτων μὲν ἴδια, τῆς δὲ ἀσωμάτου φύσεως παντελῶς ἀλλότρια. Μὴ τοίνυν δυσσεβῶς ἀναπλάττωσάν τινες περὶ τὴν θείαν γέννησιν τάς τε καλουμένας ἀπορροίας, καὶ μερισμοὺς, καὶ ὅσα πρὸς ταῦτα τὴν συγγένειαν ἔχει. Ἄνω γὰρ πάθους καὶ μερισμοῦ καὶ τομῆς, ἡ τῶν πάντων ὑπερκειμένη φύσις, καὶ οὐκ ἐπιδέξεται τὰ σωμάτων ἴδια. Ἀλλ' ὥσπερ δημιουργεῖ παραδόξως, οὐ κατὰ τὸν τῆς κρατούσης παρ' ἡμῖν συνηθείας νόμον, οὕτω καὶ γεννήσει τὸ ἐξ αὐτῆς ξένως ἢ καθ' ἡμᾶς.

Ὑποδείγματα μερικῶς σημαίνοντα τὸ, πῶς ἀμερίστως ἐκ Πατρὸς προῆλθεν ὁ Υἱός.

Ὁ λόγος οὗτος ὁ προφορικὸς ᾧ κεχρήμεθα, εἰς νοῦν καὶ ἐκ νοῦ γεννᾶται, καὶ δοκεῖ μὲν ἕτερος εἶναι παρὰ τὸν ἐν καρδίᾳ στρεφόμενον, καθὸ ἔξω στόματος γίγνεται πεμπόμενος ὥσπερ ἐκ βάθους εἰς φῶς. Ἔστι δὲ πάλιν ἐν αὐτῷ, καὶ ὅμοιος αὐτῷ κατὰ πάντα. Ἔστι γὰρ ἰδεῖν ἐν αὐτῷ λόγῳ τὸν ἐν καρδίᾳ κληθέντα λογισμὸν, καὶ πάλιν ἐν τῷ νῷ τὸν λόγον ἔτι σιωπώμενον. Οὕτω καὶ ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ἀμερίστως ἐκ Πατρὸς προελθὼν, χαρακτὴρ ἐστι καὶ ὁμοίωμα τῆς ἰδιότητος αὐτοῦ, Λόγος ὢν ἐνυπόστατος καὶ ζῶν ἐκ ζῶντος Πατρός.

ΑΛΛΟ.

Οὕτως ἐγέννησεν ἐξ ἑαυτοῦ τὸν Υἱὸν ὁ Πατὴρ ἀμερίστως, ὡς ἂν εἰ σοφὸς ἀποτέκοι νόημα σοφὸν, μηχανικὴν τυχὸν, ἢ γεωμετρίαν, ἢ ἕτερόν τι τῶν τοιούτων. Δοκεῖ μὲν γάρ πως σοφίας εἶναι καρπὸς τὰ τοιαῦτα, καὶ οὕτως ἔχει τὴν φύσιν· ἀλλ' οὐ μεμέρισται τῆς σοφίας ἡ ἐξ αὐτῆς ἐπινοηθεῖσα τέχνη· ἀλλ' ἔστιν ἐξ αὐτῆς καὶ ἐν αὐτῇ τὴν τεκοῦσαν ἐξεικονίζουσα, καὶ ἀμερίστως ἕτερόν τι παρ' αὐτὴν εἶναι δοκοῦσα. Οὕτως ἡ Υἱοῦ γέννησις, ἀμερίστως οὖσα ἐκ Πατρὸς, ἐν ἰδίᾳ ὑποστάσει σώζεται, τὴν τοῦ παραδείγματος ὑπεραίρουσα δύναμιν.

ΑΛΛΟ.

Οἱ τὴν ἐν τοῖς θείοις δόγμασι ζητοῦντες ἀκρίβειαν, οὐ ταῖς ἀνθρωπίναις ἐνατενίζουσιν ἀκολουθίαις. Οὐδὲ ἐπειδὴ γεγέννηκε τὸν Υἱὸν ὁ Πατὴρ, ἠλαττῶσθαι

Digitized by Google

φήσουσιν αὐτὸν, ὡς εἰς δυάδα μεμερισμένον (οὕτως γὰρ τοῖς χριστομάχοις ὁ λόγος), οὔτε μὴν ἀπόῤῥοιάν τινα γίγνεσθαι περὶ τὴν οὐσίαν αὐτοῦ νομιοῦσι. Ταῦτα γὰρ ἐφ' ἡμῶν μὲν ἀκόλουθον ἐννοεῖν· ἐπὶ δὲ Θεοῦ λίαν ἀσεβές. Φευκτέον τοιγαροῦν τὴν ἐν τούτοις ἀτοπίαν, καὶ νοητέον οὕτω γεγεννῆσθαι τὸν Υἱὸν ἐκ τοῦ Πατρὸς, ὡς σοφίαν ἐκ νοῦ, ἣ καὶ τοῦ γεννήσαντος ἔξω πως γενέσθαι δοκοῦσα κατὰ τὴν ἔκφανσιν αὐτῆς, πάλιν ἔστιν ἐν αὐτῷ, οὐ μεμερισμένως προελθοῦσα. Οὔτε μὴν ἀπόῤῥοιάν τινα γενέσθαι παρασκευάσασα περὶ τὸν νοῦν τὸν ἀπογεννήσαντα αὐτὴν, ἀλλ' ἐν ὁλοκλήρῳ καταστάσει τηρήσασα, καὶ ὅλον ἐν ἑαυτῇ ζωγραφοῦσα, καὶ ὁρωμένη πάλιν ἐν αὐτῷ.

censent, perinde ac si in dualitatem divisus esset (ita enim hostes Dei opinantur), nec defluxum aliquem in divina essentia imaginantur. Hæc enim sicut de nobis vere dici possunt, ita de Deo impie cogitantur. Detestanda igitur est hæc absurditas, et statuendum nobis est ita ex Patre genitum esse Filium, ut sapientiam ex mente : quæ et quodammodo extra genitorem esse videtur, ratione expressionis sive repræsentationis, et rursus in ipso est, non separatim progressa. Neque defluxus aliquis aut imminutio menti quæ illam genuit inde accidit, sed integra mentis conservatio retinetur, et sapientia integram illam in se depingit, et in illa vicissim cernitur.

ΑΛΛΟ.

Τοιοῦτον ἔσται τὸ γεννητικὸν τοῦ Θεοῦ, ὁποῖον ἄν τις ὑπολάβοι καὶ τὸ δημιουργικόν. Ὅνπερ γὰρ τρόπον πολλὰ καὶ διάφορα δημιουργῶν, οὐκ εἰς ἕκαστα τῶν γινομένων μερίζεται κατὰ τὴν οὐσίαν, καίτοι διαφόρως ἐνεργῶν ἐφ' ἑκάστῳ, ἀλλὰ διὰ μιᾶς καὶ ἀῤῥήτου δυνάμεως τὰ πάντα δημιουργεῖ, οὕτω καὶ γεννᾷ, οὐ μεριζόμενος, ὡς ἐκεῖνοί φασι. Καὶ πάλιν· Ὥσπερ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐ μερισμὸν ὑπομένει περὶ τὴν οὐσίαν, διαφόρους ἐκπέμπον τοὺς ἐν τοῖς χαρίσμασι τρόπους καὶ πρὸς τὸ ἑκάστου μέτρον τοῖς ἀξίοις χορηγοῦν, ἀλλ' ἔστιν ἓν καὶ τὸ αὐτὸ ποικίλως καὶ ἀπαθῶς ἐν πᾶσιν ἐνεργοῦν, οὕτω καὶ τὴν γεννητικὴν οὐσίαν τοῦ Θεοῦ οὐκ ἄν τις τῶν εὖ φρονούντων ἀδικεῖσθαι φήσειεν ἢ μερισμὸν, ἢ ἀπόῤῥοιάν τινα παθεῖν, ἵνα καὶ μόνον ἐξ ἑαυτῆς ἐκλάμψασαν Υἱόν.

ALIUD.

Talis est generativa facultas Dei, qualem quis etiam creativam esse statuerit. Eodem enim modo atque multa ac diversa creans, non tamen secundum essentiam suam in singula creata dividitur, tametsi diversimode in eis operetur, sed per unam atque ineffabilem potentiam cuncta creat; ita etiam generat, non divisus, ut illi volunt. Et rursus : Quemadmodum Spiritus sanctus nullam in essentia separationem subit, quamvis diversis modis dona sua emittat, et pro uniuscujusque modulo dignis largiatur, idem tamen est, idemque variis modis citra ullam passionem in 49 omnibus operatur; sic etiam nemo recte sentiens dixerit generativam Dei essentiam damnum ullum accipere, aut separationem ullam vel effluxum pati, cum unus ac solus ex ea effulgeat Filius.

ΑΛΛΟ.

Ἀντίθεσις ὡς ἐκ τῶν Εὐνομίου.

Εἰ γεγέννηκε, φησὶν, ἐξ ἑαυτοῦ τὸν Υἱὸν ὁ Πατὴρ, καὶ ἔστιν ἕτερος παρ' αὐτὸν ἐν ἰδίᾳ τε ὢν ὑποστάσει, καὶ Υἱοῦ Πατὴρ νοούμενος, μεμέρισται δηλαδὴ καὶ πάντα τὰ τοῦ Πατρὸς, καὶ οὐκ ἐν αὐτῷ μείναντα μόνῳ, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸν Υἱὸν, διαβεβηκότα φαίνεται. Οὐκοῦν ἢ οὐκέτι τελείαν ἔχει τὴν δόξαν ὁ Πατὴρ, μεμερισμένης καὶ αὐτῆς ἐν τῷ Υἱῷ, ἢ εἰ τελείαν ἔχει τὴν δόξαν, ἀποστερεῖ τὸν Υἱὸν, τὸ δοθὲν ὥσπερ εἰς ἑαυτὸν αὖθις ἐπανακλίνων· καὶ ἡ πρότερον ἐν μονάδι θεότης τελείαν ἔχουσα δόξαν, νῦν ἐν δυάδι γενομένη, τὸ τέλειον οὐκ ἔχει. Μόλις δὲ ἐξ ἑαυτῆς ἐρανίζεται τοῦτο, κιχρῶντος τρόπον τινὰ τοῦ Πατρὸς τῷ Υἱῷ τὴν ἑαυτοῦ, καὶ πάλιν ἀντικιχρωμένου παρ' αὐτοῦ τὴν δοθεῖσαν αὐτῷ.

ALIUD.

Objectio ex Eunomio.

Si Pater, inquit, genuit Filium ex seipso, et est alius ab ipso in propria exsistens hypostasi, et Filii Pater intellectus, divisa certe erunt omnia quæ Patris sunt, nec in ipso solo manentia, sed in Filium quoque transmissa videbuntur. Quocirca aut non jam amplius perfectam gloriam habet Pater, cum eam cum Filio partitus sit; aut si perfectam habet gloriam, privabit Filium, nimirum id quod ei dederat ad se recipiens; et deitas quæ prius in unitate perfectam habebat gloriam, nunc in dualitate constituta, perfectionem non habebit. Ægre autem ex seipsa eam acquirit, cum quodammodo Pater suam Filio commodato det; ipseque rursus illam ab eo commodato accipiat, quam ei dederat.

Πρὸς τοῦτο λύσις.

Πάλιν τὰ σωμάτων ἴδια τῇ ἀσωμάτῳ φύσει περιτιθέντες οὐκ αἰσχύνονται, μερισμοὺς καὶ ἀποτομὰς, διαστάσεις τε καὶ χωρισμοὺς ἐπὶ τῆς θείας εἰσφέροντες οὐσίας ἀμαθῶς· οὐκ εἰδότες ὅτι μερίζεσθαι λέγοντες σχήματι σωματικῷ, εἰς τὴν τοῦ Πατρὸς οὐσίαν δυσσεβοῦσι μεγάλως, ἠλλοιῶσθαι καὶ παρατετράφθαι λέγοντες αὐτὸν, καὶ ἐκ τελείου καταβεβηκέναι πρὸς τὸ ἀτελές. Οἱ γὰρ ὅλως ἐκβεβηκέναι τοῦ Πατρὸς τὴν οὐσίαν οἰόμενοι τὸν Υἱὸν διαστατῶς τε

Solutio objectionis.

Rursus impudenter ea quæ corporibus propria sunt, incorporeæ naturæ ascribunt, partitionibus et dissectionibus, intervallis et separationibus divinam essentiam imperite onerantes; nescientes quod, dum corporea figura separari dicunt, vehementer in Patris essentiam blasphemi sunt, alteratum mutatumque esse dicentes, et a perfecto ad imperfectum redactum. Qui enim in universum egressum esse Filium essentiam Patris existimant scorsim ac se-

Digitized by Google

paratim, atque ideo divisa esse omnia quæ ejus sunt contendunt, et ad dimidium gloriæ redactum esse dicunt quod altera medietas in Filium translata sit, non intelligunt in quantam absurditatem prolabantur. Si quidem, ut ipsi volunt, cum prius in unitate constitutus esset, Pater creandi facultatem habens in se ipso produxit Filium, et per ipsum cuncta creat, omnemque creandi potestatem ex essentia sua dimisit, et quod antea non erat, postmodum factus est, expers nimirum creativæ virtutis : sed hoc vel cogitare, vel dicere extreme impium est : **50** « Pater enim usquedum operatur, et ego operor, » inquit Christus [68]. Quemadmodum igitur creativa facultas Patris non est divisa, neque imperfecta est in ejus essentia, habente etiam illam perfecte Filio : ita etiam perfectam habet gloriam, cum perfectus etiam in gloria sit Filius. Cum enim similis per omnia sit Genitori suo, ideo perfectam etiam habet gloriam, siquidem ex Patre perfectam gloriam habente genitus est.

A καὶ κεχωρισμένως, καὶ διὰ τοῦτο φάσκοντες μεμερίσθαι πάντα τὰ αὐτοῦ, καὶ εἰς ἥμισυ δόξης αὐτὸν ἐλθεῖν διὰ τὸ βεβηκέναι τὸ λεῖπον εἰς τὸν Υἱόν, ἀγνοοῦσιν οἵῳ περιπίπτουσιν ἀτοπήματι. Ἆρα γὰρ ἐπειδήπερ, ὡς αὐτοί φασιν, ἐν μονάδι πρότερον ὢν ὁ Πατὴρ, καὶ τὴν δημιουργικὴν δύναμιν ἔχων ἐν ἑαυτῷ, προεβάλετο τὸν Υἱὸν, καὶ δι' αὐτοῦ πάντα δημιουργεῖ, ἔξω τῆς οὐσίας τῆς ἑαυτοῦ τὴν ἐπὶ τῷ δύνασθαι δημιουργεῖν ἔπεμψε δύναμιν, καὶ ὃ μὴ πρότερον ἦν, τοῦτο γέγονεν ὕστερον, ἔρημός τε νῦν ἐστιν ἰσχύος δημιουργικῆς· ἀλλὰ τοῦτο φρονεῖν ἢ λέγειν ἄμετρον ἔχει τὴν δυσσέβειαν· « Ὁ Πατήρ γὰρ ἕως ἄρτι ἐργάζεται, κἀγὼ ἐργάζομαι, » φησὶν ὁ Χριστός. Ὥσπερ οὖν οὐ μεμέρισται τοῦ Πατρὸς τὸ δημιουργικὸν, οὐδὲ ἀτελής ἐστι νῦν ἐν τῇ οὐσίᾳ αὐτοῦ, B ἔχοντος τελείως τοῦτο καὶ τοῦ Υἱοῦ, οὕτω καὶ τελείαν ἔχει τὴν δόξαν, ἔχοντος πάλιν τοῦ Υἱοῦ καὶ ἐν δόξῃ τὸ τέλειον. Ὅμοιος γὰρ ὢν κατὰ πάντα τῷ γεννήσαντι, διὰ τοῦτο τελείαν ἔχει τὴν δόξαν, ἐπειδήπερ ἐκ τελείαν ἔχοντος δόξαν ἐγεννήθη Πατρός.»

ASSERTIO VII.

Adversus eos qui objiciunt : Utrum Pater fortuito genuit Filium, an voluntate sua præcedente ?

Interrogatio hæreticorum.

Fortuito, inquiunt, et inconsiderate genuit aut fecit Filium Pater, aut voluntate sua intercedente? Atqui si fortuito genuit, passus est aliquid præter voluntatem ; si autem volens, et necesse sit considerationem de aliqua re priorem essè quam ipsa C fiat, prior itaque fuit Pater Filio, cum voluntas generationem præcesserit.

Refutatio.

Unde, obsecro, hunc loquendi morem accepistis dementes, quod aut ex sua voluntate aut citra suam voluntatem genuerit Filium ; aut ex quo Scripturæ loco hujuscemodi quæstiones proferre didicistis? Quis vero sanctorum dixit, aut ex voluntate, aut citra voluntatem, Filium ex Patre processisse? Aut quis hujusmodi vocabulis est usus ? Quod quidem erat et est Dei Verbum, ex sacra Scriptura cognoscimus. Illud vero, citra voluntatem aut contra, ex vobis solis audivimus. Ostendit enim Filium Pater ex cœlo dicens : « Hic est Filius meus dilectus [66]; » et per David : « Eructavit cor meum Verbum bonum [67] ; » et sapientissimus Joannes : « In principio, inquit, erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum [68]. » Et Psalmista rursus ad Patrem dicit : « Quoniam apud te est fons vitæ, et in lumine tuo videbimus lumen [69]. » Paulus splendorem, et formam, et imaginem **51** invisibilis Dei vocat [70]. Neminem vero horum repereris qui Filium ex voluntate aut citra voluntatem genitum dicat. Sed cum dixerint, *erat*, et, *est*, nullum principium in tempore tribuerunt ei qui sæcula con-

ΛΟΓΟΣ Ζ.

Πρὸς τοὺς προτείνοντας τό· Ἀβουλήτως ἢ κατὰ βούλησιν ἐγέννησε τὸν Υἱὸν ὁ Πατήρ;

Ἐρώτησις ὡς ἐκ τῶν αἱρετικῶν.

Ἀβουλήτως ἄρα, φασὶ, καὶ ἀσκέπτως ἐγέννησεν ἤτοι πεποίηκε τὸν Υἱὸν ὁ Πατὴρ, ἢ κατὰ βούλησιν οἰκείαν ; Εἰ μὲν οὖν ἀβουλήτως ἐγέννησεν αὐτὸν, πέπονθέ τι τῶν παρὰ γνώμην· εἰ δὲ κατὰ βούλησιν, C προῦπάρχειν δὲ τῶν γινομένων ἀνάγκη τὴν περὶ αὐτῶν σκέψιν, προῆν ἄρα τοῦ Υἱοῦ ὁ Πατὴρ, μεσολαβούσης τὴν γέννησιν τῆς περὶ αὐτοῦ βουλήσεως.

Ἀπολογία πρὸς τοῦτο.

Πόθεν ὑμεῖς, ὦ οὗτοι, κατὰ βούλησιν ἢ ἀβουλήτως γεγεννῆσθαι λέγειν τὸν Υἱὸν, ἢ καὶ ὅλως τοιαύτας τοῖς ἐντυγχάνουσι τὰς πεύσεις προσάγειν, ἀπὸ ποίας τοῦτο μεμαθήκατε Γραφῆς; Τίς δὲ τῶν ἁγίων ἢ κατὰ βούλησιν ἢ ἀβουλήτως αὐτὸν ἔφησεν ἐκ τοῦ Πατρὸς προελθεῖν ; Παρὰ τίνι δὲ ὠνόμασται τὰ τοιαῦτα ῥήματα ; Ὅτι μὲν γὰρ ἦν καὶ ἔστιν ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ἐγνωμεν ἀπὸ τῆς θείας Γραφῆς. Τὸ δὲ, ἀβουλήτως ἢ μὴ, παρὰ μόνων ὑμῶν ἠκούσαμεν. Ἀποκαλύπτει μὲν γὰρ τὸν Υἱὸν ὁ Πατὴρ ἐξ οὐρανοῦ, καί D φησιν· « Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητός· » καὶ διὰ τοῦ Δαβὶδ λέγει· « Ἐξηρεύξατο ἡ καρδία μου Λόγον ἀγαθόν· » καὶ ὁ σοφώτατος Ἰωάννης· « Ἐν ἀρχῇ ἦν, φησὶν, ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος· » ὁ Ψαλμῳδὸς ὡς πρὸς τὸν Πατέρα πάλιν φησί· « Παρὰ σοὶ πηγὴ ζωῆς, καὶ ἐν τῷ φωτί σου ὀψόμεθα φῶς. » Ὁ Παῦλος ἀπαύγασμα, καὶ μορφὴν, καὶ εἰκόνα τοῦ Θεοῦ ἀοράτου καλεῖ. Καὶ τούτων οὐδεὶς εὑρίσκεται λέγων ἀβουλήτως ἢ κατὰ βούλησιν γεγεννῆσθαι τὸν Υἱόν. Ἀλλὰ τὸ, *ἦν*, εἰπόντες, καὶ τὸ, *ἔστιν*, οὐδεμίαν ἀρχὴν τὴν ἐν χρόνῳ δεδώκασι τῷ τῶν χρόνων ποιητῇ. Πόθεν οὖν ὑμεῖς τὰ

[68] Joan. v, 17. [66] Matth. III, 17. [67] Psal. XLIV, 2. [68] Joan. I, 1. [69] Psal. XXXV, 10. [70] Philipp. II, 6 ; Hebr. I, 2 ; Coloss. I, 15.

Digitized by Google

τοιαῦτά φασι; Ἀπὸ καρδίας τῆς ἑαυτῶν λαλοῦντες, καθὰ φησὶν ὁ προφήτης, καὶ οὐκ ἀπὸ στόματος Κυρίου.

A didit. Unde igitur vos hæc depromitis? Ex corde vestro loquentes, ut inquit propheta, et non ex ore Domini [71].

ΑΛΛΟ.

Εἰ βούλησει γεγεννῆσθαί φατε τὸν Υἱόν, καὶ βιάζεσθε περὶ αὐτοῦ θέλησιν προϋπάρχειν τῆς γεννήσεως αὐτοῦ, τί μὴ ταῦτά φησιν ἡ Γραφὴ περὶ αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν ἄλλων ποιημάτων λέγουσα γίνεται; Ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν γεγονότων παρὰ Θεοῦ, προηγεῖται θέλησις, ὡς ἐν τῷ, « Ποιήσωμεν ἄνθρωπον, » Καὶ ἐν τῷ, « Πάντα ὅσα ἠθέλησεν, ἐποίησεν. » Ἐπὶ δὲ τοῦ Θεοῦ Λόγου οὐδαμοῦ θέλησις ἤτοι βούλησις προηγησαμένη φαίνεται. Ἀλλ' ὅτι μόνον ἦν καὶ ἔστιν ἀκούομεν. Καί, ἵν' οὕτως εἴπω, τόπος αὐτῷ φυσικὸς ὁ Πατήρ. Εἰ τοίνυν ἐπὶ μὲν τῶν κτισμάτων ἁπάντων ἔφησεν ἠγεῖσθαι θέλησιν ἡ Γραφή, ἐπὶ δὲ τοῦ Υἱοῦ οὐδὲν τοιοῦτον εὑρήσομεν παρ' αὐτῆς, οὐκ ἄρα εἷς ἐστι τῶν πάντων, οὐδὲ θελήσει γέγονε, καθάπερ τὰ πάντα, ἐκ Πατρὸς προελθὼν καὶ τῆς τοῦ γεννήσαντος οὐσίας, ὑπάρχων τε ἀΐδιος.

B

ALIUD:

Si ex voluntate Filium genitum dicitis, et contenditis voluntatem generandi ipsius generationem præcessisse, cur non hæc de eo dicit Scriptura, sicut de aliis creaturis. Nam in iis quæ Deus creavit, præcessit voluntas, ut in illo : « Faciamus hominem [72]. » Et in hoc : « Omnia quæ voluit, fecit [73]. » At in Verbo Dei nulla voluntas aut consilium præcessisse legitur. Sed tantum, quod *erat*, et *est* audimus. Atque, ut ita dicam, naturalis ejus locus erat Pater. Quare si in omnibus creaturis voluntatem præcessisse Scriptura testatur, de Filio autem nihil ejusmodi in sacris Litteris invenitur : non est ergo unus ex creatis, neque ex voluntate factus est, ut omnes creaturæ, ex Patre procedens atque ex Genitoris essentia, ab æterno exsistens.

ΑΛΛΟ.

Λέγει που Παῦλος περὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ, ὅτε τε Θεοῦ δύναμίς εἴη καὶ Θεοῦ σοφία. Εἰ τοίνυν σοφία καὶ δύναμίς ἐστι τοῦ Πατρὸς ὁ ἐξ αὐτοῦ καὶ ἐν αὐτῷ ὑπάρχων Λόγος, αὐτός ἐστιν ἐν ᾧ βουλεύεται, καὶ δι' οὗ τὰ πάντα ἐργάζεται. Πῶς οὖν βούλησει γέγονεν ὁ ἐν ᾧπερ ἡ βούλησίς ἐστι τοῦ Πατρός; Ἢ γὰρ ἑτέραν ἡμᾶς σοφίαν ἀναπλάττειν ἀνάγκη, ἐν ᾗ βουλευσάμενος πεποίηκε τὸν Υἱόν, καθὼς ὑμεῖς φατε, ἢ εἰ ἑτέρα οὐκ ἔστιν, ἀλλ' ἔστι μόνος εἷς ἡ σοφία τοῦ Πατρός, αὐτὸς ἄρα ἐστὶ καὶ ἡ βούλησις. Ἐν γὰρ σοφίᾳ πάντως τὸ βούλεσθαι τοῦ Θεοῦ. Καὶ μάταιος ὑμῖν ὁ λόγος, καὶ κενὸν ἐδείχθη τὸ ἐπιχείρημα.

C

ALIUD:

Si ex voluntate Filium genitum dicitis, et contenditis voluntatem generandi ipsius generationem præcessisse, cur non hæc de eo dicit Scriptura, sicut de aliis creaturis. Nam in iis quæ Deus creavit, præcessit voluntas, ut in illo : « Faciamus hominem [72]. » Et in hoc : « Omnia quæ voluit, fecit [73]. » At in Verbo Dei nulla voluntas aut consilium præcessisse legitur. Sed tantum, quod *erat*, et *est* audimus. Atque, ut ita dicam, naturalis ejus locus erat Pater. Quare si in omnibus creaturis voluntatem præcessisse Scriptura testatur, de Filio autem nihil ejusmodi in sacris Litteris invenitur : non est ergo unus ex creatis, neque ex voluntate factus est, ut omnes creaturæ, ex Patre procedens atque ex Genitoris essentia, ab æterno exsistens.

ΑΛΛΟ, *εἰς τὸ αὐτό.*

Οὐκ ἐν τοῖς γενομένοις ἡ τοῦ Θεοῦ βούλησις οὐσιωμένη φαίνεται, ἀλλ' ἕτερόν τί ἐστι παρὰ τὰ δι' αὐτῆς ποιούμενα. Οἷον, θελήσει φαμὲν γενέσθαι τὸν οὐρανὸν, οὐκ αὐτὸν εἶναι τὴν θέλησιν. Εἰ τοίνυν βουλεύεται μὲν ἐν σοφίᾳ Θεὸς, καὶ ὅτε τὸν Υἱόν, ὡς ὑμεῖς φατε, ἀπογεννᾷν ἤθελεν, ἔστι δὲ ἡ σοφία τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱὸς, ἑτέραν τῷ Πατρὶ προσεῖναι σοφίαν ἀνάγκη, ἐν ᾗ βουλευσάμενος ἀπέτεκε τὸν Υἱόν. Εἰ δὲ τοῦτο λέγειν ἀσεβὲς (εἷς γὰρ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ οὐ δύο, σοφία τοῦ Πατρὸς ὑπάρχων ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος), αὐτός ἐστιν ὁ δι' οὗ πάντων ἡ βούλησις γίνεται.

D

ALIUD, *de eodem.*

Voluntas Dei non est in creatis concreta, sed alia est ab iis quæ per eam facta sunt. Exempli gratia, cœlum voluntate factum esse dicimus, non ipsum esse voluntatem. Si ergo in sapientia deliberat Deus, etiam quando Filium, ut vos dicitis, generare voluit, **52** Filius vero est sapientia Patris [74] : necessarium plane est alteram inesse Patri sapientiam, in qua deliberans genuit Filium. At cum id impium dictu sit (unus enim est Filius Dei, non duo, cum sit sapientia Patris Dei Verbum), ipse est per quem omnium deliberatio fit.

ΑΛΛΟ.

Quis enim sanæ mentis non fateatur animali ad animal similitudinem intercedere, et non animali ad non animal? Nam quæ diversi generis sunt, et ad invicem relata, naturaliter dissident, nemo recte sentiens inter se comparet, neque hoc illi, aut illud huic simile esse dicat. Veluti, exempli gratia, statuatur homo, aut alia quæpiam substantia quæ sub definitionem animalis cadit: statuatur etiam scientia, vel sapientia, vel voluntas, vel aliud quid eorum quæ non exsistunt per se, insunt tamen aliis, hominibus nimirum vel angelis. Si quis igitur hominem, aut aliud aliquod animal scientiæ, aut sapientiæ, aut voluntati simile esse dixerit, nonne merito stultitiæ nomine rideatur? quippe qui ea quibus nulla intercedit convenientia, comparare atque conferre inter se velit. Filius itaque Dei hypostatice exsistens, voluntati hypostatice non exsistenti nulla ex parte similis est. Aut enim plane dissimilem Patri esse dicant, et aperte blasphemantes detestandi sint:

[61] Joan. XIV, 6.

Digitized by Google

aut si necessario similitudinem cum Patre Filio tribuere debent, necessarium etiam omnino fuerit non esse voluntati similem, 62 sed Genitori. Ostensum enim est quod iis quæ in essentia et hypostasi exsistunt, ad ea quæ essentialia et hypostatica sunt, similitudo hæc servatur; non ad ea quæ alterius sunt generis, et in aliis suum esse habent : quemadmodum sapientia in sapiente, et voluntas sive consilium in volente vel consultante.

A σαν, καὶ φανερῶς δυσφημοῦντες μισείσθωσαν· ἢ εἴπερ ἀνάγκη τὴν ὁμοιότητα δοῦναι τῷ Υἱῷ πρὸς τὸν Πατέρα, ἀνάγκη δὴ πᾶσα ὡς οὐκ ἔσται τῆς βουλήσεως ὅμοιος, ἀλλὰ μᾶλλον τοῦ γεγεννηκότος. Δέδεικται γὰρ ὅτι τοῖς ἐν οὐσίᾳ καὶ ὑποστάσει πρὸς τὰ ἐνούσιά τε καὶ ἐνυπόστατα ἡ ὁμοιότης ἡ κατὰ τοῦτο σώζεται, οὐ πρὸς τὰ ἑτερογενῆ, καὶ ἐν ἑτέροις ἔχοντα τὸ εἶναι, ὥσπερ ἡ σοφία τυχὸν ἐν τῷ σοφῷ, καὶ ἡ βούλησις ἐν τῷ βουλευομένῳ.

ALIUD, *per reductionem ad absurdum.*

Si voluntati Patris similis exsistens, ex vestra sententia, Filius dissimilis est genitori, necessarium omnino fuerit, neque voluntatem similem esse Deo ac Patri; cujus character, cum sit Filius, dissimilis est, secundum vos, Patri. Erit itaque etiam voluntate sua dissimilis Pater. Hæc enim impietas ex dicto vestro sequitur. At si voluntatem aliquid hypostatice exsistens esse dicetis, erit utique in essentia Dei aliquid ipsi dissimile. Nam etiam hoc ratio vos confiteri coget. Cæterum hic quærenda est ratio dissimilitudinis quæ voluntati intercedit cum Patre. Si enim ea ratione dissimilis est quod ex aliqua parte sit minor eo id quod processit ex substantia Patris, erit pejus se ac minus : neque enim extrinsecus ascita est voluntas, sed ex ipso et in ipso. Pejora autem ex se gignere, ne iis quidem qui creatam habent naturam, accidere potest. Neque enim homo aliud quid diversum a se generabit : ut nec aliud quodvis animalium ratione carentium. Si vero, quod nefas dictu est, Patris voluntas eo adnitens ut majus aliquid habeat, dissimilem se sibi facit, utpote jam minor ac pejor se redditus, quo pacto non impium fuerit dictu aliquid esse majus et melius Patre? Si vero neque hoc, neque illud concedetis, et voluntatem non per se subsistentem esse dicetis atque ita ut in nobis intellectam, quo pacto etiam hinc statuetis dissimilem esse voluntatem Patri? Nam si ita est, videbitur Pater voluisse quæ sibi minime conveniunt : quod vel sola cogitatione absurdum est.

B

C

ΑΛΛΟ, *διὰ τῆς εἰς ἄτοπον ἀπαγωγῆς.*

Εἰ τῆς βουλήσεως τοῦ Πατρὸς ὅμοιος ὢν, καθ' ὑμᾶς, ὁ Υἱὸς ἀνόμοιός ἐστι τῷ γεγεννηκότι, ἀνάγκη πᾶσα τὴν βούλησιν οὐδὲν προσεοικέναι τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ λέγειν, ἧς χαρακτὴρ ὑπάρχων ὁ Υἱὸς, ἀνόμοιός ἐστι, καθ' ὑμᾶς, τῷ Πατρί. Ἔσται οὖν καὶ τῇ βουλήσει τῇ ἑαυτοῦ ἀνόμοιος ὁ Πατήρ. Τοῦτο γὰρ ἐκ τοῦ λόγου συνάγεται τὸ ἀσέβημα. Καὶ εἰ ἐνυπόστατόν τι τὴν βούλησιν εἶναί φατε, ἔστι τι πάντως ἐν τῇ οὐσίᾳ τοῦ Θεοῦ τὸ ἀνόμοιον αὐτοῦ. Καὶ τοῦτο γὰρ ὁ λόγος προσομολογεῖν ὑμᾶς ἀναγκάσει. Ἀλλ' ἐνθάδε ζητητέον τῆς ἀνομοιότητος τὸν τρόπον, ἣν ἡ βούλησις ἔχει πρὸς τὸν Πατέρα. Εἰ μὲν γὰρ ὡς ἐλάττων αὐτοῦ κατά τι τυγχάνουσα, τὴν ὁμοιότητα τὴν πρὸς αὐτὸν οὐκ ἔχει, τὸ προεληλυθὸς ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς, χεῖρον αὐτοῦ καὶ ἔλαττον· οὐ γὰρ ἔξωθεν, οὐδὲ ἐπείσακτον ἡ βούλησις, ἀλλ' ἐξ αὐτοῦ καὶ ἐν αὐτῷ. Τὸ δὲ χείρονα τίκτειν, οὐδὲ τοῖς γενητὴν ἔχουσι τὴν φύσιν οἷδε συμβαίνειν. Οὐδὲ γὰρ ἄνθρωπος ἕτερόν τι γεννήσει παρ' ὅπερ ἐστὶν αὐτός· ἀλλ' οὐδὲ ἕτερόν τι τῶν ἀλόγων ζώων. Εἰ δὲ, ὅπερ οὐ θεμιτὸν λέγειν, ἐπὶ τὸ μεῖζον ἔχειν τι δραμοῦσα τοῦ Πατρὸς ἡ βούλησις αὐτοῦ τὴν πρὸς αὐτὸν ἀνομοιότητα κατὰ τοῦτο φορεῖ, ὡς πρὸς ἐλάττονα ἢ κατά τι χείρονα, πῶς οὐκ ἀσεβὲς μεῖζόν τι καὶ κρεῖττον τοῦ Πατρὸς εἶναι λέγειν; Εἰ δὲ μήτε τοῦτο δώσετε, μήτε ἐκεῖνο, ἀνυπόστατόν τε τὴν βούλησιν εἶναι ὁμολογήσετε καὶ οὕτω νοουμένην ὥσπερ ἐφ' ἡμῶν, πῶς κἀνταῦθα θήσετε ἀνόμοιον εἶναι τὴν βούλησιν τῷ Πατρί; Ἔσται γὰρ, ἂν οὕτως ἔχῃ, τὰ ἑαυτῷ μὴ πρέποντα βουληθείς· ὅπερ ἐστὶ καὶ μόνον ἐννοεῖν ἀτοπώτατον.

ALIUD.

Ratio ipsa vos coget ut etiam inviti Filio similitudinem cum Patre tribuatis. Demonstratum enim est absurdissimum esse, si quis credat Deum voluisse ea quæ sibi nequaquam conveniunt, ita ut necesse omnino sit voluntatem suam similem sibi esse. Si ergo voluntas similis est Patri, Filius autem voluntati : erit necessario tertius similis primo. Nam quæ in medio posita est voluntas, 63 naturalem similitudinem ejus qui eam gignit exprimens, dedit eam Filio, juxta vestram sententiam : hac igitur ratione similis Patri Filius, etiam nolentibus vobis, deprehendetur. Cum vero intermedii nihil sit inter Patrem et Filium, cessabit omnino et supervacanea erit vestra de voluntate ratio : nulloque interveniente Filius erit immediate secundum naturam similis Patri.

D

ΑΛΛΟ.

Ὁ λόγος ἀναγκάσει καὶ ἄκοντας ὑμᾶς δοῦναι τῷ Υἱῷ τὴν ὁμοιότητα τὴν πρὸς τὸν Πατέρα. Ἐδείχθη γὰρ λίαν ἀτοπώτατον ὂν τὸ πιστεύειν, τὰ μὴ αὐτῷ πρέποντα βεβουλῆσθαι Θεὸν, ὡς ἀνάγκην εἶναι πᾶσαν ἐοικυῖαν αὐτῷ τὴν βούλησιν αὐτοῦ λέγειν. Εἰ τοίνυν ἡ μὲν βούλησις ἔοικε τῷ Πατρὶ, ὁ δὲ Υἱὸς τῇ βουλήσει, ἔσται πάντως ὁ τρίτος τῷ πρώτῳ προσεοικώς. Ἡ γὰρ ἐν τῷ μέσῳ κειμένη βούλησις, τὴν τοῦ τεκόντος αὐτὸν φυσικὴν ἐμφέρειαν ἀναμαξαμένη, δέδωκεν αὐτὴν τῷ Υἱῷ, καθ' ὑμᾶς· οὕτω μὲν οὖν τῷ Πατρὶ προσεοικὼς, καὶ μὴ βουλομένων ὑμῶν, ὁ Υἱὸς εὑρεθήσεται. Ἐπειδὴ δὲ οὐδέν ἐστι τὸ μεταξὺ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, ἀργήσει μὲν πάντως ὁ περὶ τῆς βουλήσεως λόγος, καὶ οὐδενὸς ἔτι μεσολαβοῦντος προσεχῶς ὁ Υἱὸς ἔσται κατὰ φύσιν ὅμοιος τῷ Πατρί.

Christus in Scriptura vocatur potentia et sapien-

ΑΛΛΟ.

Γέγραπται Χριστὸς Θεοῦ δύναμις καὶ Θεοῦ σοφία.

Digitized by Google

Εἰ τοίνυν ἡ βούλησις τοῦ Πατρὸς χαρακτηρίζει τήν τε δύναμιν καὶ σοφίαν αὐτοῦ, τουτέστι τὸν Υἱόν, ἀνάγκη πᾶσα μὴ ὁμοίαν αὐτὴν εἶναι λέγειν τῷ Πατρί, ἵνα μὴ φαίνηται δύναμιν καὶ σοφίαν ἔχων ὁ Πατὴρ οὐχ ὁμοίαν ἑαυτῷ. Εἰ δὲ τοῦτο, λοιπὸν ἐννοείτωσαν οἱ χριστομάχοι τῆς ἑαυτῶν ἀβουλίας τὸ μέγεθος. Παραιτούμενοι γὰρ ἕνα ὄντα τὸν Υἱὸν, ὅμοιον εἶναι λέγειν τῷ Πατρὶ, δύο δεδώκασιν, εἴπερ εἶναί τι τὴν βούλησιν ἐροῦσιν ἐνυπόστατον. Εἰ δὲ ἀνυπόστατός ἐστιν, οὐκ ἔσται χαρακτὴρ τοῦ ὑφεστῶτος τὸ μὴ ὑφεστηκὸς, κατ' αὐτὸ δὴ τοῦτο τὸ μὴ ὑφεστηκέναι.

A tia Dei [65]. Si ergo voluntas Dei exprimit ac notat potentiam et sapientiam suam, hoc est Filium, necessarium plane est ut eam non absimilem Patri esse dicamus, ne videatur Pater habere potentiam et sapientiam quæ non sit similis sibi ipsi. Quod si ita est, intelligant tandem hostes Christi dementiæ suæ magnitudinem. Cum enim recusent Filium, qui unus est, Patri similem dicere, duos constituerunt, si voluntatem per se subsistere volunt. At cum voluntas per se non subsistat, non erit character ejus quod subsistit id quod non subsistit, ea ipsa ratione quod non subsistit.

ΑΛΛΟ

Τὰ τὴν αὐτὴν ἐνέργειαν ἔχοντα καὶ ταῖς αὐταῖς δυνάμεσι φυσικαῖς ἀποχεχρημένα, τῆς αὐτῆς εἶναι πάντως οὐσίας ἀναγκαῖον. Οὐδὲν γὰρ τῶν ὄντων πρὸς τὸ ἑτερογενὲς καὶ ἑτερούσιον τὰς αὐτὰς ἀπαραλλάκτως φορέσει δυνάμεις τε καὶ ἐνεργείας· κεχρήσεται δὲ μόνας τοῖς ἴσοις ἰδιώμασι τὰ μίαν λαχόντα τὴν φύσιν· οἷς δὲ ἡ ἐν τῇ οὐσίᾳ κοινότης μία, τούτοις ἀκολουθήσει καὶ τὸ ἀλλήλοις κατὰ πάντα προσεοικέναι. Εἰ τοίνυν μία μὲν ἐνέργεια Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, ἡ αὐτὴ δὲ δύναμις ἐν πᾶσιν ὁρᾶται, οὐχ ἑτερούσιος ὡς πρὸς ἑαυτὴν ἡ δυάς. Εἰ δὲ τοῦτο, φορέσει πάντως καὶ τὴν ὁμοιότητα τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱὸς, ὡς ὁμοούσιος, καὶ οὐκ ἔσται τῆς βουλήσεως εἰκών.

B Quæ eamdem habent actionem iisdemque naturalibus facultatibus utuntur, ejusdem essentiæ sint necesse est. Nihil enim eorum quæ in rerum natura exsistunt, easdem absque ulla differentia facultates actionesque edet, cum eo quod genere atque essentia differt; utentur vero ea tantum iisdem proprietatibus, quæ una atque eadem prædita sunt natura: at quibus una contigit essentiæ societas, ea etiam omnibus similia inter se erunt. Si ergo una est operatio Patris et Filii, eademque potentia in omnibus cernitur, non est dualitas diversæ essentiæ. Et si ita est, gestabit omnino similitudinem Patris Filius, ut consubstantialis; neque erit imago voluntatis.

ΑΛΛΟ.

Εἰ ὅσα βουλεύεται ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ, ταῦτα βουλεύεται καὶ ὁ Υἱὸς (οὐδεμία γὰρ στάσις ἢ διχόνοια γνώσεται ποτὲ ἐν τῇ μιᾷ καὶ ἀχράντῳ Τριάδι), ποῖον ἕξει τόπον ἐνυπόστατος βούλησις, τρίτον ἀποφαίνουσα τὸν Υἱὸν τὸν προσεχῆ τῷ Πατρὶ, καθὸ καὶ Υἱὸς ἐστὶν ἔχων μεσολαβοῦν τὴν γέννησιν αὐτοῦ; Διὸ καὶ αὐτός ἐστιν ἡ ζῶσα καὶ ἐνούσιος ἡ βούλησις τοῦ γεγεννηκότος.

C Si quæcunque statuit Deus et Pater, eadem statuit et Filius (nulla enim dissensio in una et incorrupta Trinitate), quem locum habebit voluntas per se subsistens, tertium constituens Filium immediate conjunctum Patri, tanquam et Filius qui nihil habet intermedium inter suam generationem? Quocirca ipse est vivens atque essentialis voluntas genitoris.

ΑΛΛΟ.

Τῆς βουλήσεως τοῦ Πατρὸς χαρακτῆρα καὶ ὁμοίωσιν εἶναι τὸν Υἱὸν καταψεύδονται, ἀλλ' οὐκ αὐτοῦ τοῦ Πατρός. Διὸ δὴ πάλιν ἐρωτητέον τοὺς χριστομάχους, Εἰ ὅμοιός ἐστιν ὁ Πατὴρ τῆς ἑαυτοῦ βουλήσεως, ἢ οὐχί; Εἰ μὲν γὰρ ἀνόμοιος, ἀνομοίαν ἑαυτῷ τὴν βούλησιν ἔχει· καὶ σιωπῶ πρὸς τοῦτο τὸ δύσφημον· εἰ δὲ ὁμοίαν ἑαυτῷ τὴν βούλησιν ἔχει, ἧς, ὡς φατε, χαρακτὴρ ἐστι καὶ εἰκὼν ὁ Υἱὸς, ἔοικεν ἄρα κατὰ τοῦτο τῷ Πατρί. Πῶς οὖν ἀνόμοιος ἔσται κατὰ τὴν οὐσίαν αὐτῷ, ὁ διὰ τὸ τῇ βουλήσει προσεοικέναι χαρακτὴρ ὢν αὐτοῦ; Συγκείσεται γὰρ, ἂν οὕτως ἔχῃ, κατ' ὑμᾶς, ἐξ ὁμοίου καὶ ἐξ ἀνομοίου ὁ Υἱὸς, κατά τι μὲν ἐοικὼς τῷ Πατρὶ, κατά τι δὲ ἀλλοτριούμενος τῆς πρὸς αὐτὸν ὁμοιότητος. Εἶτα, ποῖος συγχωρήσει εἶναι τὸ ἓν κατ' οὐσίαν ὑπάρχον καὶ ἐν ἀριθμῷ, οἷον Παῦλον τυχὸν ἢ Πέτρον, δύο φέρειν ἐν ταυτῷ κατὰ φύσιν τὰ ἐναντία; Οὐ γὰρ δυνήσεταί τις εἰπεῖν· Λογικός τέ εἰμι καὶ ἄλογος· οὐδ' αὖ τὸ πῦρ ἐρεῖ τις θερμὸν εἶναί τε καὶ ψυχρόν· δεῖ γὰρ, ἑνὸς ἐνυπάρ-

D Voluntatis paternæ, non autem ipsius [66] Patris characterem et similitudinem esse Filium mentiuntur. Atque idcirco rursus interrogandi sunt hostes Dei, an similis sit Pater suæ voluntati, necne. Nam si dissimilis est, ergo dissimilem sibi voluntatem habet: et taceo blasphemiam quæ inde sequitur; si vero similem sibi ipsi voluntatem habet, cujus, ut dicitis, character est et imago Filius, similis igitur hac ex parte est Patri. Quomodo igitur ei dissimilis erit juxta essentiam is qui ob id quod voluntate similis sit, character ipsius est? Si enim ita est, ut vos opinamini, ex simili et dissimili compositus erit Filius: aliqua ex parte similis Patri, ex alia vero a similitudine cum ipso alienus. Deinde, quæ ratio hoc fert, ut id quod substantia et numero unum est, ut Paulus, vel Petrus, duo in se habeat naturaliter contraria? Neque enim quisquam dicere poterit: Sum ratione præditus, et sum rationis expers; neque ullus ignem calidum esse

[65] I Cor. I, 24.

Digitized by Google

dixerit simul et frigidum : necesse enim est, uno exsistente, alterum eorum quæ significantur perire. Fieri itaque non potest ut in Filio similitudo simul sit et dissimilitudo. Cum vero sacra Scriptura similem Patri esse testetur, cumque ipse dicat : « Qui vidit me, vidit et Patrem [83], » dissimilitudinem hanc non admittemus, per hæc testimonia ad id quod verius conveniensque est adducti. Et cum non dixerit : Qui vidit me, vidit et voluntatem Patris mei, non voluntatis, sed Patris imaginem esse Filium fatebimur.

A χοντος, ἀναῤῥεῖσθαι τῶν σημαινομένων τὸ ἕτερον. Οὐκοῦν ἀμήχανον ἐν Υἱῷ καὶ τὸ ὅμοιον εἶναι καὶ τὸ ἀνόμοιον. Ἐπιμαρτυρούσης δὲ τῆς θείας αὐτῷ Γραφῆς τὴν ὁμοιότητα τὴν πρὸς τὸν Πατέρα, καὶ αὐτοῦ δὲ φάσκοντος· « Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα, » τὸ ἀνόμοιον οὐ παραδεξόμεθα, ποδηγούμενοι διὰ τούτων ἐπὶ τὸ ἀληθέστερόν τε καὶ πρεπωδέστερον. Ἐπειδὴ δὲ πάλιν οὐκ εἶπεν· Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, τὴν βούλησιν ἑώρακε τοῦ Πατρός μου, οὐ τῆς βουλήσεως εἰκόνα τὸν Υἱὸν ὁμολογήσομεν, ἀλλ' αὐτοῦ τοῦ Πατρὸς ὡς Υἱόν.

ALIUD.

Quæ a mutua conjunctione et naturali similitudine recedunt, et essentialis qualitatis ratione inter se dissident, ea aut loco, aut sola ratione sejuncta sunt. Et loco quidem a mutua conjunctione separantur quæ corpoream constitutionem habent; ratione autem disjunguntur nonnulla, quæ essentiali differentia differunt, ut homo ab equo. Quæcunque vero significationem et quod ex ipsis efficitur dissimile habent, ea ratione cogitationeque distinguuntur, quemadmodum sanitas et morbus. Ex his vero quæcunque sola ratione et effectu contraria inter se sunt, peritiores philosophi contraria immediata vocant; alia vero mediata. Immediata igitur, ut modo diximus, sunt sanitas et morbus : **65** nihil enim inter hæc est medium. Si enim aliquid horum homini accidat, id solum in ipso est. Aut enim bene valet, aut ægrotat; nullumque inter ægrotare et non ægrotare est medium. Mediata vero contraria justitiam et injustitiam esse volunt. Neque enim omnis homo aut in universum justus, aut in universum injustus est. Fieri enim potest ut medium aliquem locum inveniamus, nimirum ut quis ex parte justus sit, non autem omnibus partibus injustus. His igitur hoc modo consideratis, et dissimilitudine in singulis rebus pervestigata, videamus quonam modo ex iis quæ dicta sunt Filius a similitudine Patris differat. Loco certe separari nemo dixerit : neque enim est corpus, corporum autem proprium est localibus spatiis dirimi; reliquum ergo est ut ratione differat : ratione autem dico naturali. At si natura est Deus Pater, et natura Deus Filius, qualisnam ratio ipsum distinguit? Quis autem non fateatur ea quæ ejusdem essentiæ sunt, similia inter se esse? Præterea, non veluti contrarium distinguetur Filius a Patre, ut illa quæ dicuntur immediata. Neque enim ut sanitas et morbus inter se dissident; neque quemadmodum unum aliquid eorum quæ diximus in homine retineri, ratio ostendit, ita etiam est in Patre et Filio. Inhabitat enim in aliquo Pater : inhabitat et Filius. Neque, quemadmodum illa simul coire, simulque in eodem subjecto subsistere nequeunt, ita Filius et Pater se habent : « Ecce enim, inquit Christus, veniemus ego et Pater, et in ipso manebimus [84]. » Sed neque ita media res erit Pater ad Filium, ut justitia. Neque enim minus erit Pater, Pater, neque

[83] Joan. XIV, 9. [84] Ibid. 23.

ΑΛΛΟ.

Τὰ τῆς πρὸς ἄλληλα συναφείας ἢ φυσικῆς ἐμφερείας ἀναχωρήσαντα, καὶ κατὰ τὸν τῆς οὐσιώδους ποιότητος λόγον ἀπεσχοινισμένα, διίσταται ἢ τόπῳ B τεμνόμενα, ἢ μόναις ταῖς ἐπινοίαις. Τόπῳ μὲν οὖν τῆς πρὸς ἄλληλα συναφείας διίσταται τὰ σωματικὴν ἔχοντα σύστασιν, διίσταται δὲ καὶ λόγῳ τινὰ τῶν κατὰ τὴν οὐσιώδη διαφορὰν, ὡς ἄνθρωπος ἵππου. Τὰ δὲ ὅσα τὴν δήλωσιν καὶ τὸ ἐξ αὐτῶν ἀποτελούμενον ἀνόμοιον ἔχει, λόγῳ ψιλῷ καὶ ἐπινοίᾳ μεριζόμενα φαίνεται, οἷον ὑγίεια καὶ νόσος. Ἐν δὲ τούτοις ὅσα λόγῳ μόνῳ καὶ τῷ ἐξ αὐτῶν ἀποτελουμένῳ κατ' ἐναντιότητα διέστηκε, τὰ μὲν ἄμεσα καλοῦσιν οἱ τὰ τῆς φιλοσοφίας ἠσκημένοι μαθήματα, τὰ δὲ ἔμμεσα. Ἄμεσα μὲν οὖν, καθάπερ ἤδη προεῖπον, ὑγίεια καὶ νόσος· οὐδὲν γὰρ τούτων ἐστὶ μεταξύ. Εἰ γὰρ ἐπ' ἀνθρώπου τυχὸν φέροιτό τι τούτων, ἓν ἔσται πάντως ἐν αὐτῷ. Ἢ γὰρ ὑγιαίνει, ἢ νοσεῖ, C καὶ τὸ μέσον τοῦ νοσεῖν ἢ μὴ νοσεῖν, οὐδέν. Ἔμμεσον δὲ τὴν δικαιοσύνην εἶναί φασι καὶ τὴν ἀδικίαν. Ἐπειδήπερ οὐ πᾶς ἄνθρωπος ἢ ὁλοκλήρως δίκαιος, ἢ ἀδικός ἐστι. Δυνατὸν γὰρ μέσον ὥσπερ τινὰ τόπον εὑρέσθαι ἐκ μέρους δικαίου τινὸς ὄντος, καὶ οὐ παντελῶς ἀδίκου. Τούτων τοιγαροῦν κατὰ τόνδε τὸν τρόπον ἡμῖν διεσκεμμένων, καὶ τῆς ἀνομοιότητος ἐν τούτοις ἐξεταζομένης ἐπὶ παντὸς πράγματος, ἴδωμεν κατὰ ποῖον τῶν εἰρημένων λόγον ἀφέστηκε τῆς τοῦ Πατρὸς ὁμοιότητος ὁ Υἱός. Τόπῳ μὲν οὖν οὐκ ἄν τις αὐτὸν μερίζεσθαι λέγοι, ἐπεὶ μήτε σῶμά ἐστι· σωμάτων γὰρ ἴδιον τοπικαῖς μερίζεσθαι διαστάσεσι· λείπεται τοίνυν τὸ, λόγῳ χωρίζεσθαι· λόγῳ δέ φημι τῷ κατὰ τὴν φύσιν. Ἀλλ' εἴπερ φύσει Θεὸς ὁ Πατὴρ, καὶ φύσει Θεὸς ὁ Υἱὸς, ποῖος αὐτὸν ἀποτέμνει D λόγος; Τίς δὲ οὐ συγχωρήσει τὴν πρὸς ἄλληλα φορεῖν ὁμοιότητα τῆς αὐτοῦ οὐσίας ὑπάρχοντα; Ἔτι τε πρὸς τοῦτῳ, οὐδὲ ὡς ἐναντίον ἕξει τι πρὸς τὸν Υἱὸν ὁ Πατὴρ, ὡς τὰ ἄμεσα καλούμενα. Οὐ γὰρ ὡς ὑγίεια καὶ νόσος ἀλλήλοις ἀντίκεινται· οὐδὲ ὥσπερ ἓν τι πάντων τῶν εἰρημένων ἐν ἀνθρώποις σώζεσθαι ὁ τῶν πραγμάτων ἀναγκάσει λόγος, οὕτω καὶ ἐπὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ. Ἐνοικεῖ γάρ τισιν ὁ Πατὴρ, ἐνοικεῖ δὲ καὶ ὁ Υἱός. Καὶ οὐ καθάπερ ἐκεῖνα εἰς ταυτὸν ἀσύμβατά τε καὶ ἀσυνύπαρκτά ἐστιν, οὕτω καὶ ὁ Υἱὸς καὶ ὁ Πατήρ· « Ἰδοὺ γάρ, φησὶν ὁ Χριστὸς, εἰσελευσόμεθα ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ, καὶ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιήσομεν. » Ἀλλ' οὐδὲ οὕτως ἔμμεσον ἔσται πρᾶγμα

Digitized by Google

Πατὴρ πρὸς Υἱόν, ὥσπερ ἡ δικαιοσύνη τυχόν. Οὐ γὰρ ἔλαττον ἔσται Πατὴρ ὁ Πατὴρ, οὐδὲ ἔλαττον ἔσται Υἱὸς ὁ Υἱὸς, ἵνα τις μέσος γένηται τόπος χωρῶν τῆς οὐσίας τὴν ὑπόβασιν, ὥσπερ ἐπὶ τῆς δικαιοσύνης καὶ ἀδικίας ἐλέγετο. Οὐδενὸς τοιγαροῦν χωρίζοντος τόπου τῆς πρὸς Θεὸν Πατέρα ὁμοιότητος τὸν Υἱὸν, περιττὸν τὸ λέγειν τῇ βουλήσει προσεοικέναι μᾶλλον αὐτὸν, καὶ οὐκ αὐτῷ τῷ ἐκλάμψαντι αὐτὸν Πατρί.

A minus erit Filius, Filius, ut medius aliquis locus sit qui capiat essentiæ imminutionem, sicut de justitia et injustitia dictum est. Cum itaque nullus modus sit, qui Filium a similitudine Patris separet, supervacaneum atque absurdum est dicere voluntati Patris ipsum potius similem esse, non Patri ipsi e quo effulget.

ΑΛΛΟ.

Ὧν ὁ λόγος ὁ αὐτὸς, ταῦτα πάντως ὁμοειδῆ τε εἶναι καὶ ἀλλήλοις ἐοικότα φυσικῶς ἀναγκαῖον. Οἷον φέρε εἰπεῖν· Ὁ τοῦ ἀνθρώπου λόγος οὕτως ἔχων, ζῶον λογικὸν, θνητὸν, νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικόν· καθ' ὧν δ' ἂν φέροιτο, ταῦτα τῆς αὐτῆς οὐσίας ὄντα δεικνύει. Καὶ οἷς ἂν ταῦτα ἐπαληθεύηται, τὰ ἐν τῷ ὅρῳ, φημὶ, ταῦτα πάντως ἀνθρώπους εἶναι δεῖ. Εἰ γὰρ ζῶόν ἐστι λογικὸν, θνητὸν, νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικὸν, τί ἂν ἕτερον εἴη λοιπὸν ἢ ἄνθρωπος τὸ σημαινόμενον; Εἰ τοίνυν τὸ Θεὸς ὄνομα καὶ Κύριος, καὶ τὸ ἄφθαρτος, καὶ τὸ βασιλεὺς, καὶ εἴ τι ἕτερον πρὸς τούτοις περὶ τοῦ Πατρὸς λέγεται, καὶ ταῦτα καὶ ἐφ' Υἱοῦ φερόμενα ἐπαληθεύεται, καὶ οὐ μέχρι μόνων τῶν ὀνομάτων τὴν εὐφημίαν ἔχει, ἀλλ' ἔστιν ὄντως οὕτω καὶ κατὰ φύσιν, ποῖος λόγος τῆς πρὸς τὸν Πατέρα φυσικῆς ὁμοιότητος χωριεῖ τὸν Υἱόν; Ἕνα γὰρ ἔχουσι τῆς οὐσίας τὸν ὅρον, καὶ πάντα ὅσα πρόσεστι τῷ γεγεννηκότι, καὶ ἐπὶ τοῦ γεννηθέντος ἐπαληθεύεται. Εἰ δέ τις ἀποτολμᾷ ψευδώνυμον Θεὸν εἶναι λέγειν τὸν Υἱὸν, καὶ πλέον οὐδὲν ἔχειν τῶν κατὰ χάριν εἰς θεότητα καὶ εἰς υἱότητα κεκλημένων, εἰς τὸ Παύλου τοῦ Σαμοσατέως ἐμβεβηκὼς δόγμα, δικαίως ἀκούεται παρ' ἡμῶν· « Ἐὰν μὴ πιστεύσητε, οὐδ' ὃ μὴ συνῆτε. » Ἀμήχανον γὰρ τοὺς μὴ φύσει Θεὸν ὑπάρχειν πιστεύοντας τὸν Υἱὸν, νοῆσαι τὴν ἐμφέρειαν ἣν ἔχει πρὸς τὸν Πατέρα κατὰ φύσιν. Τοιγαροῦν ἐοικὼς τῷ Πατρὶ, οὐκ ἐνυπάρκτου βουλήσεως εἰκόνα φορεῖ, ὑπάρχων πρὸ τῶν αἰώνων Υἱός.

ALIUD.

Quorum eadem est ratio, hæc uniformia et naturaliter similia inter se esse necesse est. Ut exempli gratia : hominis ratio ita habens, animal rationale, mortale, intellectus et scientiæ capax, omnes ad quos id refertur, ejusdem substantiæ esse ostendit, **66** Et quibus hæc definitio vere competit, homines esse necesse est. Si enim animal fuerit rationale, mortale, intellectus et sapientiæ capax, quidnam aliud quam homo significetur? Si ergo nomen hoc, Deus et Dominus, et immortalis, et rex, et si quod præterea aliud de Patre dicitur, etiam de Filio vere dicuntur, neque nominibus solum, sed reipsa et secundum naturam, quænam ratio a naturali cum Patre similitudine Filium separabit? Unam enim habent essentiæ definitionem, et omnia quæ insunt Genitori, etiam de Genito vere dicuntur. Si quis vero ausus fuerit dicere Filium falso nominari Deum, neque amplius quidquam habere quam eos qui per gratiam ad divinitatem et filiationem vocati sunt, in Pauli Samosateni dogma prolapsus, is merito a nobis audiet : « Nisi credideritis, non intelligetis. » Fieri enim non potest ut qui Filium natura Deum esse non credunt, intelligant naturalem quam cum Patre habet similitudinem. Similis itaque Patri, non autem voluntatis per se exsistentis imaginem gestat, ante omnia sæcula exsistens Filius.

ΛΟΓΟΣ Θ'.

Ὅτι ὁμοούσιος τῷ Πατρὶ ὁ Υἱὸς, παρατεθέντων καὶ ῥητῶν, τοῦ, « Τί με λέγεις ἀγαθόν; Οὐδεὶς ἀγαθὸς, εἰ μὴ εἷς ὁ Θεὸς, » καὶ τοῦ, « Πορεύομαι πρὸς τὸν Πατέρα μου καὶ Πατέρα ὑμῶν, Θεόν μου καὶ Θεὸν ὑμῶν. » Καὶ ὁμοίως, « Ὁ Πατὴρ ὁ πέμψας με μείζων μού ἐστιν. »

ASSERTIO IX.

Quod consubstantialis Patri sit Filius, appositis etiam dictis : « Quid me dicis bonum? Nemo bonus, nisi unus Deus [65], » et, « Vado ad Patrem meum et Patrem vestrum, Deum meum et Deum vestrum [66] : » similiter quoque, « Pater qui misit me, major me est [66]. »

Εἰ ἤρξατο τοῦ γεννᾶν τὸν Υἱὸν ὁ Πατὴρ, καὶ κατέπαυσε, καθάπερ οἱ Χριστομάχοι φασὶ, ἐν ὑστέρῳ χρόνῳ προσγέγονεν αὐτῷ. Ἦν οὖν ἄρα πρὶν γεννηθῆναι, κατ' ἐκείνους ἐν μονάδι τὸ Θεῖον· γέγονε δὲ ὕστερον ἐν δυάδι γεννηθέντος τοῦ Υἱοῦ, καὶ ὥσπερ τις προσθήκη καὶ αὔξησις θεότητος ἐξ ἀρχαίας μονάδος εἰς τὴν μετὰ ταῦτα δυάδα. Ἀποκαμὼν δὲ ὁ Πατὴρ ὥσπερ ἐν τῷ εἶναι μόνος, ἐπενόησε τὸν Υἱὸν κοινωνὸν τῆς θεότητος καὶ τῶν ἔργων. Καὶ πολλὰ πρὸς τούτοις δύσφημά τε καὶ πολλῆς γέμοντα τῆς ἀτοπίας ἐκ τοῦ φρονεῖν οὕτω παρενεχθήσεται· ἃ καὶ τοσαύτην

Si Pater aliquando cœpit generare Filium, et postea cessavit, quemadmodum hostes Christi asserunt, posterior tempore Patri accessit. Erat itaque, antea quam fieret Filius, ut illi volunt, unica in deitate persona; postea vero duæ, facto Filio; atque ita additamentum aliquod sive incrementum deitatis factum est ex veteri unitate in posteriorem dualitatem. Cumque quodammodo læderet Patrem **67** solitudinis, machinatus est Filium, qui divinitatis sum atque operum socius esset. Multaque hujusmodi blasphema summaque absurditate referta ex hac opinione

[65] Marc. x, 18. [66] Joan. xx, 17. [66] Joan. xiv, 28.

Digitized by Google

accumulant : quæ adeo atrocem blasphemiam in se continent, ut merito omnibus exsecranda sint. Si ergo eam quæ in dictis eorum est absurditatem detestari convenit, consequens est ut credamus non additum esse Filium Patri, sed semper cœternum ex ipso fuisse. Et quemadmodum, si additus fuit, non erat consubstantialis : ita etiam, cum additus non fuerit, sed semper cum ipso exstiterit, omnino etiam consubstantialis ei est.

ἔχει τὴν δυσφημίαν, ὡς παντὶ τῷ γενέσθαι φευκτά. Εἰ τοίνυν τὴν ἐν τοῖς εἰρημένοις ἀτοπίαν παραιτεῖσθαι καλὸν, πιστεύειν ἀκόλουθον ὡς οὐ προσγέγονεν ὁ Υἱὸς τῷ Πατρὶ, ἀλλ' ἦν ἀεὶ συναΐδιος ἐξ αὐτοῦ. Καὶ ὥσπερ, εἰ προσγεγονὼς ἐφαίνετο, οὐκ ἂν ἦν ὁμοούσιος, οὕτως, ἐπεὶ μὴ τοῦτό ἐστιν, ἀλλ' ἦν ἀεὶ σὺν αὐτῷ, πάντως ἔσται καὶ ὁμοούσιος.

ALIUD.

Tametsi aliquo modo differat Filius a suo Patre, ea nimirum ratione qua Pater principium est, Filius autem ex principio, non tamen idcirco idem cum eo et consubstantialis esse desinet. Neque enim quidquam fuerit cœternum Patri, quod ex ipso naturaliter non fuerit; ne etiam creaturis hoc inesse dicamus, quod soli divinæ naturæ inest. Quocirca tametsi Filius Patrem suum principium habeat, ea tamen ratione qua ex principio est, unaque cum ipso exsistit, dissimilis ei secundum essentiam esse non potest. Siquidem quia ex principio est, idcirco etiam consubstantialis principio est. Id vero quod consubstantiale Patri est, ascititium non est, ne et ipse ejusmodi esse reperiatur.

ΑΛΛΟ.

Κἂν ἔχῃ τινὰ διαφορὰν ὁ Υἱὸς ὡς πρὸς τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα, καθ' ἣν ὁ μὲν Πατὴρ ἀρχή ἐστιν, ὁ δὲ Υἱὸς ἐκ τῆς ἀρχῆς, ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο τῆς ταυτότητος καὶ τῆς πρὸς αὐτὸν ὁμοουσιότητος ἐξωσθήσεται. Οὐ γὰρ ἔσται τι συναΐδιον τῷ Πατρὶ, μὴ ὂν ἐξ αὐτοῦ φυσικῶς· ἵνα μὴ καὶ τοῖς κτίσμασι τοῦτο προσεῖναι λέγωμεν, ὃ μόνῃ πρόσεστι τῇ θείᾳ φύσει. Οὐκοῦν κἂν ἀρχὴν ὁ Υἱὸς ἔχῃ τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα, ἀλλὰ καθὸ ἐκ τῆς ἀρχῆς ἐστι, σύνδρομον αὐτῇ τὸ εἶναι ἔχων, ἀνόμοιος οὐκ ἔσται κατὰ τὴν οὐσίαν αὐτῇ. Ἐπειδὴ γὰρ ἐκ τῆς ἀρχῆς ἐστι, διὰ τοῦτο καὶ ὁμοούσιος τῇ ἀρχῇ. Τὸ δὲ ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ, ἐπιγενητὸν οὐκ ἔστι, ἵνα μὴ τοῦτο ὢν εὑρίσκηται καὶ αὐτός.

ALIUD.

Ex objectione Eunomii.

Non recipit, inquit, generationem Patris essentia; genitus autem est Filius. Quo pacto igitur is qui genitus est erit consubstantialis Patri, qui non recipit generationem?

ΑΛΛΟ.

Ὡς ἐξ ἀντιθέσεως τῶν Εὐνομίου.

Οὐκ ἐπιδέχεται, φησὶ, γέννησιν ἡ τοῦ Πατρὸς οὐσία· ἐγεννήθη δὲ ὁ Υἱός. Πῶς οὖν ὁ γεγεννημένος ὁμοούσιος ἔσται τῷ Πατρὶ, τῷ μὴ ἐπιδεχομένῳ γέννησιν;

Solutio objectionis.

Dicant nobis, obsecro, qui hujusmodi stulte proferunt : Si per generationem tollitur consubstantialitas, per quam rem conservabitur? Et rursum, si genitum non est consubstantiale genitori, quidnam erit consubstantiale? Certe id quod genitum non est et alienum est ab essentia, aut id quod sumptum est ab aliquo eorum quæ circa essentias sunt : atqui hoc impossibile est. Dices igitur ingenitum ingenito plane consubstantiale esse, ingenitum autem genito non item. Quocirca, cum Adam genitus non sit, Abel autem ex muliere genitus, non erit Adamo consubstantialis. Si vero genitus quidem est, ejusdem tamen est cum Adamo etiam non genito naturæ, quid obstat quominus Filius ex ingenito Patre genitus ei sit consubstantialis?

Πρὸς τοῦτο λύσις.

Λεγέτωσαν ἡμῖν οἱ τὰ τοιαῦτα προτείνοντες ἀμαθῶς, Εἰ διὰ τῆς γεννήσεως ἀναιρεῖται τὸ ὁμοούσιον, διὰ ποίου σωθήσεται πράγματος; Καὶ πάλιν, εἰ τῷ γεγεννηκότι τὸ γεννηθὲν οὐχ ὁμοούσιον, ποῖον ἔσται τὸ ὁμοούσιον; Ἆρα τὸ μὴ γεννηθὲν καὶ ἀλλότριον τῆς οὐσίας, ἢ τὸ ἀπό τινος ληφθὲν τῶν ὅσα ἐστὶ περὶ τὰς οὐσίας· ἀλλὰ τοῦτο ἀδύνατον. Ἐρεῖς οὖν ὅτι τὸ ἀγέννητον τῷ ἀγεννήτῳ πάντως ὁμοούσιον, τὸ δὲ ἀγέννητον τῷ γεννητῷ οὐχ ὅμοιον. Οὐκοῦν ἐπειδήπερ οὐκ ἐγεννήθη μὲν ὁ Ἀδὰμ, ἐγεννήθη δὲ Ἄβελ ἐκ γυναικὸς, οὐκ ἔσται τῷ Ἀδὰμ ὁμοούσιος. Εἰ δὲ ἐγεννήθη μὲν, ἔχει δὲ τῆς φύσεως τὴν ταυτότητα πρὸς τὸν Ἀδὰμ, καίτοι μὴ γεγεννημένον, τί κωλύει καὶ τὸν Υἱὸν ἐξ ἀγεννήτου Πατρὸς ὄντα γεννητὸν εἶναι καὶ ὁμοούσιον;

68 ALIUD, *explicatius.*

Genitum esse Filium ex Patre etiam ipsi hostes Christi confitentur; neque quisquam, arbitror, eo nequitiæ devenit, ut audeat dicere ipsum perinde ac creaturas ratione naturæ extra divinam essentiam esse. Si igitur genuit ex se Pater Filium, cur non erit consubstantialis? Dicant nobis Dei Verbi accusatores. Nam aut quia non potuit, aut quia noluit, talem ipsum generat. Si dicant quia non potuit, pudeat illos Patris essentiam contumelia afficere, cum impotentiam illi tribuere audent; si vero alio

ΑΛΛΟ, *διηγηματικῶς.*

Γεγεννῆσθαι τὸν Υἱὸν ἐκ Πατρὸς καὶ οἱ χριστομάχοι συνθήσονται· καὶ οὐκ ἂν τις, οἶμαι, πρὸς τοσαύτην ἐλάσαι κακίαν, ὡς τολμῆσαι καθάπερ καὶ τὰ ποιήματα καὶ αὐτὸν ἔξω κεῖσθαι τῆς θείας οὐσίας κατὰ τὸν τῆς φύσεως λόγον. Εἰ τοίνυν ἐγέννησεν ἐξ ἑαυτοῦ τὸν Υἱὸν ὁ Πατὴρ, διατί μὴ ὁμοούσιος; Λεγέτωσαν ἡμῖν οἱ τοῦ Θεοῦ Λόγου κατήγοροι. Ἀδυνατήσας ἄρα τοιοῦτον αὐτὸν γεννᾷ, ἢ μὴ θελήσας; Εἰ μὲν οὖν ἀδυνατήσας λέγουσιν, αἰσχυνέσθωσαν τὴν τοῦ Πατρὸς οὐσίαν ὑβρίζοντες, δι' ὧν αὐτῇ προσάπτειν

Digitized by Google

τὸ μὴ δύνασθαι τετολμήκασιν. Εἰ δ' ἐπὶ θάτερον μεταστήσονται, καὶ μὴ ἐθελῆσαι φήσουσιν ὁμοούσιον αὐτῷ γεννῆσαι τὸν Υἱόν, ἑτέρως ὑβρίζουσι πρᾶγμα χαλεπὸν καὶ τὸ πάντων αἴσχιστον περιτιθέντες αὐτῷ, τὸν ἐπὶ τοῖς ἀμείνοσιν ὄκνον. Εἰ γὰρ κρεῖττον ἦν τὸ ὁμοούσιον τοῦ μὴ τοιούτου, πῶς οὐκ ἔσται δυσφημίας ἁπάσης ἐπέκεινα τὸ λέγειν ὀκνῆσαι περὶ τὰ κρείττονα καὶ πρεπωδέστερα τὴν θείαν οὐσίαν, καὶ μὴ μᾶλλον ἐθελῆσαι τὸ κάλλιον ἢ τὸ μὴ οὕτως ἔχον; Ἀλλὰ πάντα δύναται ποιεῖν ὁ Πατήρ, καὶ θέλει μᾶλλον τὸ κρεῖττον· οὐδὲν οὖν ἐστι τὸ κωλύον ὁμοούσιον εἶναι τὸν Υἱόν.

A confugiant, et noluisse dicant consubstantialem sibi generare Filium, aliam contumeliam ei impingunt, turpissimam pessimamque rem illi ascribentes, negligentiam nimirum atque ignaviam in melioribus ac præstantioribus faciendis. Si enim melius erat consubstantiale quam id quod ejusmodi non est, quo pacto non omni blasphemia majus fuerit dicere divinam essentiam in iis quæ meliora conveniontioraque erant faciendis negligentem fuisse, et non potius voluisse quod melius quam quod deterius? Atqui Pater omnia potest facere, magisque vult id quod melius est : nihil est igitur quod obstet quominus consubstantialis sit Filius.

ΑΛΛΟ.

Ἀντίθεσις ὡς ἐκ τῶν Εὐνομίου.

Τὸ ἐξ αἰτίου τινὸς ὄν, ἢ γεγεννημένον, φησίν, ἀνάγκη δεύτερον εἶναι τούτου, ὃ δὴ καὶ γέγονεν αὐτῷ τοῦ εἶναι αἴτιον. Οὐκοῦν δεύτερος ἔσται τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱὸς αἴτιον αὐτὸν ἔχων· καὶ διὰ τοῦτο οὐχ ὁμοούσιος. Ἢ ἀφιλονεικότερον ἐνστήσεταί τις ὁμοούσιον αὐτὸν εἶναι λέγων, ἡ μία θεότης, ἄρα, τομήν τινα χωρήσασα, γέγονεν εἰς δυάδα· οὐ γὰρ ἑτέρως ὁμοούσιος εἶναι δύναται. Ἀνάγκη οὖν λέγειν οὐχ ὁμοούσιον εἶναι τὸν Υἱόν.

B

ALIUD.

Ex objectione Eunomii.

Quod ex causa aliqua est, vel genitum est, inquit, necessarium est ut sit secundum ab illo quod ei causa exsistentiæ fuit. Secundus itaque erit Filius a Patre, quippe qui Patrem ut causam habeat : atque idcirco ne consubstantialis quidem ei erit. Aut si quis contentiosius urgeat, consubstantialem eum esse dicens, una certe deitas sectionem admittens in dualitatem divisa erit : neque enim aliter consubstantialis esse potest. Necessarium igitur est ut dicamus consubstantialem non esse Filium.

Πρὸς ταῦτα Λύσις.

Οὐκ αἰσθάνεται πάλιν μεθύων ὁ χριστομάχος, καὶ μάτην καταφλυαρῶν τῆς θείας οὐσίας. Τὸ μὲν γὰρ τέμνεσθαι καὶ διάστασίν τινα μεταξὺ τὴν πρὸς ἄλληλα δύνασθαι λαβεῖν, σωμάτων ἴδιον. Ἡ δὲ θεία τοῦ Πατρὸς οὐσία, ἀσώματος οὖσα, τομῆς τε καὶ διαιρέσεως ἀνεπίδεκτός ἐστιν· οὔτε δὲ ἐν τόπῳ μένουσα, οὔτε ὑπό τινος οὖσα χωρητή, ἀλλ' ἐν ἀῤῥήτῳ τινὶ καὶ ἀφράστῳ καταστάσει κειμένη, τὸν Υἱὸν ἐξ ἑαυτῆς ἀδιαστάτως ἐξέλαμψεν· οὐκ ἂν ἑτέρως ἔχειν τὸ εἶναι τελεία δυναμένη, εἰ μὴ ἐγέννησε τὸν Υἱόν, καὶ ἀνεδείχθη καρποτόκος· καὶ πάλιν οὐκ ἂν ἑτέρως ἐσομένη δημιουργός, εἰ μὴ τέτοκεν ἐξ ἑαυτῆς ἀμερίστως τὸν Υἱόν, δι' οὗ τὰ πάντα ἐργάζεται. Ἔστιν οὖν ὁ Υἱὸς γεννηθεὶς ἐκ Πατρὸς, οὐ κατά τινα τομὴν, ἢ ἀπόῤῥοιαν, καθάπερ ὑμεῖς φαντάζεσθε· ἀλλ' ὥσπερ ἐκ πυρὸς θερμότης, ἀμερίστως ἐκ τῆς τοῦ τεκόντος πρεσβύθων οὐσίας.

C

ALIUD.

Solutio.

Debaechatur rursum Christi hostis, temereque adversus divinam essentiam blaterat. Secari enim et divisionem aliquam recipere posse, corporum proprium est. Divina autem Patris essentia, cum sit incorporea, sectionis aut divisionis capax non est; neque in loco exsistit, neque a quoquam continetur; sed in arcano atque ineffabili statu consistens, Filium ex se immediate protulit; neque alia ratione perfecta esse potest, nisi Filium genuerit, et fecunda ostensa sit; neque rursum creatrix esse potest, nisi genuerit ex se indivulse Filium, per quem omnia 69 operatur. Est igitur genitus ex Patre Filius, non sectione aut defluxu aliquo, sicut vos imaginamini; sed quemadmodum caliditas ex igne, indivulse ex essentia gignentis procedit.

ΑΛΛΟ.

Ὡς ἐξ ἀντιθέσεως τῶν Εὐνομίου.

Εἰ ὁμοούσιός ἐστι, φησὶν, ὁ Υἱὸς τῷ Πατρὶ, τί μὴ καὶ αὐτός ἐστιν ἀγαθὸς οὕτως ὡς ὁ Πατήρ; Λέγει γάρ που πρός τινα ὁ Χριστός· « Τί με λέγεις ἀγαθόν; Οὐδεὶς ἀγαθὸς εἰ μὴ εἷς ὁ Θεός. » Ἕνα δὲ εἰπὼν, ἑαυτὸν ἔξω τέθεικεν, ὡς ἀγαθὸν μὲν ὄντα καὶ αὐτὸν, οὐχ οὕτω δὲ ὥσπερ ἂν εἴη καὶ ὁ Πατήρ.

D

ALIUD.

Ex objectione Eunomii.

Si, inquit, Filius est consubstantialis Patri, cur non etiam ipse est bonus ita ut Pater? Christus enim alicubi ad quemdam ita ait : « Cur me dicis bonum? Nemo bonus nisi unus Deus. » Unum vero cum dixit, seipsum excepit, quippe qui bonus etiam ipse sit, non tamen ita bonus ut Pater.

Πρὸς ταῦτα Λύσις.

Κύριον ἀποκαλούσης τὸν Υἱὸν τῆς θείας Γραφῆς, ὁμολογεῖς ἄρα καὶ αὐτὸν εἶναι Κύριον, καὶ τοῦτο κατὰ ἀλήθειαν, ἢ πρὸς τοῖς ἄλλοις ἀρνήσῃ καὶ τόδε. Εἰ μὲν γὰρ οὐκ εἶναι Κύριον ἐρεῖς, τἀναντία φρονεῖς ταῖς θείαις Γραφαῖς καὶ τῷ ταῦτα λαλήσαντι Πνεύματι.

Solutio objectionis.

Cum sacra Scriptura Filium Dominum vocet, fateberis profecto etiam ipsum Dominum esse, et quidem vere, aut una cum aliis etiam hoc negabis. At si negabis Dominum esse, contrarium plane sentis a Scripturis et a Spiritu hoc loquente. Si

Digitized by Google

concesseris dixerisque Dominum esse, impie agere deprehenderis, quippe qui Dominum voces et adores eum quem consubstantialem esse Deo ac Patri negas, et creaturam potius quam verum Deum colis. Quod enim alterius naturæ est ab eo qui vere est Deus, id natura Deus esse non potest. Quod etiam ipsa sacra Scriptura testatur, dicens : « Dominus Deus noster, Dominus unus est [87] : » una enim est deitatis natura. Quod vero hanc solam adorare oporteat, audies rursum : « Dominum Deum tuum adorabis, et ei soli servies [88]. » Si igitur quia Deus ac Pater solus dicitur bonus, Filius bonus esse non potest sicut Pater, eademque ratione cum unus Pater dicitur Dominus et Deus, sequitur etiam necessario ex eodem argumento Filium neque Dominum neque Deum esse : quo pacto igitur adoras eum qui nec Dominus, nec Deus est? Si vero, cum Pater sit Dominus et Deus, simul etiam inducitur Filius, eamdem habens proprietatem, utpote ex ipso naturaliter procedens, et est cum Patre Dominus ac Deus, necessario etiam bonus erit, ut Pater, cum paterna proprietas etiam hac in parte in ipso exsistat, perinde atque in illo.

Συντεθειμένος δὲ καὶ φάσκων αὐτὸν εἶναι Κύριον, ἀσεβῶς ἐλεγχθήσῃ καὶ Κύριον λέγων καὶ προσκυνῶν ὃν οὐ φὴς ὁμοούσιον εἶναι τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, καὶ κτίσματι μᾶλλον ἢ Θεῷ κατὰ φύσιν λατρεύεις. Τὸ γὰρ ἑτέρας ὑπάρχον οὐσίας παρὰ τὸν ὄντα Θεὸν, οὐκ ἂν εἴη φύσει Θεός. Καὶ τούτου μάρτυς ἡ θεία λέγουσα Γραφή· « Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν, Κύριος εἷς ἐστι· » μία γὰρ θεότητος φύσις. Καὶ ὅτι ταύτῃ μόνῃ δεῖ προσκυνεῖν, ἀκούσῃ πάλιν· « Κύριον τὸν Θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις. » Εἰ τοίνυν διὰ τὸ μόνον ἀγαθὸν λέγεσθαι τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα, ἐκπεσεῖται τοῦ εἶναι ἀγαθὸς ὁ Υἱὸς οὕτως ὡς ὁ Πατὴρ, καὶ διὰ τὸ ἕνα λέγεσθαι Κύριον καὶ Θεὸν τὸν Πατέρα, ἐκπεσεῖται τοῦ εἶναι Κύριος καὶ Θεὸς ὁ Υἱὸς, κατὰ τὴν τοῦ νοήματος ἀκολουθίαν· πῶς οὖν προσκυνεῖς τῷ μήτε Κυρίῳ μήτε Θεῷ; Εἰ δὲ Κυρίου καὶ Θεοῦ τοῦ Πατρὸς ὄντος, συνεπάγεται καὶ ὁ Υἱὸς τὴν ἐκεῖθεν ἰδιότητα ἔχων ὡς ἐξ αὐτοῦ κατὰ φύσιν ὑπάρχων, καὶ ἔστι μετὰ Πατρὸς Κύριος καὶ Θεὸς, ἕξει πάντως καὶ τὸ εἶναι ἀγαθὸς ὡς ὁ Πατὴρ, τῆς πατρικῆς ἰδιότητος κἀν τούτῳ πάλιν ὑπαρχούσης ἐν αὐτῷ, καθάπερ καὶ ἐν ἐκείνῳ.

ALIUD.

Multa de Patre et Filio sacra Scriptura prædicat, neque tamen differentia nominum essentiæ rationem in universum distinguit, ita ut inde dissimilitudo quædam eos separet. Una enim est deitas Patris et Filii, etiamsi uterque per varia nomina differenter significetur : non quod alteruter proprium 70 aliquid in se habeat, quod alteri non insit, sed quod de utroque dici possit quidquid de uno dicitur, excepta solummodo Patris et Filii appellatione ac re. Nam Pater semper est Pater, neque unquam fuerit Filius ; Filius contra semper est Filius, neque unquam fuerit Pater. Si quis vero voluerit dicere non posse utrique convenire appellationem quæ uni tribuatur, in maximum malum incidet. Quid enim faciat, dicente Paulo : « Unus Deus Pater ex quo omnia, et unus Dominus Jesus Christus per quem omnia [89]? » Ecce quam aperte Patri tribuat Deum esse et unum esse, Filio autem Dominum esse et unum. Num igitur idcirco Filius non erit Deus, quia Pater vocatur Deus et unus? aut Pater non erit Dominus, quia Filius appellatus est Dominus et unus? Minime vero, absit! Cum enim Pater sit Deus, Filius etiam est Deus : et rursus, cum Dominus sit Filius, Dominus est et Pater. Atqui si quæ esset essentiæ differentia quæ illos in duo divideret, neque naturali identitate convenire permitteret, unius appellatio alteri proprie tribui non posset. Quocirca cum omnia quæ Patris sunt Filio insint, et contra, quæ Filii sunt, insint Patri, ita ut nulla ratio identitatem impedire possit, erit etiam ipse bonus, quemadmodum Pater, atque ideo etiam consubstantialis.

ΑΛΛΟ.

Πολλὰ περί τε τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ λέγουσιν αἱ θεῖαι Γραφαὶ, καὶ οὐ τὸ τῶν ὀνομάτων διάφορον διαστέλλει πάντως αὐτοῖς καὶ τῆς οὐσίας τὸν λόγον, ὡς ἀνομοιότητά τινα διὰ τούτων χωρῆσαι μεταξύ. Ἔστι γὰρ μία θεότης Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, κἂν ἑκάτερος τῇ τῶν ὀνομάτων ποικιλίᾳ διαφόρως σημαίνηται, οὐχ ὡς ἴδιον ἔχων τι καὶ καθ' ἑαυτὸν, ὃ μὴ τῷ ἑτέρῳ πρόσεστιν, ἀλλ' ὡς ἐπ' ἀμφοῖν χωρεῖν δυναμένου παντὸς ὅπερ ἂν ἐφ' ἑνὸς λέγοιτο, δίχα μόνης τῆς τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ προσηγορίας τε καὶ πράγματος. Ἔστι γὰρ ὁ Πατὴρ ἀεὶ Πατὴρ, καὶ Υἱὸς οὐκ ἂν γένοιτό ποτε· καὶ ἔστιν ὁ Υἱὸς ἀεὶ Υἱὸς, καὶ Πατὴρ οὐκ ἂν εἴη ποτέ. Εἰ δέ τις βούλοιτο φάσκειν μὴ δύνασθαι χωρεῖν ἐπ' ἀμφοῖν ὅπερ ἂν ἐφ' ἑνὸς φέροιτο πρόσρημα, μεγάλῳ περιπεσεῖται κακῷ. Τί γὰρ ἂν ποιήσοι, λέγοντος τοῦ Παύλου· « Εἷς ὁ Θεὸς ὁ Πατὴρ ἐξ οὗ τὰ πάντα· καὶ εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς δι' οὗ τὰ πάντα. » Ἰδοὺ γὰρ τῷ Πατρὶ τὸ εἶναι Θεὸν καὶ ἕνα δέδωκε· τῷ δὲ Υἱῷ τὸ εἶναι Κύριον καὶ ἕνα. Ἆρ' οὖν διὰ τοῦτο Θεὸς μὲν οὐκ ἔσται ὁ Υἱὸς, ἐπειδὴ Θεὸς καὶ εἷς ὁ Πατὴρ κατωνόμασται; Κύριος δὲ οὐκ ἔσται ὁ Πατὴρ, ἐπειδὴ Κύριος καὶ εἷς ὁ Υἱὸς ἐκλήθη; Ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο, μὴ γένοιτο. Θεοῦ γὰρ ὄντος τοῦ Πατρὸς, Θεός ἐστι καὶ ὁ Υἱός· καὶ Κυρίου πάλιν ὄντος τοῦ Υἱοῦ, Κύριός ἐστιν ὁ Πατήρ. Ἀλλ' εἴπερ ἦν τις οὐσίας διαφορὰ τὴν δυάδα διατειχίζουσα, καὶ οὐκ ἐῶσα μίσγεσθαι φυσικῶς εἰς ταυτότητα, οὐκ ἄν, οἶμαι, κυρίως τὸ τοῦ ἑτέρου πρόσρημα τῷ ἑτέρῳ προσῆν. Ἐπειδὴ δὲ πάντα τὰ τοῦ Πατρὸς ἐν Υἱῷ φαίνεται, καὶ τὰ τοῦ Υἱοῦ πάλιν ἐν Πατρὶ, ὡς οὐδενὸς ἕτερα τὸν τῆς ταυτότητος διείργοντος λόγον, ἔσται καὶ αὐτὸς ἀγαθὸς, ὡς ὁ Πατὴρ, καὶ διὰ τοῦτο ὁμοούσιος.

[87] Deut. VI, 4. [88] Deut. X, 20; Matth. IV, 10. [89] I Cor. VIII, 6.

Digitized by Google

ΑΛΛΟ.

Ὅσα τῆς πρὸς ἄλληλα φυσικῆς κοινωνίας τε καὶ ταυτότητος ἀπεσχοίνισται, ταῦτα δὴ πάντως καὶ ξενισμός τις ἰδιοτήτων τῆς πρὸς ἄλληλα σχέσεως φυσικῆς ἀποτέμνει. Οἷον φέρε εἰπεῖν, ἄνθρωπος ἔστω καὶ ἵππος τὰ σημαινόμενα. Ἀνθρώπῳ μὲν γὰρ ὡς πρὸς τὸν ἵππον ξένα τὰ ἴδια, ἵππῳ δὲ πάλιν ὡς πρὸς ἄνθρωπον, οὐ ταυτὰ τὰ ἰδίως προσόντα. Εἰ τοίνυν φυσική τις διάστασις εἴργει τὸν Υἱὸν, καὶ ἀλλότριον τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας ὄντα δεικνύει, πῶς τὰ τοῦ Πατρὸς ἴδια φαίνεται φορῶν; πῶς δὲ ὁ Πατὴρ, εἴπερ ἐστὶν ἀλλότριος κατὰ φύσιν τοῦ Υἱοῦ, τὰ αὐτοῦ ἴδια φορεῖ; Ἀληθεύει γὰρ λέγων ὁ Σωτὴρ ὡς πρὸς τὸν Πατέρα, ὅτι « Πάντα τὰ ἐμὰ σά ἐστι· καὶ πάντα τὰ σὰ ἐμά ἐστιν. » Εἰ τοίνυν πάντα, ἓν δὲ τῶν πάντων ἐστὶ καὶ τὸ ἄκρως ἀγαθὸν, ἕξει τοῦτο καὶ ὁ Υἱὸς ἴδίωμα φύσεως ὑπάρχον πατρικῆς ὡς ἐξ αὐτοῦ προελθών. Ὁ δὲ τῆς πατρικῆς οὐσίας ἔχων τὰ ἴδια, εἴη πάντως ἂν καὶ ὁμοούσιος.

Ὅτι ὁμοούσιος ὁ Υἱὸς τῷ Πατρὶ, προκειμένου ῥητοῦ· « Πορεύομαι πρὸς τὸν Πατέρα μου, καὶ Πατέρα ὑμῶν, καὶ Θεόν μου, καὶ Θεὸν ὑμῶν. »

Ὅτε τὴν τοῦ ἀνθρώπου μορφὴν ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος περιεβάλετο, καὶ διὰ τὴν ἁπάντων ἡμῶν σωτηρίαν ὑπάρχων ἐν μορφῇ Θεοῦ, καθὰ γέγραπται, τεταπείνωκεν ἑαυτὸν, τότε δὴ καὶ ὡς ἄνθρωπος ἔσθ' ὅτε διαλέγεται, οὐδὲν ἀδικούμενος εἰς τὴν δόξαν τὴν θεοπρεπῆ διὰ τούτου. Εἰ γὰρ ὄντως ἄνθρωπος γέγονε, καὶ οὐ διὰ τοῦτο ἀπέστη τοῦ εἶναι Θεὸς, κἂν ὡς ἄνθρωπος γεγονὼς λέγῃ τὰ ἀνθρώπῳ πρέποντα, οὐ διὰ τοῦτο τὸ θεοπρεπὲς ἀξίωμα ζημιωθήσεται· ἀλλ' ἔσται πάλιν ὁ αὐτὸς, φερομένης ἐπὶ τὴν οἰκονομίαν τῆς ἐν λόγοις ταπεινότητος. Ὅτι δὲ οἰκονομικῶς ὡς ἄνθρωπος τὰ τοιαῦτά φησι, καλῶς ὅπερ ἀνείληφε σχῆμα λόγῳ τε καὶ ἔργῳ φυλάττων, ἐντεῦθεν εἰσόμεθα. Λέγει γάρ που πρὸς τὴν ἐν τῇ Σαμαρείᾳ γυναῖκα τὸ Ἰουδαϊκὸν ὑποκρινόμενος πρόσωπον· « Ὑμεῖς προσκυνεῖτε ὃ οὐκ οἴδατε· ἡμεῖς προσκυνοῦμεν ὃ οἴδαμεν. » Καίτοι τῶν προσκυνουμένων ὁ Υἱὸς, οὐ τῶν προσκυνούντων, ἐστι. « Προσκυνησάτωσαν γὰρ αὐτῷ, φησὶ, πάντες ἄγγελοι Θεοῦ. » Καὶ περὶ μὲν ἀγγέλων ἢ ἑτέρας τινὸς τῆς κατ' αὐτοὺς τάξεως οὐδὲν φέρεται τοιοῦτο παρὰ ταῖς θείαις Γραφαῖς. Οὐ γὰρ ἀγγέλοις κελεύεται τις προσκυνεῖν, ἀλλὰ μόνῳ Θεῷ. Γέγραπται γάρ· « Κύριον τὸν Θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις. » Ὥσπερ τοίνυν προσκυνούμενος ὁ Υἱὸς, προσκυνεῖν φησιν οἰκονομικῶς, ὡς ἄνθρωπος, οὕτως ὅτε Θεὸς κατὰ φύσιν ὑπάρχων, Θεὸν ἑαυτοῦ τὸν Πατέρα καλῇ, πάλιν ὡς ἄνθρωπος οἰκονομικῶς, οὐ διὰ τοῦτο τοῦ εἶναι Θεὸς ἐκβληθήσεται· ἀλλ' ὡς κατὰ φύσιν Υἱὸς, ἔσται δὲ ὁμοούσιος.

ΑΛΛΟ.

Εἰ ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων ὁ Υἱὸς καὶ ἐν ἰσότητι (τοῦτο γὰρ ὁ Παῦλός φησι), Θεὸν ἔχει κατὰ φύσιν τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα, δύναται τούτοις ὑποπίπτειν ἡ θεία

ALIUD.

Quæ a naturali inter se convenientia identitateque aliena sunt, ea etiam proprietatum differentia naturali relatione inter se distinguuntur. Exempli gratia, homo et equus. Homo enim equo collatus, diversas habet proprietates; equum vero si eum homine conferas, non eadem utrique sunt propria. Si ergo naturalis aliqua distantia arcet Filium, et alienum ac diversum ab essentia Patris declarat, quo pacto Patris proprietates gerere deprehenditur? quo pacto vero Pater, si diversæ est naturæ a Filio, quæ propria sunt Filio, gestat? Verax enim est Servator, ad Patrem dicens: « Omnia mea tua sunt, et omnia tua sunt mea [90]. » Si igitur omnia, unum vero omnium est quod summe bonum est, erit etiam hæc essentiæ paternæ proprietas in Filio qui ex Patre processit. Qui vero paternæ substantiæ proprietates habet, necessario etiam consubstantialis est.

71 *Quod consubstantialis sit Filius Patri, ex dicto: « Vado ad Patrem meum, et Patrem vestrum; et Deum meum, et Deum vestrum [91]. »*

Cum Dei Verbum humanam formam assumpsit, et propter nostram omnium salutem exsistens in forma Dei, sicut scriptum est, humiliavit seipsum [92], tum certe etiam ut homo interdum loquitur, nihil tamen eam ob causam divinæ suæ gloriæ detrahens. Si enim vere factus est homo, non idcirco desiit esse Deus, ac tametsi, ut factus homo, loquitur quæ homini conveniunt, nihil tamen divinæ suæ dignitati discedit; sed idem ipse est, humilitate quæ in verbis est ad incarnationem relata. Quod vero ad incarnationem respiciens hujusmodi ut homo loquitur, pulchre formam quam assumpsit verbo atque opere servans ac præ se ferens, hinc cognoscere poterimus. Alicubi enim ad mulierem Samaritanam Judæi personam præferens ita loquitur: « Vos adoratis quod nescitis, nos autem adoramus quod scimus [93]. » Neque enim Filius ex eorum ordine est qui adorant, sed qui adorantur. « Adorent enim eum, inquit Scriptura, omnes angeli Dei [94]. » Nihil vero ejusmodi aut angelis aut ulli ordini a sacris Litteris defertur. Neque enim quisquam jubetur angelos adorare, sed solum Deum. Scriptum est enim: « Dominum Deum tuum adorabis, et ei soli servies [95]. » Quemadmodum igitur is cui adoratio debetur, adorare se dicit respectu incarnationis, ut homo: ita, quando ipse naturaliter exsistens Deus Patrem Deum suum vocat, iterum ut homo respectu incarnationis loquitur, non idcirco Deus esse desinit, sed ut naturaliter Filius, erit etiam consubstantialis.

ALIUD.

Si in forma æqualitateque Dei exsistens Filius (ita enim Paulus ait), Deum habet secundum naturam ipsum Deum ac Patrem, et divina natura huic

[90] Joan. xvii, 10. [91] Joan. xx, 17. [92] Philipp. ii, 6, 7. [93] Joan. iv, 22. [94] Psal. xcvi, 8; Hebr. i, 6 [95] Deut. vi, 13; Matth. iv, 10.

Digitized by Google

conditioni subjecta est, poterit etiam Pater habere Deum, tametsi id nunquam factum fuerit. Quod enim fieri potest, tametsi nunquam perfectum fuerit, potentia id est quod esse potest. At si hoc blasphemum est, non secundum naturam Pater dicitur Deus Filii, sed ratione incarnationis quatenus homo est.

φύσις, ἕξει καὶ ὁ Πατὴρ Θεὸν, καὶ εἰ μή πω γέγονε. Τὸ γὰρ ἐνδεχόμενον γενέσθαι, καὶ εἰ μή πω τετέλεσται, δυνάμει τοῦτό ἐστιν ὅπερ ἐνδέχεται. Εἰ δὲ τοῦτο δύσφημον, οὐ κατὰ φύσιν ὁ Πατὴρ τοῦ Υἱοῦ Θεὸς λέγεται, ἀλλὰ καθὸ γέγονεν ἄνθρωπος οἰκονομικῶς.

ALIUD.

Si in forma æqualitateque Dei exsistens Filius, sicut scriptum est, humiliavit seipsum, **72** formam servi accipiens, atque habitu inventus ut homo, sunt hæc verba humiliationis et servo convenientia, non ad essentiam ipsius pertingentia, sed incarnationi accommodata. Et quemadmodum ex sublimitate deitatis humilitatem quæ in humanitate sive humanatione est, cognoscimus, ita contra ex humilitate quæ in humanatione consistit, id quod in deitate magnum et in essentia Filii sublime est, intelligetis.

ΑΛΛΟ.

Εἰ ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων ὁ Υἱὸς καὶ ἐν ἰσότητι, καθὰ γέγραπται, ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν, μορφὴν δούλου λαβὼν, καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος, ἔσται τῆς ταπεινώσεως τὰ δουλοπρεπῆ ῥήματα, οὐκ ἀναβαίνοντα μὲν πρὸς τὴν οὐσίαν αὐτοῦ, ἀλλὰ τῷ τῆς ἐνανθρωπήσεως προσώπῳ περικείμενα. Καὶ ὥσπερ ἐκ τοῦ τῆς θεότητος ὕψους τὴν ἐν ἀνθρωπότητι ταπείνωσιν ἐπιγινώσκομεν, οὕτως τὸ ἐναντίον ἐκ τῆς ταπεινώσεως τῆς ἐν ἀνθρωπότητι, τὸ ἐν θεότητι μέγα καὶ ὑψηλὸν τῆς οὐσίας τοῦ Υἱοῦ γνωρισθήσεται.

ASSERTIO X.

Quod consubstantialis Patri sit Filius.

Hostes Christi, cum ea quæ ad deitatem Filii pertinent, tractant, et habitudinem quam naturaliter habet ad Patrem, inquirunt, non recte utuntur verbis quæ humano more dicta sunt, et a Domino nostro prolata, quando carnem nostram assumpsit. Neque enim ex iis quæ ut homo respectu incarnationis locutus est, incorporea ejus essentia designatur atque exprimitur, sed illud nos et scire et credere oportet, quod Verbum exsistens Deus et consubstantiale per omnia Patri, humanam naturam assumpsit, et factus est homo, ut interdum etiam ut homo loquatur, propter dispensationem cum carne. Loquitur vero etiam ut Deus quæ hominem excedunt, quippe qui Deus naturaliter est; et cum tempus id requirit, eo loquendi genere utitur. Cæterum, si quis velit ea quæ humano more et ratione incarnationis, ut dixi, dicta sunt, ad divinitatem ipsius referre, quæ vero divino more dicta sunt ad illud tempus transferre quo factus est homo, is naturam rerum confundet, omnemque incarnationis rationem tollet. Interdum enim ut Deus dicit: « Amen dico vobis, antequam Abraham fieret, ego sum [96]. » Et rursus: « Ego descendi e cœlo [97]. » Si vero quispiam velit solam ejus divinam dignitatem tueri, tollet plane quod ultimis temporibus homo factus fuerit. Neque enim ipse erat homo, priusquam Abraham fieret, neque ut homo descendit e cœlo. Contra, si quis verba et res quæ humanitati conveniunt, Deo Verbo, ita ut ante incarnationem erat, accommodare volet, admodum impie faciet. Quid enim faciat, dicente Christo: « Anima mea turbatur, **73** et tristis est valde [98] »? Anne mœrorem et anxietatem divinæ naturæ accidisse statuet, aut timori mortis obnoxiam fuisse dicet?

ΛΟΓΟΣ Θ'.

Ὅτι ὁμοούσιος τῷ Πατρὶ ὁ Υἱός.

Οὐκ εὐλόγως οἱ χριστομάχοι τὰ περὶ τῆς θεότητος τοῦ Υἱοῦ γυμνάζοντες, καὶ σχέσιν ζητοῦντες ἣν ἔχει φυσικῶς πρὸς τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα, ταῖς ἀνθρωπίνως εἰρημέναις κέχρηνται φωναῖς, αἷς ὁ Κύριος εἶπεν, ὅτε τὴν ἡμῶν σάρκα περιεβάλετο. Οὐ γὰρ ἐξ ὧν ὡς ἄνθρωπος οἰκονομικῶς διαλέγεται, ἐν τούτῳ ἡ ἀσώματος οὐσία χαρακτηρίζεται, ἀλλ' εἰδέναι χρὴ καὶ πιστεύειν, ὅτι Θεὸς ὢν ὁ Λόγος καὶ ὁμοούσιος κατὰ πάντα τῷ Πατρὶ, τὴν ἀνθρώπου φύσιν περιεβάλετο, καὶ γέγονεν ἄνθρωπος, ἵνα καὶ ὡς ἄνθρωπος ἔσθ' ὅτε λαλῇ, διὰ τὴν μετὰ σαρκὸς οἰκονομίαν. Λαλεῖ δὲ καὶ ὡς Θεὸς τὰ ὑπὲρ ἄνθρωπον, ὡς τοῦτο κατὰ φύσιν ὤν, καὶ ὅτε καιρὸς τὴν τούτου χρείαν εἰσφέρει. Ἀλλ' εἴ τις βούλοιτο τὰ ἀνθρωπινώτερον καὶ οἰκονομικῶς, καθάπερ ἔφην, εἰρημένα φέρειν ἐπὶ τὸν τῆς θεότητος αὐτοῦ λόγον, καὶ πάλιν, τὰ θεϊκῶς εἰρημένα φέρειν ἐπ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν καθ' ὃν γέγονεν ἄνθρωπος, ἀδικήσει τῶν πραγμάτων τὴν φύσιν, καὶ ἀναιρήσει τὴν οἰκονομίαν. Ποτὲ μὲν γὰρ ὡς Θεὸς λέγει· « Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι, ἐγώ εἰμι. » Καὶ πάλιν· « Καταβέβηκα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ. » Εἰ δέ τις βούλοιτο μόνον αὐτῷ φυλάττειν τὸ θεοπρεπὲς ἀξίωμα, ἀναιρήσει πάντως τὸ ἐν ὑστέροις καιροῖς ἄνθρωπον γενέσθαι αὐτόν. Οὐ γὰρ ἦν ἐν ἀνθρωπότητι, πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι, οὐδὲ καθὸ ἄνθρωπος καταβέβηκεν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ. Καὶ πάλιν, εἴ τις θελήσει τὰ τῆς ἀνθρωπότητος ῥήματά τε καὶ πράγματα γυμνῷ προσάπτειν τῷ Θεῷ Λόγῳ πρὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως, ἀσεβήσει μεγάλως. Τί γὰρ ποιήσει, λέγοντος τοῦ Χριστοῦ· « Νῦν ἡ ψυχή μου τετάρακται, καὶ περίλυπός ἐστι; » Λύπην ἄρα καὶ θόρυβον δώσει περὶ τὴν τοῦ Θεοῦ φύσιν γενέσθαι, καὶ κρατεῖν θανάτου φόβον; Τί δὲ ὅταν σταυρούμενον ἴδῃ, καὶ τοῦτο πάσχειν τοῦ Υἱοῦ τὴν θεότητα δώσει οὕτως ὡς ἄνθρωπον; Ἢ τὸ

[96] Joan. VIII, 58. [97] Joan. VI, 38. [98] Joan. XII, 27.

Digitized by Google

δύσφημον παραιτήσεται; Οὐκοῦν ἑκατέρῳ καιρῷ τε καὶ πράγματι σωζέσθω τὸ πρέπον, καὶ γυμναζέσθω μὲν τῆς θεολογίας ὁ λόγος, μὴ πάντως ἐξ ὧν ὡς ἄνθρωπος φαίνεται λαλῶν, ἀλλ' ἐξ ὧν ἐστιν ἐκ Πατρὸς, ὡς Υἱὸς καὶ Θεός. Συγχωρείσθω δὲ τῇ οἰκονομίᾳ τῇ μετὰ σαρκὸς, τὸ λέγειν αὐτὸν ἴσθ' ὅτε καὶ ἃ μὴ πρέπει γυμνῇ καὶ καθ' ἑαυτὴν οὔσῃ τῇ θεότητι. Ὅταν οὖν, ὡς ἄνθρωπος, λέγῃ μὴ εἶναι ἀγαθὸς οὕτως ὡς ὁ Πατὴρ, φερέσθω μᾶλλον καὶ τοῦτο ἐπὶ τὴν οἰκονομίαν τὴν μετὰ σαρκὸς, καὶ μὴ ἁπτέσθω τῆς οὐσίας τοῦ Υἱοῦ καὶ Θεοῦ.

A Quid vero cum crucifixum viderit? anne etiam hoc Filii divinitatem pati concedet perinde atque hominem? An potius blasphemiam vetabit? Conserretur itaque quod utrique et tempori et rei convenit, et divini sermonis ratio inquiratur, non in universum ex iis quæ ut homo loquitur, sed ex quibus est ex Patre, ut Filius et Deus. Tribuatur vero hoc dispensationi cum carne sive incarnationi, si interdum ipse ea dicat quæ nudæ ac per se exsistenti deitati non quadrant. Cum igitur ut homo dicit se non esse bonum ita ut Pater, ad incarnationem potius illud referatur, neque ad essentiam Filii et Dei pertinere judicetur.

Ἀπολογία πιθανὴ πρὸς τὸν ἐρωτήσαντα· « Διὰ τί με λέγεις ἀγαθόν; καὶ ἐξήγησις τοῦ ῥητοῦ.

Defensio verisimilis ad interrogantem : « Cur me dicis bonum? » Et explicatio dicti.

Λέγει που Χριστός· « Ὁ Πατὴρ ὁ πέμψας με, μείζων μού ἐστι. » Μαρτυρεῖ δὲ πάλιν ἡ θεία Γραφὴ περὶ αὐτοῦ ὅτι « Οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ. » Πῶς οὖν ἔσται καὶ ἴσος, καὶ μείζονα ἕξει τὸν Πατέρα, ζητητέον ἀκριβῶς· ἐναντία γὰρ ἀλλήλοις τὰ τοιαῦτά ἐστιν. Ἐπειδὴ δὲ δοκιμάζειν εὐσεβῶς πρόκειται τὰ ῥητὰ, οὔτε τὸ ἴσον ἐκβαλοῦμεν διὰ τὸ μεῖζον, οὔτε μὴν τὸ μεῖζον διὰ τὸ ἴσον ἀναιρήσομεν· κρατήσει δ' ἀμφότερα θεωρίας εὐσεβῶς εἰσφερομένης ἐπ' αὐτοῖς. Οὐκοῦν ἁπλῆ τις οὖσα καὶ ἀσύνθετος ἡ τῆς θεότητος φύσις, οὐκ ἂν ἐτμήθη ποτὲ ταῖς C ὑπονοίαις εἰς δυάδα Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, εἰ μή τις εὐθὺς ἐκ προκείσθαι διαφορὰ, οὐ κατὰ τὴν οὐσίαν φημὶ, ἀλλ' ἔξωθεν ἐπινοουμένη, δι' ἧς τὸ ἑκατέρου πρόσωπον εἰσφέρεται ἐν ἰδιαζούσῃ μὲν ὑποστάσει κείμενον, εἰς ἑνότητα δὲ θεότητος διὰ ταυτότητος φυσικῆς συγγόμενον, ἵνα μή τις ἀνάχυσις καὶ οἱονεὶ φυρμὸς γένηται Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, εἰς μόνην ἑνάδα τρεχούσης τῆς ὑποστάσεως, τῆς πολλῆς λίαν ὁμοιότητος οὐκ ἐώσης φαίνεσθαι δυάδα· ὡς ἐντεῦθεν ἤδη καὶ τὸν αὐτὸν Πατέρα καὶ Υἱὸν ὑπονοεῖσθαι παρά τισιν εἰς δυάδα μηδαμόθεν χωριζομένους. Ἐπειδὴ δὲ ἐχρῆν εἰδέναι καὶ τὴν γεννήσασαν φύσιν καὶ τὴν γεννηθεῖσαν ἐξ αὐτῆς, τέθεικεν ἡ θεία Γραφὴ τὸ τοῦ Πατρὸς ὄνομα καὶ τὸ τοῦ Υἱοῦ, ἵνα φῶς ἐκ φωτὸς νοῆται, D καὶ ἑκάτερον ἐν ἰδίᾳ ὑποστάσει σωζομένης ἐπ' ἀμφοῖν τῆς ταυτότητος πρὸς τὸν ἕτερον. Ἀκολουθοῦσα δὲ πάλιν τῇ καθ' ἡμᾶς συνηθείᾳ, τὸ μεῖζονα ἀποδίδωσι τῷ Πατρὶ, ἵνα πανταχόθεν ἡ δυὰς καὶ τὸ ἐξ οὗ σημαίνηται· προσμαρτυρεῖ δὲ τὸ ἴσον, ἵνα μή τις περὶ τὴν οὐσίαν ἀνομοιότης νοῆται Πατρὸς καὶ Υἱοῦ. Ἴσος τοιγαροῦν κατὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον ὑπάρχων ὁ Υἱὸς τῷ Πατρὶ καὶ ὅμοιος κατὰ πάντα, μείζονα αὐτὸν φησιν ὡς ἄναρχον, ἔχων ἀρχὴν κατὰ μόνον τὸ ἐξ οὗ, εἰ καὶ σύνδρομον αὐτῷ τὴν ὕπαρξιν ἔχει.

ALIUD, *explicatius in dictum illud.*

Christus alicubi ait: « Pater qui misit me, major me est[19]. » Divina etiam Scriptura hoc de eo testatur, quod « Non rapinam arbitratus est se esse æqualem Deo[20]. » Quonam igitur pacto futurus sit æqualis, et majorem se habiturus Patrem, accurate nobis inquirendum est: pugnare enim hæc inter se videntur. Cum autem nobis propositum sit pie hæc dicta examinare, neque æqualitate cum privabimus, eo quod major sit Pater; neque rursus majorem esse Patrem negabimus ob æqualitatem Filii. Utrumque enim locum habebit, si ea pie considerare intelligereque velimus. Simplex itaque et non composita deitatis natura nunquam in dualitatem Patris et Filii secta fuisset, nisi prius aliqua differentia fuisse visa esset, non secundum essentiam, sed extrinsecus intellecta, per quam utriusque persona inducitur peculiari quidem hypostasi constans, sed in unitatem divinitatis per naturalem identitatem constricta; ne aliqua confusio fiat Patris et Filii, concurrente in solam unitatem hypostasi, cum magna quæ inter eos intercedit similitudo dualitatem apparere non sinat: adeo ut hinc nonnulli inter Patrem et Filium nullam plane dualitatem constituerint. Cum vero oporteret et generantem naturam, et eam quæ ex ea genita est cognoscere, sacra Scriptura Patris et Filii nomina constituit, ut lumen ex lumine intelligeretur, utrique propriam suam ac peculiarem hypostasim tribuens, servata tamen in utroque naturæ identitate. Nostræ vero consuetudini sese accommodans, Patri hoc tribuit ut major sit: ut nimirum undequaque dualitas personarum gignentis et genitæ significetur; tribuit autem æqualitatem, ne aliqua Patris a Filio essentiæ dissimilitudo intelligatur. Æqualis itaque essentiæ ratione exsistens cum Patre Filius, similisque per omnia, majorem illum vocat, tanquam principio carentem, **86** ipse principium habens ea tantum ratione quod ex Patre est, tametsi exsistentiæ ratione cum eo conveniat.

[18] I Cor. XII, 10, 11. [19] Joan. XIV, 28. [20] Philipp. II, 6.

Digitized by Google

ALIUD.

Quæ ejusdem substantiæ sunt et naturæ, magis etiam proprie inter se conferri possunt; quæ vero ita sese non habent, sed diversæ naturæ sunt, atque ea de causa diversitate quadam inter se distincta, comparari sibi invicem non possunt. Neque enim quisquam nisi judicii inops, hominis naturam inquirens dicat, bovem homine majorem esse, aut vicissim bovis naturam nosse volens, dicat hominem eo majorem esse. Quæ enim ejusdem naturæ ac speciei sunt, ut dictum est, ea commode apteque inter se conferuntur. Si itaque confertur, secundum vos, Filius cum Patre, ratione majoris et minoris, consubstantialis certe neque diversus ab eo erit. Consubstantiale autem non potest consubstantiali majus aut minus esse ratione substantiæ : neque enim homo homine major est, quatenus homo est. Æqualis igitur est et consubstantialis Patri Filius; ratione vero incarnationis credimus Patrem majorem a Filio vocatum. Quando enim humanitatem assumpsit, tum etiam ut homo hoc dixit.

ALIUD.

Quæcunque proprie comparationem inter se admittunt, consubstantialia etiam sunt : homo enim homini, et equus equo confertur. Differentia vero quæ in iis est quæ ejusdem speciei sunt, in accidentibus consistit; atque hæc, ut plurimum, ex passione, aut alia quapiam causa fiunt, non in ratione substantiæ sita sunt, de qua prædicetur aliquod accidentium. Ut exempli gratia, homo homine major est, magnitudine corporis et robore, animi præsentia, mentis acumine; sed una omnibus est substantiæ ratio, non vero separatim in singulis diversa. Accidentia autem ex passione veluti radice oriuntur : ex passione enim infirmus qui est infirmus, et tardus intellectu timidoque animo. Si ergo una est natura eademque substantiæ ratio iis quæ proprie inter se comparari possunt : quæ vero substantiis accidunt ex passione oriuntur aut ex eo quod non patiuntur : comparatur autem Filius Patri ratione majoris et minoris, ipseque extra omnem passionem est (Deus enim pati non potest), nulla plane ratione superabit Pater Filium, qui ejusdem cum eo essentiæ est, omnisque passionis expers est. **87** Dicitur vero major, ut principium coæterni geniminis.

In illud, « Pater qui misit me, major me est [91]. »

Ex objectione Eunomii.

Atqui Servator ipse non obscure, inquit, aut ambigue, sed apertissime Patrem majorem se vocat, cum dicit : « Pater qui misit me, major me est. » Si autem veritatem verum dicere fatemini, veritas autem Christus, certe majorem se habet Patrem. Quod si ita est, dissimilis etiam illi erit. At si dissimilis, non ergo consubstantialis.

[91] Joan. XIV, 28.

ΑΛΛΟ.

Τὰ τῆς αὐτῆς οὐσίας ὄντα καὶ φύσεως καὶ τὴν πρὸς ἄλληλα σύγκρισιν κυριωτέραν ἐπιδέχεται· τὰ δὲ μὴ οὕτως ἔχοντα, ἑτεροφυῆ δὲ ὄντα, καὶ διὰ τοῦτο τεμνόμενα πρὸς ἀλλοτριότητα, οὐκ ἂν ἀλλήλοις συγκρίνοιτο· ἀπαιδευσία γὰρ τοῦτό γε. Οὐ γὰρ ἄν τις εἴποι νοῦν ἔχων, μείζονα τοῦ ἀνθρώπου τὸν βοῦν, τὴν ἀνθρώπου φύσιν ἐρευνῶν· οὐδ' αὖ πάλιν τὴν τοῦ βοὸς ἐκμαθεῖν βούλοιτο, μείζονα τούτου τὸν ἄνθρωπον λέγοι. Τὰ γὰρ ὁμοφυῆ τε καὶ ὁμοειδῆ, καθάπερ εἴρηται, τὴν πρὸς ἄλληλα σύγκρισιν ἀκόλουθόν τε καὶ πρέπουσαν ἔχει. Εἰ τοίνυν συγκρίνεται, καθ' ὑμᾶς, ὁ Υἱὸς τῷ Πατρὶ κατὰ τὸ μεῖζον καὶ ἔλαττον, ὁμοούσιος ἄρα καὶ οὐκ ἀλλότριος αὐτοῦ ἐστιν. Ὁμοούσιον δὲ ὁμοουσίου οὐκ ἂν γένοιτο μεῖζον καὶ ἔλαττον κατὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον· οὐ γὰρ μείζων ἄνθρωπος ἀνθρώπου, καθὸ ἄνθρωπος. Ἴσος ἄρα τῷ Πατρὶ καὶ ὁ Υἱὸς καὶ ὁμοούσιος· οἰκονομικῶς δὲ εἰρῆσθαι πιστεύομεν ἐπὶ τοῦ Πατρὸς τὸ μεῖζον. Ὅτε γὰρ ἐνανθρωπήσας φαίνεται, τότε καὶ τοῦτό φησιν ὡς ἄνθρωπος.

ΑΛΛΟ.

Ὅσα τὴν πρὸς ἄλληλα σύγκρισιν κυρίως ἐπιδέχεται, ταῦτα πάντως ἐστὶ καὶ ὁμοούσια· ἄνθρωπος γὰρ ἀνθρώπῳ, καὶ ἵππος ἵππῳ συγκρίνεται. Ἡ δὲ ἐν τοῖς ὁμοειδέσι διαφορὰ περὶ τὰ συμβεβηκότα ἐστί· καὶ ταῦτα, ὡς ἐπὶ πλεῖστον, ἐκ πάθους γίνεται, ἢ ἐξ ἑτέρας τινὸς αἰτίας, οὐκ ἐν τῷ λόγῳ τῆς οὐσίας κείμενα, καθ' οὗπερ ἂν κατηγοροῖτό τι τῶν συμβεβηκότων. Οἷον φέρε εἰπεῖν, ἄνθρωπος ἀνθρώπου μείζων, μεγέθει σώματος καὶ ἰσχύϊ, ψυχῆς παραστήματι, διανοίας ὀξύτητι· ἀλλ' εἷς μὲν ἅπασιν ὁ τῆς οὐσίας λόγος, καὶ οὐ μεμερισμένως ἐν ἑκάστῳ διάφορος. Τὰ δὲ συμβεβηκότα ῥίζαν ἔχει τὸ πάθος· ἐκ πάθους γὰρ ἀσθενὴς ὁ ἀσθενής, καὶ ὁ νωθρὸς τὴν διάνοιαν, καὶ ὁ δειλίαν ἔχων ἐν ψυχῇ. Εἰ τοίνυν μία μὲν ἡ φύσις καὶ τῆς οὐσίας ὁ λόγος ὁ αὐτὸς τοῖς τὴν πρὸς ἄλληλα σύγκρισιν κυρίως ἐπιδεχομένοις, τὰ δὲ ὅσα περὶ τὰς οὐσίας εἰσὶν ἐκ πάθους γίνεται ἢ ἐκ τοῦ μὴ παθεῖν, συγκρίνεται δὲ ὁ Υἱὸς πρὸς τὸν Πατέρα κατὰ τὸ μεῖζον καὶ ἔλαττον εἰσφερομένου τοῦ περὶ αὐτὸν λόγου, καὶ ἔστι πάθους ἐκτὸς (ἀπαθὴς γὰρ ὡς Θεός), κατ' οὐδένα τρόπον ὁ Πατὴρ ὑπερέξει τοῦ Υἱοῦ καὶ τὴν αὐτὴν ἔχοντος οὐσίαν καὶ παθεῖν οὐδὲν δυναμένου. Λέγεται δὲ μείζων ὡς ἀρχὴ τοῦ συναϊδίου γεννήματος.

Εἰς τὸ, « Ὁ Πατήρ ὁ πέμψας με μείζων μού ἐστιν. »

Ἀντίθεσις ἐκ τῶν Εὐνομίου.

Αὐτὸς ὁ Σωτὴρ οὐκ ἐπικεκαλυμμένως, τρανότατα δὲ μείζονα ἑαυτοῦ τὸν Πατέρα φησὶ, διὰ τοῦ λέγειν· « Ὁ Πατήρ ὁ πέμψας με μείζων μού ἐστιν. » Εἰ τοίνυν ἀληθεύειν δώσετε τὴν ἀλήθειαν, ἀλήθεια δὲ ὁ Χριστὸς, μείζονα ἔχει τὸν Πατέρα. Καὶ εἰ τοῦτο, πάντως ἔσται καὶ ἀνόμοιος. Ἐπειδὴ δὲ ἀνόμοιος, οὐδὲ ὁμοούσιος.

Digitized by Google

Πρὸς τοῦτο λύσις.

Ἀνακρίνω ὑμᾶς, ὦ χριστομάχοι, καὶ νῦν ἐρέσθαι, πότε πρὸς Υἱοῦ μείζων ὁ Πατὴρ ἢ γέγονεν ἢ εὑρέθη, ἢ ὅπως ἂν βούλοισθε λέγειν. Χρόνον μὲν οὖν ὁριζόντων ὑμῶν οὐκ ἂν τις ἀνάσχοιτο· χρόνων γὰρ ποιητὴς Υἱός, καὶ πρὸ τῶν αἰώνων ἐστὶ, κατὰ τὰς ἀψευδεῖς τῶν ἁγίων φωνάς. Χρόνου δὲ ἀνῃρημένου, πάντως λείπεται λέγειν κατὰ τὴν ὑμῶν πρότασιν ἀεὶ καὶ πάντως τὸν Πατέρα μείζονα τοῦ Υἱοῦ. Ἀλλ', ὦ βέλτιστοι, μικρὸν ἀνανήψαντες ἐκεῖνο καθ' ἑαυτοὺς ἐνθυμήθητε, ὅτι τὸ διαφέρον τινὸς κατὰ τὸ εἶναι μεῖζον ἢ λέγεσθαι, παρακείμενον ἔχει καὶ συνεισφερόμενον ἑαυτῷ τὸ ἔλαττον, οὗ καὶ ἐστὶ μεῖζον. Ὅταν γὰρ τὸ μεῖζον θελήσωμεν μαθεῖν, ἐπὶ τὴν τοῦ ἐλάττονος δραμόντες κατάληψιν, τὴν ἐκείνου βλέπομεν ὑπεροχήν. Εἰ τοίνυν ἀεὶ μείζων ὁ Πατὴρ τοῦ Υἱοῦ, ἦν μὲν αὐτὸς ἀεί· ἦν δὲ σὺν αὐτῷ καὶ ὁ Υἱὸς, οὗ καὶ μείζων εἶναι λέγεται, καθ' ὑμᾶς. Τὸ δὲ ἀεὶ ὄν, τῷ ἀεὶ ὄντι πῶς ἀνόμοιον ἔσται; Μεῖζον δὲ πῶς, συντρεχούσης τῷ γεγεννηκότι τῆς ὑπάρξεως τοῦ γεννήματος, καὶ πάντα ἔχοντος φυσικῶς ὅσα πρόσεστι τῷ Πατρί;

Solutio objectionis.

Interrogandi nobis sunt hostes Christi, quandonam major Filio Pater aut factus sit aut inventus, aut quomodocunque illud dicant. Tempus enim præfinientes vos nemo ferat : conditor enim temporum est Filius, et ante sæcula ipse exsistit, juxta sanctorum qui mentiri non possunt verissimum dictum. Sublato autem tempore, superest, ex vestra ipsorum sententia, semper et sine principio Patrem Filio majorem fuisse. At vos, boni viri, nonnihil ad meliorem mentem redeuntes ita vobiscum cogitate, quod id quod differt ab aliquo ea ratione qua majus est aut dicitur, propinquum sibi habet et collatum sibi minus, quo nimirum majus est. Cum enim id quod majus est cognoscere volumus, ad minoris notitiam confugientes, majoris excellentiam cernimus. Si ergo Pater semper major est Filio, fuit quidem ipse semper : fuit vero etiam cum eo Filius, quo et major esse dicitur, secundum vos. Quod vero semper est, quonam pacto dissimile erit illi quod etiam semper est? Aut quomodo majus, cum ipsa geniti exsistentia cum genitore conveniat omniaque naturaliter in se habeat quæ Patri insunt?

ΑΛΛΟ.

Ἐκ μαθημάτων ἡμῖν τῶν Ἀριστοτέλους ὁρμώμενοι, καὶ τῇ δεινότητι τῆς ἐν κόσμῳ σοφίας ἀποκεχρημένοι, κτύπους ἐγείρουσι ῥημάτων κενῶν, οὐκ εἰδότες ὅτι καὶ πρὸς ταύτην ἀμαθῶς ἔχοντες ἐλεγχθήσονται. Θαυμάσαι γὰρ ὄντως ἀκόλουθον ὅτι δὴ τὸν περὶ τοῦ μείζονος καὶ τοῦ ἐλάττονος ἐξετάζοντες λόγον, εἰς τὸν περὶ τοῦ ὁμοίου καὶ ἀνομοίου μεταπεπτώκασιν, οὐκ εἰδότες ὅτι, κατὰ τὴν Ἀριστοτέλους τέχνην ἐφ' ᾗ μάλιστα μεγαλοφρονεῖν εἰώθασιν αὐτοὶ, οὐκ εἰς ταὐτὸν κατατάττεται γένος τό τε ὅμοιον καὶ τὸ ἀνόμοιον, ὡς καὶ τὸ μεῖζον καὶ τὸ ἔλαττον. Τὸ μὲν γὰρ μεῖζον καὶ τὸ ἔλαττον, τῶν πρός τι ἐχόντων παρ' ἐκείνοις λέγεται. Τὸ δὲ ὅμοιον ἢ καὶ τὸ ἀνόμοιον ἴδιός ἐστι κατηγορίας ἤτοι διαιρέσεως. Πόθεν τοίνυν ὑμῖν ἀπὸ τοῦ μείζονος ἐπὶ τὸ ὅμοιον ἡ μετάβασις; καὶ ἐξ ἐλάττονος ἤτοι τοῦ μείζονος τὴν πρότασιν ἐξαγαγόντες, ἑτερογενὲς εἰσφέρετε τὸ συμπέρασμα, λέγοντες· Εἰ ἐλάττων ἐστὶν ὁ Υἱὸς τοῦ Πατρὸς, ἀνόμοιος ἄρα· ἐχρῆν γὰρ μᾶλλον εἰπεῖν, οὐκ ἴσος ἄρα, ἢ οὐ τοσοῦτος ἄρα, ἵνα μὴ πάλιν ἀμαθεῖς ὄντες ἐξελεγχθήσησθε τῷ τε μείζονι καὶ τῷ ἐλάττονι τὸ ποσὸν ἐπιφέροντες. Οὐ γὰρ τὰ πρός τί πως ἔχοντα, ἀλλὰ τὸ μεῖζον ἢ ἔλαττον ὑποκεῖσθαι τῷ ποσῷ νενομοθέτηκεν ἡ Ἀριστοτέλους τέχνη. Εἴδη δὲ αὐτῷ τίθησιν ἑπτὰ, ἀριθμὸν, καὶ λόγον, καὶ γραμμὴν, καὶ ἐπιφάνειαν, καὶ σῶμα, καὶ χρόνον, καὶ τόπον. Μόνων τοιγαροῦν τῶν εἰρημένων δέχεσθαι τὸ ποσὸν πεφυκότων, πόθεν ὑμεῖς, ὦ οὗτοι, τῷ μείζονι καὶ τῷ ἐλάττονι τὸ ποσὸν ἐπιφέρετε, ἑτέρῳ γένει ταῦτα τοῦ Ἀριστοτέλους ἀνατεθεικότος; Ἐπειδὴ τοίνυν τὸν περὶ τοῦ μείζονος καὶ τοῦ ἐλάττονος ἐξετάζοντες λόγον, ἀπαιδεύτως ἐπὶ τὴν τοῦ ὁμοίου καὶ ἀνομοίου παράθεσιν ἐξεκλίνατε, λέγοντες· Εἰ ἐλάττων ἐστὶν ὁ Υἱὸς τοῦ Πατρὸς, ἀνόμοιος ἄρα· χαλεπωτέρῳ δὲ πάλιν ἀπαιδευσίᾳ

ALIUD.

Ex Aristotelica disciplina nobis insultantes, et mundanæ sapientiæ fastu turgidi, inanes verborum crepitus excitant, parum sibi persuadentes se Aristotelicæ disciplinæ ignaros ostendi posse. Mirandum enim est quod, cum rationem majoris et minoris excutiant, ad sermonem de simili et dissimili prolabantur, nescientes, juxta Aristotelis placita quo ipsi plurimum sese jactitant, simile **88** et dissimile non in eodem genere collocari, in quo majus et minus. Si quidem majus et minus relativa sive ad aliquid ab iis dicuntur. Simile vero et dissimile alterius ordinis sive prædicamenti sunt. Unde igitur vos ita a majore ad simile transilitis? et ex majore, sive minore propositionem deducentes, diversi generis conclusionem infertis, dicentes : Si minor est Filius Patre, dissimilis igitur; cum potius ita dicendum fuerit : Non ergo æqualis, aut non tantus, ne imperitiam vestram prodere tis, ex majore et minore quantitatem inferentes. Neque enim quæ ad aliquid sunt, sed majus et minus, quantitati subjecta esse Aristotelica disciplina tradit. Species autem illi constituit septem : numerum, orationem, lineam, superficiem, corpus, tempus et locum. Cum enim hæc solummodo quantum recipiant, undenam vos majori et minori quantum tribuitis, cum Aristoteles illa sub alio genere collocet? Cum igitur vos majoris et minoris rationem investigantes, imperite ad similis et dissimilis comparationem devolvimini, dicentes : Si Filius minor est Patre, ergo etiam dissimilis; gravius statim erratis, majus et minus ad quantitatem referentes, cum dicitis : Si Filius est minor Patre, ergo non æqualis, neque tantus. Cum vero mens vobis nulla ex parte sana sit, inanis etiam ac vana est vestra propositio.

Digitized by Google

ἐγκλήματι περιπίπτετε κατὰ τοῦ μείζονος καὶ τοῦ ἐλάττονος τὸ ποσὸν τιθέντες, ὅταν λέγητε· Εἰ ἐλάττων ἐστὶν ὁ Υἱὸς τοῦ Πατρὸς, οὐκ ἴσος ἄρα, οὐδὲ τοσοῦτος. Οὐδαμόθεν δ' ὑμῖν ὑγιαίνοντος τοῦ λόγου, ματαία πάντως ἐστὶ καὶ [κούφη] ἡ πρόταασις.

ALIUD

Docens quod, proposito majore et minore, imperite admodum inæqualitas inferatur, cum juxta Aristotelis disciplinam alterius sit generis.

Nomina quæ ad aliquid sunt, atque ita ab illis vocantur, cum Aristoteles hujusce artis inventor explicat, ita definit: Ad aliquid, inquit, vocantur quæ id ipsum quod sunt, aliorum esse dicuntur, aut quomodolibet aliter ad aliud: ut majus, id ipsum quod est respectu alterius esse dicitur. Et duplum, idipsum quod est, alterius est: alicujus enim duplum dicitur. Cum igitur hæc sit eorum **89** quæ ad aliquid sunt definitio, dicant nobis isti, qui nihil quam Aristotelem crepant, et illius potius disciplina quam sacrarum Scripturarum cognitione sese jactitant, an simile id ipsum quod est alterius sit, quemadmodum majus et duplum. Opponitur enim simili dissimile, sicut majori, minus; sed non eodem modo atque ratione. Majus enim dicitur ut minore majus. Simile autem nunquam dissimili majus dicitur, neque quemadmodum majus, qui oppositum suum superat, est id quod esse dicitur; ita simile, quia majus est dissimili, hoc quod est esse censebitur. Diversi igitur generis prorsus ut sint necesse est, quæ eamdem divisionem definitionemque non suscipiunt.

ALIUD.

Nomina quæ ad aliquid sunt, aut quacunque ratione respectu alterius dicuntur, simul et intellectu et natura sunt, ut exempli gratia, duplum et magnum. Duplum enim omnino secum inducit id cujus est duplum, et magnum secum etiam affert parvum, cujus comparatione est magnum. Neque enim erit duplum non exsistente medio: neque magnum, nisi statuatur aliquod parvum. Hæc est igitur eorum quæ ad aliquid sunt definitio; simile vero non necessario una cum dissimili intelligitur, quemadmodum illa, sicut neque justum cum injusto, neque virtus cum vitio. Nam ejusmodi privationes potius sunt, et eorum quæ in habitu consistunt mutationes, neque quemadmodum ea quæ ad aliquid sunt, simul cum suis oppositis intelliguntur. Similis enim mutatio quædam est dissimile, justitiæ vero injustitia. Cum vero, juxta illorum disciplinam, privationes habitibus sint posteriores, non erit itaque dissimile ex iis quæ una intelliguntur, cum potius sit privatio et mutatio simillis.

ALIUD.

Nominum quæ ad aliquid sunt, alterum quodammodo in altero esse suum habet, et sublato uno alterum etiam interit. Quemadmodum igitur sublato majore, tollitur etiam minus; neque enim minus aliquid fuerit, nisi exsistat majus, cujus respectu minus est. Si ergo simile ejusdem generis esse cum

A

ΑΛΛΟ.

Διδάσκον ὅτι, προκειμένου τοῦ μείζονος καὶ τοῦ ἐλάττονος, ἀπαιδεύτως τὸ ἀνόμοιον εἰσφέρεται, ἑτερογενὲς ὂν κατὰ τὴν Ἀριστοτέλους τέχνην.

Τὰ πρός τι ἔχοντα τῶν ὀνομάτων οὕτω τε παρ' ἐκείνοις καλούμενα, φανερὰ καθιστῶν ὁ τῆς τοιαύτης τέχνης εὑρετὴς Ἀριστοτέλης, τοιοῦτον ἐκφέρει τὸν ὅρον· Πρός τι δὲ τὰ τοιαῦτα λέγεται, ὅσα αὐτὰ ἅπερ ἐστὶν, ἑτέρων εἶναι λέγεται ἢ ὁπωσοῦν ἄλλως πρὸς ἕτερον· οἷον τὸ μεῖζον τοῦθ' ὅπερ ἐστὶν ἑτέρου λέγεται. Καὶ τὸ διπλάσιον ἑτέρου λέγεται τοῦθ' ὅπερ ἐστί· τινὸς γὰρ διπλάσιον λέγεται. Τοῦτον τοιγαροῦν ἐχόντων τῶν πρός τι τὸν ὅρον, δεικνύτωσαν ἡμῖν οἱ τὴν Ἀριστοτέλους ἐρευγόμενοι τέχνην, καὶ τοῖς ἐκεῖθεν μαθήμασιν, οὐ τοῖς ἀπὸ τῆς θείας Γραφῆς ἑαυτοὺς ἀποσεμνύνοντες, εἰ καὶ τὸ ὅμοιον τοῦθ' ὅπερ ἐστὶν ἑτέρου λέγεται, καθάπερ καὶ τὸ μεῖζον καὶ τὸ διπλάσιον. Ἀντίκειται μὲν γὰρ τῷ ὁμοίῳ τὸ ἀνόμοιον, ὥσπερ καὶ τῷ μείζονι τὸ ἔλαττον, ἀλλ' οὐχ οὕτως οὐδὲ ὡσαύτως. Τὸ μὲν γὰρ μεῖζον ὡς ἐλάττονος μεῖζον λέγεται. Τὸ δὲ ὅμοιον οὐκ ἂν ὡς ἀνομοίου μεῖζον λεχθείη ποτὲ, οὐδὲ ὥσπερ τὸ μεῖζον διὰ τὸ ὑπερέχειν τοῦ ἀντικειμένου τοῦτό ἐστιν ὅπερ εἶναι λέγεται· οὕτω καὶ τὸ ὅμοιον διὰ τὸ μεῖζον εἶναι τοῦ ἀνομοίου νοηθήσεται τοῦτο. Οὐκοῦν ἑτερογενῆ πάντως ἔσται τὰ τὴν αὐτὴν διαίρεσίν τε καὶ ὅρον οὐκ ἐπιδεχόμενα.

ΑΛΛΟ.

Τὰ πρός τι ἔχοντα τῶν ὀνομάτων, ἢ καὶ ὅπως δή ποτ' οὖν πρὸς ἕτερόν τι λεγόμενα, ἅμα ἐστὶ καὶ τῇ νοήσει καὶ τῇ φύσει· οἷον φέρε εἰπεῖν, τὸ διπλάσιον καὶ τὸ μέγα. Τὸ μὲν γὰρ διπλάσιον, συνεισφέρει τι πάντως ἑαυτῷ οὗ καὶ ἐστὶ διπλάσιον, καὶ τὸ μέγα συνεισοίσει πάντως ἑαυτῷ τὸ μικρὸν πρὸς ὃ καὶ λέγεται μέγα. Οὐ γὰρ ἂν εἴη διπλάσιον, ἡμίσεος οὐκ ὄντος, ἀλλ' οὐδὲ μέγα, μικροῦ μὴ νοουμένου τινός. Τὰ μὲν οὖν πρός τι τοῦτον ἔχει τὸν ὅρον· τὸ δέ γε ὅμοιον οὐκ ἐξ ἀνάγκης ἅμα τῷ ἀνομοίῳ νοεῖται, καθάπερ κἀκεῖνα· ὥσπερ οὐδὲ τὸ δίκαιον ἅμα τῷ ἀδίκῳ, οὐδὲ ἡ ἀρετὴ ἅμα τῇ κακίᾳ. Τὰ μὲν γὰρ τοιαῦτα στερήσεις μᾶλλόν εἰσι καὶ ἐκτροπαὶ τῶν ἐν ἕξει κειμένων, οὐ συνεισφέρεσθαι πάντως ὀφείλοντα, καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν πρός τι τὰ ἀντικείμενα. Τοῦ μὲν γὰρ ὁμοίου ἐκτροπή τίς ἐστι τὸ ἀνόμοιον, τῆς δὲ δικαιοσύνης ἡ ἀδικία. Ἐπειδὴ δὲ, κατὰ τὴν ἐκείνων τέχνην, αἱ στερήσεις τῶν ἕξεων δεύτεραι, οὐκ ἂν εἴη τῶν ἅμα νοουμένων τὸ ἀνόμοιον, στέρησις καὶ ἐκτροπὴ τοῦ ὁμοίου τυγχάνον.

ΑΛΛΟ.

Τὰ πρός τι ἔχοντα τῶν ὀνομάτων οἷον ἐν ἀλλήλοις ἔχει τὸ εἶναι, καὶ ἑνὸς ἀναιρεθέντος οὐκ ἔστι τὸ δεύτερον. Ὥσπερ οὖν καὶ ἀναιρεθέντος τοῦ μείζονος, συναναιρεῖται πάντως τὸ ἔλαττον· οὐ γὰρ ἂν ἔλαττον εἴη τι, μὴ ὄντος μείζονος, οὗ καὶ ἔστιν ἔλαττον. Εἰ τοίνυν ὁμογενὲς εἶναί φατε τοῖς πρός τι καὶ τὸ ὅμοιον,

Digitized by Google

ἀναιρεθὲν αὐτὸν, συναναιρείτω τὸ ἀνόμοιον, καὶ συναναιρείσθω πάλιν ἐκείνῳ. Ἀλλ' οὐ συναναιρεῖται, οὐδὲ μὴν ἀναιρεῖ· ὄντος γάρ τινος ἀνθρώπου, τυχὸν ἔσται τι τὸ ἀνόμοιον αὐτῷ· καὶ ἀναιρεθέντος τοῦ ἀνομοίου, οὐ συναναιρεῖται τὸ ὄν, τουτέστιν ὁ ἄνθρωπος, οὗ καὶ γέγονεν ἀνόμοιον τὸ ἀναιρεθέν. Οὐκ ἄρα τῶν πρὸς ἄλληλα λεγομένων τὸ ὅμοιον καὶ τὸ ἀνόμοιον.

A nominibus quæ ad aliquid sunt censetis, sublato simili, interit etiam et dissimile, simulque pereant necesse est. **90** Sed neque interimitur, neque interimit : cum enim aliquid sit homo, erit etiam aliquid ei dissimile, et sublato dissimili, non perit simul id quod erat, hoc est homo, cui dissimile erat quod periit. Simile igitur et dissimile non sunt ad aliquid.

ΑΛΛΟ.

Ἐπὶ τοῦ ὁμοίου καὶ τῆς ἀρετῆς καὶ τῶν ἀντικειμένων τούτοις χωρήσει τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον. Ἔστι γὰρ εἰπεῖν οὐ ψευδόμενον τόνδε τινὰ τυχὸν ὅμοιον τῷδε, καὶ ἧττον ἢ μᾶλλον ὅμοιον, καὶ μᾶλλον δίκαιον, καὶ δίκαιον ἧττον. Ἐπὶ μέν τοι τοῦ μείζονος ἢ καὶ τοῦ ἐλάττονος, διπλασίονός τε καὶ ἡμίσεος, οὐκ ἂν εἴποι τις, μᾶλλον μεῖζον ἢ μᾶλλον ἔλαττον, ἢ μᾶλλον διπλάσιον ἢ μᾶλλον ἥμισυ. Ἀνεπίδεκτα γὰρ τοῦ ποσοῦ τὰ τῆς ποιότητος εἴδη διὰ πολλῶν ἀποδέδεικται. Εἰ τοίνυν τὸ ὅμοιον τοῦ ποσοῦ χωρητικόν ἐστι, καὶ δέχεται τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἔλαττον, οὐ δεχομένων αὐτὸ τοῦ ἡμίσεως καὶ διπλασίου, οὐχ ὁμογενὲς ἄρα τοῖς πρός τί ἐστιν.

ALIUD.

De simili et virtute atque horum oppositis dicitur magis et minus. Vere enim dici potest, hunc illi similem esse, et minus aut magis similem, et magis aut minus justum. Et de magis duplo et medio dici non potest magis majus, vel magis minus, aut magis duplum, vel magis medium. Qualitatis enim B species incapaces esse quantitatis ex multis demonstratum est. Si ergo simile quantitatis capax est, recipitque magis et minus, dimidium vero et duplum id non recipiunt ; non ergo ejusdem generis erit cum iis quæ sunt ad aliquid.

ΑΛΛΟ.

Τὸ μᾶλλον ἤτοι τὸ μεῖζον ἐπίτασίς ἐστι καὶ ὑπερβολή τινος πράγματος οἱουδηποτοῦν, οὐκ ἀνομοίου τινὸς καὶ ἀντικειμένου δήλωσιν ἔχει. Τὸ δὲ ὅμοιον οὐχ οὕτως. Εἰσφέρει γὰρ τοῦ ἀνομοίου τὴν ἔμφασιν. Ἄλλως τε τῷ μὲν ἀνομοίῳ στέρησις ἀκολουθεῖ. Ἀποβολὴ γὰρ τοῦ ὁμοίου τὸ ἀνόμοιον ἐργάζεται. Τὸ δὲ μᾶλλον καὶ μεῖζον ἐπίτασίς τινος ὄντα, ποίαν ἕξει τὴν ἀποβολήν, ἢ πῶς ἐπ' αὐτοῦ στέρησις ἔσται, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τοῦ ἀνομοίου ; Ἀλλ' οὐκ ἂν ἔχοι τις εἰπεῖν. Ἑτερογενὲς ἄρα τῷ ὁμοίῳ τὸ μεῖζον.

ALIUD.

Magis sive majus intentionem atque excellentiam alicujus rei significat, non autem dissimile aliquid et oppositum indicat. Simile vero non item : demonstrat enim id quod dissimile est. Amissio enim similis, dissimile efficit : adde quod dissimile sequitur privatio. Magis vero et minus cum sint intensio C alicujus rei, quænam in his amissio, aut privatio statui potest, ut in dissimili? Nulla certe. Diversi igitur generis sunt simile et majus.

ΑΛΛΟ, *ἀπόδειξιν ἔχον ὅτι διὰ τοῦ λέγεσθαι μείζονα τὸν Πατέρα, συνεισφέρεται μὲν πάντως ὁ Υἱὸς, ἔστι δὲ οὐκ ἐλάττων αὐτοῦ.*

ALIUD, *demonstrans per id quod dicitur Pater major, simul etiam inferre Filium, minor autem ipso non est.*

Τὸ μεῖζον εἴ τις ὀνομάσαι, συνεισοίσει πάντως καὶ ἀναγκαίως ἕτερόν τι παρ' αὐτὸ οὗ καὶ ἔστι μεῖζον. Οὕτω τοιγαροῦν ἔχοντος τοῦ νοήματος, φέρε κατ' αὐτὸ τὴν θείαν ἐξετάσωμεν γέννησιν, καὶ τὸν περὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ γυμνάσωμεν λόγον. Ὅταν τοίνυν λέγηται μείζων ὁ Πατήρ, συνεισφέρει μὲν πάντως τὸ ἐν σχέσει τῇ πρὸς αὐτὸν, τὴν Υἱοῦ σημασίαν φημὶ, καθ' ἣς τὸ ἔλαττον νοοῦσιν οἱ χριστομάχοι. Συνεισενεχθέντος τοιγαροῦν ἀναγκαίως τῷ Πατρὶ τοῦ Υἱοῦ, φέρε δοκιμάζωμεν πῶς ἕξει τὸ μεῖζον ὁ Πατήρ. Εἰ γὰρ φύσει Θεὸς ὁ Υἱὸς, καθάπερ καὶ ὁ Πατήρ, φύσει ἀγαθὸς, φύσει δημιουργὸς, φύσει βασιλεὺς, ποῖον ἔσται τὸ μεῖζον ἐν Πατρὶ, ἔχοντος αὐτὰ τελείως καὶ τοῦ Υἱοῦ ; Εἰ δὲ μὴ ἔχει τελείως, πῶς Θεός ἐστι τὸ ᾧ τι τῶν ἀγαθῶν ἐνδεές ; Τὸ γὰρ οὕπω τῆς ὀφειλούσης προσείναι Θεῷ τελειότητος ἐπειλημμένον, οὐκ ἂν εἴη φύσει Θεός· φύσει δὲ Θεὸς ὁ Υἱός· τέλειος ἄρα καθάπερ καὶ ὁ Πατήρ. Ἐπειδὴ δὲ τέλειος ὁ Πατήρ, οὐκ ἐλάττων δηλαδή. Οἰκονομικῶς δέ φησιν ἑαυτοῦ μείζονα τὸν Πατέρα, ἢ καθὸ γέγονεν ἄνθρωπος, παραχωρῶν τῇ τῆς θεότητος φύσει τὸ ὑπερέχειν τῶν γενητῶν· καὶ τῷ κατὰ φύσιν Κυρίῳ τὸ ἄνω κεῖσθαι διδοὺς τῆς

Si quis nominet majus, necessario etiam inferet aliud quidpiam præter id cujus respectu majus est. Quod cum ita omnino se habeat, age hac etiam ratione divinam generationem exploremus, et sermonem de Patre et Filio investigemus. Cum igitur dicitur major Pater, infertur omnino etiam id quod relationem ad ipsum habet, nimirum significatio D Filii, in qua minus constituunt hostes Christi. Quandoquidem ergo necessario una cum Patre infertur Filius, age, examinemus quo pacto Pater major sit. Si enim Filius est natura Deus, quemadmodum et Pater est natura bonus, natura creator, natura rex, qualenam erit majus in Patre, **91** cum et Filius ea perfecte habeat? Si vero perfecte non habet, quo pacto dici potest Deus is cui aliquod bonorum deest? Id enim quod eam quæ inesse Deo debet perfectionem non habet, Deus natura esse non potest ; atqui Filius est Deus natura : perfectus igitur quemadmodum et Pater. Cum vero perfectus sit Pater, certe minor non est. Cæterum respectu incarnationis majorem dicit Patrem, sive quatenus factus est homo; tribuens hoc naturæ divinitatis ut creaturis ante-

Digitized by Google

cellat; et Domino secundum naturam hoc ascribens quod servili forma longe superior est, tametsi etiam ipse secundum naturam Dominus sit; atque ita quidem tribuens Patri, ut major sit, ut tamen ipse nihil minus habeat ratione essentiæ. Ita enim erit verum genimen atque imago Genitoris, non aliqua ex parte expressa, sed omnimodam similitudinem cum ipso habens; solius vero decori causa ut Filius majorem honorem Patri tribuit.

A τοῦ δούλου μορφῆς, εἰ καὶ ὅτι μάλιστα καὶ αὐτὸς κατὰ φύσιν Κύριος, ἢ τὸ μεῖζον παραχωρῶν ὡς Πατρὶ, οὐδὲν μὲν ἧττον ἔχων αὐτοῦ κατὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον. Οὕτω γὰρ ἂν εἴη καὶ γνήσιον γέννημα καὶ εἰκὼν ὄντως τοῦ γεγεννηκότος, οὐ κατά τι παρακεχαραγμένη, ἀλλ' ὁλόκληρον πρὸς αὐτὸν σώζουσα τὴν ἐμφέρειαν· διὰ δὲ μόνον τὸ πρέπον ὡς Υἱὸς τῷ Πατρὶ τιμὴν ἀπονέμων τὴν μείζονα.

Adversus dicentes, quod Pater sit major Filio.

Objectio hæreticorum.

Pater, inquiunt, semper erat, Filius vero non semper: quo pacto igitur non erit major qui semper exsistit eo qui non semper? Aut quo pacto non B sit minor eo qui ab æterno exsistit is qui æternus non est? Si vero major est Pater Filio, diversæ etiam essentiæ ab ipso erit.

Πρὸς τοὺς λέγοντας, ὅτι μείζων ὁ Πατὴρ τοῦ Υἱοῦ.

Ἀντίθεσις ὡς ἐκ τῶν αἱρετικῶν.

Ὁ Πατὴρ, φησὶν, ἦν ἀεὶ, οὐκ ἀεὶ δὲ ὁ Υἱός· πῶς οὖν οὐκ ἔσται μείζων ὁ ἀεὶ ὑπάρχων τοῦ μὴ οὕτως ὄντος; Πῶς δὲ οὐκ ἐλάττων τοῦ ἀϊδίως ὑπάρχοντος ὁ μὴ ἀΐδιος ὤν; Εἰ δὲ μείζων ὁ Πατὴρ τοῦ Υἱοῦ, καὶ ἑτερούσιος ἄρα πρὸς αὐτόν.

Solutio objectionis.

Oportebat sane non ita inepte atque ruditer proponi gravem hanc, et imperitiæ vestræ convenientem quæstionem. Nam cum diversitatem essentiæ in Patre et Filio urgetis, imperite admodum ex majore et minore id probare studetis: proinde ac si ea quæ horum capacia sunt, necessario inter se substantia differant. Atqui lapidis quidem ad lapidem, ligni ad lignum, hominis ad hominem, substantiæ ratio est eadem. Accidit tamen ipsis et majus et minus. Lignum enim ligno majus secundum aliquid, et vicissim minus apparet. Cum igitur etiam iis quæ ejusdem substantiæ sunt majus et minus accidat, inepte vos ex hoc diversitatem essentiæ in Patre et Filio demonstrare nitimini, vestramque dementiam nihilominus per hæc declaratis. Æqualis enim Patri exsistens Filius, minorem se facit ratione incarnationis, ut diximus.

Πρὸς ταῦτα λύσις.

Ἐχρῆν, ὦ βέλτιστοι, μὴ λίαν οὕτω κακῶς μηδὲ ἀτέχνως προκεῖσθαι τὸ σοφὸν δὴ τοῦτο τῆς ὑμῖν πρεπούσης ἀμαθίας πρόβλημα. Εἰσφέροντες γὰρ ἡμῖν ἐπί τε Πατρὸς καὶ Υἱοῦ τὸ ἑτερούσιον, ἀπὸ τοῦ μείζονος καὶ τοῦ ἐλάττονος τὴν ἀπόδειξιν ἀμαθῶς ποιεῖσθαι σπουδάζετε, ὥσπερ ἀναγκαίως ἐχόντων πρὸς ἄλληλα τὴν ἑτερουσιότητα, τῶν ὅσα τούτων πέφυκεν εἶναι δεκτικά. Καίτοι ξύλῳ μὲν παντὶ πρὸς ξύλον, καὶ λίθῳ πρὸς λίθον, καὶ ἀνθρώπῳ πρὸς ἄνθρωπον, τῆς μὲν οὐσίας ὁ λόγος ὁ αὐτός. Πρόσεστι δὲ ὅμως καὶ τὸ μεῖζον καὶ τὸ ἔλαττον· ξύλον γὰρ ξύλου μεῖζον κατά τι, καὶ πάλιν ὁμοίως ἔλαττον φαίνεται. Ἐμβαίνοντος τοίνυν καὶ ἐπὶ τῶν ὁμοουσίων τοῦ τε μείζονος καὶ τοῦ ἐλάττονος, περιττῶς ὑμεῖς ἐπὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ταύτην ἀπόδειξιν ποιεῖσθε τοῦ ἑτεροουσίου· καὶ διὰ τούτων δὲ οὐδὲν ἧττον ληροῦντες εὑρίσκεσθε. Ἴσος γὰρ ὑπάρχων ὁ Υἱὸς τῷ Πατρὶ, τὸ ἔλαττον ἐφ' ἑαυτοῦ τίθησιν οἰκονομικῶς, ὡς δέδεικται.

92 ALIUD.

Quæ naturali inter se similitudine non conjunguntur, et ratione essentiæ differunt, per simile et dissimile, non vero per majus et minus discernuntur. Si ergo unum est Pater et Filius ratione naturæ, D dicant nobis acerbi isti disceptatores, quomodo majus et minus eis competere poterit? Si vero alterius plane diversæque a Patre essentiæ Filium esse dicitis, quo pacto ea quæ plane essentiæ ratione inter se dissident, comparari inter se poterunt? Neque enim non ridiculus esse possit, qui quæ nulla ex parte conveniant inter se compararit, quique solem ligno splendidiorem dicere voluerit. Si ergo quæ diversi generis sunt, a mutua inter se comparatione abhorrent: inepta certe est propositio, quæ majus et minus Patri et Filio accommodat, si modo non ejusdem, juxta vestram opinionem, sunt essentiæ, et quæ eam essentiæ diversitatem demonstrat, quam nescio unde excogitarint de natura omnium suprema,

ΑΛΛΟ.

Τὰ τῆς πρὸς ἄλληλα φυσικῆς ὁμοιότητος ἐστερημένα, καὶ κατὰ τὸν τοῦ πως εἶναι λόγον διεστηκότα, τῷ ὁμοίῳ καὶ τῷ ἀνομοίῳ κρίνεται μᾶλλον, καὶ οὐδέ που τῷ τε μείζονι καὶ τῷ ἐλάττονι. Εἰ μὲν οὖν ἕν ἐστιν ὁ Πατὴρ ὡς πρὸς τὸν Υἱὸν κατὰ τὸν τῆς φύσεως λόγον, λεγέτωσαν ἡμῖν οἱ πικροὶ συζητηταὶ, κατά τίνα τρόπον χωρήσει ἐπ' αὐτῶν τὸ μεῖζον καὶ τὸ ἔλαττον; Εἰ δὲ πάντη διεστηκὼς καὶ κεχωρισμένος τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας ὁ Υἱὸς εἰσφέρεται, ἑτέρας τε φύσεως ὑπείληπται παρ' ὑμῖν, πῶς τὰ πάντη διεστηκότα κατὰ τὸν τοῦ πως εἶναι λόγον τὴν πρὸς ἄλληλα σύγκρισιν ἐπιδέξεται; Οὐ γὰρ δή τις ἔξω γελοιότητος κείσεται τὰ κατὰ μηδὲν ἀλλήλοις κοινωνοῦντα συγκρίνων, καὶ ἥλιον ξύλου λέγων εἶναι λαμπρότερον. Εἰ τοίνυν τὰ ἑτερογενῆ καὶ τὴν πρὸς ἄλληλα σύγκρισιν παραιτούμενα φαίνεται, ἀπαίδευτος ἡ πρότασις τὸ μεῖζον καὶ τὸ ἔλαττον ἐπὶ Υἱοῦ καὶ Πατρὸς εἰσφέρουσα, εἴπερ εἰσὶν οὐ τῆς αὐτῆς οὐσίας, καθ' ὑμᾶς,

Digitized by Google

καὶ ταύτην ἀπόδειξιν ποιουμένη τῆς ἑτεροουσιότητος, ἣν οὐκ οἶδα πόθεν ἐπινοοῦσιν ἐπὶ τῆς τὰ πάντα ὑπερκειμένης οὐσίας, καὶ τὸ ἔλαττον οὐδαμόθεν χωρεῖν δυναμένης· ἀπαιτούσης δὲ μᾶλλον τὴν αὐτῇ πρέπουσαν τελειότητα, ἐπείπερ οὐδὲν ἔλαττον οὐδὲ ἀτελὲς ἐν τῷ κατὰ φύσιν Θεῷ, ὅπερ ἐστὶν ὁ Υἱός.

et in quam minus nulla ratione cadere potest, sed quæ potius perfectionem sibi convenientem requirit, siquidem nihil minus aut imperfectum est in eo qui naturaliter Deus est, hoc est in Filio.

ΑΛΛΟ.

Μείζονά φασιν οἱ χριστομάχοι τοῦ Υἱοῦ τὸν Πατέρα δυσφημοῦντες ἀφυλάκτως, καὶ μὴ νοοῦντες, καθὰ γέγραπται, μήτε ἃ λέγουσι, μήτε περὶ τίνων διαβεβαιοῦνται. Διὸ δὴ πάλιν ταῖς ἐκείνων μανίαις τὸν ὀρθὸν ἀντιστρατεύοντες λόγον, ἐρωτήσομεν αὐτούς· Λέγετε πάλιν ἡμῖν, ὦ οὗτοι, πότερόν ποτε, καθάπερ ὑμεῖς φατε, μείζων ἦν ἀεὶ ὁ Πατὴρ τοῦ Υἱοῦ, ἢ γέγονεν ὕστερον; Εἰ μὲν οὖν κατά τινα χρόνον μείζων ἐφαίνετο τοῦ Υἱοῦ, προσγέγονέ τι τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ· καὶ ὃ μὴ πρότερον ὑπῆρχεν αὐτῷ, νῦν ἔχων φαίνεται· πῶς οὖν τέλειος ἦν ὁ τούτου λειπόμενος ἐξ ἀρχῆς; Ἀλλ' ἦν ἀεὶ τέλειος, οὐκ ἄρα ἐλείπετο τοῦ μείζονος· ἦν δὲ ἀεὶ τοῦτο, καθ' ὑμᾶς. Ἀλλ', ὦ βέλτιστοι, συνορᾶτε δή που καὶ ὑμεῖς ὅτι διὰ τὸ ἔλαττον καὶ τὸ μεῖζον ὑμῖν εὐλόγως κινδυνεύσει, καὶ δειχθήσεται λοιπὸν ἕωλος ὑμῶν ἡ πρότασις. Τὸ γὰρ μεῖζόν τινος λεγόμενον, οὐκ ἂν εἴη μεῖζον, μὴ ἑτέρου τινὸς πάντως παρακειμένου καὶ ἐλάττονος, πρὸς ὃ δὴ καὶ μετρούμενον, μεῖζον ὡς πρὸς αὐτὸ φαίνεται. Εἰ τοίνυν ἀεὶ μείζων ἦν ὁ Πατὴρ τοῦ Υἱοῦ, ἀνάγκη πᾶσα τὸν Υἱὸν συνεισφέρεσθαι τῷ Πατρὶ, πρὸς ὃν ὡς, καθ' ὑμᾶς, ἐλάττονα ὄντα συγκρινόμενος, μείζων ἐφαίνετο. Εἰ τοίνυν, κατὰ τὴν ὑμετέραν πρότασιν, διὰ τοῦτο μείζων ἐστὶν ὁ Πατὴρ τοῦ Υἱοῦ, ἐπειδήπερ αὐτὸς ἀϊδίως μὲν ἦν, ὁ δὲ Υἱὸς οὐχ οὕτως, ἐπειδὴ δέδεικται συνὼν ἀεὶ καὶ συνυπάρχων τῷ Πατρὶ, οὐκ ἔσται κατά τι γοῦν ἐλάττων, ἢ ἑτεροούσιος αὐτοῦ. ὯΙ γὰρ λόγῳ μὴ συνὼν ἀπελείπετο τῆς ἰσότητος, τῷ αὐτῷ πάλιν καὶ ἐξ ἀντιστροφῆς λόγῳ, ἐπειδὴ συνυπάρχει, κατ' οὐδένα τρόπον ἀπολειφθήσεται. Ἐπὶ δὲ τῶν ἀλλήλοις κατὰ πάντα προσεοικότων φυσικῶς, καὶ μεγέθει μὴ μετρουμένων, ποῦ χωρήσει τὸ μεῖζον καὶ τὸ ἔλαττον;

ALIUD.

Hostes Christi majorem Patre Filium esse dicunt graviter blasphemantes, et non intelligentes, ut scriptum est [92], neque ea quæ dicunt, neque quæ asseverant. Quocirca rursus illorum insaniæ veritatem opponentes, eos interrogabimus. Dicite nobis, boni viri, Fuitne semper major, ut vos loquimini, Filio Pater, an postmodo id factus est? Nam si tempore aliquo major Filio effectus est, accessit igitur aliquid Deo ac Patri : et quod antea ei non inerat, nunc habere cernitur; quomodo igitur perfectus erat, cui id ab initio deerat? Atqui semper erat perfectus : non igitur caruit majore : semper enim id erat juxta vos. Cæterum videtis etiam vos per minus et majus periclitari, vanamque deprehendi vestram propositionem. Quod enim majus aliquo dicitur, non sit majus, nisi aliud quidpiam quod minus sit apponatur, ad quod collatum majus eo appareat. Si ergo Pater semper fuit major Filio, necessarium **93** omnino est ut una cum Patre inferatur Filius, ad quem, secundum vestram opinionem, comparatus, major apparuit. Si ergo, ut vos opinamini, ideo Pater est major Filio, quia ille ab æterno erat, hic vero non item, cum jam ostensum sit eum semper cum Patre exsistere : non erit certe secundum aliquid minor, aut diversæ ab eo essentiæ. Eadem enim ratione qua probatur, si una cum Patre non exsistit, ab æqualitate deficere : eadem etiam ex adverso, quia una cum Patre exsistit, nullo plane modo ab eo dispar erit. In iis vero quæ per omnia inter se naturaliter similia sunt, et magnitudine non mensurantur, quem locum habebit majus et minus?

ΑΛΛΟ.

Εἰ μείζων ὁ Πατὴρ τοῦ Υἱοῦ, κατὰ τὴν ὑμετέραν πρότασιν, ὦ χριστομάχοι, πῶς αὐτῷ τὴν ἰσότητα Παῦλος ἀποδίδωσι, λέγων· « Ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ· ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβών, καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος, ἐταπείνωσεν ἑαυτόν; » Εἰ τοίνυν ὁ τῆς ἐνανθρωπήσεως τρόπος τὴν ταπείνωσιν ἔχει, καὶ τὴν λεγομένην ἐνθάδε κένωσιν, ἀνάγκη πᾶσα σώζεσθαι τὸ τέλειον τῷ Υἱῷ κατ' ἰσότητα τὴν πρὸς τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα πρὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως. Ἐντεῦθεν γὰρ ἡμῖν φανεῖται καὶ ἡ ταπείνωσις. Εἰ γὰρ ἦν ἐλάττων ἐξ ἑαυτοῦ καὶ πρὸ τῆς ταπεινώσεως, ποῖ δὴ ἄρα καταβεβηκὼς ὀφθήσεται, καὶ τίς ἡμῖν ὁ τῆς ταπεινώσεως τρόπος;

ALIUD.

Si Pater major est Filio, secundum vestram, o hostes Christi, propositionem, quo pacto Paulus ei æqualitatem tribuit, dicens : « Qui in forma Dei exsistens, non rapinam arbitratus est se esse æqualem Deo, sed seipsum exinanivit, formam servi accipiens, atque habitu inventus ut homo, humiliavit seipsum [93]? » Si ergo incarnationis ratione humiliatus atque exinanitus dicitur, necesse omnino est ut perfectio Filii retineatur, ratione æqualitatis quæ ei cum Deo et Patre intercedit ante incarnationem. Hinc enim et humiliatio a nobis cognoscetur. Nam si per se minor erat etiam ante incarnationem, quo pacto descendisse cernetur, aut quænam erit humiliationis ratio?

[92] I Timoth. I, 7. [93] Philipp. II, 6, 7.

Digitized by Google

ALIUD.

Si per passionem mortis imminutum Jesum cernimus, juxta Pauli vocem [24], ergo ante passionem minus in ipso non erat. Cum vero hic dicat, perfectum ipsum esse necesse est. Cum autem perfectus sit Filius, et perfectioni Patris adæquatus, certe illud hæreticorum *minus*, locum in ipso non habebit.

ALIUD.

Paulus, testificans æqualitatem quæ Filio cum Patre intercedit, alicubi ita inquit : « Qui in forma Patris exsistens non rapinam arbitratus est se esse æqualem Deo. » Dicit vero etiam ipsum imminutum fuisse per passionem mortis. Cum igitur fieri non possit ut de uno atque eodem simul significentur majus et minus naturaliter; quærendum est quo pacto utrumque in Deo Verbo tuebimur, et in uno ac solo duo hæc sita esse statuemus. **94** Quocirca quatenus natura sua Deus est, æqualis est Deo qui cum genuit; quatenus vero factus est homo, imminutus esse dicitur. Si quis autem a naturali ejus exsistentia æqualitatem adimat, neque hanc in eo conservari contendat, ubinam igitur sita erit? Aut quem locum habebit Filii excellentia, cum sola imminutio appareat circa incarnationis rationem?

In idem : Quod Filius per omnia similis sit Deo ac Patri, proposito et examinato dicto illo : « Amen dico vobis, non surrexit inter natos mulierum major Joanne Baptista, » etc.

Objectio hæreticorum.

At quomodo, inquiunt, sit æqualis aut similis Christus, hoc est Filius, Patri perfectissimo, qui alicubi aperte ait : « Neminem inter natos mulierum majorem Joanne Baptista surrexisse; et minorem in regno cœlorum, majorem ipso esse [25] ? » Ipse enim minor exsistens, ratione temporis quo natus est ex sancta Virgine, tum demum se ad summam virtutum mensuram perventurum fatetur, quando regnum cœlorum advenerit, ac veluti mercedem quamdam propter administrationem nostræ salutis reportaturum. Qui vero ejusmodi naturæ, quo pacto sit similis, aut quo pacto statuatur æqualis Patri?

Solutio objectionis.

Imperite admodum atque inepte qui ita sentiunt, eorum quæ a Servatore nostro Christo dicta sunt vim interpretantur. Neque enim ut propriam suam naturam accuset, hæc dicit, neque tanquam magnum et præclarum aliquid statuit Joanne majorem esse, qui Dei ac Patris dignitate gloriatur, et naturaliter omnia quæ Patris sunt, in se habet, atque ob id proclamans : « Omnia quæ habet Pater mea sunt [26]. » Perfectus autem est Pater : nullius itaque indigens ; perfectusque est Filius ex ipso genitus. Qui vero ita

[24] Hebr. II, 7. [25] Luc. VII, 28. [26] Joan. XVI, 15.

ΑΛΛΟ.

Εἰ διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου βλέπομεν ἠλαττωμένον τὸν Ἰησοῦν, κατὰ τὴν τοῦ Παύλου φωνήν, πρὸ τοῦ πάθους ἄρα τὸ ἔλαττον οὐκ ἦν ἐν αὐτῷ. Εἰπόντος δὲ τούτου, τὸ εἶναι τέλειον αὐτὸν εἰσβαίνειν ἀνάγκη. Τέλειος δὲ ὢν ὁ Υἱὸς, καὶ τῇ τοῦ Πατρὸς τελειότητι παρισούμενος, οὐκ ἐπιδέξεται δηλονότι τῶν ἀνομοίων τὸ *ἔλαττον*.

ΑΛΛΟ.

Τὴν ἰσότητα τῷ Υἱῷ προσμαρτυρῶν ὁ Παῦλος ἣν ἔχει πρὸς τὸν Πατέρα, φησί που σαφῶς· « Ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ. » Λέγει δὲ αὐτὸν καὶ ἠλαττῶσθαι διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου. Οὐκ ἐνδεχομένου τοιγαροῦν ἐφ' ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ σημαίνεσθαι ὁμοῦ τό τε μεῖζον καὶ τὸ ἔλαττον φυσικῶς, ζητητέον ὅπως ἐπὶ τοῦ Θεοῦ Λόγου διασώσομεν ἀμφότερα, καὶ περὶ τὸν ἕνα καὶ μόνον τὰ δύο κεῖσθαι δώσομεν. Οὐκοῦν καθὸ φύσει Θεὸς, ἴσος ἔσται τῷ γεγεννηκότι Θεῷ· καθὸ δὲ γέγονεν ἄνθρωπος, ἠλαττῶσθαι λέγεται. Εἰ δέ τις ἀφέλοι τῆς φυσικῆς ὑπάρξεως αὐτοῦ τὴν ἰσότητα, καὶ μὴ ἐν τούτῳ ταύτην σώζεσθαι λέγοι, ποῖ δὴ λοιπὸν κείσεται; Ἢ ποῖον ἕξει τὸν τόπον τοῦ Υἱοῦ τὸ ἐξαίρετον, μόνης τῆς ἐλαττώσεως φαινομένης περὶ τὸν τῆς ἐνανθρωπήσεως τρόπον;

Ἔτι εἰς τὸ αὐτό· Ὅτι ἴσος ὁ Υἱὸς κατὰ πάντα τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, προκειμένου καὶ ἐξεταζομένου ῥητοῦ· « Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐκ ἐγήγερται ἐν γεννητοῖς γυναικῶν μείζων Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ, » μετὰ τῶν ἑφεξῆς.

Ἀντίθεσις ὡς ἐκ τῶν δι' ἐναντίας.

Καὶ πῶς ἂν εἴη, φησὶν, ἢ ἴσος ἢ ὅμοιος ὁ Χριστὸς, τουτέστιν, ὁ Υἱὸς τῷ παντελείῳ Πατρὶ, ὅς γε σαφῶς πού φησιν ὡς « Οὐκ ἐγήγερται μὲν ἐν γεννητοῖς γυναικῶν Ἰωάννου μείζων οὐδείς· ὁ δὲ μικρότερος ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, μείζων αὐτοῦ ἐστιν. » Αὐτὸς γὰρ ὢν ὁ μικρότερος κατὰ τὸν ἐν τῷ γεγεννῆσθαι χρόνον διὰ τῆς ἁγίας Παρθένου, τότε μόλις καὶ τὸ τῶν εἰς ἄκρον ἡκόντων ἀρετῆς ὑπεραναβήσεσθαι μέτρον ἑαυτὸν ὁμολογεῖ, ὅταν ἡ τῶν οὐρανῶν βασιλεία παραγένηται, μισθὸν ὥσπερ τινὰ τοῦτον τῆς εἰς ἡμᾶς διακονίας ἀντικομιζόμενον. Ὁ δὲ οὕτως ἔχων φύσεως, πῶς ἂν ἦν ὅμοιος, ἢ καὶ ἐν ἰσότητι φαίνοιτο τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός;

Πρὸς ταῦτα λύσις ἑφεξῆς.

Ἀνοήτως σφόδρα καὶ ἀμαθῶς οἱ τῆσδε διεσκεμμένοι τὴν τῶν εἰρημένων παρὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ διειλῆφασι δύναμιν. Οὐ γὰρ ἵνα τῆς οἰκείας κατηγορήσῃ φύσεως, τὰ τοιαῦτά φησιν, οὐδὲ ὡς μέγα τι καὶ ἀξιοζήλωτον καύχημα περιτίθησιν ἑαυτῷ τῶν Ἰωάννου μέτρων τὴν ὑπεροχὴν, ὁ τοῖς τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἐπικομπάζων ἀξιώμασι, καὶ πάντα ἔχων ἐν ἑαυτῷ τὰ ἐκείνου φυσικῶς, διά γε τοῦτο βοῶν· « Πάντα ὅσα ἔχει ὁ Πατήρ ἐμά ἐστιν. » Ἔχει δὲ ὁ Πατὴρ τὸ παντέλειον· ἀπροσδεὴς ἄρα καὶ τέλειος ἐξ

Digitized by Google

αὐτοῦ γεγεννημένος ὁ Υἱός. Ὁ δὲ οὕτως ἔχων φύσεως κατὰ τὸν παρ' ἐκείνων λόγον, πῶς οὐκ ἂν εἴη λοιπὸν ὅμοιός τε καὶ ἴσος κατὰ πάντα τῷ φύσαντι;

se naturaliter habet, quo pacto non sit similis per omnia et æqualis suo Patri?

ΑΛΛΟ, *διὰ τῆς εἰς ἄτοπον ἀπαγωγῆς, ἐνάγον εἰς ὁμολογίαν, ὅτι κίβδηλον τῶν δι' ἐναντίας τὸ θεώρημα· καὶ ὅτι τὸ οὕτω νοεῖν, ἁμαθές.*

ALIUD, *per reductionem ad absurdum, ostendens falsam esse adversariorum propositionem; et absurdum esse ita sentire.*

Φησί που Χριστός· « Οὐκ ἐγήγερται ἐν γεννητοῖς γυναικῶν μείζων Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ· ὁ δὲ μικρότερος ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν μείζων αὐτοῦ ἐστιν. » Ἀλλ' εἴπερ ἐνεχθὲν ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ τὸ μικρότερον τὴν ἐν χρόνῳ ποσότητα σημαίνει, καὶ ἐπ' αὐτοῦ κρατήσει τοῦ ἁγίου Βαπτιστοῦ τὸ ἴσον ἀναλόγως τοῖς θεωρήμασι. Σημαίνει δὲ ὁμοίως τὸν χρόνον τὸ, « Οὐκ ἐγήγερται μείζων. » Ἀλλ' οὐκ ἀληθὴς ἡμῖν ὁ ἐπὶ τούτῳ λεχθήσεται λόγος, ἀντελεγχούσης τρόπον τινὰ τῇ θείᾳ Γραφῇ καὶ βιῶναι λεγούσης τὸν μὲν τοῦ γένους ἡμῶν ἀρχηγέτην Ἀδὰμ ἐφ' ὅλοις ἔτεσιν ἐννεακοσίοις τὸν ἀριθμὸν καὶ πεντήκοντα· ἑτέρους δὲ πάλιν ἐκείνῳ τιθείσης εἰς ποσότητα τὴν ἐν χρόνῳ γείτονας, γεννητοὺς ὄντας ἐκ γυναικῶν, κατὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος φωνήν, καίτοι τοῦ προκηρύττοντος Βαπτιστοῦ κομιδῇ νέον τὸν καθ' ἡμᾶς ἀναλύσαντος βίου. Οὐκοῦν οὐ τὸν χρόνον ἐπ' αὐτοῦ τὸ μείζων δηλοῖ, μᾶλλον δὲ τὸν ἐν ἀρετῇ κεκτῆσθαι τὸ ὑψηλὸν, καὶ ἐπ' αὐτοὺς ἀναβῆναι λοιπὸν τῆς ἐνούσης ἀνθρώποις δικαιοσύνης τοὺς ὅρους· τούτοις ἀκολούθως καὶ ἐπὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ τὸ μικρότερος τῷ μείζονι ἀντιπαρακείμενον οὐ χρόνου δέξεταί τι σημαντικόν. Εἴη γὰρ ἂν οὕτως καὶ γέλωτος ἄξιον τὸ ἐν χρόνῳ τινὸν, τῶν κατὰ ἀρετὴν ὑψωμάτων ἔσεσθαι μείζον ἐννοεῖν. Ποῖα γὰρ ὅλως τὰ τοιαῦτα πρὸς ἄλληλα τὴν σύγκρισιν ἐπιδέξεται; δηλώσει δὲ μᾶλλον ὡς ἐξ ἀναγκαίου λόγου τὸ ἐν ἁγιασμῷ μειονέκτημα· ἵνα λοιπὸν καὶ τῆς Ἰωάννου πολιτείας φαίνηται δεύτερος ὁ Υἱός. Ἐχούσης δὲ οἰκοθεν τῆς δυσφημίας τὸν ἔλεγχον, τὸ οὕτω νοεῖν παραιτούμεθα.

Christus alicubi ita ait: « Non surrexit inter natos mulierum major Joanne Baptista: minor autem in regno cœlorum major **95** ipso est. » Cæterum si id quod affertur de Christo minus quantitatem temporis significat, eadem ratione etiam Joannem Baptistam hæc comprehendet. Significat autem similiter tempus, illud: « Non surrexit major. » Atqui hoc verum non est, cum ipsa sacra Scriptura repugnet, et Adamum generis nostri auctorem nongentos quinquaginta annos vixisse testetur, aliosque recenseat qui longitudine vitæ proxime ad Adamum accesserunt, et ex mulieribus nati, ut Christus loquitur, fuerant, cum præcursor Christi Baptista juvenis admodum e vivis excesserit. Hæc igitur vox, major, non tempus significat, sed potius quod virtutis fastigium sit consecutus, et ad ipsam justitiæ quæ in homines cadit metam pervenerit; eadem plane ratione de Servatore nostro Christo minor majori oppositus non tempus significat. Ridiculus enim sit qui id quod temporis quantitatem habet, virtutis celsitudine majus existimet. Quomodo enim talia inter se comparari possint? At vero potius necessaria ratione minorem sanctitatem significat, ut hoc pacto Christus vitæ sanctimonia Joanne inferior judicetur. Quod cum per se suam blasphemiam ostendat, merito exsecramur.

Ὡς ἐκ τῶν δι' ἐναντίας.

Objectio adversariorum.

Τὴν ἁπλῆν, φασὶ, καὶ ἀπεριεργοτέραν τοῖς παρὰ τοῦ Σωτῆρος εἰρημένοις θεωρίαν ἐπάγοντες, χαριέντως αὐτὸν εἰρηκέναι πιστεύομεν ὅτιπερ ὁ μικρότερος ὡς ἐν ποσότητι χρόνου τοῦ κατὰ τὴν γέννησιν τὴν μετὰ σαρκὸς, ἔσται μείζων ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν καὶ τοῦ τελείου πρὸς τὴν ἐν ἀνθρώποις ἀρετήν. Οὐκοῦν τὸ μὲν μικρότερος τὸ Κυριακὸν εἰσοίσει πρόσωπον ἡμῖν· τὸ δὲ ἐν τελειότητι τῇ κατ' εὐσέβειαν ἀθρωποπρεπεῖ κεῖσθαι τὸν ἅγιον Βαπτιστὴν, τὸ, Ἐν γεννητοῖς γυναικῶν μὴ ἠγηγέρθαι μείζονα, μαρτυρεῖ· ἀλλὰ καὶ τὸν οὕτω μέγαν ὑπεραλεῖται Χριστός. Ποῖον ἐν τούτοις τὸ ἄτοπον;

Simplicem, aiunt, minimeque curiosam eorum quæ a Christo dicta sunt interpretationem sequentes, urbane illum dixisse credimus quod, minor nimirum quantitate temporis ab ortu secundum carnem, major futurus sit in regno cœlorum, etiam eo qui humanæ virtutis perfectionem est consecutus. Minor itaque personam Domini nobis significat; illud vero non surrexisse majorem inter natos mulierum, significat sanctum Baptistam perfectionem pietatis quæ in hominem cadere possit, consecutum fuisse: cæterum hunc quantumvis magnum Christus superabit. Quid hac in re est absurdi?

Πρὸς ταῦτα λύσις.

Solutio objectionis.

Εἰ μηδὲν ἐν τούτοις τὸ ἄτοπον, οὐχ ἁπλῶς εἰπεῖν, ἀλλὰ ζητεῖν ἀναγκαῖον· χρῆναι γὰρ οἶμαι γοργῶς τοῖς θείοις ἐπαγωνίζεσθαι λόγοις, οὐ πάντως τὴν ἐξ ἀκλουστέρων θεωρημάτων ἐρανίζειν διάγνωσιν, ὅτε ἔξ μάλιστα πολλὴν ἡμῖν ἐμποιοῦσα τὴν ζημίαν ὁρᾶται. Ἵνα γὰρ καὶ νοήσωμεν οὕτως τὸ εἰρημένον, ὡς ὑμεῖς φατε καὶ βουλεύεσθε, σημαινέσθω χαριέντως διὰ τοῦ *Μικρότερος* ὁ Σωτήρ. Ὑπερκείσεται τοίνυν

An nihil in his absurdi sit, non simpliciter dicere, sed inquirere oportet; magna enim diligentia divina Scripta pervestiganda sunt, neque omnino simplex ac rudis sententia colligenda est. Maximum enim damnum id nobis infert **96** cernitur. Nam ut nos etiam ita dictum intelligamus, ut vos dicitis et statuitis, demus significari Servatorem per vocem illam, *Minor*. Quanam igitur ratione superabit Bapti-

[95] Luc. VII, 28.

Digitized by Google

stam in regno cœlorum, aut quomodo erit major eo? Quantitate enim temporis ex quo natus est, nemo, ut arbitror, compos mentis dixerit. Quo pacto enim quispiam prætereat id quod semper ipsum præcedit, atque una cum ipsa temporis evolutione raptatur atque percurrit? Quemadmodum enim in rotarum volutatione, anteriorum semper fit progressus, sequentibus semper in posteriore situ a tergo relictis; ita etiam in progressu temporis qui prior est, posterioribus major est. Non igitur hoc modo superari Baptistam a Christo, sed sanctitatis duntaxat ratione, opus est profiteri. Quomodo enim quispiam aliter in ipsis majus intelligere possit? At si cum regnum cœlorum advenerit major illo cernetur, nunc certe aut æqualis, aut minor eo est. Cum vero impii isti Christum Joanne inferiorem existiment, æqualitatem illi tribuent. Sed videant prorsus quam imbecilli argumento nitantur. Quænam enim æqualitas sanctitatis ex his constitui potest? Aut quo pacto non incomparabiliter superare censebitur Christus, cum videamus ipsum Joannem ita ad Christum loquentem : « Mihi opus est abs te baptizari [28]. » Id vero extra omnem controversiam est, id quod minus est a præstantiore benedici et sanctificari.

κατά τινα τρόπον τὸν ἅγιον Βαπτιστὴν ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, ἢ πῶς ἔσται μείζων αὐτοῦ; Κατὰ μὲν οὖν τὸν ἐν ποσότητι τοῦ γεγεννῆσθαι χρόνον, οὐκ ἄν τις, οἶμαι, σωφρονῶν ἐννοήσειε. Πῶς γὰρ ἄν τις καὶ φθάσαι τὸ ἀεὶ προβαδίζον αὐτοῦ, καὶ ταῖς τοῦ χρόνου περιόδοις ἀεὶ συντρέχον καὶ συνελκόμενον; Ὅνπερ γὰρ τρόπον τὰ ἐν ταῖς τῶν κύκλων περιστροφαῖς ἀεὶ πρὸς τὸ πρόσω χωρεῖ τὴν τοῦ διώκοντος καὶ κατόπιν κειμένου παρεκνεύοντα θέσιν, οὕτως οἱ τὸ ἐν χρόνῳ τρίβοντες μέτρον, ἀεὶ μεῖζον ἐν αὐτῷ κατὰ τῶν ὕστερον κεκτήμεθα. Οὐκοῦν οὐ κατὰ τοῦτο πλεονεκτήσει Χριστὸς τὸν ἅγιον Βαπτιστὴν, λείπει δὴ λοιπὸν ὡς ἐξ ἀνάγκης εἰπεῖν, ὅτι κατὰ τὸν τῆς ἁγιότητος τρόπον. Πῶς γὰρ ἄν τις ἑτέρως ἐν αὐτοῖς ἐπινοήσειε τὸ μεῖζον; Ἀλλ' εἰ τότε κατὰ τὸν τῆς βασιλείας δηλονότι καιρὸν μείζων ὀφθήσεται, νῦν ἄρα τὸ ἴσον ἢ τὸ ἔλαττον ἔχει. Ἐπειδὴ δὲ, ὡς εἰκὸς, τὸ ἐν ἐλάττοσι τῶν Ἰωάννου κεῖσθαι Χριστὸν λογιοῦνται δυσσεβεῖς, ἀποδώσουσιν ἄρα τὸ ἴσον. Ἀλλ' ὁράτωσαν καὶ τοῦτον αὐτοῖς ἀσθενοῦντα τὸν λογισμόν. Ποία γὰρ ἰσότης αὐτοῖς ἐν ἁγιασμῷ σωθήσεται; Πῶς δὲ οὐ νικήσει Χριστὸς ἀσυγκρίτοις ὑπεροχαῖς, ὅταν ἴδῃς τὸν μακάριον Ἰωάννην λέγοντα πρὸς αὐτόν· « Ἐγὼ χρείαν ἔχω ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι; » Χωρὶς δὲ πάσης ἀντιλογίας τὸ ἔλαττον ὑπὸ τοῦ κρείττονος εὐλογεῖται καὶ ἁγιάζεται.

ALIUD.

Beatus Baptista Judæos ita alloquitur : « Ego vos baptizo in aqua : sed post me venit vir, cujus non sum dignus ut pronus solvam corrigiam calceamenti ejus. Ille vos baptizabit in Spiritu sancto et igne. Cujus ventilabrum in manu ejus, et purgabit aream suam, et congregabit triticum in horreis suis, paleam vero exuret igne inexstinguibili. » Quænam igitur inter hos æqualitatis ratio constare potest [29], Joannis, inquam, et Christi? Nondum enim major, si aliquando futurus erat, juxta istorum opinionem, cur seipsum aqua baptizare, Christum autem Spiritus datorem futurum affirmat? Atque hic quidem, ut famulus, ne corrigiam quidem calceamenti attingere audet, hunc vero areæ Dominum esse dicit. Hoc enim significat illud, « Purgabit aream suam [30]. » Distributorem enim ac veluti designatorem fore **97** ait eorum quæ singulis conveniunt : ita ut justos ac bonos instar boni tritici in cœlestes mansiones inducturus sit, impios vero instar palearum igni pabulum projecturus. At si erat æqualis ei qui paulo post erat futurus major, cur non etiam ipse baptizavit in Spiritu, aream que suam expurgavit, et Domini dignitatem sibi arrogans, judicavit mundum in justitia? Cum vero beatus Baptista Joannes nihil horum præstitisse inveniatur, Christus autem in potestate divina præstitit : non erat igitur æqualis illi qui tanto intervallo eum superabat.

ΑΛΛΟ.

Προσεφώνει τοῖς Ἰουδαίοις ὁ μακάριος Βαπτιστής· « Ἐγὼ ὑμᾶς ἐβάπτισα ἐν ὕδατι. Ὀπίσω μου ἔρχεται ἀνὴρ, οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς ἵνα κύψας λύσω τὸν ἱμάντα τοῦ ὑποδήματος. Ἐκεῖνος ὑμᾶς βαπτίσει ἐν Πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί. Οὗ τὸ πτύον ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, καὶ διακαθαριεῖ τὴν ἅλωνα αὐτοῦ, καὶ συνάξει τὸν σῖτον εἰς τὴν ἀποθήκην, τὸ δὲ ἄχυρον κατακαύσει πυρὶ ἀσβέστῳ. » Ποῖος οὖν ἄρα πρὸς ταῦτα γενήσεται λόγος τοῖς ἐν ἰσότητι τῶν Ἰωάννου μέτρων τιθεῖσι τὸν Κύριον; Οὕπω γὰρ μείζων, εἴπερ ἔσται ποτὲ, κατὰ τὴν ἐκείνων διάληψιν, ὅτου χάριν ἑαυτὸν μὲν ὕδατι βαπτίζειν, τὸν δὲ τοῦ Πνεύματος ἔσεσθαι χορηγὸν διϊσχυρίζεται; Καὶ αὐτὸς μὲν, ὡς οἰκέτης, οὐδ' ὅσον ἀποθίγειν τοῦ ἱμάντος ἀποτολμᾷ· τὸν δὲ τῆς ἅλω Δεσπότην εἶναί φησι. Τοῦτο γὰρ σημαίνει τὸ, « Διακαθαριεῖ τὴν ἅλωνα αὐτοῦ. » Καὶ διανομέα τε καὶ οἱονεὶ σημάντορα τῶν ἑκάστῳ πρεπόντων ὀφθήσεσθαι λέγει· ὡς τὸν μὲν δίκαιόν τε καὶ ἀγαθὸν σίτου δίκην ταῖς οὐρανίοις εἰσκομίζειν αὐλαῖς, πυρὸς δὲ ποιεῖσθαι τροφὴν ἀχύρου τρόπον ἀποτιναχθέντα τὸν ἄδικον. Ἀλλ' εἴπερ ἦν ἐν ἴσῳ μέτρῳ τῷ μικρὸν ὕστερον ἐσομένῳ μείζονι, τί μὴ καὶ αὐτὸς βαπτίζει μὲν ἐν ἁγίῳ Πνεύματι· διακαθαίρει δὲ τὴν ἅλωνα αὐτοῦ, καὶ τὸ Δεσποτικὸν ἀξίωμα περικείμενος κρίνει τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ; Ἐπειδὴ δὲ τούτων οὐδὲν ὁ μακάριος Βαπτιστὴς Ἰωάννης ἐπιτελῶν εὑρίσκεται, πράττει δὲ ὁ Χριστὸς ἐν ἐξουσίᾳ θεοπρεπεῖ, οὐκ ἴσος ἄρα ἐκεῖνος τῷ τοσοῦτον ἐξαλλομένῳ καὶ ἀναβαίνοντι.

[28] Matth. III, 14. [29] Ibid. 11, 12. [30] Luc. III, 17.

Digitized by Google

ΑΛΛΟ.

Τὴν διὰ πίστεως ἄφεσιν ὑπισχνούμενος ἡμῖν ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, διὰ τοῦ προφήτου φησὶν Ἡσαΐου· « Ἐγώ εἰμι ὁ ἐξαλείφων τὰς ἀνομίας σου, καὶ οὐ μὴ μνησθήσομαι. » Ἐπειδὴ δὲ ἤδη παρῆν, καὶ διὰ τῆς ἁγίας ἐγεννήθη Παρθένου, ἐπὶ γῆς τε ὤφθη, καθὰ γέγραπται, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστρέφετο, κατασημαίνει τοῖς ὁρῶσιν αὐτὸν ὁ κήρυξ καὶ πρόδρομος, καὶ δὴ καί φησιν ὁ μακάριος Βαπτιστής· « Ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. » Εἴπερ οὖν ἔσται, κατά τινας, μείζων Ἰωάννου Χριστὸς ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, καὶ τοῦτο ἐν ἐλπίσιν ἔχει τὸ γέρας, ἦν ἄρα πάντως οὐκ ἐν ἐλαττώσει, ἐν ἰσότητι δὲ, κατὰ τὸ εἰκός. Εἶτα πῶς τὰ ἐν ἴσῳ μέτρῳ τοσοῦτον δι' ἀλλήλων ἀπολιμπάνεται, ὡς τὸν μὲν δύνασθαι τοῦ κόσμου τὴν ἁμαρτίαν ἀφαιρεῖν, καὶ τοῦτο ἐνεργεῖν ἐξουσιαστικῶς· τὸν δὲ τοῦ καθαίροντος καὶ ἁγιάζοντος ἐπιδεᾶ καθεστάναι; « Χρείαν γὰρ ἐγὼ, φησὶν, ἔχω ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι. » Ἐπειδὴ δὲ οὐκ ἐν τοῖς τινος δεομένοις, ἀλλ' ἐν τοῖς χορηγοῦσι τὸ μεῖζον ὁρᾶται, καὶ ὁ μὲν, ὡς Θεὸς, ἀφίησιν ἁμαρτίας, ὁ δὲ δύναται τοῦτο ποιεῖν οὐδαμῶς, οὐκ ἴσος ἄρα τῷ τοσοῦτον ἐξηλλαγμένῳ.

ΑΛΛΟ, *ὡς ἐν ἐπιτομῇ καὶ ἁπλότητι.*

Εἰ μείζων ἔσται τοῦ ἁγίου Βαπτιστοῦ, κατά τινας, ὁ Σωτὴρ ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, ἢ ἴσος, ἢ ἐν ἐλαττώσει ἐστὶ κατὰ τὸν τῆς ἐνανθρωπήσεως χρόνον. Ἐν μὲν οὖν ἐλαττώσει, οὐδαμῶς. Ἐν ἰσότητι δέ· τοῦτο γάρ πώς ἐστι τὸ πρεπωδέστερον. Ἀλλ' εἴπερ ὄντως ἐν τῇς ἰσότητος ἐπ' ἀμφοῖν σώζεται λόγος, καλείσθω καὶ Ἰωάννης σοφία καὶ δύναμις τοῦ Πατρὸς, χρηματιζέτω δὲ « εἰκὼν καὶ χαρακτὴρ, καὶ ἀπαύγασμα τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ. Φερέτω καὶ αὐτὸς τὰ πάντα τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ· » ἀκουέτω καὶ αὐτὸς παρὰ τοῦ Πατρός· « Υἱός μου εἶ σὺ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε· » καί· « Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου. » Εἰσαγέσθω καὶ αὐτὸς ὡς πρωτότοκος εἰς τὴν οἰκουμένην, προσκυνείσθω παρὰ τῶν ἁγίων ἀγγέλων, λεγέτω δὲ ἀνεγκλήτως περὶ ἑαυτοῦ· « Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν. Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα· » καὶ πάλιν· « Ἐγώ εἰμι ἡ ἀνάστασις καὶ ἡ ζωή· » καί· « Ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος ὁ ζῶν ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς, καὶ ζωὴν διδοὺς τῷ κόσμῳ. » Εἰ δὲ ταῦτα μὲν ἔστι πάντα Χριστὸς, οὐκέτι δὲ καὶ ὁ πρὸς ἰσότητα τὴν πρὸς αὐτὸν καλούμενος ἀμαθῶς, πῶς οὐ λίαν ἀπαίδευτον παντὶ τῳ φανεῖται λοιπὸν, τὸ μεῖζονά ποτε γενήσεσθαι νομίζειν αὐτοῦ, τὸν ἀεὶ τοῦτο ὑπάρχοντα φυσικῶς, ὡς Θεόν;

ΑΛΛΟ.

Εἰ ἐν τῷ ποτὲ τὴν Ἰωάννου πλεονεκτήσειν ἀρετὴν ἀξιάγαστος ὀφθήσεται Χριστὸς, οὐδὲν ἐν αὐτῷ τὸ μέγα· ἐπεὶ καὶ ἄγγελοι κρείττους αὐτοῦ κατά γε τὸν λόγον τῆς οἰκείας φύσεως, καὶ τῆς εἰς Θεὸν εὐσεβείας τὴν ὑπεροχήν. Εἶτα ποῖ ποτε βαδιεῖται Παῦλος

A

ALIUD.

Deus per prophetam Isaiam remissionem per fidem promittens : « Ego, inquit, sum qui deleo iniquitates tuas, et non recordabor [31]. » Cum vero ex sancta Virgine natus est et in terra apparuit, sicut scriptum est [32], cumque hominibus versatus est, Joannes Baptista ejus præco atque præcursor ostendit dicens ; « Ecce Agnus Dei qui tollit peccata mundi [33]. » Si igitur, ut nonnulli volunt, Christus futurus est major Joanne in regno cœlorum, atque hoc præmium se consecuturum sperat, erat igitur, ut verisimile est, non minor, sed æqualis. At vero quæ æqualia sunt, quo pacto tantopere inter se discrepant, ut hic quidem peccata mundi B tollere possit, atque hoc ex sua potestate præstet ; alter vero purgante et sanctificante indigeat? « Opus enim est, inquit, ut abs te baptizer [34]. » Cum vero non is qui aliquo indiget, sed is qui id quo alius eget suppeditare potest, major sit, et Deus quidem remittat peccata, hic vero nullo pacto id præstare queat : non est igitur æqualis illi a quo tantopere superatur.

ALIUD, *succincte et ruditer.*

Si Servator, ut nonnulli opinantur, major est Joanne Baptista in regno cœlorum, certe eo tempore quo inter homines versatus est, aut æqualis, aut minor eo fuit. Minor autem nulla ratione. Æqualis igitur. Hoc enim est convenientius. At si æquales omnino inter se fuerunt, vocetur etiam Joannes C sapientia et potentia Patris [35]; vocetur etiam « imago et character, ac splendor exsistentiæ ipsius : Portet etiam omnia verbo potentiæ suæ [36], » audiat et ipse a Patre : « Filius meus es tu, ego hodie genui te [37]; » **98** et « Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum [38]. » Introducatur etiam ipse in orbem terrarum tanquam primogenitus ; adoretur a sanctis angelis, recteque de seipso dicat : » Ego et Pater unum sumus. Qui vidit me, vidit et Patrem [39];» et rursum : «Ego sum resurrectio et vita ; [40] » et « Ego sum panis vivens qui e cœlo descendi, et vitam dans mundo [41]. » Si vero hæc omnia est Christus, non autem ille qui D imperite æqualis esse dicitur : quo pacto non absurdum dictu censeri debeat, Christum aliquando Joanne majorem futurum, qui suapte natura semper major fuit, nimirum Deus?

ALIUD.

Si in futuro sæculo tantum Christus Joannis virtutem superaturus est, certe nihil in ipso magnum est : cum et angeli meliores præstantioresque eo sint propriæ suæ naturæ ratione, et pietatis erga Deum excellentia. Deinde quid de sapientissimi illius

[31] Isa. XLIII, 25. [32] Baruch III, 38. [33] Joan. I, 29. [34] Matth. III, 14. [35] I Cor. I, 24. [36] Hebr. I, 3. [37] Psal. II, 7. [38] Psal. CIX, 1. [39] Joan. XIV, 9. [40] Joan. XI, 25. [41] Joan VI, 35.

Digitized by Google

Pauli testimonio statuent, qui Christum tanto superiorem angelis esse testatur, quanto divina natura creata antecellit? « Cui enim, inquit Paulus, angelorum unquam dixit : Sede a dextris meis? Nonne omnes sunt administratorii spiritus, in ministerium missi [43]? » Quo pacto igitur is qui tanto est angelis præstantior Filius, ut et Patris sedili et tabernaculo adjungatur, quasi magnum aliquid et præclarum de se prædicet, majorem Joanne Baptista in regno cœlorum fore, cum semper major sit? Quomodo enim non sit major, qui Deo ac Patri æqualis est?

A ἡμῖν ὁ σοφώτατος τοσοῦτον ἀγγέλων ὑπερτιθεὶς τ Χριστὸν, ὅσον ἡ θεία φύσις τὴν γενητὴν ὑπερτρέχ « Τίνι γὰρ, εἶπε, ποτὲ τῶν ἀγγέλων, φησί· Κάθου δεξιῶν μου; Οὐχὶ πάντες εἰσὶ λειτουργικὰ πνεύμα εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα; » Πῶς οὖν ὁ τοσοῦτ τοὺς Ἰωάννου μείζονας ἀγγέλους ἀναβαίνων Υἱὸ ὡς καὶ τοῖς τοῦ Πατρὸς ἐνιδρύσθαι θώκοις, ὡς μέγ τι καὶ ἀξιόπιστον ἐφ' ἑαυτῷ φησιν, ὡς ἔσται μείζω αὐτοῦ κατὰ τὸν τῆς βασιλείας καιρὸν, καίτοι τὸ μεῖζο ἔχων ἀεί; Πῶς γὰρ οὐχ οὕτως ὁ ἐν ἰσότητι τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός;

ALIUD.

Si Joannes Baptista erat lucerna, Christus vero lumen, quo pacto erit æquale cum lucerna lumen ipsum [44], aut id quod illuminandi vim habet, cum eo quod illuminatione indiget? Quod vero tanto intervallo superat, quonam pacto minus exsistens, majus fiat?

B

ΑΛΛΟ.

Εἰ λύχνος ἦν ὁ μακάριος Βαπτιστὴς, φῶς δὲ ὁ Χριστὸς, πῶς ἐν ἰσότητι κείσεται τῇ λύχνῳ τὸ φῶς, καὶ τὸ φωτίζειν πεφυκὸς τῷ φωτὸς δεομένῳ; Τὸ δὲ τοσοῦτον ἀεὶ πλεονεκτοῦν, πῶς ἐν ἐλαττώσει ὂν, ἐπὶ τὸ μεῖζον ἀναβήσεται;

ALIUD.

Si is qui habet sponsam, sponsus est, hoc est Christus, amicus autem sponsi qui stat et audit ipsum, hoc est beatus Joannes Baptista, diversus itaque ab ipso est non solum numero distinctus, verum etiam æqualitate dignitatis et honoris destitutus. Siquidem hic revera festum diem inchoat, ille vero alterius festivitatis est particeps, ac proinde illustrior.

ΑΛΛΟ.

Εἰ ὁ ἔχων τὴν νύμφην νυμφίος ἐστὶ, τουτέστιν ὁ Χριστὸς, ὁ δὲ φίλος τοῦ νυμφίου ὁ ἑστηκὼς καὶ ἀκούων αὐτοῦ, τουτέστιν ὁ μακάριος Βαπτιστὴς, ἕτερος ἄρα παρ' αὐτόν ἐστιν οὐ μόνον δηλονότι διαστελλόμενος ἀριθμῷ, ἀλλὰ τὸ ἴσον οὐκ ἔχων ἐν ἀξιώματι καὶ τιμῇ. Εἴπερ ὁ μέν ἐστι πανηγυράρχης ἀληθῶς, ὁ δὲ τῆς ἑτέρου πανηγύρεως μέτοχος, καὶ διὰ τοῦτο λαμπρότερος.

ALIUD.

Joannes Baptista ita alicubi de Servatore nostro dicit : « Qui de sursum venit, super omnes est [45]. » Deinde suam etiam conditionem explicans : « Qui de terra est, inquit, terrena loquitur [46]. » Si ergo Servator ei æqualis est, quippe qui nondum majus accepit, nihil, ut verisimile est, obstiterit quominus id quod proprium alterutri est, in alterum transeat, ita ut Baptista desursum omniumque supremus censeatur, Christus vero terrenus. Sed hoc absurdum est. Hic enim, ut naturaliter Deus, super omnes est : ille vero ex inferiore et Deo subjecta creatura terrenus est. Non ergo æqualis, quin potius incomparabili excellentia a Christo superatur. Quo pacto igitur censeri potest aliquando futurus major, qui semper tantopere excelluit?

C

D

ΑΛΛΟ.

Αὐτός ποὺ φησιν ὁ μακάριος Βαπτιστὴς περὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ· « Ὁ ἄνωθεν ἐρχόμενος ἐπάνω πάντων ἐστίν. » Εἶτα τὸ οἰκεῖον ἐκκαλύπτων μέτρον· « Ὁ ὢν ἐκ τῆς γῆς, φησὶν, τὰ τῆς γῆς λαλεῖ. » Εἴπερ οὖν ἐν ἰσότητι κείσεται τῇ πρὸς αὐτὸν ὁ Σωτὴρ, ὡς οὔπω τὸ μεῖζον ἀπολαβὼν, οὐδὲν, ὡς εἰκὸς, διακωλύσει καὶ τὸ ἑκατέρῳ κυρίως προσὸν μεταβαίνειν ἐπὶ τὸν ἕτερον· ὡς νοεῖσθαι μὲν, ἄνωθέν τε καὶ ἐπάνω πάντων τὸν ἅγιον Βαπτιστὴν, ἀπὸ δὲ τῆς γῆς τὸν Κύριον. Ἀλλὰ τοῦτο ἄτοπον. Ὁ μὲν γὰρ, ὡς κατὰ φύσιν ὑπάρχων Θεὸς, ἐπάνω πάντων ἐστίν· ὁ δὲ τῆς κάτω καὶ ὑποκειμένης τῷ Θεῷ κτίσεως ἐκπεφυκὼς ἐκ τῆς γῆς ἐστιν. Οὐκ ἴσος ἄρα, μᾶλλον δὲ ἀσυγκρίτοις ὑπεροχαῖς παραχωρήσει τὸ νικᾶν τῷ Χριστῷ. Πῶς οὖν ἔσεσθαί ποτε προσδοκηθήσεται μείζων ὁ ἀεὶ τοσοῦτον ὑπερκείμενος;

ALIUD.

Servator post resurrectionem a mortuis instaurans in nobis priscam Spiritus gratiam, inspiravit apostolis, dicens : « Accipite Spiritum sanctum [47]. » Et rursum ipse de Spiritu ita ait : « Quia de meo accipiet [48]. » Sed et Spiritus Christi Spiritus sanctus a sacra Scriptura appellatur, ut in Actibus apostolorum legitur : « Cum vero transissent Asiam et Galatiæ regionem, tentarunt proficisci in Bithyniam, et non permisit eos Spiritus Jesu [49]. »

ΑΛΛΟ.

Μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀναβίωσιν ἀνακαινίζων ἐν ἡμῖν ὁ Σωτὴρ τὴν ἀρχαιοτάτην τοῦ Πνεύματος χάριν, ἐνεφύσησε τοῖς μαθηταῖς λέγων· « Λάβετε Πνεῦμα ἅγιον. » Καὶ πάλιν αὐτός ποὺ φησι περὶ τοῦ Πνεύματος· « Ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λαμβάνει. » Ἀλλὰ καὶ Πνεῦμα Χριστοῦ τὸ ἅγιον Πνεῦμα καλεῖται παρὰ ταῖς θείαις Γραφαῖς, κατὰ τὸ ἐν ταῖς Πράξεσι τῶν ἀποστόλων κείμενον· « Διελθόντες δὲ Ἀσίαν καὶ τὴν Γαλατικὴν χώραν, ἐπείραζον εἰς τὴν Βιθυνίαν ἀπει-

[43] Hebr. I, 13, 14. [44] Joan. V, 3-5. [45] Joan. III, 31. [46] ibid. [47] Joan. XX, 22. [48] Joan. XVI, 14. [49] Act. XVI, 7.

Digitized by Google

θεῖν, καὶ οὐκ εἴασεν αὐτοὺς τὸ Πνεῦμα Ἰησοῦ. » Εἴπερ οὖν ὡς ἐσόμενός ποτε μείζων Ἰωάννου Χριστὸς, ἐν ἰσότητι τέως τῇ πρὸς αὐτὸν εὑρεθήσεται, ἀνανεούτω κἀκεῖνος ἐν ἡμῖν τὴν τοῦ Πνεύματος χάριν, καὶ χορηγείτω καὶ αὐτὸς, ὥσπερ οὖν ἐποίει Χριστὸς, λεγέσθω δὲ καὶ αὐτοῦ Πνεῦμα τὸ ἐν Θεῷ καὶ Πατρὶ, βοάτω καὶ αὐτὸς περὶ τοῦ Πνεύματος· « Ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λαμβάνει. » Ἀλλὰ τοῦτο καὶ μόνον ἐννοεῖν, ἀσεβές. Οὐκ ἄρα ἴσος ἐστὶ τῷ Χριστῷ, οὐδὲ οὐδὲ παραχωρήσει τὸ μεῖζον, ἀεὶ τὸ ἔλαττον ἔχων, καὶ τοσοῦτον ἡττώμενος, ὅσον ἄνθρωπος Θεοῦ.

A Si ergo Christus ut aliquando futurus major Joanne æqualis interea ei fuit, instauret etiam Joannes in nobis gratiam Spiritus, ducatque etiam ipse nos, ut fecit Christus; dicatur et ipsius esse Spiritus Dei ac Patris : clamet etiam ipse de Spiritu : « Quia de meo accipiet. » Cæterum hoc vel sola cogitatione impium est. Non est igitur æqualis Christo, neque in futuro sæculo desinet esse major, cum semper minor fuerit, tantoque inferior, ut homo Deo.

ΑΛΛΟ.

Θεὸν ὄντα κατὰ φύσιν ἐπιδεικνύων ἑαυτὸν ὁ Υἱὸς, ἀντιδιαστέλλει τῇ κτίσει, καί φησιν· « Ἐγὼ ἐκ τῶν ἄνω εἰμὶ, ὑμεῖς ἐκ τῶν κάτω ἐστέ. » Οὐκοῦν λεγέτω τοῦτο καὶ ὁ μακάριος Βαπτιστὴς, ὡς οὔπω τὸ ἐν μείζοσιν εἶναι παραχωρῶν τῷ Χριστῷ, εἴπερ ἔσται τοῦτό ποτε, κατὰ τὴν τινων ὑπόνοιαν. Ἀλλὰ μὴν ἐκ τῆς γῆς εἶναί φησιν ἑαυτὸν, καὶ τὸ οἰκεῖον οὐκ ἠγνόησε μέτρον. Μείζων ἄρα Χριστὸς, οὐκ ἐσόμενος τοῦτο ποτὲ, ἀλλ' ἔχων ἀεὶ τὸ πλέον ὡς Θεὸς ἐκ Θεοῦ· τοῦτο γὰρ σημαίνει τὸ, « Ἐκ τῶν ἄνω εἰμί. »

ALIUD.

Filius Deum se naturaliter esse ostendens, opponit se creaturæ dicens : « Ego ex supernis sum, vos ex infernis estis [49]. » Dicat igitur etiam hoc Joannes Baptista, ut qui nondum majoritatem, ut ita dicam, sive excellentiam suam Christo cesserit, cessurus eam in futuro sæculo, ut nonnulli opinantur. Atqui ipse se terrenum esse ait, neque suam conditionem ignorat. Major itaque est Christus, non id aliquando futurus, sed semper superior, ut Deus ex Deo : hoc enim significat illud, « Ego ex supernis sum. »

ΑΛΛΟ.

Ὁ μακάριος εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης τὸ φύσει πρόσον ἀξίωμα τῷ Υἱῷ διερμηνεύων ἀκριβῶς, καὶ τὸ Ἰωάννου μέτρον ὡς οἰκέτου γνησίου παρατιθεὶς, οὕτω φησίν· « Ἐγένετο ἄνθρωπος ἀπεσταλμένος παρὰ Θεοῦ, ὄνομα αὐτῷ Ἰωάννης· οὗτος ἦλθεν εἰς μαρτυρίαν, ἵνα μαρτυρήσῃ περὶ τοῦ φωτός. Ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον. » Ποῖ ποτε οὖν ἄρα προκόψει Χριστὸς τοῖς Ἰωάννου συγκρινόμενος μέτροις; Ἢ πῶς οὐ μεῖζον ἀεὶ τὸ φωτίζειν εἰδὸς καὶ δυνάμενον, τοῦ δεομένου φωτίζεσθαι, καὶ τῆς ἀπὸ τοῦ λαμπρύνοντος χρῄζοντος χορηγίας; Πῶς δὲ οὐχὶ πάντως ὁ πρὸς μόνην μαρτυρίαν παραληφθεὶς καὶ τοῦτο ἔχων ἀξίωμα, παραχωρήσει τὸ μεῖζον ἀεὶ τῷ δι' ὃν ἐστιν ἐξαίρετος;

B

C

ALIUD.

Beatus evangelista Joannes dignitatem quæ Filio naturaliter inest, aperte explicans, **100** et Joannis conditionem ut servi fidelis describens, ita ait : « Erat homo missus a Deo, cui nomen erat Joannes : hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per ipsum. Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum [50]. » Quo pacto igitur promovebitur Christus Joanni comparatus ? Aut quomodo non semper major præstantiorque erit qui illuminare novit et potest eo qui illuminatione indiget ? Quomodo vero non omnino is qui solum ad testimonium perhibendum sumptus est, eaque sola dignitate ac munere fungitur, cedat suam excellentiam sive majoritatem illi propter quem electus est ?

ΑΛΛΟ.

Ἀναλεγόμενός ποτε τοῖς Ἰουδαίοις ἔφησεν ὁ Χριστός· « Ὑμεῖς ἀπεστάλκατε πρὸς Ἰωάννην, καὶ μεμαρτύρηκε τῇ ἀληθείᾳ. Ἐγὼ δὲ οὐ παρὰ ἀνθρώπου τὴν μαρτυρίαν λαμβάνω. » Ἀλλ' εἴπερ ἐστὶ καὶ τῆς Ἰωάννου μαρτυρίας κρείττων ὁ Σωτὴρ, οὐκ ἄρα ἴσος, ἀλλὰ μείζων ἀεὶ καὶ ἀξιολογώτερος. Ὁ δὲ οὕτως ἔχων ποῖ ποτε ἄρα προβήσεται, ἢ πρὸς ποῖον ἔτι μεῖζον ἀναβήσεται;

D

ALIUD.

Christus cum Judæis disserens, ita alicubi inquit : « Vos misistis ad Joannem, et ille testimonium perhibuit veritati. Ego autem non ab homine testimonium accipio [51]. » Atqui si testimonio Joannis superior est Servator, non igitur æqualis, sed major semper et dignior. Qui vero ita se habet, quo pacto promovebitur, aut ad quale majus evehetur ?

ΑΛΛΟ.

Ὁ μακάριος Ζαχαρίας ὁ τοῦ ἁγίου Βαπτιστοῦ, κατὰ σάρκα πατὴρ, ὅτε τὴν ὑπὲρ αὐτοῦ προσῆγεν εὐχαριστίαν ταῖς ἐκ προφητείας ἀναμεμιγμένην φωναῖς, ἀπεφθέγγετο· « Καὶ σὺ, παιδίον, προφήτης Ὑψίστου κληθήσῃ· προπορεύσῃ γὰρ πρὸ προσώπου Κυρίου ἑτοιμάσαι αὐτῷ λαὸν κατεσκευασμένον. »

ALIUD.

Beatus Zacharias, sancti Baptistæ secundum carnem pater, cum gratiarum actionem pro eo offerret, ejusmodi vocem prophetico spiritu plenam edidit : « Et tu, puer, propheta Altissimi vocaberis : præibis enim ante faciem Domini ad parandum ei populum instructum [52]. » Ipse etiam a Judæis in-

[49] Joan. VIII, 23. [50] Joan. I, 6-9. [51] Joan. V, 33, 34. [52] Luc. I, 76.

Digitized by Google

terrogatus quisnam esset : « Ego, inquit, sum vox clamantis in deserto : Præparate viam Domini [53]. » Dicite igitur nobis qui imperite Christum aliquando promovendum opinamini, et Joannis virtutem vixdum in futuro sæculo superaturum, quando propheta Altissimi non merito minor censeri debuerit? Quando vero præco et præcursor, quique servi officio fungitur, æqualis habeatur ei qui naturaliter Dominus est? Quam quidem rem omnibus satis cognitam esse arbitror. Quomodo igitur qui semper major fuit, temporum evolutione talis fiet, si Christus tanquam futurus major Joanne Baptista ita ait : « Minor in regno cœlorum major ipso erit [54]? »

A Καὶ αὐτὸς δέ που παρὰ τῶν Ἰουδαίων τὸ τίς ἂν εἴ διερωτώμενος· « Ἐγὼ φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ φησίν· Ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν Κυρίου. » Λέγετε το νυν ἡμῖν οἱ προβεβλῆσθαί ποτε τὸν Χριστὸν ἐπὶ τ μεῖζον ἀμαθῶς ὑποπτεύοντες, καὶ τὸ Ἰωάννου μέ τρον ὑπεραλεῖσθαι μόλις ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρα νῶν, πότε τοῦ Ὑψίστου προφήτης οὐκ ἂν ἐλάττων νοοῖτο δικαίως; Πότε δὲ ὁ κήρυξ καὶ πρόδρομος καὶ τὴν οἰκέτῃ πρέπουσαν διακονίαν ἀποπληρῶν, εἰς τὸ ἴσον ἀναβαίνει μέτρον τῷ κατὰ φύσιν Κυρίῳ; Ἀλλ', οἶμαι, πᾶσίν ἐστιν ὁ λόγος εὐσύνοπτος. Πῶς οὖν ὁ μεῖζων ἀεί, τοῦτο ἔσται κατὰ καιροὺς, εἴπερ ὡς ἐσόμενος μείζων Ἰωάννου Χριστὸς, « Ὁ μικρότερος, φησὶν, ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, μείζων αὐτοῦ ἐστιν; »

Pia totius capitis explicatio, sensum sive scopum illius dicti accurate declarans.

B Ἐξήγησις εὐσεβὴς ὅλου τοῦ κεφαλαίου, τὸν ἐν τῷ θεωρήματι σκοπὸν ἀπογυμνοῦσα γοργῶς.

Cum jam satis pro meo intellectu, propositæ quæstionis rationem investigaverim, **101** singulasque ejus partes accurate pertractarim, et adversariorum opiniones ut falsas refutarim, superest ut verum hujus dicti sensum explicem. Neque enim arbitror sufficere, ut eos qui male sentiunt (statuentes nimirum Christum quodam tempore majorem Joanne futurum), reprehendamus, verum etiam necessarium esse ut, allata in medium vera sententia, intelligatur non temere nos ad eos reprehendendos accessisse. Age igitur totam rem denuo recitemus, et eorum quæ a Christo dicta sunt causam breviter recensentes, doceamus auditores, quisnam sit hujus dicti scopus. Quocirca C (nam inde initium faciemus, cum in carcere Joannes miracula Christi audivisset, missis duobus discipulis suis dixit ei : « Tu es qui venturus es, an alium exspectamus? « Ad hoc Christus respondit : « Euntes dicite Joanni quæ audistis et vidistis [55], » et præclara miracula abs se edita enumerat. Cum vero discipuli ad Joannem rediissent, Christus ita ad circumfusam Judæorum turbam locutus est : « Quid existis in desertum videre, arundinem vento agitatam? an hominem mollibus vestimentis indutum? an prophetam? certe dico vobis et plus quam prophetam. Hic enim est de quo scriptum est : Ecce ego mittam angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te [56]. » D Deinde addit id quod interrogatur : « Amen, amen dico vobis, non surrexit inter natos mulierum, major Joanne Baptista, sed minor in regno cœlorum major ipso est [57]. » Neque hic finem verborum fecit. Addit enim statim : « A diebus autem Joannis usque nunc regnum cœlorum vim patitur, et violenti rapiunt illud [58]. » Atque hæc quidem est totius capitis summa. Nunc vero oportet ut singula percurrentes dicamus, quam ob causam Joannes Baptista in carcerem conjectus fuerit; quamobrem etiam per discipulos suos Christum interrogarit, utrum ipse omnino esset qui venturus erat; deinde

Ἐξαρκούντως ἤδη κατά γε τὸν ἡμέτερον νοῦν τὸν ἐν τοῖς προλαβοῦσι βασανίσαντες λόγον, καὶ τῶν θεωρημάτων ἕκαστον μετὰ τῆς δεούσης ἀκριβείας διευκρινησάμενοι τόν τε τῶν δι' ἐναντίας ὡς οὐκ ἔχοι καλῶς διελέγξαντες σκοπὸν, ἐπ' αὐτὰ δὴ λοιπὸν ἰέναι προσήκειν ἐνενοήσαμεν τὰ ἐξ ἀληθείας θεωρήματα καὶ τὴν ἐν τῷ παροισθέντι ῥητῷ διαπτύσσειν διάνοιαν. Οὐ γὰρ οἶμαι δεῖν, ὡς οὐκ ἄριστα νοοῦσι, μόνον ἐπιτιμᾷν τοῖς ὅτι μείζων ἔσται Χριστὸς Ἰωάννου κατά τινα χρόνον διειληφόσιν, ἀλλὰ καὶ αὐτῇ τῇ παραθέσει τῶν ἀληθεστέρων ἐννοιῶν ἀποκρούεσθαι τῷ μὴ δοκεῖν οὐ δεόντως ἐπισκήπτειν αὐτοῖς. Φέρε δὴ οὖν ἐπ' αὐτὸ λοιπὸν ἴωμεν τὸ ἀνάγνωσμα, καὶ τῶν εἰρημένων παρὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ τὴν αἰτίαν ἀνακεφαλαιούμενοι, τοὺς ἀκροωμένους διδάσκωμεν, τίς ἂν εἴη λοιπὸν ὁ τοῦ λόγου σκοπός. Οὐκοῦν, ἐντεῦθεν γὰρ ἤδη τὴν ἀρχὴν ποιησόμεθα, ὁ Ἰωάννης ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ ἀκούσας τὰ ἔργα τοῦ Χριστοῦ, πέμψας δύο τῶν μαθητῶν αὐτοῦ εἶπεν αὐτῷ· « Σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος, ἢ ἕτερον προσδοκῶμεν; » Πρὸς ταῦτα Χριστὸς ἀπεκρίνατο· « Πορευθέντες εἴπατε Ἰωάννῃ ἃ ἠκούσατε καὶ βλέπετε, » καὶ τὴν τῶν σημείων καταλέγει μεγαλουργίαν. Ἐπειδὴ δὲ πρὸς τὸν μακάριον Βαπτιστὴν πάλιν ἀνεκομίζοντο οἱ μαθηταὶ, λέγει πρὸς τὴν περιεστῶσαν πληθὺν τῶν Ἰουδαίων ὁ Σωτήρ· « Τί ἐξήλθετε εἰς τὴν ἔρημον ἰδεῖν, κάλαμον ὑπὸ ἀνέμου σαλευόμενον; ἀλλ' ἐν μαλακοῖς ἱματίοις ἄνθρωπον ἠμφιεσμένον; ἀλλὰ προφήτην; Ναὶ λέγω ὑμῖν καὶ περισσότερον προφήτου. Οὗτος γάρ ἐστι περὶ οὗ γέγραπται· Ἰδοὺ ἀποστελῶ τὸν ἄγγελόν μου πρὸ προσώπου σου, ὃς κατασκευάσει τὴν ὁδόν σου ἔμπροσθέν σου. » Εἶτα πρὸς τούτοις φησὶ ζητούμενον· « Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐκ ἐγήγερται ἐν γεννητοῖς γυναικῶν μείζων Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ· ὁ δὲ μικρότερος ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, μείζων αὐτοῦ ἐστι. » Καὶ οὐ μέχρι τούτων ὁ λόγος. Ἐπιφέρει γὰρ εὐθύς· « Ἀπὸ δὲ τῶν ἡμερῶν Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ ἕως ἄρτι ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν βιάζεται, καὶ βιασταὶ ἁρπάζουσιν αὐτήν. » Ὅλον ἐν τούτοις, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τὸ κεφάλαιον τὴν

[53] Luc. III, 4; Isa. XL, 3. [54] Luc. VII, 28. [55] Matth. XI, 3, 4. [56] Ibid. 7-10. [57] Ibid. 11. [58] Ibid. 12.

Digitized by Google

συμπλήρωσιν ἔχει. Χρῆναι δὲ οἶμαι τῶν νοημάτων ἕκαστον ἐπιδρομάδην διεξιόντας εἰπεῖν, τίς μὲν αἰτία δεσμώτην ἐποίει τὸν ἅγιον Βαπτιστὴν, ὅτου δὲ χάριν ἀνεπυνθάνετο τοῦ Χριστοῦ διὰ τῶν οἰκείων μαθητῶν, εἴπερ εἴη σαφῶς αὐτὸς ὁ ἐρχόμενος· καὶ τίς ἡ πόθεν ἡ πρὸς τοὺς ὄχλους ἀπόκρισις γέγονε τοῦ Χριστοῦ. Ἢ τί τὸ πεπεικὸς ὡς Ἐγήγερται μὲν οὐδεὶς ἐν γεννητοῖς γυναικῶν μείζων Ἰωάννου λέγειν, εἶναί γε μὴν τοῦ τοσούτου μείζονα τὸν ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν μικρότερον; Οὐκοῦν ἐπ' αὐτὴν ἰτέον τὴν τῶν προτεθέντων ἐξήγησιν.

A quid et cur id Christus turbis responderit. Præterea quid illum moverit ut diceret, non surrexisse e natis mulierum majorem Joanne Baptista, et tamen majorem eo esse eum qui in regno cœlorum minor esset. Accedendum itaque nobis ad eorum quæ proposita sunt nobis explicationem.

Παράδοξόν τινα καὶ ξένην ἐπιτηδεύσας πολιτείαν ὁ μακάριος Βαπτιστὴς, καὶ βίου τρίβον ἐλάσας ἀσυνήθη τοῖς ἄλλοις καὶ οὐ τοῖς τυχοῦσι βατὴν, ἐθαυμάζετο μὲν, καὶ λίαν εἰκότως, παρὰ τῶν Ἰουδαίων· τὸν δὲ ὄντα οὐδέπω, μᾶλλον δὲ ἤδη παρόντα, κηρύττων Χριστὸν, μονονουχὶ καὶ χεῖρα προτείνει λέγων· « Ἴδε ὁ Ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. » Ἐπειδὴ δὲ ὁ παρ' αὐτοῦ μαρτυρούμενος Κύριος, λιπεῖν ἔδοκει τὴν ἐκ νόμου διὰ Μωσέως λατρείαν, τὴν εὐαγγελικὴν ἀντ' ἐκείνης πολιτείαν εἰσφέρων, μᾶλλον δὲ τὰ ἐν τύπῳ καὶ σκιᾷ μεταρυθμίζων εἰς ἀλήθειαν, οὐκ ἔξω μομφῆς ὁ μακάριος ἔκειτο Βαπτιστὴς, ἅτε δὴ συνηγορεῖν ἀναπεπεισμένος τῷ τὴν νομικὴν ἀνατρέποντι παίδευσιν, κατά γε τοὺς τῶν ἀνοήτων λόγους. Εἰ γὰρ ἦν οὗτος παρὰ Θεοῦ, ἔφασκον, ὁ ἄνθρωπος, οὐκ ἂν ἔλυε τὸ Σάββατον. Τί οὖν ἄρα μηχανᾶται πρὸς τοῦτο; Τὰς τῶν Ἰουδαίων οὐ πάντως ἀποκρουόμενος, ἀλλ', ἵν' οὕτως εἴπω, διαχλευάζων ἐννοίας, συναγορεύειν προσποιεῖται τῷ νόμῳ, καὶ Μωσαϊκῶν ὑπεραγωνίζεσθαι προσταγμάτων. Πολλῶν γὰρ τῷ τηνικάδε κατὰ ποικίλους παρανομούντων τρόπους, πρόσεισι μόνον τὸν Ἡρῴδην διελέγχων, καὶ ῥιψοκινδύνως περὶ τῆς Ἡρωδιάδος βοᾷ· « Οὐκ ἔξεστί σοι ἔχειν αὐτήν· » οὐδένα γὰρ ὅλως τοῦ παθεῖν ἐποιεῖτο λόγον, ἄχρις ἂν αὐτῷ κατὰ τὸν προτεθέντα σκοπὸν διεξίοι τὰ πράγματα. Δεσμώτης τοίνυν ὁ δίκαιος ἐκ τυραννικῶν ἐγίνετο προσταγμάτων, καὶ τὸ πάθος ἐδυσώπει τὸν φιλεγκλήμονα τῶν Ἰουδαίων λαόν. Ὡς γὰρ ὑπὲρ νόμου πάσχοντα λοιπὸν, ἀγαπᾷν ἠναγκάζετο, ἑτοιμότερός τε ἦδη τοῖς παρ' αὐτοῦ κηρυττομένοις πρὸς τὸ πιστεύειν ἐγίνετο. Οὐκοῦν τὰς τῶν Ἰουδαίων εὐνοίας, καὶ τὴν τῶν σκληροτέρων ἀπείθειαν ἀγοράζειν ὥσπερ ὁ Βαπτιστὴς διὰ τοῦ πάσχειν ἠπείγετο. Ἐπειδὴ δὲ Πνεύματος ἁγίου μέτοχος ὤν, καὶ προφητικῆς ἀναπεπλησμένος χάριτος ἔτι ἐκ κοιλίας μητρὸς αὐτοῦ, τὸ τυραννικὸν ἐθεώρει ξίφος ἀπογυμνούμενον ἦδη, καὶ τὸν τοῦ σώματος ἀπαστράπτον θάνατον, ἐζήτει τοὺς οἰκείους μαθητὰς βεβαιῶσαι πρὸς τὴν πίστιν τὴν ἐπὶ τῷ Σωτῆρι Χριστῷ· εἰδέναι τε καὶ μάλα σαφῶς ἐπεθύμει κατ' οὐδὲν ἐνδοιάζοντας, ὅτιπερ αὐτός ἐστιν ὁ ἐπὶ σωτηρίᾳ πάντων ἥξειν προσδοκώμενος. Προσποιεῖται τοίνυν οἰκονομικῶς ἀγνοεῖν, ἵνα πιστεύσαντι σύνδρομοι πάλιν οἱ μαθηταὶ πρὸς τὸ πιστεύειν εὑρίσκοιντο. Ἦν γὰρ δὴ καὶ φρονήματος οὐ μικρὰν ἐν ἑαυτῷ τὴν ἀλαζονείαν ὠδίνοντος, μὴ ταῖς τοῦ διδασκάλου μᾶλλον, ἀλλὰ ταῖς οἰκείαις παιδαγωγεῖσθαι βουλαῖς Οὐκοῦν οἰκονομικῶς, καὶ ἵν' οὕτως εἴπω-

102 Beatus Baptista, inauditum quoddam et insuetum vitæ genus ducens, quodque alii imitari non possent, magnam merito sui admirationem apud Judæos excitavit, et Christum qui tantum non venisset, imo jam advenisset, prædicans, digitoque illum commonstrans, ait : « Ecce Agnus Dei, qui tollit peccatum mundi [59]. » Cum vero Dominus, de quo testimonium perhibuerat, deserto cultu legali per Mosen præscripto, loco illius evangelicam vitam induceret, et quæ in typo atque umbra involuta erant, ad veritatem transferret, Baptista reprehensionem incurrit, quippe qui patrocinaretur illi, qui legalem doctrinam, juxta ipsorum sermonem, everteret. Si enim homo hic, dicebant, a Deo esset, haudquaquam dissolveret Sabbatum [60]. Quid igitur adversus hæc excogitat et molitur Baptista? Judæorum opinionem non plane rejiciens, sed, ut ita dicam, irridens, patrocinium legis et Mosaicorum præceptorum propugnationem simulat. Cum enim tunc temporis variis modis in legem peccaretur, solum Herodem reprehensurus accedit, et audacter de Herodiade clamans : « Non licet, inquit, tibi eam habere [61]; » contempto plane mortis periculo, dum ei ad præstitutum scopum res agerentur. Tyranni itaque jussu in vincula conjectus, Judæos ad accusandum pronos sibi conciliavit. Nam quia pro lege patiebatur, amare eum cogebantur, promptioresque ad adhibendum prædicationi ejus fidem reddebantur. Judæorum itaque benevolentiam, et duriorum incredulitatem morte sua quodammodo mercari Baptista voluit. Cum vero Spiritus sancti particeps et prophetica gratia ex utero matris suæ plenus esset, tyrannicumque ensem jam strictum et cervici suæ imminentem prævidisset, discipulos suos in fide erga Christum Servatorem confirmare ac stabilire voluit, utque id citra omnem dubitationem persuasum haberent, cupiebat, quod ipse esset qui pro salute omnium venturus esse exspectabatur. Certo itaque consilio simulat se nescire, ut credenti ipsi discipulorum fides aggregaretur. Regnabat enim non exigua in animis eorum arrogantia, neque se tam magistri quam suis ipsorum consiliis gubernari volebant. **103** Certo igitur consilio, atque, ut ita dicam, veluti in scena ignorantium personam induens, mittit ex suis discipulis duos reliquis intelligentiores, eisque jubet ut sciscitentur, et ex viva Servatoris voce cognoscant, an ipse sit is qui exspectatur. Cum

[59] Joan. I, 29. [60] Joan. IX, 16. [61] Matth. XIV, 4.

Digitized by Google

vero ii ad Christum venissent, hoc intelligens, quippe qui verus Deus erat, præclariora circa ægrotos opera miraculaque edebat, quam antea; ea vero certo consilio per illud tempus præstabat, quæ ipsum, cum ad nos venisset, prophetæ præstiturum prædixerant. Interrogatus itaque non statim profitetur se illum esse, sed propheticis prædictionibus factorum et miraculorum magnitudinem adaptans: « Ite, inquit, et renuntiate Joanni quæ audistis et vidistis; » audistis enim per prophetas, vidistis autem per me impleta. Cum itaque hi abiissent, ut evangelista ipse testatur, cœpit Christus loqui turbis de Joanne: « Quid existis videre? » et quæ deinceps sequuntur. Necessarium vero plane fuit, ut Christus de Joanne sermonem faceret. Cum enim circumfusa auditorum turba cognovisset, discipulos Joannis esse, qui interrogationem illam Christo proposuissent, cumque ipsi non ut sua ipsorum dubitatione sese liberarent, venissent, sed illum a quo missi erant, quique eis ut id sciscitarentur, injunxerat; intellexit statim Christus, quippe qui corda et cogitationes hominum novit[68], dicturos esse nonnullos, aut alioqui secum cogitaturos: Si in hunc usque diem Joannes Baptista Christum non novit, quo pacto nobis illum ostendit dicens: « Ecce Agnus Dei, qui tollit peccatum mundi? » Et quidem verendum erat ne non parum damni inde in turbam perveniret. Quamobrem, ut scrupulum illum animis eorum eximeret et scandali ansam præriperet, ita ad eos ait: « Quid existis in desertum videre? Arundinem vento agitatam? » Admirati estis, inquit, Joannem Baptistam, et frequenter longa per solitudinem profectione illum adiistis, multis laboribus utilitatem, quam inde exspectabatis, redimentes. Cæterum temerarie profecto nullaque idonea de causa illum admirati estis, si eum adeo levem existimatis, ut arundini comparetur, quæ facillime in quamvis partem vento impellitur. Quomodo **104** enim non ejusmodi esse deprehendatur, si, præ magna animi levitate, quem novit nosse se inficiatur? At non arundinem certe. « Quid tamen existis videre? Hominemne mollibus vestimentis indutum? Ecce qui mollibus induuntur, in domibus regum sunt. » Atque iis quidem, inquit, convenientius sit levitate animi laborare. Unde enim qui perpetuis laboribus sese exercet, corporeasque affectiones assidue reprimit ac domat, in tantam levitatem labi posset? Nam hujuscemodi levitate mentis laborare est animi, inquit, qui non tam aspera vivendi ratione, quam mundanis deliciis delectetur. Si ergo eum admiramini tanquam a mollitie abhorrentem, tribuite etiam illi firmitatem animi ejusmodi laboriosæ vitæ convenientem. Si vero in optimo vitæ genere nihil amplius statuitis, sed eodem ordine habetis eum qui laborat cum eo qui deliciatur, cur, contemptis iis qui sericis vestibus utuntur et in aulis regum versantur, eum qui in

[68] Psal. XCIII, 11.

A μεν, ὥσπερ ἐπὶ σκηνῆς τὸ τῶν ἀγνοούντων προσωπεῖον ἑαυτῷ περιθεὶς, πέμπει τῶν οἰκείων μαθητῶν, οἵπερ ἦσαν συνετώτεροι, καὶ δὴ καὶ ἀναπυνθάνεσθαι κελεύει, καὶ διὰ ζώσης τοῦ Σωτῆρος φωνῆς ἐκμαθεῖν, εἰ αὐτός ἐστιν προσδοκώμενος. Ἐπειδὴ δὲ ἦκον ἤδη πρὸς τὸν Ἰησοῦν οἱ ἀπεσταλμένοι, τοῦτο συνεὶς, ἅτε δὴ Θεὸς ὑπάρχων ἀληθινὸς, πλουσιωτέραν ἐποιεῖτο τὴν ἐπὶ τοῖς κάμνουσι φιλοτιμίαν, καὶ παραδόξων ηὑρίσκετο ποιητὴς τότε μᾶλλον ἢ πρότερον· ἐκεῖνα δὲ οἰκονομικῶς εἰργάζετο κατ' ἐκεῖνο μάλιστα καιροῦ, ἅπερ αὐτὸν ἐπιτελέσειν, ὅταν ἥκοι πρὸς ἡμᾶς, οἱ προφῆται διήγγελλον. Ἐρωτώμενος τοίνυν, οὐκ εὐθὺς ὑπαντᾷ καί φησι τὸ, Ἐγώ εἰμι, ἀλλὰ τοῖς προφητικοῖς κηρύγμασι τὴν ἐν τοῖς ἀποτελεσθεῖσι παραθεὶς μεγαλουργίαν· « Πορευθέντες, φη-
B σὶν, ἀπαγγείλατε Ἰωάννῃ ἃ εἴδετε καὶ ἠκούσατε· » ἠκούσατε μὲν γὰρ διὰ τῶν προφητῶν, εἴδετε δὲ πληρωθέντα δι' ἐμοῦ. Ἀλλὰ τούτων πορευομένων, ὡς αὐτός φησιν ὁ εὐαγγελιστὴς, ἤρξατο ὁ Χριστὸς λέγειν τοῖς ὄχλοις περὶ Ἰωάννου· « Τί ἐξήλθετε ἰδεῖν; » καὶ τὰ τούτοις ἑφεξῆς κείμενα. Ἀναγκαῖον δὲ πάλιν καὶ τὸν περὶ τούτου λόγον ἐποιήσατο Χριστός. Ἐπειδὴ γὰρ ἐμάνθανεν ἡ περιεστῶσα τῶν ἀκροωμένων πληθὺς, ὡς ἦσαν μὲν τῶν Ἰωάννου μαθητῶν οἱ τὴν πεῦσιν προσάγοντες, ἦκον δὲ οὐκ ἰδίας ὥσπερ ἀγνοίας
C ζητοῦντες ἀπαλλαγὴν, ἀλλὰ τῆς αὐτοῦ πεπομφότος καὶ διερωτᾷν ἀναπείθοντος, κατενόησεν ἅτε δὴ καὶ καρδίας εἰδὼς, καὶ τὰ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ γιγνώσκων, ὅτι πάντως ἐροῦσί τινες καὶ λογιοῦνται καθ' ἑαυτούς· Εἰ μέχρι σήμερον ἀγνοεῖ τὸν Ἰησοῦν ὁ μακάριος Ἰωάννης, πῶς ἡμῖν αὐτὸν ἐδείκνυε λέγων· « Ἴδε ὁ Ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου; » Καὶ ἦν οὐ μικρὸν ἐντεῦθεν ὑπολαβεῖν ἔσεσθαι τοῖς ὄχλοις τὸ βλάβος. Οὐκοῦν τὸ συμβεβηκὸς αὐτοῖς θεραπεύων πάθος, καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ σκανδάλου] ζημίαν ἀπορριζῶν, λέγει πρὸς αὐτούς· « Τί
D ἐξήλθετε εἰς τὴν ἔρημον ἰδεῖν; κάλαμον ὑπὸ ἀνέμου σαλευόμενον; » Ἐθαυμάσατε, φησὶ, τὸν μακάριον Βαπτιστὴν, καὶ δὴ καὶ τὴν πρὸς αὐτὸν ἀποδημίαν ἐπονίσασθε πολλάκις, τὰς οὕτω μακρὰς τῆς ἐρήμου κατατρίβοντες ὁδοὺς, καὶ ἰδρῶτι πολλῷ τὴν ἐντεῦθεν ὠφέλειαν ὠνούμενοι. Ἆρ' οὖν εἰκῇ καὶ προχείρως, φησὶν, ἐθαυμάζετε, εἴπερ οὕτως αὐτὸν ἐλαφρὸν ἔχειν οἴεσθε τὸν νοῦν, ὡς προσεοικέναι καλάμῳ τῷ λίαν ἑτοίμως ἐφ' ὅπερ ἂν συνωθῇ τὸ πνεῦμα συννεύοντι. Πῶς γὰρ οὐχὶ τοιοῦτος ὢν εὑρεθήσεται, εἴπερ ὄντως, ὃν οἶδεν, ἀγνοεῖν ὁμολογεῖ, ἐκ πολλῆς τινος τοῦτο παθὼν ἐλαφρίας; Ἀλλ' οὐ κάλαμον μέν· « Τί δὲ ὅμως ἰδεῖν ἐξήλθετε; Ἄνθρωπον ἐν μαλακοῖς ἡμφιεσμένον; Ἰδοὺ οἱ τὰ μαλακὰ φοροῦντες ἐν τοῖς οἴκοις τῶν βασιλέων εἰσίν. » Οἷς δὴ καὶ μᾶλλον ἂν εἴη, φησὶν, ἁρμοδιώτερον τὸ ἐν φρεσὶν ὑπάρχειν ἐλαφραῖς. Πόθεν γὰρ ὁ σύντονος οὕτω περὶ τὴν ἄσκησιν, βεβαιός τε καὶ πολὺς εἰς τὸ καὶ αὐτῶν τῶν τῆς σαρκὸς καταγωνίζεσθαι παθῶν, εἰς τοσαύτην ἀμαθίαν ἐκβήσεται; Τὸ γὰρ ἐν τοιαύτῃ κεῖσθαι διανοίας κουφότητι, ψυχῆς ἂν εἴη, φησὶν, οὐ σκληραγωγίαις μᾶλλον, ἀλλὰ ταῖς

Digitized by Google

ἐν κόσμῳ τρυφαῖς ἡδομένης. Εἰ μὲν οὖν ὡς οὐκ ὄντα ἐν μαλακοῖς θαυμάζετε, δότε τῇ ἀσκήσει τὴν αὐτῇ πρέπουσαν ἀσφάλειαν. Εἰ δὲ ἐν τῷ βιοῦν ἄριστα τὸ πλέον οὐδὲν, ἐν δὲ ἴσῃ τάξει τὸν πονοῦντα τῷ τρυφῶντι θήσετε, τί τὸ σεμνύνειν ἀφέντες τοὺς οἷπερ εἰσὶν ἐν μαλακοῖς ἀμφίοις καὶ ἐν αὐλαῖς βασιλέων, τὰς ἐν ἐρήμῳ διατριβὰς, καὶ περιβόλαιον εὐτελὲς, μᾶλλον δὲ τὰς ἐκ καμήλων τρίχας θαυμάζετε; Ἀλλ᾽ οἶμαι δυσωπήσειν ὑμᾶς τὸ ἐν τούτοις ἄτοπον, ἀξιοζήλωτον δὲ ὄντως ἐρεῖτε τὸν μακάριον Βαπτιστήν. Ἆρ᾽ οὖν οἴεσθε προφήτην ὑπάρχειν αὐτόν; Ναὶ προφήτην, μᾶλλον δὲ καὶ προφήτου πλεονεκτοῦντα τὸ μέτρον. Οἱ μὲν γὰρ ὡς ἥξει προεκήρυττον, οὕπω παρόντα θεώμενοι· ὁ δὲ τὸ συναμφότερον. Πανταχόθεν τοιγαροῦν ὁ Σωτὴρ ἀξιάγαστον οὖσαν ἐπιδεικνύει τὴν ἐπὶ τῷ προδρόμῳ διάληψιν, ἵνα φαίνηται κηρύξας ἀληθῆ· καὶ μαρτυρεῖ μὲν αὐτὸς εἰς ὑψηλὸν ἀναφέρων ἀξίωμα, καὶ προφητικῶν ἐξάλλεσθαι τόπων τὸν ἄνδρα διαβεβαιούμενος. Παρατίθησι δὲ εὐθὺς ὡς τοῖς ἑαυτοῦ λόγοις ἐποιεῖτο γείτονα τοῦ Πατρὸς τὴν φωνὴν, ἵνα τρόπον τινὰ καὶ ἐκ νομικοῦ δικαιώματος ἡ ἐπ᾽ αὐτῷ μαρτυρία σφραγίζηται. « Οὗτος γάρ ἐστι, φησὶ, περὶ οὗ γέγραπται· Ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω τὸν ἄγγελόν μου πρὸ προσώπου σου, ὃς κατασκευάσει τὴν ὁδόν σου ἔμπροσθέν σου. » Εἶτα τί φησιν ἐπὶ τούτοις περὶ αὐτοῦ; Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐκ ἐγήγερται ἐν γεννητοῖς γυναικῶν μείζων Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ, ὁ δὲ μικρότερος ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, μείζων αὐτοῦ ἐστιν. » Ὅρα δὴ πάλιν ἐν τούτοις ὅσην ἐποιήσατο τὴν οἰκονομίαν ὁ Σωτήρ. Πολὺς αὐτῷ καὶ μακρὸς περὶ τοῦ ἁγίου Βαπτιστοῦ κεκίνηται λόγος. Τὴν μὲν γὰρ, ὅθεν ἦν εἰκὸς ἀδικηθήσεσθαί πως αὐτὸν, ἀπεκρούσατο δόξαν. Προφήτου δέ τι πλέον ἔχειν εἰπὼν, ἀξιοθαύμαστον ἤδη καὶ ἀξιεραστότατον τοῖς ἀκροωμένοις ἐδείκνυεν. Εἶτα πρὸς τούτοις οὐκ ἐγηγέρθαι φησὶν ἐν γεννητοῖς γυναικῶν μείζονα. Εἰκόνα τοιγαροῦν ὥσπερ αὐτὸν ἀναθεὶς τῆς ἐνούσης ἀρετῆς ἐν γεννητοῖς γυναικῶν ἔχουσαν τὸ ἀκρότατον, ἀντιπαρατίθησιν τὸ μειζόνως ἀγαθὸν, τουτέστι, τὸν ἄρτι τῆς βασιλείας ἀψάμενον, καὶ εἰς υἱὸν ἀναγεννηθέντα Θεοῦ διὰ τοῦ Πνεύματος· ἵν᾽ ἐξ ὧν ἐκεῖνος τὸ ἔλαττον ἔχων θαυμάζεται, ἀξιολογώτατοι φαίνοιντο τῆς βασιλείας οἱ μέτοχοι, βαδίζοιεν δὲ προθύμως τινὲς ἐπὶ τὸ ἁρπάζειν αὐτὴν, ἐκ τῆς Ἰωάννου τιμῆς τὸ ὑπερφέρον αὐτῆς ἀναμετρούμενοι κάλλος. Οὐ γὰρ τὸ μικρῷ τινι φιλονεικοῦν εἰς ποσότητα, τὴν τοῦ μεγάλου δόξαν ἀποίσεται, ἀλλ᾽ εἴ τι πρὸς μέγα τὴν σύγκρισιν ἔχοι, τῷ πλείονι μέτρῳ νικᾷ καὶ ὑπερτείνεται. Βασιλείαν δὲ οὐρανῶν τὴν τοῦ Πνεύματος δόσιν εἶναί φαμεν, κατὰ τὸ εἰρημένον παρὰ Χριστοῦ· « Ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἐντὸς ὑμῶν ἐστι. » Μείζων οὖν ἄρα παντὸς γεννητοῦ γυναικὸς ὁ τῇ τοῦ Πνεύματος ἀναγεννήσει τετιμημένος. Οἱ μὲν γὰρ ἔτι τέκνα καλοῦνται σαρκὸς, οἱ δὲ Πατέρα τὸν τῶν ὅλων ἐπιγραφόμενοι Θεὸν, ὡς υἱοὶ προσεύχονται, λέγοντες· « Ἀββᾶ, ὁ Πατήρ. » Οὐκοῦν εἰ καὶ ἐνυπάρχῃ, φησὶ, γεννητῷ γυναικὸς τὸ ἐν ἐρ-

solitudine degit, vilique vestitu seu potius pilis camelorum induitur, admiramini? Sed puto vos vereri absurditatem hujus rei; Joannem vero Baptistam admiratione dignum esse dicetis. Existimatis itaque prophetam ipsum esse? Certe propheta est, imo potius prophetarum conditionem longe superat. Prophetæ enim venturum eum prædixerunt, præsentem tamen non viderunt: hic vero utrumque. Ita Christus admirandum omnibus modis Baptistæ institutum esse ostendit, ut credatur vera prædicare; ac testatur quidem ipse in sublimem eum dignitatem extollens, et prophetas excellere affirmans. Adjicit vero statim quo pacto suis verbis Patris etiam vox respondeat, ut quodammodo etiam ex legali justitia testimonium de eo consignetur. « Hic enim est, inquit, de quo scriptum est: Ecce ego mittam angelum meum ante faciem tuam, qui parabit viam tuam ante te. » Quid vero præterea de eo prædicat? « Amen dico vobis, non surrexit inter natos mulierum major Joanne Baptista; minor autem in regno cœlorum major eo est. » Hic vide rursus quanta œconomia usus sit Servator. Prolixum enim de Baptista habuit sermonem. Opinionem enim quæ, ut verisimile est, fraudi ipsi futura erat, repulit. Cumque illum aliquid amplius quam prophetam habere dixisset, admiratione atque amore dignum auditoribus ostendit. Deinde **105** non surrexisse inquit e natis mulierum majorem. Cum igitur illum veluti imaginem summæ virtutis, quæ in natos e mulieribus caderet, statuisset, majus bonum opponit, hoc est, qui recens regnum cœlorum consecutus esset, et in filium Dei regeneratus per Spiritum, ut ex quibus ille minus habens, admirationi esset, regni participes admiratione dignissimi videantur, utque alii alacriter ad capessendum illud contendant, ex Joannis gloria immensam illius pulchritudinem æstimantes. Neque enim qui cum parva re contendit, magnam gloriam consequi potest, sed si cum magno conferatur, majore mensura vincit. Regnum autem cœlorum Spiritus donum esse dicimus, juxta illud Christi dictum: « Regnum cœlorum intra vos est [65]. » Major itaque omnibus natis e muliere est, qui per Spiritum regeneratus est. Illi enim adhuc filii carnis appellantur; hi vero Deum totius universi Patrem vocantes, ut filii eum invocant, dicentes: « Abba, Pater [66]. » Quocirca tametsi Baptistæ, ut ex muliere nato, summa operum præstantia insit: major tamen eo erit qui ad regnum cœlorum vocatus fuerit; quia non amplius vocabitur filius mulieris, sed divinæ naturæ particeps fiet [67], et filius Dei vocabitur [68]: tametsi minor sit iis qui perfectiore sunt habitu, et pusillus infans adhuc recensque natus videatur. Quia vero regeneratio per Spiritum Joannis et omnium qui ex mulieribus nati sunt conditionem multis intervallis sit superatura, non extraneus nobis quærendus est testis, sed Joannes ipse

[65] Luc. xvii, 21. [66] Rom. viii, 15. [67] II Petr. i, 4. [68] I Joan. iii, 1.

Digitized by Google

declarat, dicens ad Jesum : « Opus mihi est ut abs te baptizer [66]. » Ecce enim is qui summa virtutis perfectione præditus erat, regenerationis per Spiritum donum poscit, utpote qui per id major seipso efficiendus esset, neque amplius id habiturus, quod ex muliere natus esset, sed ad divinam nobilitatem transformatus. Cujus rei fidem Servator ipse facit, non dicens, Habes, amice, perfectionem in bonis, etiam citra sanctificationem baptismatis, sed significans quidem eum summopere ea indigere, donum tamen ejus rei consulto in aliud tempus differens. Hoc enim omnino existimo significare illud : « Dimitte modo [67]. » Quod vero rursus regnum cœlorum vocet donum Spiritus sancti, et quæ per eum confertur credentibus regenerationem, minimo negotio **106** demonstrare possumus, ex istis nostri Servatoris verbis : « A diebus enim Joannis, inquit, usque modo regnum cœlorum vim patitur, et violenti rapiunt illud [68]. » Nam cum Joannes prædicaret : « Parate viam Domini, rectas facite semitas ejus [69] : » multi auditorum a peccatis et turpitudine vitæ desciscentes, magno studio et contentione animi mores suos ad virtutis normam componentes, filii Dei per Spiritum declarati sunt, mente illorum illustrata et per sanctum baptismum purgata. Atqui si iis qui contrariam opinionem tuentur, non recte neque utiliter dicta hæc videntur : doceant qua de causa dicat, a diebus Joannis Baptistæ regnum cœlorum rapi : quippe quod nemo ante eum rapuerit. Quonam igitur spes prophetarum abibit? Quid tantus sanctorum cœtus faciet, si regno cœlorum exclusus est? cum tunc primum cœperit rapi, quando multis temporibus posterior ostensus tandem est Joannes, clamans : « Pœnitentiam agite, appropinquavit enim regnum cœlorum [70]. » Cæterum facile intellectu est regnum cœlorum priscis etiam patribus paratum fuisse, utpote conformibus imagini Filii sui, atque idcirco a Deo ac Patre prænotis. Tempore vero Joannis Baptistæ, atque ab eo tempore deinceps donum Spiritus sancti, et regeneratio per sanctum Baptismum, fide rapitur. Cum itaque hæc quæstio jam omni ex parte explicata sit, satis apparet quam sit inane ac frivolum existimare majorem Christo esse Baptistam. Quod cum ita sit, corruit plane adversariorum objectio.

A γοις ἐξαίρετον, ἀλλ' ἔξει τὸ μεῖζον ὁ πρὸς τὴν τῶ οὐρανῶν βασιλείαν κεκλημένος διὰ τὸ μηκέτι χρη ματίζειν υἱὸν γυναικὸς, ἀλλὰ θείας μὲν φύσεως γενέ σθαι κοινωνὸν, τέκνον δὲ ἤδη καλεῖσθαι Θεοῦ, κα εἰ μικρότερος εἴη τῶν ἐν ἕξει τελειοτέρων, βρέφο τε ἔτι νοοῖτο βραχὺ καὶ ἀρτιγενές. Ὅτι δὲ τῶν Ἰωάννου μέτρων, ἢ καὶ παντὸς γεννητοῦ γυναικῶν ἡ διὰ τοῦ Πνεύματος ἀναγέννησις οὐκ ὀλίγῳ διοίσει τόπῳ, οὐ θύραθεν ἡμῖν ὁ μάρτυς, ἀλλ' αὐτὸς ἀσεβήσεται λέγων πρὸς τὸν Ἰησοῦν· « Ἐγὼ χρείαν ἔχω ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι. » Ἰδοὺ γὰρ, ἰδοὺ καίτοι τὸ τέλειον ἔχων ἐν ἀρετῇ, τῆς διὰ τοῦ Πνεύματος ἀναγεννήσεως τὴν χάριν αἰτεῖ, ὡς εἰς τὸ μεῖζον ἢ καθ' ἑαυτὸν δι' αὐτῆς ἀναβησόμενος, καὶ τὸ μὲν εἶναι γεννητὸς γυναικὸς οὐχ ἕξων ἔτι, πρὸς δὲ τὴν θείαν B εὐγένειαν ἀναμορφούμενος. Βεβαιοῖ δὲ μάλιστα τὴν ἐπὶ τούτῳ πίστιν ὁ Σωτήρ· Ἔχεις, ὦ οὗτος, τὸ τέλειον ἐν ἀγαθοῖς, οὐκ εἰπών, καὶ δίχα τοῦ διὰ βαπτίσματος ἁγιασμοῦ, ἀλλ' ὡς ἐν χρείᾳ μὲν αὐτοῦ καὶ λίαν ὑπάρχοι συννεύων καὶ συντιθέμενος, οἰκονομικῶς δὲ τὴν χάριν ἑτέρῳ φυλάττων καιρῷ. Τοῦτο γὰρ δὴ καὶ νομίζω τὸ, « Ἄφες ἄρτι, » δηλοῦν. Ὅτι δὲ πάλιν οὐρανῶν βασιλείαν ἀποκαλεῖ τὴν τοῦ θείου Πνεύματος δόσιν, καὶ τὴν δι' αὐτοῦ τοῖς πιστεύουσιν εἰς Θεὸν ἀναγέννησιν, οὐ μακρῶν ἡμῖν δεήσει πόνων, εἰς ἐναργεστάτην ἀπόδειξιν, ἀλλ' ἐξ αὐτῶν εἰσόμεθα τῶν τοῦ Σωτῆρος ῥημάτων· « Ἀπὸ γὰρ τῶν ἡμερῶν Ἰωάννου ἕως ἄρτι, φησὶν, ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν βιάζεται, καὶ βιασταὶ ἁρπάζουσιν αὐτήν. » Ἰωάννου γὰρ δὴ τὸ, « Ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν Κυρίου, C βοῶντος, εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους αὐτοῦ, » πολλοὶ τῶν ἀκροωμένων, τὸν ἐν ἁμαρτίαις ἔτι καὶ ἀσχήμονα παραιτούμενοι βίον, ἐφέσει τε τῇ πρὸς τὸ ἄμεινον σὺν βίᾳ καὶ τόνῳ τὸν οἰκεῖον εἰς ἀρετὴν ἀναρυθμίζοντες τρόπον, γεννητοὶ Θεοῦ διὰ Πνεύματος ἀνεδείκνυντο, πεφωτισμένοι τὸν νοῦν καὶ κεκαθαρμένοι διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος. Ἢ εἴπερ οὐκ ὀρθῶς τε καὶ ἀναγκαίως εἰρῆσθαι τὰ τοιαῦτα δοκεῖ τοῖς τὴν ἑτέραν πρεσβεύουσι δόξαν, διδασκέτωσαν ὅτου δὴ χάριν ἐκ τῶν Ἰωάννου φησὶν ἡμερῶν τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν ἁρπάζεσθαι, ὡς οὐδενὸς ἄρα πρὸ αὐτοῦ τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν ἁρπάσαντος. Ποῖ ποτε οὖν ἄρα τῶν προφητῶν ἡ ἐλπὶς οἰχήσεται; Τί δὲ ὁ τοσοῦτος τῶν ἁγίων πράξει χορὸς, εἴπερ ἔξω τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας κείσεται; τότε δὴ πρῶτον D τοῦ ἁρπάζεσθαι λαβούσης ἀρχὴν, ὅτε χρόνοις ὑστερήσας μακροῖς, ἀνεδείχθη μόλις ὁ Βαπτιστὴς, « Μετανοεῖτε, λέγων· ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. » Ἀλλ' ἔστιν εὐσύνοπτον, ὡς ἠὐτρέπιστο μὲν τοῖς ἁγίοις τὸ ἐν βασιλείᾳ γίνεσθαι, καὶ πάλαι, ἅτε δὴ καὶ συμμόρφοις ὑπάρχουσι τῆς εἰκόνος τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ, καὶ διὰ τοῦτο προεγνωσμένοις παρὰ τῷ Θεῷ καὶ Πατρί. Κατὰ δὲ τὸν Ἰωάννου καιρὸν, καὶ λοιπὸν ἐφεξῆς, ἡ τοῦ Πνεύματος δόσις καὶ ἡ διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος εἰς Θεὸν ἀναγέννησις, διὰ πίστεως ἁρπάζεται. Πανταχόθεν τοίνυν ἀποδεδειγμένου σαφῶς τοῦ θεωρήματος, περιττὸν ἤδη φαίνεται τὸ μεῖζονά ποτε τοῦ Σωτῆρος ἔσεσθαι τὸν Ἰωάννην ὑπολαμβάνειν. Εἰ δὲ τοῦτο ἀληθὲς, λελύσθω πάλιν τῶν δι' ἐναντίας πρόβλημα.

[66] Matth. I, 14. [67] Ibid 15. [68] Matth. XI, 12. [69] Matth. III, 3. [70] Matth. IV, 17.

Digitized by Google

ΛΟΓΟΣ ΙΒ.

Εἰς τὸ, « Ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοὶ, » καὶ, « Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν. »

Ἀντίθεσις ὡς ἐκ τῶν αἱρετικῶν.

Οὐδὲν, φασὶ, θαυμαστὸν, εἰ ὁ Πατήρ ἐστιν ἐν Υἱῷ, καὶ ὁ Υἱὸς ἐν Πατρὶ, ὅπου καὶ περὶ ἡμῶν αἱ θεῖαι λέγουσι Γραφαὶ ὅτι « Ἐν αὐτῷ ζῶμεν καὶ κινούμεθα, καὶ ἐσμέν. » Ὥσπερ οὖν καὶ ἡμεῖς ἐν αὐτῷ ζῶμεν, καὶ κινούμεθα, καὶ ἐσμὲν, καθάπερ εἴρηται, οὕτω καὶ ὁ Υἱός ἐστιν ἐν Πατρί. Πῶς γὰρ οἷόν τε μείζονα ὄντα τοῦ Υἱοῦ χωρεῖν ἐν αὐτῷ τὸν Πατέρα; Ἢ πῶς κατὰ πολὺ τοῦ Πατρὸς ἐλαττούμενος ὁ Υἱὸς, ἐν αὐτῷ χωρῆσαι δυνήσεται καὶ πληρῶσαι τὸ μεῖζον;

Πρὸς τοῦτο λύσις.

Εἰ καθάπερ σῶμα ἐν σώματι χωρεῖν οἴεσθε τὸν Υἱὸν ἐν Πατρὶ, εἰκότως ἂν, οἶμαι, καὶ ζητεῖν ἔλοισθε τὸν εἰς ἀλλήλους ἀντεμβιβασμόν. Ἐπὶ μὲν γὰρ σκεύους ὀστρακίνου τυχὸν ἢ ἐξ ἑτέρας τινὸς ὕλης κατεσκευασμένου, οὐκ ἄκομψον ἴσως τὸ λέγειν μὴ δύνασθαι τὸ μεῖζον τῷ ἐλάττονι γενέσθαι χωρητὸν, μηδ' αὖ πάλιν τὸ ἔλαττον ἀναπληροῦν τὸ μεῖζον. Ἐπὶ δὲ τῶν ἀσωμάτων, καὶ ὧν ἡ φύσις τὸ ἐκ τινος ὕλης εἶναι διαπέφευγε, ποῖον ἂν ἔχει λόγον ἡ πρότασις; Καὶ ταῦτά φαμεν ὡς πρὸς τὸ παρὸν, τὸ παρ' ὑμῖν ἁμαθῶς ὑπονοούμενον συγχωρήσαντες, καὶ καθάπερ αὐτοὶ πλανώμενοι πεπιστεύκατε, μείζονα τοῦ Υἱοῦ εἶναι λέγειν τὸν Πατέρα· ὁ δὲ τῆς ἀληθείας λόγος οὐχ οὕτως ἔχει. Ἔστι γὰρ ἴσος τῷ Πατρὶ κατὰ πάντα. Οἶμαι δ' αὖ οὐκ ἂν ὑμᾶς ὅλως τούτοις χρήσασθαι τοῖς λόγοις, εἴπερ ἤδειτε τί ἐστιν ἀληθινὸς ὁ Πατὴρ, καὶ ἀληθινὸς ὁ Υἱὸς, καὶ τί φῶς ἀόρατον καὶ ἀΐδιον, καὶ τὸ ἀπαύγασμα αὐτοῦ, καὶ τί πάλιν ἐστὶν ἀσώματος ὑπόστασις καὶ χαρακτὴρ ἀσώματος. Εἰ γὰρ τὰς περὶ τῶν τοιούτων μνήμας κατὰ τὴν ἀκριβῆ κατάληψιν εἰς νοῦν ἐμφορεῖτε, πάντως ἂν καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ φύσιν ἐννοήσαντες, οὐκ ἂν ὡς περὶ σωμάτων ἐφαντάζεσθε, ἀλλ' ἀκολούθως τοῖς εἰρημένοις ἀκριβῶς ἐζητεῖτε, πῶς μὲν ὁ Υἱὸς ἐν Πατρὶ, πῶς δέ ἐστιν ὁ Πατὴρ ἐν Υἱῷ. Ὡς γὰρ χαρακτὴρ, καὶ εἰκὼν, καὶ ἀπαύγασμα καὶ ὁμοιότης, οὗτος ἐν ἐκείνῳ κἀκεῖνος ἐν τούτῳ φαίνεται. Ἐπειδὴ δέ φατε μηδὲν εἶναι θαυμαστὸν, εἰ καὶ ὁ Υἱός ἐστιν ἐν Πατρὶ, διὰ τὸ καὶ ἡμᾶς ἐν αὐτῷ κινεῖσθαι καὶ ζῆν, ἀναγκαῖον ὑμᾶς κἀν τούτῳ πολὺ πλανωμένους ἐπιδεῖξαι καὶ τῆς ἀληθείας ἐκβεβηκότας τὸν ὅρον. Οὐ γὰρ καθάπερ ἐν ἑκάστῳ τῶν ἁγίων γινόμενος ὁ Θεὸς ἁγιάζει τούτους, οὕτως ἐστὶ καὶ ἐν τῷ Χριστῷ. Ἀλλ' αὐτὸς ὁ Υἱὸς δύναμίς ἐστι καὶ σοφία τοῦ Πατρὸς, ἁγιάζων πάντα τὰ μετέχοντα αὐτοῦ ἐν Πατρὶ, αὐτὸς δὲ πάλιν οὐ κατά τινα μετουσίαν ἅγιος ὢν ὥσπερ ἡμεῖς, οὐδὲ κατὰ χάριν Υἱὸς κεκλημένος, ἀλλὰ γέννημα τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας ὑπάρχων ἀΐδιον. Οὐκ ἔστι δὲ πάλιν οὕτως ὁ Υἱὸς ἐν Πατρὶ καθάπερ ἡμεῖς· ἡμεῖς μὲν γὰρ ἐν Θεῷ ζῶμεν καὶ κινούμεθα, καὶ ἐσμέν· ὁ δὲ κατὰ φύσιν Υἱὸς, ὥσπερ ἀπό τινος πηγῆς ἀεὶ ζώσης,

ASSERTIO XII.

In illud : « Ego in Patre, et Pater in me[71]; » et, « Ego et Pater unum sumus[72]. »

Objectio hæreticorum.

Nihil mirum est, inquiunt, si Pater est in Filio, et Filius in Patre, cum de nobis etiam **107** sacræ Scripturæ dicant, quod « In ipso vivimus, et movemur, et sumus[73]. » Quemadmodum igitur etiam nos in ipso vivimus, et movemur, et sumus, sicut scriptum est, ita et Filius est in Patre. Quo pacto enim fieri potest, ut Pater cum major sit Filio, in eo contineatur? Aut quomodo Filius, qui multo minor est, majorem implere possit?

Solutio objectionis.

Si ut corpus corpore continetur, ita Filium in Patre contineri existimatis, merito fortasse alterius in altero impositionem quæratis. Nam in vase figulino, aut ex alia aliqua materia conflato, non inepte dixeritis, majus in minore contineri non posse : neque rursus minus posse implere id quod majus est. In incorporeis vero, et quorum natura omnis materiæ expers est, quem locum habeat vestra propositio? Atque hæc quidem in præsentia diximus, aliquid a vobis imperite dictum concedentes, et quemadmodum vos errantes credidistis, Patrem Filio majorem dicendum; veritatis autem ratio non ita se habet : est enim æqualis Patri per omnia. Sed neque vos ejusmodi verbis usuros existimarim, si intelligeretis quid sit verus Pater, quid verus Filius, et quid lumen invisibile, et æternum, et splendor ejus, et quid rursum hypostasis incorporea et character incorporeus. Nam si hæc in memoriam revocantes accuratam perfectamque eorum intelligentiam mente conceperitis, certe intellecta natura Dei, non hæc corporea imaginaremini, sed, ea ratione quam diximus, perfecte inquireretis quo pacto Filius in Patre sit, et quo pacto Pater in Filio. Quemadmodum enim character, et imago, et splendor, atque similitudo[74], hic in illo, et ille in hoc cernitur. Cum vero dicatis nihil mirum esse, si Filius sit in Patre, quia et nos in ipso movemur et vivimus, necessarium omnino declarare quantopere etiam hac in parte a vero aberretis. Neque enim quemadmodum Deus est in unoquoque sanctorum eosque sanctificat, ita etiam est in Christo. Sed ipse Filius est sapientia Patris et potentia[75], sanctificans omnia participantia ipsi in Spiritu : ipse vero nulla participatione sanctus, ut nos. Sed neque per gratiam est Filius, sicut nos, sed ab æterno ex essentia Patris genitus. Neque rursus Filius in Patre est, sicut nos : siquidem nos in Deo vivimus, et movemur, **108** et sumus. At vero naturaliter Filius, ex essentia Patris veluti perenni quodam fonte procedens, vita est naturaliter omnia vivificans : non per participationem vitæ vivificatus sicut nos. Nam alioqui non esset ipse naturalis vita. Quod enim as-

[71] Joan. xiv, 11. [72] Joan. x, 30. [73] Act. xvii, 28. [74] Hebr. i, 3. [75] I Cor. i, 24.

Digitized by Google

cititium est et extrinsecus adveniens, naturaliter ei qui possidet, inesse non dicitur. Dicit vero Filius : « Ego sum vita. » Non igitur quemadmodum nos in Deo vivificamur, ita etiam ipse vivit, et est ; sed re vera naturaliter est quod seipsum esse dicit, hoc est vita, et naturaliter in Patre exsistens, unum cum eo identitate essentiæ, quæ est deitas.

A ἐκ τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας προελθών, ζωὴ κατὰ φύσιν ἐστὶ, πάντα ζωογονῶν· οὐ κατὰ μετοχὴν ζωῆς ζωογονούμενος ὥσπερ ἡμεῖς. Ἡ γὰρ ἂν οὐκ ἂν εἴη κατὰ φύσιν ζωή. Τὸ γὰρ ἐπείσακτον καὶ ἔξωθεν προσποριστὸν, οὐκ ἂν νοοῖτο κατὰ φύσιν προσὸν τῷ κεκτημένῳ. Λέγει δὲ ὁ Υἱός· « Ἐγώ εἰμι ἡ ζωή. » Οὐκ ἄρα, καθάπερ ἡμεῖς ἐν Θεῷ ζωογονούμεθα, ταυτὸν δὴ καὶ αὐτὸς τὸν τρόπον ζῇ καὶ ἔστιν· ἀλλ' ὄντως τοῦτο κατὰ φύσιν ὑπάρχων ὅπερ εἶναι φησὶν ἑαυτὸν, τουτέστι, ζωὴν, καὶ ὢν ἐν Πατρὶ φυσικῶς, ἔν τε ὑπάρχων ὡς πρὸς αὐτὸν διὰ τὴν ταυτότητα τῆς οὐσίας, ἥτις ἐστὶν ἡ θεότης.

ALIUD.

Ex objectione hæreticorum.

Atqui seipsum in Patre esse ait et Patrem in se, quia neque sermo quo ad omnes utebatur, neque B opera propria ipsius erant, sed Patris qui ejuscemodi loqui jubebat, quique facultatem ei suppeditabat ad ejuscemodi operum impletionem.

Solutio objectionis.

Liceat ergo per vos, hæretici, etiam unicuique sanctorum hujusmodi vocem edere ; siquidem et ipsi sunt divinorum verborum ministri, et facultate desuper accepta admiranda opera fecerunt. Beatus enim David : « Audiam, inquit, quid loquatur in me Dominus Deus[76]. » Et sapientissimus ille Salomon : « Verba, inquit, mea a Deo dicta sunt[77]. » Et beatus Moses fidelis verborum Dei minister fuit, et, ut semel dicam, unusquisque prophetarum non propriis suis verbis est usus, sed hæc semper in ore habuerunt : C « Hæc dicit Dominus. » Ex his igitur satis liquet, multos etiam alios sermonem Dei administrasse, et miracula edidisse, nimirum a Deo, ut dictum est, facultate accepta. Idcirco et discipuli Servatoris ad eos qui ipsorum facta admirabantur, dicunt : « Viri fratres, quid nobis attenditis, quasi propria virtute et pietate id efficiamus, ut claudi ambulent[78] ? » Liceat igitur etiam unicuique horum illo Domini dicto uti et dicere : « Ego in Patre, et Pater in me ; » cum et hi, ut antea dictum est, divinis verbis usi sint, et potestatem edendi miracula a Deo acceperint. Atque ita nihil eximium ac singulare erit in Filio, sed erit veluti unus ex multis, frustra, ut apparet, se vocans Filium, si nihil excellens ei inest. Sed hoc absurdum est contrarium igitur omnino verum erit. D

ΑΛΛΟ.

Ὡς ἐξ ἀντιθέσεως τῶν αἱρετικῶν.

Ἑαυτὸν εἶναί φησιν ἐν Πατρὶ, καὶ ἐν αὐτῷ τὸν Πατέρα, διὰ τὸ μήτε τὸν λόγον, ὃν ἐποιεῖτο πρὸς ἅπαντας, μήτε μὴν τὰ ἔργα ἴδια αὐτοῦ εἶναι· ἀλλὰ τοῦ τὰ τοιαῦτα λαλεῖν ἐντειλαμένου Πατρὸς, καὶ τοῦ δεδωκότος τὴν δύναμιν εἰς τὴν τῶν ἔργων συμπλήρωσιν.

Πρὸς ταῦτα λύσις.

Οὐκοῦν ἐξέστω, καθ' ὑμᾶς, ὦ αἱρετικοὶ, καὶ ἑκάστῳ τῶν ἁγίων τὴν τοιαύτην ἀποφθέγγεσθαι φωνήν· ἐπεὶ καὶ αὐτοὶ θείων γεγόνασι ῥημάτων διάκονοι, καὶ τὸ δύνασθαι λαβόντες ἄνωθεν, ἔργων παραδόξων γεγόνασι ποιηταί. Ὁ μὲν γὰρ μακάριος Δαβὶδ, « Ἀκούσομαι, φησὶ, τί λαλήσει ἐν ἐμοὶ Κύριος ὁ Θεός. » Ὁ δὲ σοφώτατος Σολομὼν· « Οἱ ἐμοὶ λόγοι εἰρηνται ὑπὸ Θεοῦ. » Καὶ Μωσῆς ὁ μακάριος τῶν τοῦ Θεοῦ ῥημάτων πιστὸς γέγονε διάκονος, καὶ ἁπαξαπλῶς ἕκαστος τῶν προφητῶν οὐ τοῖς ἰδίοις ἐκέχρητο λόγοις, ἀλλὰ, « Τάδε λέγει Κύριος, » εἶχεν ἐπὶ γλώττης ἀεί. Ἔστι μὲν οὖν ἐκ τούτων ἰδεῖν, ὅτι καὶ πολλοί τινες ἕτεροι τοὺς παρὰ Θεοῦ διακονησάμενοι φαίνονται λόγους· εἰργάζοντο δὲ παράδοξα καὶ αὐτοὶ, παρὰ Θεοῦ δὲ, καθάπερ εἴρηται, λαβόντες τὸ δύνασθαι. Καὶ γοῦν οἱ τοῦ Σωτῆρος μαθηταὶ πρὸς τοὺς ἀποθαυμάζοντας τὰ παρ' αὐτῶν γινόμενα λέγουσιν· « Ἄνδρες ἀδελφοὶ, τί ἡμῖν προσέχετε ὡς ἰδίᾳ δυνάμει καὶ εὐσεβείᾳ πεποιηκόσι τοῦ περιπατεῖν τὸν χωλόν. » Ἐξέστω τοιγαροῦν καὶ ἑκάστῳ τούτων τῇ τοῦ Κυρίου κεχρῆσθαι φωνῇ καὶ λέγειν· « Ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί· » ἐπειδὴ καὶ αὐτῶν, καθάπερ ἤδη προείρηται, ἕκαστος καὶ λόγοις ἐχρήσατο θείοις, καὶ δυνάμεις πεποίηκε παρὰ Θεοῦ τὸ δύνασθαι λαβών. Καὶ οὕτως οὐδὲν ἐξαίρετον ἐν Υἱῷ, ἀλλὰ ἔσται καὶ αὐτὸς τῶν πάντων εἷς, μάτην, ὡς ἔοικε χρηματίζων Υἱὸς, εἰ τὸ περιττὸν οὐδὲν ἐν αὐτῷ. Ἀλλὰ τοῦτο ἄτοπον, κρατήσει πάντως τὸ ἕτερον.

109 ALIUD.

Si omnibus sanctis atque adeo cuivis alteri creatam naturam habenti licuisset dicere : « Ego in Patre, et Pater in me[79], » certe Servator hoc non ignorans, si verum erat, dixisset : Ego quoque in Patre sum, et Pater quoque in me est, ut declararet quod, sicut Pater in aliis est, ita etiam in me : et quemadmodum alii in Patre sunt, ita et ego. Nunc vero neminem aliorum sibi asciscens, sed sibi soli hoc inesse sciens, quia nimirum ex ipsa Patris essentia est,

ΑΛΛΟ.

Εἰ πᾶσιν ἐξῆν τοῖς ἁγίοις ἢ καὶ ὅλως ἑτέρῳ τινὶ κτιστὴν ἔχοντι τὴν φύσιν εἰπεῖν, « Ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοὶ, » εἶπεν ἂν ὁ ἐπιστάμενος τοῦτο Σωτὴρ, εἴπερ ἦν ἀληθές· Κἀγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ δὲ ἐν ἐμοί ἐστιν· ἵνα φαίνηται διδάσκων, ὅτι καθάπερ ἐν ἑτέροις ἐστὶν, οὕτω καὶ ἐν ἐμοί· καὶ ὥσπερ ἄλλοι τινὲς ἐν αὐτῷ εἰσιν, οὕτω κἀγώ. Νυνὶ δὲ προσλαβὼν οὐδένα τῶν ἄλλων, ἑαυτῷ δὲ μόνῳ προσὸν ἐπιστάμενος τοῦτο διὰ τὸ ἐκ τῆς

[76] Psal. LXXXIV, 9. [77] Prov. II, 1. [78] Act. III, 12. [79] Joan. XIV, 11.

Digitized by Google

οὐσίας εἶναι τοῦ Πατρὸς, μετὰ πολλῆς τινος τῆς ἐπιτηρήσεως, « Ἐγὼ, φησὶν, ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί. » Οὐκ ἄρα κοινὸν ἔχει μετὰ πάντων τὸ ἀξίωμα, ἀλλ' ἰδιάζον καὶ ἐξαίρετον ὡς Υἱὸς, καὶ Λόγος, καὶ Θεός.

A circumspecte dixit : « Ego in Patre, et Pater in me. » Non igitur communem illam habet cum omnibus dignitatem, sed propriam sibi ac peculiarem ut Filius, et Verbum, et Deus.

ΑΛΛΟ, *διδάσκον ὅπως χρὴ νοεῖν τὸ προκείμενον ῥητόν.*

Ὁ Υἱὸς ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν τῷ Υἱῷ νοηθήσεται κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον. Ἐκ τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας προῆλθεν ὁ Υἱὸς, οὐ καθάπερ τὰ κτίσματα ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παρελθὼν, ἢ ἔξωθέν ποθεν τὴν τοῦ εἶναι σύστασιν ἔχων, ἀλλ' ἔστι τῆς τοῦ γεννήσαντος οὐσίας τὸ ἴδιον· ὥσπερ οὖν ἐκ φωτὸς ἀπαύγασμα, ἢ καὶ ἀπό τινος πηγῆς ἐκβαίνει ποταμός. Ἔστιν οὖν τοῖς ὁρῶσι τὸν Υἱὸν, τὴν τοῦ Πατρὸς οὐσίαν ὁρᾷν, καὶ τὸ τοῦ γεννήσαντος ἴδιον ἀπὸ τούτου νοεῖν. Ὅτιπερ ἐπειδὴ σύμπαν τὸ εἶναι τοῦ Υἱοῦ ἐκ τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας πρόεισιν, οὕτως ἐστὶν ἐν Πατρὶ, καὶ πάλιν ἐκ τῶν ἐναντίων, ὁ Πατὴρ ἐστιν ἐν Υἱῷ, ἐπειδήπερ ὅπερ ἐστὶν αὐτὸς φύσει, τοῦτο καὶ ὁ ἐξ αὐτοῦ προελθὼν Θεὸς Λόγος. Φαίνεται δὲ καὶ ἔστιν ἐν Υἱῷ, ὥσπερ οὖν καὶ ἐν τῷ παρ' αὐτοῦ προελθόντι ἀπαυγάσματι ὁ ἥλιος, καὶ ἐν τῷ λόγῳ ὁ νοῦς, καὶ ἐν τῷ ποταμῷ ἡ τοῦτον ἀναβλύζουσα πηγή. Τὸ γὰρ *ἴδιον τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας* ἐν Υἱῷ κείμενον, καὶ *τῆς θεότητος*, ἵν' οὕτως εἴπω, τὸ εἶδος δεικνύει πᾶσιν αὐτὸν ἐν αὐτῷ. Ἐπιτηρῆσαι δὲ χρὴ καὶ ἀναγκαίως εἰδέναι ὅτιπερ οὐ τῆς τυχούσης οἰκονομίας ἕνεκα τὴν τοιαύτην ὁ Σωτὴρ εἴρηκε φωνήν. Ἐπειδὴ γὰρ τὴν ταυτότητα τῆς φύσεως ἣν ἔχει πρὸς τὸν γεννήσαντα, δεῖξαι βουληθεὶς, εἶπεν, « Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἓν ἐσμεν, » ἵνα μή τις τὸν αὐτὸν εἶναι Πατέρα καὶ Υἱὸν ὑπολάβῃ, μόνοις ὀνόμασι διαστελλομένους εἰς δυάδα, ὄντας δὲ οὐχ οὕτως ἐν ὑποστάσει, ἀναγκαίως ἐπεξηγούμενος ὅπερ εἴρηκε, καὶ σαφέστερον τοῖς ἀκροωμένοις αὐτὸ καθιστῶν, ἐπιφέρει τὸ, « Ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί, » ἵνα διὰ μὲν τοῦ, τοῦτον ἐν ἐκείνῳ, κἀκεῖνον ἐν τούτῳ φαίνεσθαι, τὴν ταυτότητα τῆς θεότητος καὶ τῆς οὐσίας τὴν ἑνότητα δείξῃ· διὰ δὲ τοῦ ἕτερον ἐν ἑτέρῳ εἶναι, μὴ ἓν τι ὂν ἐν ἀριθμῷ νοηθῇ, ὃ ποτὲ μὲν Πατὴρ, ποτὲ δὲ Υἱὸς λέγεται· ἀλλ' ὄντως ὑφεστῶτα Πατέρα, καὶ ὑφεστῶτα Υἱὸν ἐναργέστερον ἀποδείξῃ.

B Universum esse Filii ex essentia Patris procedit, ea ratione est in Patre, et e contrario Pater est in Filio, siquidem id quod ipse est natura, hoc etiam est Deus Verbum ex ipso procedens. Apparet autem et est in Filio quemadmodum sol in splendore quem emittit ex se, et sicut mens in sermone, et fons in fluvio qui ex se promanat. Proprietas enim essentiæ Patris in Filio sita, et divinitatis, ut ita dicam, species, ipsum in eo esse omnibus ostendit. Observandum autem est, et necessario sciendum, non vulgari consilio atque dispensatione hanc vocem a Servatore prolatam fuisse. Cum enim, identitatem naturæ quam habet cum Patre ostendere volens, dixit : « Ego et Pater unum sumus, » ne quis eumdem esse suspicaretur Patrem, et Filium, solis tantum nominibus, C non hypostasi in dualitatem personarum distinctos: necessario utiliterque explicans id quod dixit, et manifestius auditoribus faciens, addit hoc : « Ego in Patre, et Pater in me; » ut per hoc, quod hic quidem in illo, ille vero in hoc appareat, identitatem deitatis et essentiæ unitatem demonstret; utque per id quod alter in altero sit, non unum numero esse intelligatur, quod aliquando Pater, aliquando Filius vocetur; sed vere atque hypostatice exsistere Patrem, vere etiam atque hypostatice exsistere Filium manifestissime ostendat.

ALIUD, *docens quo pacto dictum istud præfatum intelligendum sit.*

Filius in Patre, et Pater in Filio esse hac ratione intelligitur. Filius ex essentia Patris processit, non, quemadmodum creaturæ, ex non esse ad esse traductus, aut extrinsecus substitutus; sed est ipsa essentiæ Patris proprietas, sicut ex lumine splendor, aut ex aliquo fonte flumen promanat. Licet igitur iis qui Filium vident, Patris essentiam intueri, et genitoris proprietatem ex hoc cognoscere. Quia enim

110 ΑΛΛΟ.

Ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς ἓν μέν εἰσι κατὰ φύσιν, δύο δὲ ἐν ἀριθμῷ, οὐχ ὡς ἑνός τινος εἰς δύο καταδιαιρεθέντος μέρη, ὡς εἶναι λοιπὸν τῆς πρὸς ἄλληλα κοινωνίας τε καὶ σχέσεως ἀμέτοχα, οὔτε μὴν ὡς τοῦ αὐτοῦ καὶ ἑνὸς διττοῖς ὀνόμασιν ἀποκαλουμένου, ἵνα ἐν μόνῃ προσηγορίᾳ φαίνηται τῆς δυάδος ἡ δύναμις· οὐδὲ ὡς τοῦ αὐτοῦ ποτὲ μὲν Πατρὸς, ποτὲ δὲ Υἱοῦ λεγομένου, τοῦτο γὰρ Σαβελλίου τὸ δόγμα, ἀλλ' εἰσὶ μὲν ἀριθμῷ δύο· ἔστι γὰρ ὁ Πατὴρ ἀεὶ Πατὴρ, οὐδέ ποτε εἰς Υἱὸν μεταποιούμενος· καὶ πάλιν, ὁ Υἱὸς οὐδέποτε εἰς Πατέρα μεταβαλλόμενος. Οὕτω δὲ ὄντος τοῦ πράγματος, καὶ ἐν δυάδι κειμένου τοῦ ἀριθμοῦ, μία φύσις ἀμφοτέροις καὶ ἡ αὐτὴ θεότης, ἐοικότος ἀεὶ τοῦ γεννήματος τῷ γεγεννηκότι φυσικῶς. Εἰκὼν γάρ ἐστι, καὶ ἀπαύγασμα, καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστά-

110 ALIUD.

Pater et Filius unum quidem sunt secundum naturam, duo vero numero; neque ita ac si unum aliquod in duas partes divideretur, ut a mutua inter se societate habitudineque sejungantur, neque rursus ita ut unum atque idem duobus nominibus vocetur, ut in una appellatione dualitatis virtus appareat; neque ut idem aliquando Pater, aliquando Filius dicatur, hoc enim Sabellii dogma est, sed ut sint duo numero : nam Pater semper est Pater, nunquam in Filium mutatus : et Filius semper est Filius, nunquam in Patrem mutatus. Cumque ita se res habeat, et sit numero dualitas personarum, una utrique est natura, eademque deitas, cum Filius semper sit similis ei qui naturaliter eum genuit. Est enim imago, et splendor, et character hypo-

Digitized by Google

staseos essentiæ Patris Filius. Nam hac ratione unum dicimus esse Deum, ob identitatem naturæ Patris cum Filio, et Filii cum Patre.

σεως τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας ὁ Υἱός. Οὕτω γὰρ ἕνα φαμὲν εἶναι Θεὸν διὰ τὴν ταυτότητα τῆς φύσεως Πατρὸς πρὸς Υἱὸν, καὶ Υἱοῦ πρὸς Πατέρα.

ALIUD.

Quemadmodum nemo dixerit splendorem quem sol ex se emittit, aliud et diversum natura lumen ab illo esse, neque participatione quadam atque habitudine ex ipso sole illud fieri judicabit, sed naturaliter ex ipso emitti; et duo quidem lumina esse ratione percipiet, unum tamen natura: ita etiam nemo recte censuerit, tametsi Pater et Filius sint numero duo, diversum esse Filium a Patre ratione deitatis et identitatis essentiæ. Sed sicut sol est in splendore quem ex se emittit, et splendor in sole a quo exit: ita etiam Pater in Filio, et Filius in Patre; numero quidem in duas personas distincti, atque ita hypostatice exsistentes, identitate vero naturæ in unam deitatem redacti.

ΑΛΛΟ.

Ὥσπερ τὸ ἐκ τοῦ ἡλίου πεμπόμενον ἀπαύγασμα οὐκ ἂν τις εἴποι κατὰ φύσιν ἕτερον εἶναι φῶς παρ' ἐκεῖνον, ἢ κατὰ μετουσίαν τινὰ καὶ σχέσιν τὴν ἐξ αὐτοῦ τοιοῦτο γίνεσθαι, ἀλλ' ὄντως φύσει προϊὸν ἐξ αὐτοῦ, καὶ δύο μὲν ταῦτα φῶτα κατ' ἐπίνοιαν ὁρᾶται, ἓν δέ εἰσι κατὰ φύσιν· οὕτως οὐκ ἂν τις εὐλόγως, εἰ καὶ εἰς δυάδα τέμνοιτο Πατρός τε καὶ Υἱοῦ ὁ ἀριθμὸς, ἕτερόν τι παρὰ τὸν Πατέρα ἐρεῖ τὸν Υἱὸν, ὅσον εἰς τὴν θεότητα καὶ τὴν ταυτότητα τῆς οὐσίας. Ἀλλ' ὥσπερ ὁ ἥλιος ἐν τῷ ἀπαυγάσματί ἐστι τῷ ἐξ αὐτοῦ προελθόντι, καὶ τὸ ἀπαύγασμα ἐν τῷ ἡλίῳ ἀφ' οὗ καὶ ἐξῆλθεν, οὕτως ἐστὶ Πατὴρ ἐν Υἱῷ, καὶ Υἱὸς ἐν Πατρὶ, ἀριθμῷ μὲν εἰς δυάδα τεμνόμενοι, καὶ ὄντες οὕτως ἐν ὑποστάσει, τῇ δὲ ταυτότητι τῆς φύσεως εἰς μίαν σφιγγόμενοι θεότητα.

ALIUD.

Si quis divinam Scripturam accurate perscrutetur, inveniet iisdem nominibus vocatum Filium, quibus et Pater, excepto quod non dicatur Pater; idque vice versa Patrem comperiet iisdem nominibus vocari Patrem, quibus Filius, eo excepto quod non dicatur Filius: quod quidem manifestis exemplis probari potest. Omnipotens Pater, dicitur et de Filio: « Hæc dicit qui erat, qui venturus est, omnipotens [80]. » Dominus Pater; et « Unus Dominus Jesus Christus. » Lumen Pater: dicit et Filius: « Ego sum lux mundi [81]. » Pater remittit peccata: remittit et Filius: « Ut sciatis enim, inquit, quod Filius hominis habet potestatem in terra remittendi peccata [82]. » Quoniam igitur omnia insunt Filio, quæ Patri, vere dicit: « Omnia quæ habet **111** Pater, mea sunt [83]. » Et rursus ad Patrem suum loquens, dicit: « Omnia mea sunt tua, et tua sunt mea [84]. » Si ergo omnia quæ insunt Patri, insunt et Filio, et e contrario, quæcunque insunt Filio, insunt et Patri, non mentitur cum dicit: « Ego in Patre, et Pater in me, » cum eorum quæ insunt identitas in dualitate personarum absque ulla differentia appareat. Quod cum verum omnino sit; proprium certe genimen Patris est Filius: neque enim gestavit secundum naturam ea quæ Genitoris sunt, nisi ex ipso est; neque insunt Patri ea quæ Filii sunt, nisi id quod genitum est, proprium essentiæ suæ esset.

ΑΛΛΟ.

Εἴ τις ἀκριβῶς ἐξετάσαι τὴν θείαν Γραφὴν, εὑρήσει τοσούτοις ὀνόμασιν ἀποκαλούμενον τὸν Υἱὸν, ὅσοισπερ ἂν ἴδοι καὶ τὸν Πατέρα, δίχα μόνου τοῦ λέγεσθαι Πατέρα· καὶ πάλιν ἐπὶ Πατρὸς τὴν ἴσην ἀντιστροφὴν, τοσούτοις ὀνόμασιν ἀποκαλούμενον αὐτὸν, ὅσοις καὶ ὁ Υἱὸς, δίχα μόνου τοῦ λέγεσθαι Υἱόν. Ἥξει δὲ ἡμῖν καὶ δι' ἐναργῶν ἀποδείξεων ὁ λόγος. Παντοκράτωρ ὁ Πατὴρ, φέρεται καὶ ἐφ' Υἱοῦ· « Τάδε λέγει ὁ ἦν, ὁ ἐρχόμενος, ὁ παντοκράτωρ. » Κύριος ὁ Πατὴρ, καὶ « Εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστός. » Φῶς ὁ Πατὴρ, λέγει καὶ ὁ Υἱός· « Ἐγώ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου. » Ὁ Πατὴρ ἀφίησιν ἁμαρτίας· ποιεῖ τοῦτο καὶ ὁ Υἱός· « Ἵνα γὰρ, φησὶν, εἰδῆτε ὅτι ἐξουσίαν ἔχει ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ τῆς γῆς ἀφιέναι ἁμαρτίας. » Ἐπειδὴ τοίνυν πάντα πρόσεστι τῷ Υἱῷ ὅσα καὶ ἐν τῷ Πατρὶ, ἀληθεύων λέγει· « Πάντα ὅσα ἔχει ὁ Πατὴρ, ἐμά ἐστι. » Καὶ πάλιν πρὸς τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα τοὺς λόγους ποιούμενος φάσκει· « Τὰ ἐμὰ πάντα σά ἐστι, καὶ τὰ σὰ ἐμά. » Εἰ τοίνυν ὅσα πρόσεστι τῷ Πατρὶ, ταῦτα καὶ τῷ Υἱῷ· καὶ πάλιν, ὅσα πρόσεστι τῷ Υἱῷ, ταῦτα καὶ τῷ Πατρὶ, οὐ ψεύδεται λέγων· « Ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί· » τῆς τῶν προσόντων ταυτότητος ἐν τῇ δυάδι φαινομένης ἀπαραλλάκτως. Ἐπειδὴ δὲ τοῦτο ἀληθὲς, ἴδιον ἂν εἴη γέννημα τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱός· οὐ γὰρ ἂν ἐφόρεσε κατὰ φύσιν τὰ τοῦ γεννήσαντος, οὐκ ὢν ἐξ αὐτοῦ, οὐδ' αὖ προσῆν τῷ Πατρὶ τὰ τοῦ γεννήματος, εἰ μὴ τῆς οὐσίας αὐτοῦ ἴδιον ὑπῆρχε τὸ γεννηθέν.

ALIUD, *per exemplum.*

Quemadmodum, si quis imaginem optime depictam videat atque admiretur, regis item vultum et quæcunque in illo cernuntur intueri in tabella possit, cupiditas illum incessat regem ipsum videndi: at tabella merito illi dicere possit: Vidisti me, vidisti et regem; et rursum: Ego et rex unum sumus, quantum ad perfectam similitudinem attinet; et rur-

Ἄλλως ὡς ἐξ ὑποδείγματος.

Ὥσπερ ἂν εἴ τις εἰς εἰκόνα διαγεγραμμένην ἄριστα βλέποι, καὶ ἀποθαυμάζοι μὲν τὸ τοῦ βασιλέως σχῆμα, καὶ ὅσαπερ ἐν ἐκείνῳ φαίνεται, ταῦτα καὶ ἐν τῇ γραφῇ δυνάμενός τε καὶ ἔχων ὁρᾷν, εἰς ἐπιθυμίαν ἔλθοι τοῦ καὶ αὐτὸν ἰδεῖν τὸν βασιλέα· εἶποι δ' ἂν εἰκότως πρὸς αὐτὸν ἡ γραφή· Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν βασιλέα, καὶ πάλιν· Ἐγὼ καὶ ὁ βασιλεὺς

[80] Apoc. IV, 9. [81] Joan. VIII, 12. [82] Luc. V, 24. [83] Joan. XVI, 15. [84] Joan. XVII, 10.

Digitized by Google

ἓν ἐσμεν, ὅσον εἰς ὁμοιότητα καὶ ἀκριβεστάτην ἐμφέρειαν, καὶ πάλιν· Ἐγὼ ἐν τῷ βασιλεῖ, καὶ ὁ βασιλεὺς ἐν ἐμοί, κατὰ τὸ τῆς μορφῆς σχῆμα (τὸ γὰρ εἶδος τὸ ἐκείνου πάντως φορεῖ ἡ γραφή, καὶ τὸ τῆς γραφῆς εἶδος ἐν ἐκείνῳ πάντως σώζεται)· οὕτως ἐστὶ καὶ ὁ Υἱὸς λέγων· « Ὁ ἑωρακώς ἐμέ, ἑώρακε τὸν Πατέρα. Κἀγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἓν ἐσμεν. Ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί. » Τὸ γὰρ ἴδιον τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας ἀπαραλλάκτως ἔχων ὁ Υἱός, εἰκών ἐστι τοῦ Πατρὸς ἀκριβὴς, καὶ μορφὴ τοῦ γεννήσαντος, ὅλον ἐν ἑαυτῇ δεικνύουσα τὸν γεγεννηκότα. Οὕτω γὰρ νοήσεις καὶ τὸ παρὰ τῷ Παύλῳ κείμενον· « Ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ. » Ἴσος γὰρ ἦν τῷ Θεῷ ὅλος ὢν Θεὸς, ὥσπερ καὶ ὁ Πατὴρ· οὕτως ἦν ἐν Χριστῷ κόσμον ἑαυτῷ καταλλάττων ὁ Θεός· οὕτως ἅπερ ἐργάζεται ὁ Υἱὸς, τοῦ Πατρός ἐστιν ἔργα. Οὐδεμιᾶς γὰρ ἐν αὐτοῖς οὔσης διαφορᾶς ὅσον εἰς θεότητα καὶ φύσιν, τὸ κωλύον οὐδὲν ἔργα τοῦ Πατρὸς λέγεσθαι τὰ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τὸ ἀντικείμενον.

A sum : Ego in rege, et rex in me, juxta formæ speciem (nam illius formam tabella plane refert, et forma tabellæ sive picturæ in ipso etiam est) ; ita et Filius dicit : « Qui vidit me, vidit et Patrem [86] ; » et, « Ego et Pater unum sumus [87]. Ego in Patre, et Pater in me [87]. » Filius enim habens proprietatem essentiæ Patris citra ullam differentiam, est perfecta imago Patris et forma genitoris, totum in se genitorem referens atque exprimens. Ita enim etiam illud Pauli intelliges : « Qui cum esset in forma Dei, non rapinam arbitratus est se esse æqualem Deo [88]. » Æqualis enim erat Deo totus exsistens Deus, sicut et Pater : ita erat in Christo mundum sibi concilians Deus : ita quæcunque operatur Filius, Patris opera sunt. Cum enim nulla inter eos sit differentia B quantum ad deitatem et naturam, nihil obstat quominus opera Filii dicantur opera Patris, et e contrario

ΑΛΛΟ.

Εἰ πάντα ὅσα πρόσεστιν ἐξαίρετα τῷ Πατρὶ, ταῦτα προσόντα καὶ τῷ Υἱῷ φαίνεται, οὐ κατὰ χάριν ἐπιγεγονότα, οὐδὲ κατά τινα μετοχὴν, ἀλλὰ φυσικῶς, ὥσπερ καὶ τῷ γεγεννηκότι, καὶ τὸ μεσολαβοῦν οὐδὲν, ἢ τὸ μερίζον εἰς ἀνομοιότητα, δῆλον ἂν εἴη καὶ παντί τῳ σαφὲς, ὅτιπερ αὐτὸ τῆς πατρικῆς οὐσίας τὸ ἴδιον ὑπάρχων ὁ Υἱὸς, ὅλον ἐν ἑαυτῷ φορεῖ τὸν Πατέρα· καὶ ὅλος ἐστὶν ἐν Πατρὶ κατὰ τὴν ταυτότητα τῆς οὐσίας· καὶ διά τοι τοῦτο καλῶς τε καὶ ἀκολούθως ἐρεῖ· « Ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί. » C Καὶ, « Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἓν ἐσμεν. » Διὰ γὰρ τοῦ μηδὲν αὐτῷ παραλελεῖφθαι τῶν ὅσα πρόσεστι τῷ Πατρὶ, τοιοῦτος ἔσται πάντως ὁποῖος ἂν εἴη καὶ ὁ γεννήσας αὐτόν.

ALIUD.

Si quæcunque eximia sunt in Patre, ea et Filio adesse cognoscuntur, non per gratiam adjecta aut per participationem, sed naturaliter, sicut et Patri, nullumque omnino est discrimen, aut dissimilitudo ; manifestum etiam cuivis fuerit quod Filius cum sit ipsamet proprietas essentiæ Patris, totum in se Patrem gestat, et totus est in Patre secundum identitatem essentiæ. **112** Recte igitur et convenienter dicit : « Ego in Patre, et Pater in me ; » et, « Ego et Pater unum sumus. » Quia enim nihil in eo desideratur eorum quæ Patri insunt, talis omnino est qualis est is qui eum genuit.

ΑΛΛΟ.

Πατὴρ καλεῖται Θεὸς, συνεισφερομένης αὐτῷ πάντως τῆς ὑπάρξεως τοῦ Υἱοῦ· οὐ γὰρ ἂν εἴη Πατὴρ, οὐκ ἔχων τὸν ἐξ ἑαυτοῦ προελθόντα Λόγον. Καὶ πάλιν ἡ τοῦ Υἱοῦ προσηγορία συνεισάγει πάντως τὴν τοῦ Πατρὸς ὕπαρξιν. Τοῦτο γὰρ ὡς πρὸς ἐκεῖνο σημαίνεται. Εἰ τοίνυν ἀναγκαίως θάτερόν ἐστιν ἐν θατέρῳ, καὶ Πατὴρ μὲν σημαίνεται μετὰ τοῦ ἰδίου γεννήματος· Υἱὸς δὲ πάντως μετὰ τοῦ γεννήσαντος αὐτὸν, προσαληθεύει, λέγων· « Ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ D Πατὴρ ἐν ἐμοί. »

ALIUD.

Pater vocatur Deus, intellecta simul cum eo exsistentia Filii, neque enim esset Pater, non habens Verbum ex se procedens. Et vicissim appellatio Filii necessario etiam statuit exsistentiam Patris. Hoc enim respectu illius dicitur. Si ergo necessario alterum est in altero, et Pater quidem significatur cum proprio suo Filio, et Filius cum suo Patre, vere profecto dicit « « Ego in Patre, et Pater in me. »

ΑΛΛΟ.

Εἰ πᾶς ὁ πιστεύων εἰς τὸν Υἱὸν, εἰς τὸν Πατέρα πιστεύει, καὶ ὁ τιμῶν τὸν Υἱὸν, τιμᾷ τὸν Πατέρα, καὶ πάλιν, ὁ προσκυνῶν τῷ Πατρὶ, προσκυνεῖ τῷ Υἱῷ, πῶς οὐχ οὕτως ἐν ἐκείνῳ, κἀκεῖνος ὢν ἐν τούτῳ δεικνύηται κατὰ τὸ τῆς οὐσίας ἀπαράλλακτον ; Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ μία προσκύνησις ἡ ἐν Υἱῷ καὶ Πατρὶ γινομένη σὺν ἁγίῳ Πνεύματι, καὶ εἷς Θεὸς παρὰ πάντων ὁμολογεῖται, καὶ ἔστιν, ὡς οὐδεμιᾶς μεταξὺ κειμένης διαφορᾶς Πατρός τε καὶ Υἱοῦ, ἀλλ' ἐν ταυτό-

ALIUD.

Si omnis qui credit in Filium, credit etiam in Patrem, et qui colit Filium, colit et Patrem ; et contra, qui adorat Patrem, adorat et Filium : quo pacto non sit hic in illo, et ille in hoc, omnimoda essentiæ similitudine? Idcirco unica est adoratio quæ Filio et Patri cum Spiritu sancto præstatur, et unus Deus ab omnibus, et prædicatur, et est ; quod nimirum nulla differentia disjungat Patrem et Filium, sed identitate essentiæ præditi sint ; nihilque

[86] Joan. xiv, 9. [87] Joan. x, 30. [87] Joan. xiv, 11. [88] Philipp. ii, 6.

Digitized by Google

habeant quod a naturali proprietate eos sejunxat.

ALIUD.

Dogma veluti ex objectione hæreticorum.

Pater, inquiunt, est in Filio, et Filius in Patre, secundum habitum. Cum enim nullo modo dissentiant in judiciis, vel cogitationibus, sed quæcunque vult Pater, ea vult et Filius, et vicissim quæcunque vult Filius, vult et Pater, et consensus quidem atque identitas voluntatum in eis deprehenditur, atque ea ratione Pater est in Filio, et Filius in Patre.

Solutio objectionis.

Licebit igitur etiam angelis, aut aliis rationalibus potestatibus, de quibus Psalmista ait : « Benedicite Dominum, omnes angeli ejus, ministri ejus facientes voluntatem ejus [89], » Servatoris ipsa voce uti, singulique eorum dicere poterunt : « Ego in Patre, et Pater in me. » — « Qui vidit me, vidit et Patrem. » Nemini enim dubium est, quin omnia quæ vult Pater, velint etiam Angeli et Archangeli, et Throni, et Dominationes, et Potestates; neque quidquam horum dissentit a voluntate Dei. Neque enim manerent in suo ordine, nisi hunc scopum sibi propositum haberent **113**. Nam is qui aliud quam Dei voluntatem quærebat, audivit : Nunc autem ad inferos descendes, et ad fundamenta terræ. Si ergo unumquodque eorum quæ dicta sunt, vult quæcunque Deus vult, firmumque in eo manet, suamque dignitatem retinet, nullaque ratione his Filii verbis utuntur; non consensus animorum, identitasque voluntatum declarat Filium in Patre esse, et Patrem in Filio, sed omnimoda essentiæ similitudo, et naturalis proprietatis identitas.

ALIUD.

Cum immotum et inconcussum statum habeant, suumque principatum servent angeli, atque archangeli, aliæque his superiores rationales potestates, manifestum sane est eos voluntati Dei nequaquam repugnare, sed creatoris imperio ac legibus morem gerere, suamque voluntatem ad divinam aggregare, ut omnia et velint et faciant quæ illi placent. Quod cum ita sit, neque ullus omnino inficietur, quamobrem solus Filius Unigenitus, et Verbum ac sapientia est? Oportebat enim profecto, si ob id dicitur Unigenitus, et sapientia, et Verbum, quia omnia quæ vult Pater, vult et ipse, reliquas etiam rationales creaturas idem esse, iisdemque nominibus illas appellari, quibus Filius. Si vero nulla ex iis, aut Unigenitus est Filius, aut Verbum, neque sapientia, neque lumen, neque splendor, neque forma, neque imago Patris, necessarium plane est ut sentiamus, Filium non eam ob causam dixisse : « Ego in Patre, et Pater in me; » et rursum : « Ego et Pa-

[89] Psal. CIII, 20.

A τητι τῆς οὐσίας ὄντων καὶ οὐδὲν ἐχόντων ὁ τῆς φυσικῆς ἰδιότητος ἀποτέμνει τὸν ἕτερον.

ΑΛΛΟ.

Δόγμα, ὡς ἐξ ἀντιθέσεως τῶν χριστομάχων.

Ὁ Πατὴρ, φασὶν, ἐν τῷ Υἱῷ, καὶ ὁ Υἱὸς ἐστιν ἐν τῷ Πατρὶ, κατὰ τόδε τὸ σχῆμα. Ἐπειδὴ γὰρ κατ' οὐδένα τρόπον διαφωνοῦσιν ἐν τοῖς κρίμασιν, ἢ ἐν τοῖς νοήμασιν, ἀλλ' ἅπερ ἂν ὁ Πατὴρ βούληται, καὶ ὁ Υἱὸς ταῦτα, καὶ πάλιν ἅπερ ἂν ὁ Υἱὸς ἐθελήσῃ, ταῦτα καὶ ὁ Πατὴρ, καὶ συμφωνία τις καὶ ταυτότης θελημάτων καὶ γνώμης ἐν αὐτοῖς φαίνεται, κατὰ τοῦτο Πατὴρ ἐν Υἱῷ, καὶ Υἱὸς ἐστιν ἐν Πατρί.

Πρὸς τοῦτο λύσις.

Ἆρ' οὖν ἐξέσται καὶ ἀγγέλοις ἢ καὶ ἄλλαις λογικαῖς δυνάμεσι, περὶ ὧν ἐν Ψαλμοῖς εἴρηται· « Εὐλογεῖτε τὸν Κύριον, πάντες οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ, λειτουργοὶ αὐτοῦ ποιοῦντες τὸ θέλημα αὐτοῦ, » ταῖς τοῦ Σωτῆρος κεχρῆσθαι φωναῖς, ὡς ἕκαστον εἰπεῖν· « Ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοὶ, » καὶ « Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα. » Καίτοι παντὶ τῷ δῆλον, ὅτι πάντα ὅσα βούλεται Θεὸς, ταῦτα πάντως καὶ Ἄγγελοι βούλονται, καὶ Ἀρχάγγελοι, καὶ Θρόνοι, καὶ Κυριότητες, καὶ Ἐξουσίαι, καὶ τούτων οὐδὲν διαφωνοῦν εὑρίσκεται πρὸς τὴν θείαν βούλησιν. Οὐ γὰρ ἂν ἔμειναν ἐν τῇ οἰκείᾳ τάξει, μὴ τοῦτον ἔχοντα τὸν σκοπόν. Ὁ γὰρ ἕτερόν τι παρὰ τὸ τοῦ Θεοῦ θέλημα ζητήσας, ἤκουσε· Νῦν δὲ εἰς ᾅδην καταβήσῃ, καὶ εἰς τὰ θεμέλια τῆς γῆς. Εἰ τοίνυν ἕκαστον τῶν εἰρημένων θέλει μὲν ὅσα βούλεται Θεὸς, ἕστηκε δ' ἐν τούτῳ, καὶ σώζει τὴν οἰκείαν ἀρχὴν, καὶ οὐδαμοῦ φαίνεται ταῖς τοῦ Υἱοῦ κεχρημένον φωναῖς, οὐχὶ συμφωνία τῆς γνώμης, οὐδὲ τὸ βούλεσθαι τὰ αὐτὰ, δεικνύει τὸν Υἱὸν ἐν Πατρὶ καὶ τὸν Πατέρα πάλιν ἐν Υἱῷ, ἀλλ' ἡ τῆς οὐσίας ἀπαράλλακτος ὁμοιότης, καὶ ἡ ταυτότης τῆς κατὰ φύσιν ἰδιότητος.

ΑΛΛΟ.

Ἐπειδὴ μένουσιν ἀκλόνητον ἔχοντες τὴν στάσιν καὶ σώζοντες τὴν οἰκείαν ἀρχὴν Ἄγγελοί τε καὶ Ἀρχάγγελοι, καὶ αἱ τούτων ἀνωτέρω λογικαὶ δυνάμεις, πρόδηλον, δήπουθεν ὡς οὐ στασιάζουσι κατὰ τῶν τοῦ Θεοῦ θελημάτων, ἀλλ' εἴκουσί τε καὶ ὑποτάσσονται τοῖς τοῦ πεποιηκότος νόμοις, καὶ σύμφωνον ἔχουσι πρὸς Θεὸν τὴν γνώμην, ὡς πάντα βούλεσθαί τε καὶ ποιεῖν ὅσαπερ αὐτῷ δοκεῖ. Οὕτω τοίνυν ἔχοντος τοῦδε, καὶ συνομολογουμένου παρὰ πᾶσιν, ὅτου δὴ χάριν μόνος ὁ Υἱὸς Μονογενὴς, καὶ Λόγος καὶ σοφία ἐστίν; Ἔδει γὰρ, εἴπερ ὄντως τὸ θέλειν ὅσα καὶ ὁ Πατὴρ βούλεται, Μονογενῆ καλεῖσθαι ποιεῖ, καὶ σοφίαν, καὶ Λόγον, καὶ τοῖς ἄλλοις λογικοῖς κτίσμασι ταῦτα ὑπάρχειν, καὶ τοσούτοις ὀνόμασιν ἀποκαλεῖσθαι καὶ αὐτὰ, ὅσοισπερ ἂν καὶ ὁ Υἱός. Εἰ δὲ τούτων οὐδὲν, οὔτε Μονογενὴς ἐστιν Υἱὸς, οὔτε Λόγος, οὔτε σοφία, οὔτε φῶς, οὔτε ἀπαύγασμα, οὔτε μορφὴ, οὔτε εἰκὼν τοῦ Πατρὸς, ἀναγκαῖον εἰδέναι λοιπὸν, ὅτιπερ οὐ τὸ βούλεσθαι τὰ αὐτὰ τῷ Πατρὶ,

Digitized by Google

οὐδὲ τὸ μίαν ἔχειν πρὸς αὐτὸν τὴν γνώμην παρασκευάζει λέγειν τὸν Υἱόν· « Ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοὶ, » καὶ πάλιν· « Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἓν ἐσμεν· » ἀλλ' ὅτι, τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας γνήσιον ὑπάρχων γέννημα, φέρει μὲν ἐν ἑαυτῷ τὸν Πατέρα, φαίνεται δὲ καὶ αὐτὸς ἐν Πατρί. Κρατοίη δ' ἂν ὁ αὐτὸς οὗτος λόγος καὶ ἐπ' ἀνθρώπων ἁγίων, οἷς τὸ ἀκολουθεῖν τοῖς θείοις θελήμασι σκοπὸς, καὶ οὐκ ἔστιν εἰπεῖν· « Ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί. » A ter unum sumus : » quia eadem vult quæ Pater, eamdemque habet cum Patre animi sententiam; sed quia, cum sit verum ac genuinum essentiæ Patris germen, ipse in se Patrem gestat, ipseque vicissim in Patre cernitur. Porro eadem quoque ratio obtineat in sanctis hominibus, quorum scopus atque institutum cum sit divinæ voluntati obedire, de seipsis tamen dicere non possunt : « Ego in Patre, et Pater in me. »

ΑΛΛΟ.

Ὡς ἐξ ἀντιθέσεως τῶν αἱρετικῶν.

Εἰ τὸ καλεῖσθαι, φασὶν, Υἱὸν καὶ εἰκόνα τοῦ Πατρὸς, ἕνα αὐτῷ κατὰ φύσιν ἐργάζεται τὸν τοιούτοις ὀνόμασιν ἀποσεμνυνόμενον, τί κωλύσει καὶ ἡμᾶς B ἀνθρώπους ὄντας, ἐπειδήπερ καὶ υἱοὶ κεκλήμεθα, καὶ κατ' εἰκόνα γεγόναμεν Θεοῦ, ὁμοίους εἶναι κατ' οὐσίαν αὐτῷ;

Πρὸς τοῦτο Λύσις.

Ἀλλ' ἡμῖν μὲν, ὦ βέλτιστοι, κατὰ χάριν· τῷ δὲ Θεοῦ Λόγῳ κατὰ φύσιν τοῦτο ὑπάρχει. Καὶ περὶ μὲν ἐκείνου λέγεται· « Τίς ὅμοιός σοι ἐν θεοῖς, Κύριε; » ὡς οὐκ ἐπείσακτον ἔχοντος, ἀλλὰ φυσικὸν τὸ ἀξίωμα. Περὶ δὲ ἡμῶν· « Ἐγὼ εἶπα· Θεοί ἐστε, καὶ Υἱοὶ Ὑψίστου πάντες. » Ὑμεῖς δὲ δὴ ὡς ἄνθρωποι ἀποθνήσκετε, καὶ ὡς εἷς τῶν ἀρχόντων πίπτετε. Ὡς εἰ μὴ πᾶσαν ποιησαίμεθα σπουδὴν εἰς τὸ παραιτεῖσθαι τὸ φαῦλον, ῥᾳδίως ἐξ ὧν εἰλήφαμεν ἀποπεσεῖν δυνάμεθα. Εἰλήφαμεν δὲ κατὰ χάριν τὸ καλεῖσθαι καὶ C υἱοὶ καὶ Θεοὶ, ἃ δὴ φυσικῶς πρόσεστι τῷ Υἱῷ. Εἰκὼν δὲ πάλιν χρηματίζομεν Θεοῦ, ἐπειδήπερ τὴν ἀληθινὴν εἰκόνα τὸν Λόγον αὐτοῦ ἐδεξάμεθα, καὶ ᾤκησεν ἐν ἡμῖν, ἢ καὶ ἐν τελευταίοις καιροῖς ἐνηνθρώπησε διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν. Πολλή τις οὖν καὶ ἄμετρος ἡ διαφορὰ, μεταξύ τε ἡμῶν τῶν κατὰ χάριν κεκλημένων υἱῶν, καὶ τοῦ κατὰ φύσιν ὄντος καὶ ἀληθινῶς. Καὶ φλυαρία μᾶλλον ὑμῶν ἡ πρότασις ἢ νόημα χρήσιμον δέδεικται.

ALIUD.

Ex objectione hæreticorum.

Si, inquiunt, quia vocatur Filius et imago Patris, unum cum ipso naturaliter facit eum qui ejuscemodi nominibus insignitus est, quid obstiterit quominus etiam nos homines qui filii vocamur [85], et ad imaginem Dei facti sumus, similes ei secundum essentiam simus?

Solutio objectionis.

At nobis, o boni, per gratiam : Verbo autem Dei id naturaliter inest. Ac de illo quidem dicitur : « Quis similis tibi in diis, Domine [86]? » quique qui non ascititia, sed naturali dignitate præditus sit. **114** De nobis vero : « Ego dixi : Dii estis, et filii Excelsi omnes. Vos autem sicut homines moriemini, et sicut unus principum cadetis [87]. » Nisi enim summo studio vitium fugiamus, facile iis quæ accepimus excidemus. Accepimus autem gratiam, ut vocemur filii et dii : quæ quidem naturaliter Filio insunt. Vocamur autem etiam imago Dei, siquidem veram imaginem Verbum ipsius suscepimus, et habitavit in nobis [88], et ultimis temporibus factus est homo propter nostram salutem. Magna igitur atque immensa est differentia inter nos per gratiam vocatos filios, et eum qui vere ac naturaliter est Filius. Frivola igitur atque inanis plane est vestra objectio.

ΑΛΛΟ.

Εἰ ταύτης ἕνεκα καὶ μόνης τῆς αἰτίας ὅμοιον εἶναι τῷ Πατρὶ φατε τὸν Υἱὸν, ὦ χριστομάχοι, ὅτι δὴ πάνθ' ὅσα βούλεται ὁ Πατὴρ, ταῦτα καὶ αὐτὸς, οὐκ ἔσται τῷ Πατρὶ μᾶλλον προσεοικὼς, ἀλλὰ τοῖς τοῦ D Πατρὸς θελήμασι. Καὶ ὁ μὲν Πατὴρ, καθ' ὑμᾶς, ὀνόματι μόνον τοῦτό ἐστιν· ὁ δὲ Υἱὸς, οὔτε υἱὸς, οὔτε ἀπαράλλακτος τοῦ γεννήσαντος εἰκὼν, ἀλλὰ μόνων τῶν θελημάτων αὐτοῦ μιμητής. Ἐπεὶ καὶ ὁ Παῦλος μιμητὴς ὑπάρχων τοῦ Χριστοῦ καὶ προσεοικὼς αὐτῷ κατά τε τὸ βούλεσθαι πάνθ' ὅσα καὶ αὐτὸς ἐβούλετο, καὶ κατὰ τὸν τῆς διδασκαλίας λόγον, ἔχει μὲν εἰκόνα τῶν θελημάτων αὐτοῦ, οὐκ ἔστι δὲ κατὰ φύσιν ὁ αὐτὸς τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ. Εἰ δὲ τοῦτο ἄτοπον ὁμοῦ καὶ ἀσεβὲς, ἀνάγκη φέρειν τὴν ὁμοιότητα κατὰ μόνης τῆς οὐσίας καὶ τοὺς τῆς φύσεως χαρακτῆρας. Οὕτω γὰρ ὄντως ἀληθέστερον εἰκὼν τοῦ Πατρὸς ὁ

ALIUD.

Si eam et quidem solam ob causam, vos, Christi hostes, Filium Patri similem esse dicitis, quia omnia quæ vult Pater, vult et ipse, non erit tam Patri similis, quam voluntati Patris. Et Pater quidem juxta vos, nomine solum hoc est, Filius autem neque filius, neque omnimoda Patris imago, sed solum voluntatis ejus imitator. Siquidem et Paulus imitator exsistens Christi [89], et similis ei in eo quod vellet omnia quæ ipse, et ratione doctrinæ, habet quidem imaginem ipsius voluntatis, non est autem naturaliter idem cum Filio Dei. Quod cum ita sit, absurdum simul et impium est, in alia re constituere similitudinem Filii cum Patre, præterquam in sola essentia, et in characteribus naturæ. Ita enim profecto verius imago Patris Filius esse ostenditur, adeo ut dicere possit : « Ego in Patre, et Pa-

[84] Psal. LXXXI, 6. [85] Psal. LXXXV, 6. [86] Psal. LXXXI, 8. [87] Joan. I, 14. [88] I Cor. IV, 16.

Digitized by Google

ter in me; » et rursum : « Qui vidit me, vidit et Patrem. »

Υἱὸς ἀναδειχθήσεται, ὡς καὶ δύνασθαι λέγειν· « Ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοὶ, » καὶ πάλιν· « Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα. »

ALIUD, *modo explicativo.*

Ita est unum Pater et Filius, eaque ratione similis ipsi est, quemadmodum in nobis Filius ratione essentiæ similis esse Patri intelligitur, et quemadmodum splendor ex sole procedens. Idcirco, cum ita se habeat Filius ad Patrem, operante Filio operatur et Pater : eoque rursum ad sanctos veniente venit etiam Pater, sicut ipse ait : « Veniemus, ego et Pater, et mansionem apud ipsum faciemus [88]. » Omnia enim, ut modo dictum est, a Patre per Filium fiunt : idcirco si quibus unquam sanctis gratia data est, eam Pater per Filium largitus fuisse **115** cernitur. Cujus rei Paulus testis est, ad quosdam scribens : « Gratia vobis et pax a Deo Patre et Domino Jesu Christo [89]. » Et ipse rursum alibi : « Ipse Pater et Deus noster et Dominus noster Jesus Christus dirigat viam nostram ad vos [90]. » At si non esset unitas Patris cum Filio, dixisset profecto, Dirigant viam nostram, ut duos significaret. Nunc vero id non facit : unitatem autem Patris et Filii manifeste observans, singulariter dixit, *dirigat*, non quasi seorsim Pater, et seorsim Filius suppeditet gratiam, sed tanquam Pater per Filium in Spiritu sancto ex una deitate dona sua sanctis conferat.

ΑΛΛΟ, *τρόπῳ διηγηματικῷ.*

Οὕτως ἓν εἰσιν ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς, καὶ κατὰ τόνδε τὸν τρόπον ἐμφερής ἐστιν αὐτῷ, ὡς ἂν ἐφ' ἡμῶν νοηθείη υἱὸς πρὸς τὸν ἑαυτοῦ πατέρα κατά γε τὸν τῆς οὐσίας λόγον, καὶ ὡς ἂν ἴδοι τις πρὸς τὸν ἥλιον τὸ ἐξ αὐτοῦ προϊὸν ἀπαύγασμα. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ διὰ τὸ οὕτως ἔχειν τὸν Υἱὸν πρὸς τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα, ἐργαζομένου τοῦ Υἱοῦ, ὁ Πατὴρ ἐργάζεται, καὶ πρὸς τοὺς ἁγίους ἐρχομένου πάλιν αὐτοῦ, ὁ Πατὴρ ἐστιν ὁ ἐρχόμενος, ὡς αὐτὸς ἔφησεν· « Ἐλευσόμεθα, ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ, καὶ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιήσομεν. » Πάντα γὰρ, καθάπερ ἤδη προείρηται, παρὰ Πατρὸς δι' Υἱοῦ γίγνεται· καὶ γοῦν εἴ ποτέ τισιν ἁγίοις δέδοται χάρις, ταύτην ὁ Πατὴρ δι' Υἱοῦ χορηγήσας φαίνεται. Καὶ μάρτυς ὁ Παῦλος γράφων πρός τινας· « Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. » Πάλιν ὁ αὐτὸς ἑτέροις ἐπιστέλλων· « Αὐτὸς δὲ ὁ Πατὴρ καὶ Θεὸς ἡμῶν, καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς κατευθύναι τὴν ὁδὸν ἡμῶν πρὸς ὑμᾶς. » Ἀλλ' εἰ μή τις ἦν ἑνότης Πατρὶ πρὸς Υἱὸν, εἶπεν ἄν, Κατευθύνοιεν τὴν ὁδὸν ἡμῶν, ἵνα τοὺς δύο σημάνῃ. Νυνὶ δὲ τοῦτο μὲν οὐ ποιεῖ· τὴν δὲ ἑνότητα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ τηρήσας σαφῶς, τὸ *κατευθύναι* τέθεικεν ἑνικῶς· οὐχ ὡς ἰδίᾳ μὲν τοῦ Πατρὸς, ἰδίᾳ δὲ χορηγοῦντος τοῦ Υἱοῦ, ἀλλ' ὡς Πατρὸς δι' Υἱοῦ ἐν ἁγίῳ Πνεύματι ἐκ τῆς μιᾶς θεότητος πεμπομένων τῶν χαρισμάτων εἰς τοὺς ἁγίους.

ALIUD.

Si separatus esset secundum naturam ab essentia Patris Filius, et nisi inter eos inseparabilis quædam unitas intercederet, qualis est inter splendorem et solem, sufficeret solum Patrem sanctis dona conferre, non admisso simul ad hoc Filio. Nam si creatæ naturæ est, et diversum quid a Deo, quam ob causam cum nulla ex omnibus creaturis Deo communicet ad divinorum donorum largitionem, solus ipse admittatur? Nemo enim ferat aliquem dicentem : Det tibi petitiones cordis tui Deus Pater et angelus; sed neque si quid majus angelo nominet. Soli enim Deo convenit hoc, dare. Si vero dat non cum ulla ex creaturis, sed cum solo Filio et per Filium in Spiritu sancto, manifestum satis hinc fuerit illum naturaliter ex essentia Patris genitum esse, Patremque in se habere : ipsumque vicissim exsistentem in Patre omnia efficere atque operari, et dona sanctis conferre. Quod et Paulus testatur dicens : « Gratias ago Deo meo semper de vobis propter gratiam Dei quæ data vobis in Christo Jesu [91]. »

ΑΛΛΟ.

Εἰ κεχώριστο κατὰ φύσιν τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας ὁ Υἱὸς, καὶ εἰ μή τις ἑνότης ἀδιάστατος ἦν ἐν αὐτοῖς ὁποίαν ἔχει τὸ ἀπαύγασμα πρὸς τὸν ἥλιον, ἐξήρκει καὶ μόνον τὸν Πατέρα τοῖς ἁγίοις ἐπιδιδόναι τὰ χαρίσματα, μὴ συμπαραλαμβανομένου πρὸς τοῦτο καὶ τοῦ Υἱοῦ. Εἰ γὰρ κτιστῆς ἐστιν οὐσίας, καὶ ἕτερόν τι παρὰ τὸν Θεὸν, ποῖον ἔχει λόγον οὐδενὸς τῶν ἄλλων κτισμάτων ἐπικοινωνοῦντος Θεῷ πρὸς τὴν δόσιν τῶν θείων χαρισμάτων, μόνον αὐτὸν παραλαμβάνεσθαι; Οὐ γὰρ ἀνέξεταί τις λέγοντός τινος· Δοίη σοι τὰ αἰτήματά σου Θεὸς τυχὸν ὁ Πατὴρ καὶ ὁ ἄγγελος· ἀλλ' οὐδὲ εἴ τι μεῖζον ὀνομάσειεν ἀγγέλου. Μόνῳ γὰρ τὸ διδόναι πρέπει Θεῷ. Εἰ δὲ δίδωσιν, οὐ μετά τινος ἑτέρου τῶν κτισμάτων, ἀλλὰ μόνῳ σὺν Υἱῷ καὶ δι' Υἱοῦ ἐν ἁγίῳ Πνεύματι, δῆλον ἐντεῦθεν ἂν εἴη καὶ παντὶ τῳ γνώριμον, ὅτιπερ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς ἴδιόν ἐστι γέννημα, καὶ τὸν Πατέρα ἔχων ἐν ἑαυτῷ, αὐτός τε ὁμοίως ὑπάρχων ἐν τῷ Πατρὶ, πάντα ἐνεργεῖ καὶ ἐργάζεται καὶ χορηγεῖ τοῖς ἁγίοις τὰς δωρεάς. Καὶ μάρτυς ὁ Παῦλος λέγων· « Εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ μου πάντοτε περὶ ὑμῶν ἐπὶ τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ τῇ δοθείσῃ ὑμῖν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. »

ALIUD.

Ex objectione hæreticorum.

Dixistis, aiunt, nullam creaturarum Deo commu-

ΑΛΛΟ.

Ὡς ἐξ ἀντιθέσεως τῶν αἱρετικῶν.

Εἰρήκατε, φασὶ, μηδὲν τῶν κτισμάτων συμπαρα-

[88] Joan. xiv, 23. [89] Rom. i, 7. [90] I Thes. iii, 11. [91] I Cor. i, 4.

Digitized by Google

λαμβάνεσθαι τῷ Θεῷ ἐν ταῖς τῶν χαρισμάτων ἐπιδόσεσι. Τί οὖν ἄρα ποιήσετε τὸν πατριάρχην Ἰακὼβ εὑρίσκοντες ἐν ταῖς θείαις Γραφαῖς τοὺς ἐξ Ἰωσὴφ εὐλογοῦντα τόν τε Ἐφραΐμ δηλονότι καὶ τὸν Μανασσῆ, καὶ λέγοντα· « Ὁ Θεὸς ὁ τρέφων με ἐκ νεότητός μου ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης, καὶ ὁ ἄγγελος ὁ ῥυόμενός με ἐκ πάντων τῶν κακῶν μου, εὐλογήσαι τὰ παιδία ταῦτα; » Ἰδού, φησὶν, ὀνομάσας Θεὸν, προστέθεικε καὶ τὸν ἄγγελον, ὡς εὐλογεῖν σὺν αὐτῷ δυνάμενον. A

Πρὸς ταῦτα λύσις.

Εἰ προφητικὸν ἐνυπάρχειν πνεῦμα τῷ τὰ τοιαῦτα λέγοντι ἐνομολογοῦσιν οἱ χριστομάχοι, καὶ πιστεύουσιν ὄντως ἅγιον ἄνδρα γεγενῆσθαι τὸν Ἰακὼβ, ὅτου δὴ χάριν τοσαύτην αὐτῷ περιτιθέντες πλάνην, οὐκ αἰσχύνονται ὡς ἄγγελον συνάπτειν τῷ πάντων Θεῷ, καὶ δύνασθαι συνευλογεῖν τῷ πεποιηκότι τὸ δι' αὐτοῦ γενόμενον νομίζειν; Εἰ δὲ τοῦτο ἄτοπον, ἀκουέτωσαν καὶ παρ' ἡμῶν. Εἰ μὲν ἅγιον ὄντως πιστεύετε γεγενῆσθαι τὸν Ἰακὼβ, παύσασθε δυσφημοῦντες αὐτόν· ζητεῖτε δὲ μᾶλλον τῶν εἰρημένων παρ' αὐτοῦ τὴν ἀληθῆ διάνοιαν. Εἰ δὲ οὐκ ἦν ἅγιος, πρὸς δὲ τοῖς ἄλλοις ἅπασι καὶ τοῦτο λέγειν τολμᾶτε, τί πρὸς ἀνατροπὴν, ὡς οἴεσθε, τῶν τοσούτων καὶ τηλικούτων, ἀνδρὸς οὐχ ἁγίου φέρετε φωνήν; Παρελθόντες τοιγαροῦν τὰς ὑμῶν ἀμαθίας, ἑρμηνεύσομεν καθ' ὃν δεῖ τρόπον τοῦ πατριάρχου τοὺς λόγους. Ὡς γὰρ ἀνὴρ ἅγιος καὶ Πνεύματι θείῳ πρὸς τὴν γνῶσιν τῶν τῆς εὐσεβείας δογμάτων παιδαγωγούμενος, πρῶτον μὲν ἔφησεν· Ὁ Θεὸς ὁ τρέφων με ἐκ νεότητός μου, εὐλογήσαι τὰ παιδία ταῦτα. Εἶτά φησι· Καὶ ὁ ἄγγελος ὁ ῥυόμενός με ἐκ πάντων τῶν κακῶν μου· ἵνα δὲ μὲν τοῦ λέγειν, Ὁ Θεὸς, σημαίνῃ τὸν Πατέρα· διὰ δὲ τοῦ λέγειν, Ὁ ἄγγελος, τὸν ἐξ αὐτοῦ Λόγον. Ἤδει γὰρ ὅτι καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ, μεγάλης βουλῆς Ἄγγελος. Ὅτι δὲ τὸν Υἱὸν ἐνθάδε φησὶ, καὶ οὐ τοιοῦτον ἄγγελον, ὁποῖον ἡ συνήθεια δίδωσι νοεῖν, ἐντεῦθεν ἔσται καταφανές. Εἰρηκὼς γὰρ, Ὁ ἄγγελος, οὐχ ἵστησι μέχρι τούτου τὸν λόγον, ἀλλὰ προστέθεικεν· « Ὁ ῥυόμενός με ἐκ πάντων τῶν κακῶν μου. » Ἴδωμεν τοίνυν ἐκ τῶν αὐτοῦ ῥημάτων, εἰ μὴ ὁ Θεὸς ἦν ὁ ῥυόμενος αὐτὸν, ἀλλά τις τῶν γενητῶν ἀγγέλων. B C

Ἀπόδειξις ἐξεξῆς, ὅτι Θεὸς ἦν ὁ ῥυόμενος ἐκ πάντων τῶν κακῶν τὸν πατριάρχην Ἰακώβ. D

Λέγεται παλαῖσαι πρὸς τὸν πατριάρχην Ἰακὼβ ἄγγελος, καὶ τοῦτο κεῖται παρὰ τῇ θείᾳ Γραφῇ. Ἀλλὰ συσχὼν αὐτὸν ὁ ἅγιος ἔφασκεν· « Οὐ μή σε ἀνῶ, ἐὰν μή με εὐλογήσῃς. » Ἦν δὲ οὗτος ὁ Θεός. Αὐτοῦ τε τοῦ πατριάρχου φέρεται φωνή· « Εἶδον Θεὸν πρόσωπον πρὸς πρόσωπον. » Τοῦτον τὸν ὡς ἄγγελον αὐτῷ ὀφθέντα παρεκάλει τοῖς ἐκγόνοις ἐπιπέμψαι τὴν εὐλογίαν.

ΑΛΛΟ, *ἐκ τῶν αὐτῶν.*

Ὤφθη τῷ πατριάρχῃ Κύριος ὁ Θεὸς, ὡς γέγραπται, καὶ εἶπεν αὐτῷ· « Ἰδοὺ ἐγὼ μετὰ σοῦ, διανicare, in donorum largitionibus. At quid statuetis de patriarcha Jacob, cum in sacris Scripturis invenietis eum posteris Joseph benedicentem, et Ephraim et Manassi, et dicentem : « Deus qui me nutrit a juventute mea usque ad hunc diem, et angelus qui liberat me ex omnibus malis meis, benedicat pueris istis [92]. » Ecce, inquiunt, cum nominasset **116** Deum, adjecit etiam angelum, utpote qui una cum ipso benedicere posset.

Solutio objectionis.

Si hostes Christi fatentur prophetico spiritu afflatum fuisse Jacob, cum ejusmodi diceret, neque diffitentur illum revera sanctum virum fuisse, quamobrem eos tantum errorem ei ascribere non pudet, quantus est, angelum Deo totius universi conjungere et putare creaturam simul cum eo a quo creata est benedicere posse? Si vero hoc absurdum est, audiant a nobis. Si sanctum omnino fuisse virum Jacob persuasum habetis, desinite ejusmodi contumelia eum onerare : at potius eorum quæ dixit veram sententiam investigate. Si autem sanctus non fuit, et præter alia hoc etiam dicere audetis, cur ad subvertendas res tanti momenti auctoritate viri non sancti utimini? Cæterum nos omissis vestris deliramentis, patriarchæ verba quomodo intelligenda sint, explicabimus. Nam ut vir sanctus et a Spiritu divino ad notitiam dogmatum pietatis ductus, primum quidem dixit : Deus qui nutrit me a juventute mea, benedicat pueris hisce. Deinde ait : Et angelus qui liberat me ab omnibus malis meis, ut cum nominat Deum, intelligat Patrem : cum angelum, Verbum ex Patre significet. Sciebat enim vocari nomen ejus, magni consilii Angelus [93]. Quod vero Jacob ibi Filium significare voluerit, non autem talem angelum, qualem consuetudo est vocare angelum, inde manifestum est. Cum enim, angelus, dixit, non sistit in eo sermonem, sed addit : « Qui liberat me ex omnibus malis meis. » Videamus itaque ex ipsius verbis, an non sit Deus qui eum liberat ex omnibus malis suis, sed aliquis ex angelis creatis.

Demonstratur Deum fuisse qui liberavit patriarcham Jacob ex omnibus malis.

Angelus luctatus esse dicitur cum patriarcha Jacob, idque divina Scriptura testatur. At sanctus retinens eum, dixit : « Non dimittam te, nisi mihi benedicas [94]. » Erat autem is Deus. Quod et ipsius patriarchæ verba ostendunt dicentis : Vidi Deum facie ad faciem [95]. » Hunc itaque qui ut angelus ipsi visus est, rogat ut pueris benedicat.

ALIUD, *ex iisdem.*

Visus est patriarchæ Dominus Deus, ut scriptum est, et dixit ei : « Ecce ego **117** tecum sum, cu-

[92] Gen. xlviii, 16. [93] Isa. ix, 6 sec. LXX. [94] Gen. xxxii, 24-26. [95] Ibid. 30.

Digitized by Google

stodiens te in via quocunque ieris [96]. » Deus igitur erat qui liberavit, non angelus. Et rursus : quando Laban persecutus est Jacob et comprehendit, tunc quoque Deus prohibuit violentiam, non permittens alloqui Jacob. Quod autem Deus hæc illi præstiterit, ipsemet testatur uxoribus suis dicens : « Non dedit Deus potestatem Laban malefaciendi mihi [97].» Rursus cum frater Esau ipsi insidiaretur, non invocavit angelum, sed Deum, dicens: « Eripe me, Domine, de manu fratris mei Esau, quia timeo ipsum [98].

A φυλάσσων σε ἐν τῇ ὁδῷ οὗ ἐὰν πορευθῇς. » Οὐκοῦν Θεὸς ἦν ὁ ῥυόμενος, καὶ οὐκ ἄγγελος. Καὶ πάλιν, ὅτε Λάβαν κατεδίωξε τὸν Ἰακὼβ καὶ κατέλαβε, τότε πάλιν Θεὸς κεκώλυκε τὴν ἐπήρειαν, οὐ συγχωρήσας λαλῆσαι ῥήματα πρὸς τὸν Ἰακώβ. Ὅτι δὲ Θεὸς αὐτῷ καὶ τοῦτο ἐξήνυσεν, αὐτὸς ἔσται μάρτυς λέγων πρὸς τὰς ἑαυτοῦ γυναῖκας· « Οὐκ ἔδωκεν ὁ Θεὸς τῷ Λάβαν κακοποιῆσαί με. » Καὶ πάλιν ἐπιβουλευόμενος παρὰ τοῦ ἀδελφοῦ Ἡσαῦ, οὐκ ἄγγελον ἐπεκαλεῖτο, ἀλλὰ Θεὸν παρεκάλει βοῶν· « Ἐξελοῦ με, Κύριε, ἐκ χειρὸς τοῦ ἀδελφοῦ μου Ἡσαῦ, ὅτι φοβοῦμαι αὐτόν. »

ALIUD, *per demonstrationem, quod Verbum Dei, species ipsius est.*

Servator alicubi ad Judæos admodum refractarios dicit: « Qui me misit Pater, ille testimonium perhibuit de me, cujus vocem nec vos unquam audistis, neque speciem ejus vidistis, et verbum ejus non habetis manens in vobis : quia quem ille misit, huic vos non creditis. » Quia igitur non crediderunt Verbo ex Patre misso, dicuntur neque vocem Dei audisse, neque speciem ejus unquam vidisse,sed neque habere inhabitans in ipsis verbum. Atqui manifestum hoc omnibusque perspicuum esse potest, si recepissent eum qui missus erat, vocem quoque Dei audissent, et speciem ejus vidissent, et habuissent inhabitans in ipsis Verbum. Hæc igitur omnia est Filius : nimirum vox, species, et Verbum Patris. Si autem species est, certe et imago, et character est [1]. Habens itaque ut character in se naturaliter archetypum, sive exemplar ejus cujus est character, vere dicit : « Ego in Patre, et Pater in me [2]; » et, « Ego et Pater unum sumus [3]. »

ΑΛΛΟ, *ἀποδεικτικῶς, ὅτι ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ, τὸ εἶδος αὐτοῦ ἐστιν.*

Λέγει που πρὸς Ἰουδαίους λίαν ἀπειθοῦντας ὁ Σωτήρ· « Ὁ πέμψας με Πατήρ, ἐκεῖνος μεμαρτύρηκε περὶ ἐμοῦ, οὔτε φωνὴν αὐτοῦ ἀκηκόατε πώποτε, οὔτε εἶδος αὐτοῦ ἑωράκατε, καὶ τὸν λόγον αὐτοῦ οὐκ ἔχετε ἐν ὑμῖν μένοντα, ὅτι ὃν ἀπέστειλεν ἐκεῖνος, τούτῳ ὑμεῖς οὐ πιστεύετε. » Τοίνυν ὅτι μὴ πεπιστεύκασι τῷ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἀποσταλέντι Λόγῳ, οὔτε τῆς φωνῆς ἀκηκοέναι λέγονται τοῦ Θεοῦ, οὔτε μὴν τὸ εἶδος αὐτοῦ τεθεᾶσθαι πώποτε, ἀλλ' οὔτε ἔχειν ἐν αὐτοῖς ἐνοικοῦντα τὸν λόγον. Ἔστι δὴ λοιπὸν ἅπασι σαφὲς καὶ εὐσύνοπτον, ὅτιπερ, εἰ ἐδέξαντο τὸν ἀπεσταλμένον, ἤκουσαν ἂν καὶ τῆς φωνῆς τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸ εἶδος ἐθεάσαντο αὐτοῦ, καὶ εἶχον ἐνοικοῦντα τὸν Λόγον. Ταῦτα τοίνυν πάντα ἐστὶν ὁ Υἱός, φωνὴ καὶ εἶδος, καὶ Λόγος τοῦ Πατρός. Εἰ δὲ εἶδός ἐστι, δῆλον ὅτι καὶ εἰκὼν καὶ χαρακτήρ. Ἔχων οὖν ὡς χαρακτὴρ κατὰ φύσιν ἐν ἑαυτῷ τὸ πρωτότυπον, οὗ καὶ ἔστι χαρακτήρ, ἀληθεύσει λέγων· « Ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί· » καὶ, « Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν. »

ALIUD, *ostendens quod Verbum vocetur species Dei.*

Patriarcha Jacob cognominatus fuit aliquando a Deo Israel. « Nam, ut inquit Scriptura, exortus est ei sol quando transivit species Dei [4]. » Species autem Dei quidnam aliud sit, quam is qui libere clamat : « Qui vidit me, vidit et Patrem [5]. Ego in Patre, et Pater in me ; » et, « Ego et Pater unum sumus ? »

ΑΛΛΟ, *σημαίνον ὅτι εἶδος Θεοῦ καλεῖται ὁ Λόγος.*

Ὁ πατριάρχης Ἰακὼβ μετωνομάσθη παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ κέκληται κατά τινα χρόνον Ἰσραὴλ, ὅτε, καθά φησιν ἡ θεία Γραφὴ, « Ἀνέτειλεν αὐτῷ ὁ ἥλιος, ἡνίκα παρῆλθε τὸ εἶδος τοῦ Θεοῦ. » Εἶδος δὲ Θεοῦ τί ἂν ἕτερον εἴη, εἰ μὴ πάντως ὁ μετὰ παῤῥησίας βοῶν· « Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα. Ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί· » καὶ, « Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν ; »

Objectiones hostium Christi plenæ impietate.

Servator, inquiunt, ipse Patrem suum pro discipulis suis, proque universis qui 118 in ipsum credant, orat, ita dicens : « Pater sancte, custodi eos in nomine tuo quos dedisti mihi, ut sint unum sicut et nos [6]. » Et paulo post : « Nec pro istis solis rogo, sed etiam pro credentibus per sermonem eorum in me : ut omnes unum sint, sicut tu, Pater, in me, et ego in te, ut et ipsi in nobis unum sint ; ut mundus credat quod tu me misisti. Et ego glo-

D Ἀντίθεσις ὡς ἀπὸ τῶν χριστομάχων, ἀσεβείας μεστή.

Εὑρίσκεται, φασὶν, αὐτὸς ὁ Σωτὴρ τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα παρακαλῶν ὑπέρ τε τῶν ἑαυτοῦ μαθητῶν, καὶ ὑπὲρ πάντων τῶν εἰς αὐτὸν πεπιστευκότων, καὶ οὕτω λέγων· « Πάτερ ἅγιε, τήρησον αὐτοὺς ἐν τῷ ὀνόματί σου, οὓς δέδωκάς μοι, ἵνα ὦσιν ἓν καθὼς καὶ ἡμεῖς. » Καὶ μεθ' ἕτερα· « Οὐ περὶ τούτων δὲ μόνων ἐρωτῶ, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν πιστευόντων διὰ τοῦ λόγου αὐτῶν εἰς ἐμέ· ἵνα πάντες ἓν ὦσι, καθὼς σὺ, Πατὴρ, ἐν ἐμοὶ, κἀγὼ ἐν σοὶ, ἵνα καὶ αὐτοὶ ἐν

[96] Gen. xxviii, 25. [97] Gen. xxxi, 7. [98] Gen. xxxii, 11. [1] Joan. v, 37, 38. [1] Hebr. i, 3. [2] Joan. xiv, 11. [3] Joan. x, 30. [4] Gen. xxxii, 31. [5] Joan. xiv, 9. [6] Joan. xvii, 11.

Digitized by Google

ἡμῖν ἓν ὦσιν· ἵνα ὁ κόσμος πιστεύσῃ ὅτι σύ με ἀπ- A riam quam dedisti mihi dedi eis, ut sint unum sicut
ἔστειλας. Κἀγὼ τὴν δόξαν ἣν δέδωκάς μοι, δέδωκα et nos unum sumus. Ego in ipsis, et tu in me; ut
αὐτοῖς, ἵνα ὦσιν ἓν καθὼς ἡμεῖς ἕν. Ἐγὼ ἐν αὐτοῖς καὶ sint perfecti in unum; ut cognoscat mundus quod
σὺ ἐν ἐμοί, ἵνα ὦσι τετελειωμένοι εἰς ἕν· ἵνα γινώσκῃ tu me misisti [7]. » Quemadmodum igitur nos qui
ὁ κόσμος ὅτι σύ με ἀπέσταλκας. » Οὐκοῦν ὥσπερ homines sumus, in Patre sumus : ita etiam Filius
ἄνθρωποι τὴν φύσιν ὄντες ἡμεῖς ἐν τῷ Πατρὶ γινό- unum est cum Patre. Et vicissim, Pater ipse ita est
μεθα, οὕτω καὶ αὐτὸς ὁ Υἱὸς ἓν ἐστι πρὸς τὸν Πα- unum cum Filio, sicut et nobiscum. Et quemadmo-
τέρα. Καὶ αὐτὸς δὲ πάλιν ὁ Πατὴρ, οὕτως ἓν ἐστι dum nulla ratio cogit, ut nos secundum naturam si-
πρὸς τὸν Υἱὸν, καθάπερ καὶ πρὸς ἡμᾶς. Καὶ ὥσπερ miles simus Patri, qui unum cum ipso fieri
οὐδεὶς ἀναγκάζει λόγος ὁμοίους ἡμᾶς εἶναι κατὰ φύ- dicimur : ita non prorsus necesse est ut Filius sit
σιν τῷ Πατρὶ, ὅτι δὴ καὶ πρὸς αὐτὸν ἓν γίνεσθαι λε- ex essentia Patris, quoniam ait : « Ego in Patre,
γόμεθα, οὕτως οὐκ ἀνάγκη πᾶσα λέγειν ἐκ τῆς οὐσίας et Pater in me. » Nam, ut ante diximus, ita est in
εἶναι τοῦ Πατρὸς τὸν Υἱὸν, ἐπειδήπερ φησίν· « Ἐγὼ Patre, sicut et nos. Aut ergo necesse est fateri etiam
ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί. » Ὡς γὰρ προ- nos ex essentia Patris esse, quia unum facti sumus
λαβόντες εἰρήκαμεν, οὕτως ἐστὶν ἐν Πατρὶ, καθὰ cum Deo, aut si homines manemus etiamsi unum
καὶ ἡμεῖς. Ἢ τοίνυν καὶ ἡμᾶς ἀκόλουθον ὁμολογεῖν B fiamus cum Deo, æquum est, ut idem de Filio cen-
ἐκ τῆς οὐσίας εἶναι τοῦ Πατρὸς, διὰ τὸ ἓν γίνεσθαι seamus. Manet enim in sua natura, non sublatus
πρὸς Θεὸν, ἢ εἰ μένομεν ἄνθρωποι, κἂν ἓν γενώ- in essentiam Patris, tametsi unum cum ipso esse
μεθα πρὸς τὸν Πατέρα, δίκαιον καὶ ἐφ' Υἱοῦ τοῦτο dicatur.
φρονεῖν. Μένει γὰρ ἐπὶ τῆς ἑαυτοῦ φύσεως, οὐκ ἀναβαίνων εἰς τὴν τοῦ Πατρὸς οὐσίαν, κἂν ὡς ἓν
ὑπάρχειν λέγηται πρὸς αὐτόν.

Λύσις ἐφεξῆς.

Solutio objectionis.

Ταῦτα καὶ ὁ τῶν χριστομάχων πατὴρ καὶ τῆς Hæc ipsa diabolus etiam, hostium Christi pater,
φλυαρίας αὐτῶν χορηγὸς διάβολος εἰρηκὼς ἤκουσε· et illorum nugacitatis antesignanus, dixit, atque
« Νῦν δὲ εἰς ᾅδην καταβήσῃ καὶ εἰς τὰ θεμέλια τῆς ideo, audivit : « Nunc ad inferos descendes et in fun-
γῆς. » Ὡς γὰρ τετόλμηκεν εἰπεῖν ἐκεῖνος· « Ἀνα- damenta terræ. » Quemadmodum enim ille ausus est
βήσομαι ἐπάνω τῶν νεφελῶν, καὶ ἔσομαι ὅμοιος τῷ dicere : « Ascendam super nubes, et ero similis Al-
Ὑψίστῳ· » τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ οὗτοι, πολὺ τῆς C tissimo [8] : » eadem ratione etiam isti humanæ na-
ἀνθρώπων φύσεως τοὺς ὅρους ὑπερβαινόμενοι καὶ turæ limites longe transilientes, et substantiæ suæ
τῆς οὐσίας ἀναβάντες τὸ μέτρον, οὐ φοβοῦνται λέ- modulum transcendentes, non verentur dicere :
γοντες· Ἐσόμεθα ὅμοιοι τῷ Ὑψίστῳ. Ὥσπερ οὖν Erimus similes Altissimo. Sicut igitur vere dicit
ἀληθεύει ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος βοῶν, ὅτι « Ἐγὼ καὶ ὁ Verbum Dei, clamans : « Ego et Pater unum sumus, »
Πατὴρ ἓν ἐσμεν, » διὰ τὸ τῆς οὐσίας ἀπαράλλακτον, propter identitatem essentiæ : ita etiam hostes Chri-
οὕτω καὶ οἱ χριστομάχοι εἴποιεν ἂν ἀληθεύοντες· sti dicant vere : Nos et pater noster diabolus unum
Ἡμεῖς καὶ ὁ πατὴρ ἡμῶν ὁ διάβολος ἓν ἐσμεν, διὰ τὸ sumus, propter voluntatum similitudinem. Eo enim
τῆς γνώμης ἀπαράλλακτον. Εἰς τοῦτο δὲ ἤδη μωρίας jam dementiæ venerunt, ut cum per gratiam id
ἐλήλυθασιν ὡς οἴεσθαι κατὰ χάριν ἔχοντας τὸ καλεῖ- consecuti sint ut dii vocentur, existiment se simi-
σθαι θεοὺς, ὁμοίους εἶναι δύνασθαι κατὰ τὴν φύσιν les esse posse secundum naturam ei qui ipsis illam
τοῦ τὴν χάριν ἐπιδεδωκότος. Καὶ υἱοὶ κεκλημένοι, gratiam largitus est. Cumque vocentur filii, ad simi-
καθ' ὁμοιότητα τοῦ κατὰ φύσιν Υἱοῦ, ἴσους ἑαυτοὺς litudinem ejus qui naturaliter est Filius, æquales
εἶναι πιστεύουσι τοῦ πρὸς υἱοθεσίαν ἀναγαγόντος, se putant ei qui eos adoptavit, **119** quique digni-
καὶ τὸ ἴδιον αὐτοῦ κατὰ φύσιν ἀξίωμα, κατὰ χάριν tatem quæ sibi naturaliter propria est, per gratiam
αὐτοῖς ἐπιθέντος διὰ πολλὴν φιλανθρωπίαν. D pro ingenti sua benignitate eis concessit.

Ἀντίθεσις ὡς ἐκ τῶν αἱρετικῶν.

Objectio hæreticorum.

Κἂν λέγῃ, φασὶν, ὁ Υἱὸς, Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἓν Tametsi, inquiunt, Filius dicat : Ego et Pater
ἐσμεν, οὐ πάντως ἔσται τῆς αὐτῆς οὐσίας τῷ Πατρὶ, unum sumus, non tamen erit ejusdem prorsus cum
ἐπεὶ καὶ ἡμεῖς ἄνθρωποι κατὰ φύσιν ὄντες, ἓν ὡς eo essentiæ, siquidem et nos cum natura simus ho-
πρὸς τὸν Θεὸν γινόμεθα· καὶ μάρτυς αὐτὸς λέγων ὁ mines, unum cum Deo efficimur : cujus rei testis
Υἱός· « Θέλω, Πάτερ, ἵνα ὥσπερ ἐγὼ καὶ σὺ ἓν est ipse Filius dicens : « Volo, Pater, ut sicut ego
ἐσμεν, οὕτω καὶ αὐτοὶ ἐν ἡμῖν ἓν ὦσιν. et tu unum sumus, ita et ipsi in nobis unum
sint [10]. »

Πρὸς τοῦτο λύσις.

Solutio objectionis.

Εἰ οὕτως εἰσὶν ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς ἕν, ὡς καὶ Si Pater et Filius ita sunt unum, sicut et nos
ἡμεῖς πρὸς τὸν Πατέρα, καὶ ὁ Πατὴρ πρὸς ἡμᾶς, cum Patre, et Pater nobiscum : nulla igitur erit
οὐδὲν ἄρα τὸ μεταξὺ τοῦ Θεοῦ Λόγου καὶ ἡμῶν, ἀλλ' differentia inter Dei Verbum et nos; sed erit natu-
ἔσται κατὰ φύσιν ἡμῖν ὁ αὐτὸς, διοίσει δὲ μόνον τῷ raliter idem nobiscum, et tempore tantum differet,

[7] Joan. xvii, 20-22. [8] Isa. xiv, 19. [9] Ibid. 14. [10] Joan. xvii, 24.

Digitized by Google

siquidem et ipse ante omnes exsistit; at tametsi tempore prior sit, idem tamen nobiscum erit ratione essentiæ. Quid enim obstiterit quominus Adam secundum naturam sit Paulo similis, aut alicui alteri post se nato, tametsi ante omnes ipse a Deo creatus fuerit? Si ergo in his tempus nihil juvat, quid prohibet quominus et Filius ante nos genitus ejusdem essentiæ nobiscum sit, si nihil aliud est discriminis inter nos et ipsum? Atqui si hoc ex vestra sententia verum est, quam ob causam ipse solus vocatur creator, cum nulli nostrum id nomen competat? Et nos quidem per ipsum creati sumus, ipse vero creatoris gloriam sibi ascribit. Et æquum erat, si idem natura cum ipso sumus, eumdem etiam cum illo apud Patrem locum obtinere, et unumquemque nostrum etiam vocari Unigenitum, et Verbum, et sapientiam Patris. Quorum enim natura una atque eadem est, iis commune etiam inter se nomen est: et quod uni naturaliter inest, id cæteris quoque qui ejusdem naturæ sunt inest. At vero si hoc absurdum est, et neque creatores sumus aut vocamur, neque sapientia, aut Verbum, aut splendor, solus autem hæc est Filius; non igitur naturaliter idem nobiscum est, sed peculiarem ac propriam ex Patre generationem habet, atque ita est unum cum suo Patre, non sicut nos qui ad ipsum relati, per participationem communicationemque unitatem consecuti sumus: quemadmodum ferrum igni admotum, ab eo calefit.

A χρόνῳ, ἐπεὶ καὶ αὐτός ἐστι πρὸ πάντων· ἀλλὰ κἂν ἔχῃ τὸ προτερεύειν κατὰ τὸν χρόνον, ἔσται πάλιν ἡμῖν κατ' οὐσίαν ὁ αὐτός. Τί γὰρ κωλύσει τὸν Ἀδὰμ εἰς τὸ εἶναι κατὰ φύσιν ὅμοιον τῷ Παύλῳ τυχον, ἢ ἑτέρῳ τινὶ τῶν μετ' αὐτὸν γεγονότων, τὸ πρὸ πάντων αὐτὸν πεποιῆσθαι παρὰ Θεοῦ; Εἰ τοίνυν οὐδὲν ἐν τούτοις ὁ χρόνος ὠφελεῖ, τί κωλύει καὶ τὸν Υἱὸν πρὸ ἡμῶν γεγονότα, τῆς αὐτῆς οὐσίας ἡμῖν ὑπάρχειν, εἰ μηδὲν ἔστιν ἕτερον τὸ μεταξὺ ἡμῶν τε καὶ αὐτοῦ; Καὶ εἰ τοῦτο καθ' ὑμᾶς ἐστιν ἀληθὲς, ὅτου δὴ χάριν αὐτὸς μόνος καλεῖται Ποιητὴς, ἡμῶν οὐκ ἐχόντων τοῦτο; Καὶ ἡμεῖς μὲν δι' αὐτοῦ γεγόναμεν, αὐτὸς δὲ τὴν τοῦ Δημιουργοῦ δόξαν φέρει. Ἦν δὲ ὄντως ἀκόλουθον εἰ ταυτόν ἐσμεν κατὰ φύσιν αὐτῷ, τὴν αὐτὴν ἐκείνῳ χώραν ἐπέχειν παρὰ τῷ Πατρὶ καὶ ἡμᾶς, καὶ B ἕκαστον ἡμῶν καλεῖσθαι καὶ Μονογενῆ, καὶ Λόγον, καὶ σοφίαν τοῦ Πατρός. Ὧν γὰρ ἡ φύσις μία, τούτοις ἔσται καὶ τὸ ὄνομα κοινόν· καὶ ὅπερ ἐνὶ κατὰ φύσιν ὑπάρχει, τοῦτο πάντως ἐγκείσεται καὶ τοῖς τῆς αὐτῆς μετέχουσιν οὐσίας. Εἰ δὲ τοῦτο ἄτοπον, καὶ οὔτε δημιουργοί ἐσμεν ἢ κεκλήμεθα, οὔτε μὴν σοφία, ἢ Λόγος, ἢ ἀπαύγασμα· μόνος δὲ ταῦτά ἐστιν ὁ Υἱὸς, οὐκ ἄρα κατὰ φύσιν ἔσται πρὸς ἡμᾶς ὁ αὐτὸς, ἀλλ' ἰδιάζουσαν ἐκ τοῦ Πατρὸς ἔχει τὴν γέννησιν, καὶ οὕτως ἐστὶν ἓν πρὸς τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα, οὐ καθάπερ ἡμεῖς τῇ πρὸς αὐτὸν σχέσει τὴν ἑνότητα κερδαίνοντες μετοχικῶς τε καὶ μεταληπτικῶς, ὥσπερ ἂν εἰ καὶ σίδηρος πυρὶ ὁμιλήσας περιθερμαίνοιτο παρ' αὐτοῦ.

ALIUD, *cum evidenti demonstratione docens, quod quæ aliquibus similia sunt non* **120** *in universum et naturaliter insunt iis quibus similia sunt; sed ea quæ naturaliter aliquibus insunt, veluti imagines quædam fiunt motionum nostræ voluntatis.*

ΑΛΛΟ, *μετὰ γοργῆς ἀποδείξεως διδάσκον ὅτι τὰ ἑξομοιούμενά τισιν, οὐ πάντως καὶ κατὰ φύσιν ἔνεισιν οἷς ἐξομοιοῦνται, ἀλλ' ὥσπερ τινὲς εἰκόνες τὰ φύσει προσόντα τισὶ γίνονται τῶν κατὰ προαίρεσιν ἡμῶν κινημάτων.*

Scriptura sacra ita ad nonnullos loquitur: « Nolite fieri sicut equus et mulus, in quibus non est intellectus [11]; » et rursum de aliis· « Homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est brutis insipientibus, et similis factus est eis [12]. » Et iterum: « Equi furentes in equas facti sunt [13]. » Servator autem ad discipulos suos manifestius dicit: « Estote prudentes sicut serpentes, et simplices sicut columbæ [14]. » Et rursum: « Estote misericordes sicut et Pater vester cœlestis misericors est [15]. » Si ergo brutis animantibus similes facti D sunt nonnulli, quod eadem cum illis mentis inopia laborarint, facitque hoc ut naturaliter sint id quod illa; et rursus, si discipuli imitantes prudentiam serpentum, et simplicitatem columbarum, et Patris cœlestis ad misericordiam propensionem æmulantes, serpentes et columbæ fiunt, atque adeo ipsi Deo naturaliter similes evadunt, nihil obstiterit quominus, quando dicimur unum fieri cum Domino, unum cum Deo ratione essentiæ fiamus, quemadmodum Filius cum Patre. Si vero sola cogitationis, vel actionis similitudine ea quibus comparamur fieri dicimur, non sumus igitur secundum essentiam idem

Λέγει πρός τινας ἡ θεία Γραφή· « Μὴ γίνεσθε ὡς ἵππος καὶ ἡμίονος, οἷς οὐκ ἔστι σύνεσις. » Καὶ πάλιν περὶ ἑτέρων· « Ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὢν οὐ συνῆκε, παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις, καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς. » Καὶ πάλιν· « Ἵπποι θηλυμανεῖς ἐγενήθησαν. » Ὁ δέ γε Σωτὴρ πρὸς τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς τρανότερον λέγει· « Γίνεσθε φρόνιμοι ὡς οἱ ὄφεις, καὶ ἀκέραιοι ὡς αἱ περιστεραί. » Καὶ πάλιν· « Γίνεσθε οἰκτίρμονες καθὼς ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος οἰκτίρμων ἐστίν. » Εἰ μὲν οὖν τὸ τοῖς ἀλόγοις ζώοις ἐξομοιοῦσθαί τινας, ὅτι τὴν αὐτὴν ἐκείνοις ἐνόησαν ἀβουλίαν, καὶ κατὰ φύσιν εἶναι τοῦτο ποιεῖ ὅπερ ἐστὶν ἐκεῖνα· καὶ πάλιν, εἰ τὸ μιμεῖσθαι τοὺς μαθητὰς τὸ τοῦ ὄφεως φρόνιμον, καὶ τὸ τῆς περιστερᾶς ἀκέραιον, καὶ τὸ τοῦ Πατρὸς τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς πρόχειρον περὶ τὸ πάντας ἐλεῖν, καὶ ὄφεις αὐτοὺς καὶ περιστερὰς καὶ κατὰ φύσιν ὁμοίους γίνεσθαι παρασκευάζει τῷ Θεῷ· ὅταν λεγώμεθα γίνεσθαι πρὸς Κύριον ἕν, οὐδὲν κωλύει λέγειν, ὅτι δὴ κατὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον ἓν γεγόναμεν πρὸς τὸν Θεὸν, ὥσπερ ἐστὶ καὶ ὁ Υἱὸς πρὸς τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα. Εἰ δὲ μέχρι μόνης ἐννοίας ἢ πράξεως ἡ ὁμοιότης ἡμῖν πρὸς τὰ ἀντιπαραβαλλόμενα πέφυκε γίνεσθαι, οὐκ ἐσμὲν ἄρα

[11] Psal. xxxi, 9. [12] Psal. xlviii, 13. [13] Jerem. v, 8. [14] Matth. x, 16. [15] Luc. vi, 36.

Digitized by Google

κατ' οὐσίαν οἱ αὐτοὶ πρὸς τὸν Θεόν, ὅταν ἓν πρὸς αὐτὸν γίνεσθαι λεγώμεθα. Ἀλλ' ὥσπερ αὐτὸς ἓν ἐστι φύσει πρὸς τὸν ἑαυτοῦ Λόγον, οὕτω καὶ ἡμεῖς ἓν ὡς πρὸς ἰσότητος γινόμεθα τῇ τε γνώμῃ, καὶ ὁμοιότητι, καὶ μηδενὶ τρόπον στασιάζειν πρὸς ἀλλήλους, ἀλλ' ἑνὶ δεσμῷ τῆς ἁγίας ἀγάπης ὥσπερ εἰς ταυτότητα περισφίγγεσθαι.

A cum Deo, quando unum cum ipso fieri dicimur. Sed quemadmodum ipse est unum natura cum suo Verbo, ita et nos inter nos unum efficimur mentis atque voluntatis consensu atque concordia, quando nullo inter nos dissentimus, sed uno sanctæ charitatis vinculo veluti in identitatem quamdam coalescimus.

ΑΛΛΟ.

Τῆς τῷ Σωτῆρι Χριστῷ τὰ κατὰ φύσιν αὐτῷ ὑπάρχοντα ἀγαθὰ προφέρειν ἀεὶ, καὶ τούτοις ἐξομοιοῦσθαι κελεύειν, ὡς πρὸς τὴν θείαν ἡμᾶς ἀναπλάττων εἰκόνα, καθ' ἣν καὶ πεποιήμεθα. Ὅτε γοῦν πρᾶους καὶ ἡμᾶς διδάξαι βούλεται, λέγει· « Μάθετε ἀπ' ἐμοῦ ὅτι πρᾶός εἰμι, καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ. » Καὶ οὐχ ὅταν ἐξ αὐτοῦ μαθόντες γενώμεθα πρᾶοι, πάντως ἐξομοιούμεθα κατὰ φύσιν αὐτῷ, ἀλλὰ μόνον κατὰ τὸ τῆς πραότητος σχῆμα. Οὐκοῦν ὅταν λέγῃ περὶ ἡμῶν, « Ἵνα ὦσιν ἓν, καθὼς ἡμεῖς ἓν ἐσμεν, » ἐξ ἑαυτοῦ λαβὼν τὸ παράδειγμα, οὐ πάντως ἵνα κατὰ φύσιν ἓν ὡς πρὸς τὸν Θεὸν γενώμεθα τοῦτό φησιν, ἀλλ' ἵνα ὥσπερ φυσικῶς ἓν ἐστιν αὐτὸς πρὸς τὸν Πατέρα, οὕτω καὶ ἡμεῖς τῇ ὁμοψυχίᾳ καὶ τὰ αὐτὰ φρονεῖν εἰς ἀλλήλους ἓν γενώμεθα, τὴν φυσικὴν ταυτότητα τοῦ Πατρὸς πρὸς τὸν Υἱὸν εἰκόνα λαμβάνοντες τῆς ἀδιαστάτου γνώμης· ὥσπερ ἓν ἡμᾶς σῶμα καὶ μίαν ψυχὴν δυναμένης ἀποτελεῖν. Οὕτω γὰρ περὶ τῶν πιστευσάντων γέγραπται, ὅτι « Τοῦ πλήθους τῶν πιστευσάντων ἦν ἡ καρδία καὶ ψυχὴ μία. »

B

ALIUD.

Christus Servator noster bona quæ naturaliter sibi insunt nobis proponere solet, et ad eorum imitationem similitudinemque nos hortari, ad divinam imaginem ad quam facti sumus ea ratione quodammodo nos reformans. Quando nos ut mites simus hortatur, dicit : « Discite a me quia mitis sum « et humilis corde [16]. » Nec tamen cum ipsum imitati mites facti fuerimus, prorsus ei similes secundum naturam erimus ; sed solo mansuetudinis habitu. Quocirca cum de nobis dicat, « Ut sint unum, sicut nos unum sumus [17], » ab seipso sumpto exemplo, non ut prorsus unum natura cum Deo efficiamur, hoc ait, sed quemadmodum ipse unum naturaliter **121** est cum Patre, ita etiam nos consensione animorum et voluntatum unum fiamus, naturalem identitatem Patris cum Filio, imaginem atque exemplar nobis proponentes, individuæ inter nos concordiæ, quæ nos veluti unum corpus unumque animum efficere valeat. Ita enim de iis qui crediderunt scriptum est : « Multitudinis credentium erat cor unum, et anima una [18]. »

C

ΑΛΛΟ.

Τὰ φύσει προσόντα τισὶν ὥσπερ εἰκόνες ἀμετάβλητα γίνονται τοῖς πρὸς αὐτὰ τὴν οἰκείαν προαίρεσιν διαπλάττειν βουλομένοις· ὁποῖόν ἐστι τὸ, « Γίνεσθε ὡς οἱ ὄφεις, καὶ ὡς αἱ περιστεραί. » Οὐκοῦν εἰκόνα τινὰ ὑπογραμμὸν τῆς ὀφειλούσης ἐν ἡμῖν ἑνότητος γίνεσθαι προαιρετικῶς, προτείνει· καὶ νῦν ὁ Υἱὸς, ἣν ἔχει πρὸς τὸν Πατέρα φυσικὴν ταυτότητα. Ὅταν οὖν λέγῃ περὶ ἡμῶν· « Ἵνα καὶ αὐτοὶ ἓν ὦσι, καθὼς καὶ ἡμεῖς ἓν ἐσμεν, » οὐχ ἵνα τὴν φύσιν ἀφίνιες τὴν ἑαυτῶν, εἰς τὴν τοῦ Υἱοῦ μεταποιηθῶμεν, τοῦτό φησιν (ἀδύνατον γὰρ), ἀλλ' ἵνα καθάπερ ἦν προείρηται, τοῦτο κατὰ γνώμην ὡς πρὸς ἀλλήλους γενώμεθα ὅπερ ἐστὶ κατὰ φύσιν αὐτὸς πρὸς τὸν Πατέρα· ἓν δηλαδή. Εἰ δὲ οὐκ ἔστιν εἰκὼν καὶ ὑπόδειγμα τὸ λεγόμενον, ἀλλὰ πάντως φυσικὴν ἔσεσθαί τινα μεταβολὴν οἴεταί τις, ἑαυτὸν ἐξαπατᾷ τὸ ἀληθὲς οὐχ ὁρῶν. Εἰ γὰρ ἐβούλετο γενέσθαι κατὰ φύσιν ἡμᾶς ὁ Υἱὸς ὅπερ ἐστὶν αὐτὸς πρὸς τὸν Πατέρα, ἐχρῆν εἰπεῖν· Ἵνα δὴ, ὥσπερ ἐγὼ πρός σε, Πάτερ, ἓν εἰμι, οὕτω καὶ αὐτοί. Νυνὶ δὲ τοῦτο μὲν οὐκ εἰπών, τῷ δὲ πληθυντικῷ χρησάμενος ἀριθμῷ, καὶ λέγων· « Ἵνα ὥσπερ ἐγὼ καὶ σὺ ἓν ἐσμεν, οὕτω καὶ αὐτοὶ ἐν ἡμῖν ἓν ὦσι, » διδάσκει σαφῶς ὅτιπερ οὐκ εἰς τὴν τῆς θεότητος φύσιν μεταποιηθῆναι βούλεται τοὺς εἰς αὐτὸν πιστεύοντας (ἀπίθανον γὰρ), ἀλλ' εἰκόνα τῆς κατὰ προαίρεσιν ἑνότητος λαβόντας

D

ALIUD.

Quæ naturaliter aliquibus insunt, veluti imagines quædam immutabiles sunt iis qui ad ea voluntatem suam conformare volunt : quale est hoc : « Estote sicut serpentes, et sicut columbæ [19]. » Filius itaque identitatem naturalem quam cum Patre habet, veluti exemplar quoddam ad imitandum nobis proponit, ad quod mutuam inter nos arctissimamque voluntatum unitatem efformemus. Cum ergo de nobis dicit : « Ut et ipsi unum sint, quemadmodum et nos unum sumus, » non ut abjecta natura nostra in Filii naturam transmutemur, hoc dicit (fieri enim non potest), sed, ut dictum est, illud inter nos animorum consensione fiamus, quod ipse naturaliter est cum Patre, unum scilicet. Si vero id quod dicitur non est imago atque exemplar, sed omnino naturalem aliquam immutationem futuram imaginatur, seipsum decipit verum non cernens. Nam si Filius voluisset nos secundum naturam fieri id quod ipse est cum Patre, dixisset profecto : Ut, quemadmodum tecum ego unum sum, ita et ipsi. Nunc vero non ita dicit, sed plurali numero utens, et dicens : « Ut, quemadmodum « go et tu unum sumus, ita et ipsi in nobis unum sint, » docet aperte, non hoc velle se, ut qui crediderint in eum transmutentur in naturam deitatis (hoc enim fieri non potest), sed ut proponentes nobis exemplar

[16] Matth. xi, 29. [17] Joan. xvii, 11. [18] Act. iv, 32. [19] Matth. x, 16.

Digitized by Google

unitatis voluntatum, id quod ipsi naturaliter inest, id esse inter nos consensione animorum nitamur, quod ipse est naturaliter cum Patre.

τὸ φύσει πρόσον αὐτῷ, τοῦτο εἶναι κατὰ γνώμην ἐπείγεσθαι, ὅ ἐστιν αὐτὸς φυσικῶς πρὸς τὸν γεννήσαντα.

ALIUD, *ostendens fieri in Deo, non naturæ immutationem significare, sed* per ipsum *vel* ab ipso.

ΑΛΛΟ, *δεικνύον ὅτι τὸ ἐν Θεῷ γίνεσθαι, οὐ φύσεως σημαίνει μεταβολήν, ἀλλ' ὅτι δι' αὐτοῦ ἢ παρ' αὐτοῦ.*

Psalmista alicubi ita ait : « In te inimicos nostros cornu petemus [20]. » Et rursum : « In Deo meo transgrediar murum [21]. » Atqui perspicuum est quod non in Deo naturaliter versatus muros transcendat, aut cornu petat, sed in nomine Dei et in virtute ipsius id **122** præstiturus sit. Cum igitur Filius dicat : « Ut et ipsi in nobis unum sint, » non hoc dicit, ut credentes unum naturaliter cum Deo sint, sed ut in nomine Patris et Filii, una inter se voluntate conjungantur, et in amicitiæ charitatisque unitatem coalescant. Cum vero addit hoc, « quemadmodum nos unum sumus, » manifestum est illud non naturalem immutationem credentibus largiri, sed veluti imaginem atque exemplar, nobis proponere id quod naturaliter sibi inest, ad unitatem voluntatum in nobis efformandam. Vox enim *quemadmodum* non rem ipsam, sed similitudinem quamdam significat.

Εὑρίσκεταί που λέγων ὁ Ψαλμῳδός· « Ἐν σοὶ τοὺς ἐχθροὺς ἡμῶν κερατιοῦμεν. » Καὶ πάλιν· « Ἐν τῷ Θεῷ μου ὑπερβήσομαι τεῖχος. » Ἀλλ' ἔστι δῆλον ὅτιπερ οὐκ ἐν τῷ Θεῷ γενόμενος φυσικῶς καὶ τεῖχος ὑπερβήσεσθαι καὶ κερατιεῖν, ἀλλ' ὅτι ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Θεοῦ καὶ ἐν τῇ δυνάμει αὐτοῦ τοῦτο ποιήσει. Οὐκοῦν ὅταν ὁ Υἱὸς λέγῃ· « Ἵνα καὶ αὐτοὶ ἐν ἡμῖν ἓν ὦσιν, » οὐχ ἵνα κατὰ φύσιν ἓν γένωνται πρὸς τὸν Θεὸν οἱ πιστεύοντες, τοῦτό φησιν, ἀλλ' ἵνα ἐν ὀνόματι Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, μίαν ἔχοιεν εἰς ἀλλήλους τὴν γνώμην, καὶ εἰς φιλίας ἑνότητα περισφίγγωνται. Ἐπειδὴ δὲ προστίθησι τὸ, « καθὼς ἡμεῖς, ἓν ἐσμεν, » δῆλός ἐστιν οὐ φυσικὴν τοῖς πιστεύουσι χαριζόμενος μεταβολήν, ἀλλ' ὡς εἰκόνα καὶ ὑπόδειγμα τὸ φύσει πρόσον αὐτῷ τιθεὶς τῆς προαιρετικῆς ἡμῶν ἑνότητος. Τὸ γὰρ, *καθὼς*, οὐ πάντως ἀληθειαν, ἀλλ' ὁμοίωσίν τινα παραδηλοῖ.

ALIUD, *per quod discimus quo pacto intelligendum sit dictum illud : « Ut quemadmodum ego et tu unum sumus, ita et ipsi unum sint : ego in ipsis, et tu in me, ut sint perfecti in unum [22]. »*

ΑΛΛΟ, *δι' οὗ μανθάνομεν ὅπως προσήκει νοεῖν τὸ ῥητὸν, τουτέστιν, « Ἵνα ὥσπερ ἐγὼ καὶ σὺ ἓν ἐσμεν, οὕτω καὶ αὐτοὶ ἐν ἡμῖν ἓν ὦσιν· ἐγὼ ἐν αὐτοῖς, καὶ σὺ ἐν ἐμοὶ, ἵνα ὦσι τετελειωμένοι εἰς ἕν. »*

Deus Verbum magnam, imo vero immensam quamdam gratiam humano generi præstare volens, trahit omnes veluti ad unitatem quamdam secum. Cum enim gestarit corpus humanum, versatus est in nobis. Habet autem in seipso Patrem, utpote Verbum ipsius et splendor. Quemadmodum igitur, ait, ego sum in eis, quia eamdem cum eis carnem gesto, et tu Pater in me, quia ego sum proprietas tuæ essentiæ : ita volo ut et ipsi unitate quadam coalescant inter se, et veluti unum corpus effecti in me omnes sint, quippe qui omnes gesto propter unum templum humanitatis quam assumpsi ; atque ita et erunt et cernentur perfecti. Nam et ego perfectus sum, tametsi homo factus sim.

Μεγάλην τινὰ καὶ ὑπερφυῆ τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων καταθέσθαι χάριν βουλόμενος ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ἕλκει σύμπαντας ὡς πρὸς ἑνότητα τὴν πρὸς ἑαυτόν. Φορέσας μὲν γὰρ τὸ σῶμα τὸ ἀνθρώπινον, γέγονεν ἐν ἡμῖν. Ἔχει δὲ ἐν ἑαυτῷ τὸν Πατέρα, ὡς Λόγος αὐτοῦ καὶ ἀπαύγασμα. Ὥσπερ οὖν, φησὶν, ἐγώ εἰμι ἐν αὐτοῖς, διὰ τὸ τὴν αὐτὴν αὐτοῖς φορέσαι σάρκα, καὶ σὺ, Πάτερ, ἐν ἐμοὶ, διὰ τὸ εἶναί με τῆς σῆς οὐσίας τὸ ἴδιον, οὕτω βούλομαι ἵνα καὶ αὐτοὶ εἰς ἑνότητά τινα συναγ[θ]έντες ἀλλήλοις ἀνακραθῶσι, καὶ ὥσπερ ἓν σῶμα γενόμενοι ἐν ἐμοὶ πάντες ὦσιν ὡς πάντα; φοροῦντι διὰ τοῦ ἑνὸς ἀναληφθέντος ναοῦ, οὕτω τε εἶεν καὶ φαίνοιντο τετελειωμένοι. Καὶ γὰρ ἐγὼ τέλειός εἰμι καὶ ἄνθρωπος γεγονώς.

ALIUD, *ostendens manifeste, quod non propria nostra natura amissa in divinam naturam transmutamur, quando unum cum Deo effici dicimur, sed quod participes ipsius effecti, hoc vocamur.*

ΑΛΛΟ, *δεικνύον ἀκριβῶς ὅτιπερ οὐ τὴν ἑαυτῶν ἀφέντες φύσιν, πρὸς τὴν θείαν μεταποιούμεθα, ὅταν ἓν γίνεσθαι πρὸς τὸν Θεὸν λεγώμεθα, ἀλλ' ὅτι μέτοχοι γεγονότες αὐτοῦ, τοῦτο καλούμεθα.*

« In hoc, » inquit beatus Joannes, « cognoscimus quod in ipso manemus, et ipse in nobis, quia ex Spiritu suo dedit nobis [23]. » Si ergo per participationem Spiritus unum effici mur cum Deo, et nos quidem in ipso, ipseque in nobis esse dicitur ; Verbum autem Dei non est ex eorum numero qui participes Spiritus sancti fiunt, sed ipse potius Spiritum largitur : manifestum certe erit, non ita nos in Deo ac Patre esse, quemadmodum ipse est. Sed ipse in natura ipsa genitoris sui est, utpote Verbum,

Ὁ μακάριος Ἰωάννης φησίν· « Ἐν τούτῳ γινώσκομεν ὅτι ἐν αὐτῷ μένομεν, καὶ αὐτὸς ἐν ἡμῖν, ὅτι ἐκ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ ἔδωκεν ἡμῖν. » Εἰ τοίνυν διὰ τὸ μετέχειν τοῦ Πνεύματος ἓν γινόμεθα πρὸς Θεὸν, καὶ ἡμεῖς μὲν ἐν αὐτῷ, αὐτὸς δὲ ἐν ἡμῖν εἶναι λέγεται· ὁ δὲ τοῦ Θεοῦ Λόγος οὐκ ἔστι τῶν μετεχόντων τὸ Πνεῦμα, ἀλλὰ μᾶλλον τοῦ Πνεύματος χορηγός, πρόδηλον ἂν εἴη ὅτιπερ οὐχ ὡς αὐτός ἐστιν ἐν Θεῷ καὶ Πατρὶ, οὕτω καὶ ἡμεῖς. Ἀλλ' αὐτὸς μὲν ἐν τῇ φύσει τοῦ γεγεννηκότος ἐστὶν, ὡς Λόγος αὐτοῦ

[20] Psal. xliii, 6. [21] Psal. xvii, 30. [22] Joan. xvii, 23. [23] I Joan. iv, 13.

Digitized by Google

καὶ ἀπαύγασμα. Ἡμεῖς δὲ δι' αὐτοῦ τῆς τοῦ Πνεύματος μετοχῆς ἀξιούμενοι, ἓν ὡς πρὸς Θεὸν γίνεσθαι λεγόμεθα.

ΑΛΛΟ, *τὴν αὐτὴν ἔχον διάνοιαν.*

Λέγει που πάλιν ὁ μακάριος Ἰωάννης· « Ὃς ἂν ὁμολογήσῃ ὅτι Ἰησοῦς ἐστιν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ Θεὸς ἐν αὐτῷ μένει, καὶ αὐτὸς ἐν τῷ Θεῷ. » Εἰ τοίνυν ὁμολογοῦντες, ὅτιπερ Υἱός ἐστιν Ἰησοῦς τοῦ Θεοῦ, ἐν Θεῷ γινόμεθα, καὶ αὐτὸς ὁμοίως ἐν ἡμῖν· ὁ δὲ Υἱὸς οὐχ οὕτως ἐστὶν ἐν Πατρί, οὐ γὰρ δῶρον ὁμολογίας ἔχει τὸ εἶναι ἐν αὐτῷ, δῆλόν ἐστι καὶ πᾶσιν εὐσύνοπτον ὅτιπερ ἄνθρωποι μὲν καλοῦνται χάριτι πρὸς ἑνότητα τὴν εἰς Θεόν, καὶ γέρας ὁμολογίας καὶ πίστεως ἔχουσι τοῦτο. Ὁ δὲ τοῦ Θεοῦ λόγος δίχα τινὸς τοιούτου φυσικῶς ἐστιν ἐν Πατρὶ, καὶ ἐν ἑαυτῷ τὸν Πατέρα φέρει, καὶ ὄντως ἓν ἐστι πρὸς αὐτόν.

ΑΛΛΟ.

Κατὰ τὸν Ἰωάννου φωνὴν, ὁ ὁμολογήσας ὅτι Ἰησοῦς ἐστιν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ἔχει τὸν Θεὸν ἐν ἑαυτῷ μένοντα, καὶ αὐτὸς δὲ ἐν τῷ Θεῷ γίνεται. Ὡμολόγησέ τις, ὑποκείσθω γὰρ τοῦτο τῷ λόγῳ, καὶ λαβὼν Πνεῦμα τῆς ὁμολογίας δῶρον, ἐδέξατο μὲν Θεὸν ἐν ἑαυτῷ, γέγονε δὲ καὶ αὐτὸς ἐν Θεῷ. Ἀλλὰ τὸν οὕτω διατεθέντα, συμβέβηκεν ἔκ τινος διαβολικῆς ἐπηρείας μετάγνωστιν τῶν ὀρθῶς βεβουλευμένων ἐλθεῖν, ἀπέστη τε τῆς ὁμολογίας, καὶ διὰ τοῦτο τὴν χάριν ἀποβέβληκε, καὶ τοῦ θείου Πνεύματος ἔρημος γεγονώς· οὐ γὰρ ἐν τοῖς δυσφημοῦσι τὸν Υἱὸν κατοικεῖ. Ἀπώλεσε καὶ τὸ εἶναι ἐν Θεῷ, καὶ τὸ ἔχειν αὐτὸν ἐν ἑαυτῷ. Ἄνθρωπος δὲ ἦν καὶ ὁμολογήσας, καὶ ὅτε τῆς ὁμολογίας ἀπέστη. Οὐκ ἄρα φύσει πρὸς τὴν θείαν οὐσίαν μεταποιούμεθα, ἓν ὡς πρὸς τὸν Θεὸν γίνεσθαι λεγόμενοι, ἀλλὰ χάρις ἡμᾶς, καὶ ἀρετὴ συνάπτει, καὶ κακία πάλιν ἀφίστησι· καὶ εἰ ὁμολογοῦντες ὅτι Ἰησοῦς ἐστιν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ἐν Θεῷ γινόμεθα, ἀρνούμενοι δὲ πάντως ἀλλοτριούμεθα. Φαίνεται δὲ οὐ δῶρον ἀρετῆς τοῦτο ἔχων ὁ Υἱός. Οὐκ ἄρα οὕτως ἐστὶν ἐν Πατρὶ ὥσπερ ἡμεῖς, ἀλλ' αὐτὸς μὲν φυσικῶς καὶ ἀμεταπτώτως ἐξ αὐτοῦ γεγεννημένος, ἡμεῖς δὲ χάριτι καὶ μετοχῇ. Ὥσπερ οὖν αὐτοῦ κατὰ φύσιν ὄντος Υἱοῦ καὶ Θεοῦ, οὕτω καὶ ἡμεῖς καθ' ὁμοιότητα αὐτοῦ καὶ υἱοὶ καὶ θεοὶ χρηματίζομεν.

A et splendor ipsius : nos vero per ipsum participatione Spiritus sancti, digni effecti unum cum Deo fieri dicimur.

123 ALIUD, *in eumdem sensum.*

Beatus Joannes alibi inquit : « Quicunque confitebitur quod Jesus sit Filius Dei, Deus in ipso manet, et ipse in Deo [24]. » Si ergo confitentes Jesum esse Filium Dei, in Deo sumus, et ipse vicissim in nobis, Filius autem non ita est in Patre : neque enim est donum confessionis suæ quod sit in ipso ; manifestum est omnibusque conspicuum homines per gratiam vocari ad unitatem cum Deo, atque hoc veluti præmium ac donum suæ confessionis et fidei accipere. Verbum autem Dei absque dono naturaliter est in Patre, et in seipso Patrem gestat, et revera unum cum ipso est.

ALIUD.

Juxta dictum Joannis, qui confitetur Jesum Filium Dei, habet Deum in seipso manentem, ipseque in Deo est. Ergo exempli causa confessus est aliquis, et accepto Spiritu in donum suæ confessionis suscepit Deum in seipso, et vicissim susceptus est in Deo. Cæterum hunc ita affectum contigit ex aliqua diaboli suggestione mutare sententiam et desciscere a confessione, ideoque a gratia excidere, divinoque Spiritu destitui, neque enim ille in blasphemantibus Filium habitat. Desiit itaque esse in Deo, et Deum in se habere. Atqui is homo erat et cum confessionem edidit, et cum a confessione descivit. Natura igitur nostra in divinam non transmutatur, tametsi unum cum Deo fieri dicimur : sed gratia et virtus nos ei conjungit, vitium contra disjungit. Porro si nos profitentes Jesum esse Filium Dei, in Deo sumus ; negantes vero alieni prorsus ab eo efficimur. Et manifestum est non ut præmium virtutis hoc Filio inesse, Non igitur tali ratione ac modo est in Patre quali nos, sed ipse quidem naturaliter et incommutabiliter ex ipso genitus, nos vero gratia et participatione. Quare sicut ipse secundum naturam est Filius et Deus : ita nos per similitudinem ipsius, et filii et dii vocamur.

ΛΟΓΟΣ ΙΓ'.

Περὶ ὁμοιότητος τοῦ Υἱοῦ πρὸς τὸν Πατέρα· καὶ, ὅτι οὐκ ἔστι τρεπτὸς φύσεως ὁ Υἱὸς, ἢ ἔξωθεν ὑποστὰς, ἀλλ' ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ προελθών, ὡς Υἱὸς καὶ γέννημα.

Ἀντίθεσις ὡς ἐκ τῶν θεομάχων.

Εἰ ἀπαράλλακτος, φασὶν, εἰκών ἐστιν ὁ Υἱὸς τοῦ Πατρὸς, καὶ ὁμοίως ἐστὶ κατὰ πάντα τῷ γεγεννηκότι, γεννάτω καὶ αὐτὸς, καὶ Υἱοῦ γενέσθω Πατήρ· οὕτω γὰρ αὐτὸν ἀκριβῶς μιμήσεται. Εἰ δὲ οὐ γεννᾷ, πῶς ἐν τῷ μὴ τίκτοντι τὸ τίκτον φαίνεται ; Ἀνόμοιος γάρ ἐστι κατὰ τοῦτο τῷ Πατρί.

ASSERTIO XIII.

124 *De similitudine Filii cum Patre, et quod non sit mutabilis naturæ Filius, neque extrinsecus subsistens, sed ex essentia ipsius procedens, ut Filius et genimen.*

Objectio hæreticorum.

Si Filius, inquiunt, est omnimoda imago Patris, et per omnia similis est suo Genitori ; gignat etiam ipse, et fiat Pater Filii : ita enim ipsum perfecte imitabitur. Si vero non gignit, quo pacto is qui gignit, in eo qui non gignit cernitur ? Dissimilis enim erit hac ratione Patri.

[24] I Joan. IV, 15.

Digitized by Google

Solutio objectionis.

Si nullum esset discrimen inter Deum et homines, exigatur ut gignat ita ut homo. Si vero eximia est Dei natura, erit etiam ab humanis legibus libera. Neque enim ut homo genuit Deus, ut etiam is qui genitus est, naturæ nostræ conditionem sequens, gignat, sed divino atque ineffabili modo ex Patre genitus est. Si autem necesse est ut is qui genuit gignat, propter naturalem nostram consuetudinem, et ea quæ deitatis propria sunt, humanis legibus subjecta sunt, quid obstiterit quominus Patri etiam patrem constituamus? Ita enim nostra consuetudo fert. At vero si Pater ex nullo principio est, nostrasque leges et morem longe superat, ut Deus, nulla ratio coget Filium gignere. Erit enim hoc pacto Patri similis, ut omni necessitate superior exsistens, ut Deus.

ALIUD.

Nemo mentis compos dixerit, dissimilem Patri Filium videri, eam ob causam, quod ipse etiam non genuit, neque filii pater factus sit. Imo vero per hoc potius admirabilem quamdam et perfectissimam cernet Patris in Filio imaginem. Quemadmodum enim Pater mutationis alterationisque expers semper manet Pater, neque in Filium transmutatur: ita Verbum ex ipso Filius procedens, manet id quod est, Patris immutabilitatem etiam per hoc in sese ostendens. Similis igitur juxta hoc quoque est Patri.

125 ***Interrogatio Arianorum, per quam, ut ipsi quidem putant, ostendunt Filium Patri inæqualem esse.***

Filius, inquiunt, aut est liberi arbitrii, aut non est. Si est, certe electione voluntatis bonus est. Quod vero electione et non natura circa aliquid tenetur, potest etiam in alia immutari: et in quam partem electionis impetus feratur, illic omnino erit id quod electione administratur. Id autem mutatio et passio est. Qui vero mutationi et passioni obnoxius est, quonam pacto sit ejus qui immutabilis et impatibilis est imago et similitudo? Sin autem immutabilis est, neque in aliud ferri potest, sed id quod est semper manet, certe ut lapis vel lignum semper in seipso subsistit, naturali quodam et indissolubili vinculo ad id quod est devinctus, libertatemque arbitrii non habet.

Solutio objectionis.

Oportet sane adeo ineptis interrogationibus quas proponunt in universum non respondere. Quando enim responsio undequaque cum blasphemia conjuncta est, silentium præstare satius est. Si enim libertate arbitrii præditum esse Filium dicam, statim etiam mutatio liberi arbitrii simul inducitur. Annexum est enim libertati arbitrii mutationem suscipere, tametsi eam passionem voluntas nondum subierit. Sin vero hoc prætermisso alterum dixero, nimirum immutabilem esse Filium, statim nobis

A

Πρὸς τοῦτο λύσις.

Εἰ τὸ παραλλάττον οὐδὲν ἐν Θεῷ καὶ ἀνθρώποις, ἀπαιτείσθω τὸ γεννᾶν καὶ οὕτως ὡς ἄνθρωπος. Εἰ δὲ ἐξαίρετος ἡ Θεοῦ φύσις, ἔσται πάντως καὶ τῆς καθ' ἡμᾶς ἀνάγκης ἐλευθέρα. Οὐ γὰρ ὡς ἄνθρωπος ἐγέννησε Θεὸς, ἵνα καὶ ὁ τεχθεὶς ταῖς φυσικαῖς ἡμῶν ἑπόμενος ἀκολουθίαις τέκῃ, ἀλλὰ θείαν τινὰ καὶ ἄρρητον ἐκ Πατρὸς ἔχει τὴν γέννησιν. Εἰ δὲ ἀνάγκη τὸν γεννηθέντα γεννᾶν διὰ τὴν παρ' ἡμῖν φυσικὴν συνήθειαν, καὶ τοῖς τῆς ἀνθρωπότητος νόμοις ὑποπίπτει τὰ τῆς θεότητος ἴδια· τί τὸ κωλύον πατέρα δοῦναι τῷ Πατρί; Οὕτω γὰρ οἱ παρ' ἡμῖν. Εἰ δὲ ἔστιν οὐκ ἐκ τινος ἀρχῆς ὁ Πατὴρ, καὶ τὴν καθ' ἡμᾶς ἀναβαίνει συνήθειαν ὡς Θεὸς, οὐδεὶς ἀναγκάσει λόγος τίκτειν τὸν Υἱόν. Ἔσται γὰρ καὶ οὕτω μᾶλλον τῷ Πατρὶ παραπλήσιος, ἄνω πάσης ἀνάγκης ὑπάρχων, ὡς Θεός.

B

ΑΛΛΟ.

Οὐκ ἄν τις εἴποι νοῦν ἔχων, ἀνόμοιον φαίνεσθαι τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν, ἐπεὶ μὴ καὶ αὐτὸς ἐγέννησε, μηδὲ υἱοῦ γέγονε πατήρ. Ἀλλὰ μᾶλλον καὶ διὰ τοῦτο θαυμαστήν τινα καὶ ἀκριβεστάτην ὄψεται τοῦ Πατρὸς ἐν Υἱῷ τὴν εἰκόνα. Ὥσπερ γὰρ ὁ Πατὴρ ἄτρεπτός τε καὶ ἀναλλοίωτος ὤν, ἀεὶ μένει Πατὴρ, καὶ εἰς Υἱὸν οὐ μεταβάλλεται, οὕτως ὁ ἐξ αὐτοῦ Λόγος Υἱὸς προελθὼν, μένει τοῦθ' ὅπερ ἐστὶ, τοῦ Πατρὸς τὸ ἀναλλοίωτον καὶ διὰ τούτου δεικνύων ἐν ἑαυτῷ. Ὅμοιος οὖν καὶ κατὰ τοῦτο Πατρί.

C

Ἐρώτησις Ἀρειανῶν, δι' ἧς, ὡς οἴονται, δεικνύουσιν ἀνόμοιον τῷ Πατρὶ τὸν Υἱόν.

Αὐτεξούσιος, φασὶν, ἐστὶν ὁ Υἱὸς, ἢ οὐκ ἔστιν. Εἰ μὲν οὖν αὐτεξούσιός ἐστι, προαιρέσει φαίνοιτ' ἂν εἰκότως καλός. Τὸ δὲ προαιρέσει καὶ οὐ φύσει περί τι κρατούμενον, δύναιτ' ἂν ἐφ' ἕτερα μεταβάλλεσθαι, καὶ ἐφ' ὅπερ ἂν ἡ τῆς προαιρέσεως γένοιτο ῥοπὴ, ἐκεῖ πάντως ἔσται τὸ προαιρέσει διοικούμενον. Τροπὴ δὲ τοῦτο καὶ πάθος. Ὁ δὲ τροπὴν ὑπομένων καὶ πάθος, πῶς ἂν εἴη τοῦ ἀτρέπτου καὶ ἀπαθοῦς εἰκὼν καὶ ὁμοιότης; Εἰ δὲ ἄτρεπτός ἐστιν, εἰς οὐδὲν ἕτερον παρενεχθῆναι δυνάμενος, ἀλλ' ὅπερ ἐστὶ μένων ἀεὶ, ὡς λίθος ἄρα ἢ ξύλον ἕστηκεν ἐφ' ἑαυτῷ φυσικῷ τινι καὶ ἀῤῥήκτῳ δεσμῷ, εἰς τοῦθ' ὅπερ ἐστὶ κρατούμενος, καὶ τὸ αὐτεξούσιον οὐκ ἔχων.

D

Πρὸς ταῦτα λύσις.

Ἔδει μὲν ταῖς οὕτως ἀπαιδεύτως προσφερομέναις ἐρωτήσεσι μηδόλως ἀποκρίνεσθαι. Ἔνθα γὰρ ἡ ἀπόκρισις πανταχοῦ τὸ δύσφημον ἔχει, ἐκεῖ κρεῖττον ἡ σιωπή. Ἂν μὲν γὰρ αὐτεξούσιον εἴπω τὸν Υἱὸν, εὐθὺς ἡ τῆς αὐτεξουσιότητος συνεισάγεται μεταβολή. Ἀκολουθεῖ γὰρ τῷ αὐτεξουσίῳ τὸ ἐπιδέχεσθαι μεταβολὴν, εἰ καὶ μήπω πεπονθὸς εἴη τοῦτο διὰ τὸ μὴ ἐθελῆσαι παθεῖν. Ἐὰν δὲ τοῦτο ἀφεὶς, τὸ ἕτερον εἴπω, τουτέστιν, Ἄτρεπτος ὁ Λόγος ἐστὶν, εὐθὺς ἡμῖν τοῦ ξύλου τὴν ἀκινησίαν προτείνοντες, οὐκ αἰσθά-

Digitized by Google

νονται τολμῶντες λέγειν, ἃ καὶ μόνον ἦν ἐνθυμεῖσθαι κινδύνου μεστά. Τί γὰρ ἂν εἴποιεν οἱ πάντα τολμῶντες ῥᾳδίως, εἴ τις αὐτοῖς περὶ τοῦ Πατρὸς πεῦσιν προσάγοι τὴν αὐτήν; Ἆρα τὸν ἴσον ἡμῖν φοβηθήσονται φόβον, καὶ τὴν ἐπὶ τούτοις ἐπαινέσουσι σιωπήν; Ἢ τί ποτε ἄρα πρὸς ταῦτα ἐροῦσιν; Ἐγὼ μὲν οὐκ ἔχω λέγειν, καλὸν δὲ καὶ χρήσιμον εἰ μηδὲ ἐνενόησαν οὗτοι. Ὅτι δὲ ἄτρεπτος ὢν ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ὥσπερ ὁ γεννήσας αὐτὸν, ὅμοιός ἐστι κατὰ πάντα τῷ Πατρὶ, γένοιτ' ἂν διὰ τούτου σαφές. Εἰ ἀπαράλλακτός ἐστιν εἰκὼν τοῦ Πατρὸς, καὶ ἀληθεύει, λέγων· « Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ ἑώρακε τὸν Πατέρα, » καὶ πάλιν· « Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἓν ἐσμεν, » ἔσται πάντως ἄτρεπτος καὶ ἀναλλοίωτος ὡς ὁ Πατήρ. Ἐπεὶ πῶς ἂν γένοιτο εἰκὼν τοῦ ἀεὶ καὶ ὡσαύτως ἔχοντος, τὸ τροπὴν ἐπιδεχόμενον; Ἢ πῶς ἂν εἴποιεν, Ἓν ἐσμεν, τὰ τοσοῦτον ἀλλήλων διεστηκότα, καὶ μακρὰν οὕτω φέροντα τὴν ἀνομοιότητα; Ἐπειδὴ δὲ ἀμήχανον ψεύδεσθαι τὴν ἀλήθειαν, τουτέστι τὸν Υἱὸν, ὅμοιον αὐτὸν εἶναι λέγοντα τοῦ Πατρὸς, ἀνάγκη πᾶσα τοῦθ' ὅπερ ἐστὶν ὁ Πατὴρ εἶναι πιστεύειν κατὰ φύσιν καὶ τὸν Υἱόν. Ἄτρεπτος οὖν, ὡς ἐκεῖνος, καὶ κατὰ πάντα αὐτῷ προσεοικώς.

immobilitatem ligni objicientes, non sentiunt se dicere ea quæ vel minima cogitatione concipere periculosissimum est. At quid dicant isti, qui quidvis audent, si quis eis eamdem de Patre interrogationem proponat? anne eodem quo nos metu percellentur, et silentium hac in re laudabunt? aut quid tandem ad hoc respondebunt? Equidem non habeo quid dicam, pulchrumque certe et utile esset si et isti eam cogitationem deponerent. Quod vero immutabile exsistens Verbum Dei, quemadmodum is qui illud genuit, simile per omnia sit Patri, ex hoc constare potest. Si est omnimoda et indifferens imago Patris, vereque dicit : « Qui vidit me, vidit et Patrem [25], » et rursum : « Ego et Pater unum sumus [26], » erit omnino mutationis alterationisque expers sicut et Pater. Quomodo enim sit imago ejus qui semper atque eodem modo se habet, id quod mutationem suscipit? Aut quomodo dicant, Unum sumus, quæ tantopere inter se dissident, tantaque dissimilitudine disjunguntur? Cum vero fieri nulla ratione possit ut veritas, hoc est Filius, mentiatur, qui se similem Patri esse dicit, necessarium **126** plane est ut credamus Filium idem prorsus natura esse quod Pater. Immutabilis igitur est, sicut ille, et per omnia ei similis.

Ἄλλως τὸ αὐτό.

Εἰ τρεπτὴς ὢν φύσεως ὁ Υἱὸς, αὐτοπροαίρετός τε καὶ αὐτεξούσιος, κατ' ἐκείνους, ὑπάρχων, ἐφέσει τῇ περὶ τὸ ἀγαθὸν εἰς τοῦτο γέγονε καταστάσεως, ὡς μηδεμίαν ἔχειν πρὸς τὸν Πατέρα διαφοράν, ἀλλὰ μικρὸν δύνασθαι λέγειν· « Ὁ ἑωρακώς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα, » οὐδὲν ἐν Θεῷ μέγα, εἰ καὶ τοῖς τρεπτὴν ἔχουσι τὴν φύσιν ἔξεστι βουλομένοις εἶναι τοῦτο κατὰ φύσιν, ὅπερ ἐκεῖνός ἐστιν. Εἰ δὲ ἄβατα παντελῶς ἐστιν ἑτέρᾳ φύσει τὰ τῆς θεότητος ἴδια, πάντα δὲ ταῦτα φυσικῶς ἐν Υἱῷ φαίνεται, ὅμοιος ἄρα ἐστὶ κατὰ πάντα τοῦ Πατρός· οὐκ ἔκ τινος προκοπῆς ἢ ἀλλοιώσεως τῆς εἰς τὸ ἀγαθὸν ἐκ τοῦ μὴ τοσούτου ὅπερ ἐστὶν ὑπάρχων, ἀλλὰ τέλειος ἐκ τελείου, καὶ ἄτρεπτος ἐξ ἀτρέπτου Πατρὸς προελθών. Πῶς γὰρ οὐ τέλειος ὁ οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγησάμενος τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ; Πῶς δὲ οὐκ ἄτρεπτος ὁ μετὰ τοῦ Πατρὸς ἓν ὤν, καθά φησιν αὐτός;

Idem aliter explicatum.

Si Filius, mutabilis naturæ exsistens, libero suo arbitrio et voluntate fertur, secundum illos, desiderio tantum boni eo provectus est, ut a Patre non differret, sed deinceps dicere posset, « Qui vidit me, vidit et Patrem, » nihil in eo magni ac præclari est, si etiam iis qui mutabilis naturæ sunt integrum est, cum velint, idem natura fieri quod ille est. At vero si quæ deitati sunt propria, alteri cuivis naturæ inaccessa prorsus sunt : omnia autem hæc naturaliter in Filio apparent; similis itaque est per omnia Patri : non ex aliqua progressione sive promotione alterationeque in bonum ex eo quod non erat, sed perfectus ex perfecto, et immutabilis ex immutabili Patre procedens. Quomodo enim non sit perfectus, qui non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo [27]? Aut quomodo non sit immutabilis, qui cum Patre unum est, ut ipse dicit?

ΑΛΛΟ.

Εἰ ἐκ τοῦ καρποῦ τὸ δένδρον γινώσκεται, καρπὸς δὲ τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας ὁ ἐξ αὐτοῦ προελθὼν Λόγος, τουτέστιν ὁ Υἱός· ἢ ποιείτωσαν καὶ τὸ δένδρον σαπρὸν, τρεπτῆς αὐτὸ φύσεως εἶναι λέγοντες (οὕτω γὰρ βούλονται τὸν καρπὸν), ἢ εἰ καλὸν ποιοῦσι τὸ δένδρον, τοιοῦτον εἶναι πιστευέτωσαν καὶ τὸν ἐξ αὐτοῦ προελθόντα καρπὸν, οὐ τῆς ἀλλοιουμένης, ἀλλὰ τῆς ἀτρέπτου φύσεως εἶναι λογιζόμενοι, καθὰ καὶ τὸ δένδρον.

ALIUD.

Si ex fructu arbor cognoscitur [28], fructus autem essentiæ Patris est procedens ex ipso Verbum, hoc est, Filius : aut arborem putrem esse statuant, mutabilis illam naturæ esse dicentes (ita enim volunt fructum esse), aut si bonam arborem esse censent, talem etiam esse credant fructum qui ex ea profertur : non immutatæ, sed immutabilis naturæ esse censentes, sicut arborem ipsam.

ΑΛΛΟ.

Ἐρωτῶντι Φιλίππῳ καὶ λέγοντι· « Δεῖξον ἡμῖν τὸν Πατέρα, » Χριστὸς ἀποκρίνεται· « Τοσούτῳ

ALIUD.

Interroganti Philippo et dicenti, « Ostende nobis Patrem, » Christus respondet : « Tanto tempore

[25] Joan. xiv, 9. [26] Joan. x, 30. [27] Philipp. ii, 6. [28] Luc. vi, 44.

Digitized by Google

vobiscum sum, et non cognovisti me, Philippe? Qui vidit me vidit et Patrem [32]. » Si ergo cognitio Filii est cognitio Patris, necessarium plane est ut talem credamus esse Filium, qualis est Pater. Quod si ita est, immutabilis autem Pater, erit hoc omnino et Filius. In eo enim in ipso cognoscitur et apparet.

A

χρόνῳ μεθ' ὑμῶν εἰμι, καὶ οὐκ ἐγνωκάς με, Φίλιππε; Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ ἑώρακε τὸν Πατέρα. » Εἰ τοίνυν ἡ περὶ τοῦ Υἱοῦ γνῶσις, γνῶσίς ἐστι τοῦ Πατρὸς, ἀνάγκη πᾶσα τοιοῦτον εἶναι πιστεύειν τὸν Υἱὸν, ὁποῖός ἐστιν ὁ Πατήρ. Εἰ δὲ τοῦτο, ἄτρεπτος δὲ ὁ Πατὴρ, ἔσται τοῦτο πάντως καὶ ὁ Υἱός. Οὕτω γὰρ ἂν ἐν αὐτῷ γνωσθείη καὶ φαίνοιτο.

Testimonia sacræ Scripturæ, quod immutabilis sit Filius et ex iis syllogismus eodem pertinens.

Μαρτυρίαι ἀπὸ τῆς Γραφῆς, ὅτι ἄτρεπτος ὁ Υἱὸς, καὶ ἐξ αὐτῶν συλλογισμὸς εἰς τοῦτο περιτρέπων.

Paulus ait : « Jesus Christus heri et hodie, ipse quoque in sæcula [33]. » Psalmista : « Tu ab initio, Domine, terram fundasti, et opera manuum tuarum sunt cœli; ipsi peribunt, tu autem permanes et omnes quasi vestimentum veterascent; et sicut opertorium mutabis eos et mutabuntur, **127** tu B autem idem ipse es et anni tui non deficient [34]. » Servator ipse de se : « Videte me, videte quia ego sum, et non mutor [35] : » Et Jeremias : « Quia tu insidens sæculum, et nos perdentes sæculum [36]. » Illic enim stabilitatem atque immutabilitatem divinæ naturæ, quodque semper eodem modo se habeat significans propheta, dicit : « Tu insidens sæculum; » creaturarum vero in omni tempore mutationem significans, infert : « Nos autem perdentes sæculum. » Si ergo sacra Scriptura creaturis tantum mutationem, alterationem et interitum agnoscit, et ab horum societate Filium eximit, dicens : « Tu autem idem ipse es : » non igitur mutabilis naturæ est. Neque enim idem sit, si in aliud quidpiam quam est mutari posset, C

Ὁ Παῦλος λέγει· « Ἰησοῦς Χριστὸς χθὲς καὶ σήμερον, ὁ αὐτὸς καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας. » Ὁ Ψαλμῳδός· « Σὺ κατ' ἀρχὰς, Κύριε, τὴν γῆν ἐθεμελίωσας, καὶ ἔργα τῶν χειρῶν σού εἰσιν οἱ οὐρανοί· αὐτοὶ ἀπολοῦνται, σὺ δὲ διαμένεις· καὶ πάντες ὡς ἱμάτιον παλαιωθήσονται· καὶ ὡσεὶ περιβόλαιον ἑλίξεις αὐτοὺς καὶ ἀλλαγήσονται, σὺ δὲ ὁ αὐτὸς εἶ, καὶ τὰ ἔτη σου οὐκ ἐκλείψουσιν. » Ὁ Σωτὴρ περὶ ἑαυτοῦ· « Ἴδετέ με, ἴδετε ὅτι ἐγώ εἰμι, καὶ οὐκ ἠλλοίωμαι. » Ὁ Ἱερεμίας· « Ὅτι σὺ καθήμενος τὸν αἰῶνα, καὶ ἡμεῖς ἀπολλύμενοι τὸν αἰῶνα. » Ἐνταῦθα γὰρ τὸ ἱδρυμένον καὶ ἀμετάθετον, καὶ ἀεὶ ὡσαύτως ἔχον τῆς θείας φύσεως ὁ προφήτης σημαίνων φησί· « Σὺ καθήμενος τὸν αἰῶνα· » τὴν δὲ ἐν παντὶ χρόνῳ τῶν γενητῶν μεταβολὴν ἐξηγούμενος, ἐπιφέρει· « Καὶ ἡμεῖς ἀπολλύμενοι τὸν αἰῶνα. » Εἰ τοίνυν ἐπὶ μὲν τῶν γενητῶν τροπὴν, καὶ ἀλλοίωσιν, καὶ ἀπώλειαν, καὶ ἐξαλλαγὴν ἡ θεία λέγουσα Γραφὴ, τῆς πρὸς ταῦτα κοινωνίας ὑπεξαιρεῖ τὸν Υἱὸν, « Σὺ δὲ ὁ αὐτὸς εἶ, » λέγουσα, οὐκ ἄρα τρεπτῆς φύσεώς ἐστιν. Οὐδὲ γὰρ C ἂν ὁ αὐτὸς εἴη, ἐφ' ἕτερόν τι παρ' ὅπερ ἐστὶ μεταπρέπεσθαι δυνάμενος.

Si secundum naturam immutabilis non est Filius, sed accidens ei est, ut sit id quod est, adscititiamque habet cum Patre similitudinem : aliquo igitur tempore fuerit quidem Filius, sed dissimilis Patri? At quomodo Filius censeri posset, quem non naturalis similitudo eum esse declarat? Aut quo pacto firma ac stabilis beatitudo in illo erit, qui per accidens eam habet? Nam si illi accidit, potest etiam non accidere. Si vero sacra Scriptura Filium in identitate manere dicit, omnia quæ divinitatis propria sunt, naturaliter in ipso exsistunt : aliena autem est a deitate mutatio; mutationis itaque et alterationis expers est. D

ALIUD.

ΑΛΛΟ.

Εἰ κατὰ φύσιν οὐκ ἔστιν ἄτρεπτος ὁ Υἱὸς, συνέβη δὲ αὐτῷ τὸ εἶναι τοῦτο ὅπερ ἐστὶ, καὶ ἐπίκτητον ἔχει τὴν πρὸς τὸν Πατέρα ὁμοιότητα, ἦν ἄρα χρόνος ὅτε ἦν μὲν ὁ Υἱὸς, ἀνόμοιος δὲ τῷ Πατρί; Καὶ πῶς Υἱὸς ἔτι νοηθήσεται ὁ μὴ ἐκ τῆς κατὰ φύσιν ὁμοιότητος μαρτυρούμενος; Ἢ πῶς ἐν βεβαίῳ τῆς μακαριότητος στήσεται, ὁ ἐπισυμβεβηκὸς τοῦτο ἔχων; Εἰ γὰρ συνέβη, καὶ ἀποσυμβῆναι τοῦτο δυνήσεται. Εἰ δὲ ἐν ταυτότητι μένειν τὸν Υἱὸν ἡ θεία λέγει Γραφὴ, πάντα ἐν αὐτῷ κατὰ φύσιν ἐστὶ τὰ τῆς θειότητος ἴδια, ἀλλότριον δὲ ταύτης ἡ τροπὴ, ἄτρεπτος ἄρα ἐστὶ καὶ ἀναλλοίωτος.

ALIUD.

ΑΛΛΟ.

Id quod mutari et alterari potest non dixerit de seipso : « Ego sum veritas. » Nam quod modo sic est, modo non est, repugnantia sibi ipsi dicit. Filius autem de seipso dicit : « Ego sum veritas. » Non est igitur ex iis quæ mutantur atque alterantur, sed similis Patri, mutationis et alterationis expers.

Τὸ τρεπόμενον καὶ ἀλλοιωθῆναι δυνάμενον, οὐκ ἂν λέγοι περὶ ἑαυτοῦ· « Ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια. » Εἰ γὰρ ποτὲ μὲν τόδε ἐστὶν, ποτὲ δὲ οὐκ ἔστι, ψεύδεται πρὸς ἑαυτόν. Ὁ δὲ Υἱὸς περὶ ἑαυτοῦ λέγει· « Ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια. » Οὐκ ἄρα τῶν ἀλλοιουμένων, ἢ τρεπομένων ἐστὶν, ἀλλ' ὅμοιος τῷ Πατρὶ, ἄτρεπτός τε καὶ ἀναλλοίωτος ὤν.

ALIUD, *explicatius.*

ΑΛΛΟ, *διηγηματικῶς.*

Hæretici conantes ostendere Filium ex eorum

Ἕνα τῶν ἀλλοιουμένων σπουδάζοντες δεῖξαι τὸν

[32] Joan. XIV, 8, 9. [33] Hebr. XIII, 8. [34] Psal. CI, 26-28. [35] Luc. XXIV, 39; Malach. III, 6. [36] Baruch III, 3.

Digitized by Google

Υἱὸν, ἵνα ἐκ τούτου νομίζηται εἶναι καὶ γενητὸς, καὶ λοιπὸν ἀνόμοιος τῷ Πατρὶ, εἰς ἀπόδειξιν τῆς ἑαυτῶν μανίας προφέρουσί τινα τῶν ἐν ταῖς θείαις Γραφαῖς· καί φασι τὸν Ἀπόστολον εἰπεῖν· « Διὸ καὶ ὁ Θεὸς αὐτὸν ὑπερύψωσε, καὶ ἐχαρίσατο αὐτῷ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα· ἵνα ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ πᾶν γόνυ κάμψῃ. » Παρὰ δὲ τῷ Ψαλμῳδῷ γέγραπται πάλιν· « Διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ Θεὸς, ὁ Θεός σου ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου. » Εἶτα λέγουσι τὰ ῥήματα σοφιζόμενοι, ὅτι τὸ, *διό*, καὶ *διὰ τοῦτο*, αἰτίαν τινὰ σημαίνει, δι' ἣν ὑπερυψώθη, καὶ ἐχαρίσθη αὐτῷ τὸ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα, καὶ ἐχρίσθη τῷ ἐλαίῳ τῆς ἀγαλλιάσεως. Εἰ δὲ αἰτία τις τούτων αὐτῷ γέγονε πρόξενος, ἠλλοιώθη δηλονότι καὶ μεταβέβληται, τοῦτο γεγονὼς ὅπερ οὐκ ἦν πρὸ τούτου· καὶ εἰ δοτὸν ἐν αὐτῷ τὸ ἀξίωμα, ἔσται καὶ ἀφαιρετόν. Τὸ δὲ ἐν τοιαύτῃ καταστάσει τυγχάνον, πῶς ἂν εἴη κατὰ φύσιν τῷ ἀτρέπτῳ ὅμοιον, καὶ τοῦ ἀεὶ ὡσαύτως ἔχοντος εἰκών;

A numero esse quæ mutantur, ut ex hoc etiam censeatur esse creatus, atque ita dissimilis Patri, ad comprobandam suam insaniam nonnulla ex Scripturis sacris proferunt, aiuntque Apostolum dicere : « Idcirco Deus exaltavit illum, et donavit illi nomen quod est super omne nomen, ut in nomine Jesu omne genu flectatur [36]. » Et a Psalmista rursus scriptum est : « Propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo exsultationis præ participibus tuis [35]. » Deinde verba cavillantes, dicunt, *idcirco* et *propterea* **128** causam quamdam significare, propter quam exaltatus sit, et propter quam donatum ei sit nomen, quod est super omne nomen, et unctus sit oleo exsultationis. Si ergo causa aliqua hoc ei conciliavit, certe mutationem aliquam subiit, factus nimirum id quod antea non erat ; et si dignitas B in illo donatitia est, auferri etiam potest. Quod vero ita comparatum est, talique statu præditum, quomodo possit naturaliter immutabili simile esse, aut imago ejus quod semper eodem modo se habet?

Πρὸς ταῦτα Λύσις.

Εἰ καθ' ὑμᾶς γέγονέ τις αἰτία δι' ἣν ὑπερυψώθη, καὶ τοῦ ὀνόματος ἔτυχεν, ἐχρίσθη τε τῷ ἐλαίῳ τῆς ἀγαλλιάσεως, οὐκ ἂν ἦν τοῦθ' ὅπερ ἐστὶ νῦν, τῆς αἰτίας οὐ γενομένης. Οὐκοῦν οὐ φύσει Θεὸς ὁ Υἱὸς, εἰ ἐξ αἰτίας κατὰ χάριν Θεός· οὐδὲ φύσει Υἱὸς, εἰ ἐξ αἰτίας κατὰ χάριν Υἱὸς, καὶ μισθὸς ὡς ἔοικεν ἀρετῆς ἡ υἱότης αὐτῷ, καὶ τὸ τῆς θεότητος ὄνομα, ὥσπερ καὶ ἐφ' ἡμῶν. Οὐδὲν οὖν ἔσται τὸ αὐτοῦ τε καὶ ἡμῶν μεταξύ. Ἔξεστι γὰρ διὰ βίου σεμνότητος τῶν ἴσων τυχεῖν, εἴγε C καλούμεθα καὶ θεοὶ καὶ υἱοὶ, καὶ χριόμεθα τῷ ἐλαίῳ τῆς ἀγαλλιάσεως, τούτων ἀξίους ἑαυτοὺς παραστήσαντες. Εἰ δὲ τοῦτο ἄτοπον καὶ νοεῖν καὶ λέγειν, ὑπὲρ ἡμᾶς ἔσται καὶ οὐχ ὡς ἡμεῖς ὁ Υἱός. Ὁ μὲν γὰρ ἐκ τοῦ Πατρὸς κατὰ φύσιν ὑπάρχων, Υἱός ἐστιν ἀληθινὸς, ὡς ἄνθρωπος ἐξ ἀνθρώπου, καὶ Θεός ἐστιν ἐκ Θεοῦ γεννηθείς. Ἡμεῖς δὲ οἷς ταῦτα κατὰ φύσιν οὐ πρόσεστι, τὴν ἀπὸ τοῦ λαβεῖν χάριν, ἀντὶ τοῦ κατὰ ἀλήθειαν ἐσχήκαμεν, υἱοὶ καὶ θεοὶ διὰ τὴν τοῦ δεδωκότος φιλανθρωπίαν χρηματίζοντες· μέχρι γὰρ μόνου τοῦ ὀνόματος ἐφ' ἡμῶν ἡ κτῆσις τῶν ὑπὲρ ἡμᾶς, ἔτι δὲ τοῦ Υἱοῦ, φυσική τε καὶ οὐσιώδης.

Solutio objectionis.

Si, juxta vestram opinionem, aliqua causa est propter quam exaltatus est, et nomen consecutus est, et oleo exsultationis unctus est, certe non erat id quod nunc est, cum causa non esset. Non igitur natura Deus est Filius, si ex causa aliqua per gratiam Deus est; neque natura Filius, si ex causa per gratiam Filius est, et tanquam merces quædam virtutis filiatio ei et deitatis nomen datum est, perinde atque nobis. Nihil igitur erit discriminis inter illum et nos. Licet enim nobis per vitæ integritatem æqualia consequi, siquidem vocamur et dii, et filii, et ungimur oleo exsultationis, dignos nos iis donis præstantes. Si vero id et cogitatione et dictu absurdum est, superior longe erit, neque nobis æqualis Filius. Nam ex Patre naturaliter exsistens Filius verus est, ut homo ex homine, et Deus est ex Deo genitus. Nos autem quibus hæc naturaliter non insunt, non vere, sed per gratiam filii et dii, ex illius qui id nobis largitus est benignitate vocamur : Filius autem naturaliter atque essentialiter hoc est.

ΑΛΛΟ.

Ὁ θεῖος Ἀπόστολός που φησι περὶ τοῦ Υἱοῦ· « Ὃς D ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε μορφὴν δούλου λαβών, » καὶ τὸ ἑξῆς· « Διὸ καὶ ὁ Θεὸς αὐτὸν ὑπερύψωσε, καὶ ἐχαρίσατο αὐτῷ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα. » Ὅτε τοίνυν ἐνηνθρώπησε τὴν τοῦ δούλου μορφὴν ἀναλαβών, ἐχαρίσθη αὐτῷ τὸ ὄνομα, καὶ ὑπερυψώθη. Οὐκοῦν πρὸ τῆς ἐνσάρκου παρουσίας καὶ τῆς τοῦ δούλου μορφῆς, οὔτε εἶχε τὸ ὄνομα, οὔτε ἦν ὑψηλότερος κατὰ τὸν τῶν Ἀρειανῶν λόγον. Εἰ γὰρ ἦν ταῦτα καὶ πρὸ τῆς ἐπιδημίας, περιττός που πάντως ἐστὶν ὁ τοῦ εἰληφέναι τι λόγος. Εἰ δὲ οὐκ εἶχεν, ὅπερ οὐκ ἦν ἐγένετο. Τί οὖν ἦν πρὶν ταύτης

ALIUD.

Divinus Apostolus de Filio alicubi ita ait : « Qui in forma Dei exsistens non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed exinanivit seipsum, formam servi accipiens [36] ; » et deinceps : « Propterea Deus exaltavit illum, et donavit illi nomen quod est super omne nomen [37]. » Quando igitur factus est homo, forma servi accepta, donatum ei est nomen, et exaltatus est. Ergo ante incarnationem, et ante formam servi acceptam, neque nomen habuit, neque magis excelsus fuit, secundum Arianos. Si enim hæc erat ante incarnationem, supervacaneum certe est dicere illum postea id accepisse. Si vero non habuit, factus est id quod non erat. Quid igitur erat secundum

[35] Philipp. II, 9, 10. [35] Psal. XLIV, 8. [36] Philipp. II, 6, 7. [37] Ibid. 9.

Digitized by Google

vos prinsquam id acciperet? Rursus : Si quando humiliavit seipsum, acceptis his apparet is qui nunc est; est autem Verbum, sapientia, potestas, **129** veritas, lumen, vita, resurrectio, imago Patris; nihil horum erat ante humiliationem. Considerent ergo in quantum blasphemiæ barathrum ruant. Si enim veluti mercedem quamdam ac præmium humiliationis hæc habet a Patre; neque is alio tempore sese humiliasse cernitur, quam cum factus est homo : universum rerum ordinem confusum videmus. Nam sacræ Scripturæ incarnationem Verbi lætam esse aiunt ad emendationem, atque instaurationem carnis, universæque naturæ humanæ. Si autem Deus, et Filius, et Excelsus factus est tempore incarnationis, ipse certe melior effectus, non autem nos meliores effecisse videbitur, et commodo affectus potius, quam commodo affecisse. Non igitur propter nos, sed propter se advenit Dei Verbum, neque nostræ salutis causa carnem assumpsit, sed ut sua conditio melior efficeretur. Quomodo ergo prophetæ et apostoli ipsum Servatorem appellant? Oportebat enim illum potius sui status emendatorem vocare. Quomodo autem pro nobis mortuus est, qui hujus mercedem eam accepit, ut Deus et Filius vocetur? At si hoc impietatem meram spirat, nihil ex mutatione et alteratione Filio accessit, sed naturaliter id est quod Pater : atque ideo ei persimilis.

δέξασθαι καθ' ὑμᾶς; Καὶ πάλιν· Εἰ ὅτε ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν εἰλικρινῶς ταῦτα φαίνεται ἐν οἷς νῦν ἐστιν, ἔστι δὲ Λόγος, σοφία, δύναμις, ἀλήθεια, φῶς, ζωή, ἀνάστασις, εἰκὼν τοῦ Πατρὸς, τούτων οὐδὲν ἦν πρὸ τῆς ταπεινώσεως. Σκοπείτωσαν τοίνυν εἰς ὅσον αὐτοῖς δυσφημίας βάραθρον ὁ λόγος χωρεῖ· εἰ γὰρ ἆθλον ὥσπερ καὶ μισθὸν τῆς ταπεινώσεως ταῦτ' ἔχει παρὰ Πατρὸς, φαίνεται δὲ οὐκ ἐν ἄλλῳ χρόνῳ ταπεινώσας ἑαυτὸν, ἀλλ' ὅτε γέγονεν ἄνθρωπος, ἀνεστραμμένην ὁρῶμεν τῶν πραγμάτων τὴν τάξιν. Αἱ μὲν γὰρ θεῖαι Γραφαὶ τὴν ἐπιδημίαν τοῦ Θεοῦ Λόγου γεγενῆσθαι λέγουσιν ἐπὶ βελτιώσει τῆς σαρκὸς, καὶ ὅλης τῆς ἀνθρώπου φύσεως. Εἰ δὲ Θεὸς, καὶ Υἱὸς, καὶ Ὑψηλὸς γέγονεν ἐν τῷ καιρῷ τῆς σαρκὸς, βελτιωθέντα μᾶλλον ὁρῶμεν ἢ βελτιώσαντα· ὠφεληθέντα μᾶλλον ἢ ὠφελήσαντα. Οὐκοῦν οὐδὲ δι' ἡμᾶς ἐπεδήμησεν ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ἀλλὰ δι' ἑαυτόν· οὐδὲ τῆς ἡμετέρας ἕνεκα σωτηρίας τὴν σάρκα περιεβάλετο, ἀλλ' ἵνα βελτιωθῇ. Πῶς οὖν οἱ προφῆται καὶ ἀπόστολοι Σωτῆρα καλοῦσιν αὐτόν; Ἔδει γὰρ μᾶλλον βελτιωτὴν ἑαυτοῦ ὀνομάζειν ἢ τοῦτο. Πῶς δὲ ὑπὲρ ἡμῶν ἀπέθανεν, ὁ τούτου μισθὸν τὸ εἶναι Θεὸς καὶ Υἱὸς εἰληφέναι λεγόμενος; Εἰ δὲ τοῦτο φρονεῖν δυσσεβέστατον, οὐδὲν ἐξ ἀλλοιώσεως καὶ τροπῆς προσγέγονεν ἄρα τῷ Υἱῷ, ἀλλ' ἔστι τοῦτο φυσικῶς ὡς Υἱὸς, ὅπερ ἂν εἴη καὶ ὁ Πατήρ· διὸ δὴ καὶ ὅμοιος.

ALIUD.

Si juxta illorum opinionem non erat Filius, aut, erat quidem, sed postmodum melior præstantiorque effectus est, mutationem in melius subiens, quando forma servi accepta se humiliavit (propter hoc enim Deus illum exaltavit, et donavit illi nomen super omne nomen [38]), factus autem id fuit in ultimis sæculi temporibus, quando in carnem advenit : quomodo per eum facta sunt omnia [39], aut quomodo Pater gavisus est de illo qui perfectionem nondum consecutus erat? Quod enim adhuc augmento eget, imperfectum est. Aut quo pacto rursus in ultimis temporibus adorari cœpit, cum ab initio adoratus fuisse reperiatur? Adorat enim ipsum Abraham ad quercum Mambre [40]; adorat et Moses in rubo, dicentem : « Ego sum qui sum [41]. » Quomodo autem, ut inquit Daniel, « Millies centena millia servierunt ei [42]? » Quomodo rursus in throno excelso et sublimi sedens cernitur, circumstantibus eum et glorificantibus Seraphim [43]? Aut quomodo rursus potestates quæ in cœlo sunt, audita per Spiritum hac voce : « Tollite portas, principes, vestras, » et cum dixissent : « Quis est iste Rex gloriæ? » audiverunt : « Dominus virtutum ipse est Rex gloriæ [44]. » Non hic factus est Dominus virtutum, sed **130** hic est ab æterno Dominus virtutum. Si autem hoc exsistens apparet ante adventus sui tempus, quod etiam nunc est, supervacaneum certe fuerit dicere, imo peri-

ΑΛΛΟ.

Εἰ κατ' ἐκείνους οὐκ ἦν ὁ Υἱὸς, ἢ ἦν μὲν, βέλτιον δὲ ὕστερον τροπὴν ὑπομείνας τὴν εἰς τὸ ἄμεινον, ὅτε καὶ μορφὴν δούλου λαβὼν ἑαυτὸν ἐταπείνωσε (διὰ τοῦτο γὰρ αὐτὸν ὁ Θεὸς ὑπερύψωσε καὶ ἐχαρίσατο αὐτῷ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα), γέγονε δὲ τοῦτο ἐν ὑστέροις τοῦ αἰῶνος καιροῖς, ὅτε καὶ ἡ ἐν σαρκὶ παρουσία· πῶς δι' αὐτοῦ γέγονε τὰ πάντα, πῶς δὲ ὁ Πατὴρ ἐχαίρεν ἐπ' αὐτῷ, οὕπω τὸ τέλειον ἔχοντι; Τὸ γὰρ προσθήκης ἔτι δεόμενον ἀτελές. Πῶς δὲ πάλιν ἐν ὑστέροις καιροῖς ἔλαβε τὸ προσκυνεῖσθαι, καὶ ἐξ ἀρχῆς τοῦτο ἔχων ἐφαίνετο; Προσκυνεῖ γὰρ αὐτὸν Ἀβραὰμ ἐπὶ τῇ δρυῒ τῇ Μαμβρῇ, προσκυνεῖ καὶ Μωσῆς ἐν τῇ βάτῳ λέγοντα· « Ἐγώ εἰμι ὁ ὤν. » Πῶς; δὲ, καθά φησιν ὁ Δανιὴλ, « Μύριαι μυριάδες ἐλειτούργουν αὐτῷ; » Πῶς δὲ πάλιν ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρμένου καθήμενος φαίνεται, καὶ ὑπὸ τῶν Σεραφὶμ δορυφορούμενος καὶ δοξολογούμενος; Πῶς δὲ πάλιν αἱ ἐν τοῖς οὐρανοῖς δυνάμεις διὰ τοῦ Πνεύματος ἀκούουσαι· « Ἄρατε πύλας, οἱ ἄρχοντες, ὑμῶν, » καὶ λέγουσαι· « Τίς ἐστιν οὗτος ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης; » Ἀντήκουον· « Κύριος τῶν δυνάμεων αὐτός ἐστιν ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης. » Οὐχ οὗτος γέγονε Κύριος τῶν δυνάμεων, ἀλλ' οὗτός ἐστιν ὁ πάλαι Κύριος τῶν δυνάμεων. Εἰ δὲ τοῦτο ὢν φαίνεται ὅ δὴ καὶ νῦν ἐστι καὶ πρὸ τοῦ τῆς ἐπιδημίας καιροῦ, περιττὸν ἂν εἴη λέγειν, μᾶλλον δὲ κινδύνου μεστὸν, τροπῆς δεκτικὸν ὑπάρχειν τὸν Υἱόν· ἢ προκοπῆς ἀγαθῆς

[38] Philipp. II, 7-9. [39] Joan. I, 2. [40] Gen. XVIII, 2. [41] Exod. III, 14. [42] Dan. VII, 10. [43] Isa. VI, 1-3. [44] Psal. XXIII, 7-10.

Digitized by Google

ἐσχηκέναι μισθὸν τὴν υἱότητα, καὶ τὸ εἶναι σοφίαν, καὶ Λόγον, καὶ Θεόν. Ἄτρεπτος γὰρ καὶ ἀναλλοίωτος ὤν, ὁμοιός ἐστι κατὰ πάντα τῷ γεγεννηκότι.

culosissimum Filium mutationis capacem esse, aut eam bonæ voluntatis suæ mercedem accepisse quod sit Filius, et sapientia, et Verbum et Deus. Omnis enim mutationis alterationisque expers, similis per omnia est suo Genitori.

ΑΛΛΟ, *ὅτι οὐκ ἐξ ἀλλοιώσεως τῆς ἀπὸ τοῦ χείρονος ἐπὶ τὸ ἄμεινον, ὅμοιός ἐστιν ὁ Υἱὸς τῷ Πατρὶ, ἀλλὰ φυσικῶς.*

ALIUD, *quod non per alterationem a deteriori statu in præstantiorem similis sit Patri Filius, sed naturaliter.*

Εἰ ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων ἑαυτὸν ἐκένωσε μορφὴν δούλου λαβών, τοσοῦτον ἂν δόξειε τῆς κατὰ φύσιν ἀξίας ὑποβεβηκέναι, ὅπερ ἂν ὀφθείη κεῖσθαι μεταξὺ Θεοῦ καὶ ἀνθρώπου. Οὐ γὰρ ἦν μὲν πρότερον ἄνθρωπος, γέγονε δὲ ὕστερον ὁ Θεὸς, ἀλλὰ Θεὸς ὢν γέγονεν ἄνθρωπος· ἔχει τοίνυν οὐδὲν εἰς βελτίωσιν ἐκ τούτων ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος. Εἰ δὲ ὑψοῦσθαι λέγεται, καὶ ἐν τάξει χαρίσματος τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα δέχεσθαι, εἰς ἐκεῖνο δηλονότι μετὰ σαρκὸς ἐπανάγεται, εἰς ὅπερ ἦν καὶ δίχα σαρκός. Καὶ αὐτὸς δέ πού φησι· « Πάτερ, δόξασόν με τῇ δόξῃ ᾗ εἶχον πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι παρὰ σοί. » Ποία δὲ ἦν ἡ πρὸ τοῦ κόσμου δόξα τοῦ Υἱοῦ; Τὸ ἐν μορφῇ τοῦ Πατρὸς ὑπάρχειν. Οὐδὲν ἄρα ἐστὶ τὸ ἐξ ἀλλοιώσεως καὶ τροπῆς τῆς ἐπὶ τὸ ἄμεινον προστεθὲν τῷ Υἱῷ, ἀλλ' ἡ ἐν χαρίσματος τάξει νῦν αὐτῷ διδομένη δόξα καὶ ὕψωσις, λύσις ἐστὶ τῆς μετὰ σαρκὸς ἀδοξίας, τὴν ἀπὸ τῆς τοῦ δούλου μορφῆς ἀτιμίαν ἐξαφανίζουσα. Λέγεται δὲ δίδοσθαι ταῦτα παρὰ Πατρός. Θεῷ γὰρ πάντα τὰ ὑπὲρ ἀνθρωπότητα διοικεῖν οἰκειότερον, οὐκ ἔξω τῆς τούτων οἰκονομίας ὑπάρχοντος τοῦ Υἱοῦ κατὰ τὴν τῆς θεότητος ἑνότητα, εἰ καὶ ἰδιαζόντως Υἱός ἐστιν ὡς πρὸς Πατέρα.

Si in forma Dei exsistens seipsum exinanivit formam servi accipiens, tantum videri possit a naturali dignitate recessisse, quantum discriminis est inter Deum et hominem. Neque enim erat prius homo, posteaque factus est Deus; sed Deus cum esset, factus est homo: nihil itaque majoris præstantiæ ex hac re Verbo accessit. Si vero exaltatus esse dicitur, et instar doni nomen super omne nomen accepisse, in illud procul dubio evehitur cum carne quod erat absque carne. Ipse vero etiam alibi inquit: « Pater, glorifica me gloria illa quam habui apud te antequam mundus esset [46]. » Quænam autem erat gloria Filii ante creationem mundi? Profecto esse in forma Patris. Nihil igitur est quod ex mutatione in melius Filio accessit: sed gloria et exaltatio quæ illi instar doni nunc collata est, vilitatis quæ carnem comitabatur abolitio est, contemptum ob servi formam assumptam delens. Dicuntur autem hæc data a Patre, quia convenientius est magisque proprium ea quæ supra humanitatem sunt a Deo administrari, non excluso tamen secundum unitatem deitatis ab hac administratione Filio, tametsi peculiariter exsistat Filius ad Patrem relatus.

ΑΛΛΟ, *εἰς τὸ αὐτό.*

ALIUD, *in eamdem sententiam.*

Εἰ καθ' ὑμᾶς, ὅτε ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν, ὑπερυψώθη, διὰ τοῦτο καὶ ἐχαρίσθη αὐτῷ τὸ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα, τουτέστι, κέκληται Θεὸς, καὶ διὰ τοῦτο ἐχρίσθη καὶ Υἱὸς ὠνομάσθη, πρὸ τῆς ταπεινώσεως ἀνάγκη λέγειν οὐκ εἶναι ταῦτα τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον· οὐδὲ γὰρ ἂν δέξαιτό τις ὅπερ ἔχει καὶ μὴ λαβών. Καὶ εἰ πρὸ τῶν τῆς ταπεινώσεως χρόνων εὑρίσκεται λέγων πρός τινας Θεός· « Ἐγὼ εἶπα· Θεοί ἐστε, καὶ υἱοὶ Ὑψίστου, » πολλοὶ πρὸ αὐτοῦ φαίνονται γεγονότες υἱοὶ καὶ θεοί. Πῶς οὖν ἀληθὲς ἐστι πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο; Πῶς δὲ αὐτός ἐστι πρὸ πάντων πολλοὺς ἔχων πρὸ αὐτοῦ; Πῶς δὲ καὶ πρωτότοκος πάσης κτίσεως; Καὶ εἰ πρὸς μίμησιν τοῦ κατὰ φύσιν Υἱοῦ τίθενται καὶ οἱ κατὰ χάριν, πῶς οὗτοι πρὸ τοῦ κατὰ φύσιν; Καὶ εἰ τοῦ Υἱοῦ μετέχοντες υἱοποιούμεθα δι' αὐτοῦ, πῶς τὸ μετέχον πρῶτον ἔσται τοῦ μετεχομένου καὶ δι' οὗ γίνεται; Πῶς δὲ οὐ χρείττων ὁ πρῶτος τούτου τυχὼν τοῦ πολλαῖς ὕστερον γενεαῖς; Ἀλλὰ πολλὴν ἔχει ταῦτα τὴν ἀτοπίαν. Οὐκοῦν ἄτρεπτός τε καὶ ἀναλλοίωτος ὁ Υἱὸς, οὐ κατὰ χάριν, οὐδὲ ἐκ προσθήκης ἔχων τὴν πρὸς τὸν Πατέρα ὁμοιότητα, ἀλλ' οὐσιωδῶς τε καὶ φυσικῶς.

Si, juxta vestram opinionem, quando seipsum humiliavit superexaltatus est, et propterea donatum ei est nomen super omne nomen, hoc est, Deus vocatus est, et propterea etiam unctus est dictusque Filius; necessarium plane est ut dicamus Verbum Dei ante humilationem hoc non fuisse: neque enim acceperit quis id quod habet etiam cum non acceperit. Et si ante humiliationis tempora reperitur Deus alibi ita dicens: « Ego dixi: Dii estis, et filii Excelsi omnes [47], » multi certe ante ipsum apparent facti esse filii et dii. Quomodo igitur verum est, omnia per ipsum facta esse? Aut quomodo ipse sit ante omnia, cum multi illo priores sint? Aut quomodo erit primogenitus **131** omnis creaturæ [47]? Præterea si ad imitationem veri et naturalis Filii statuuntur etiam ii qui per gratiam sunt, quomodo erunt hi priores eo qui naturaliter est Filius? Item, si participatione Filii per ipsum adoptamur, quomodo id quod particeps fit prius erit eo quod participem facit? Quomodo autem non sit præstantior is qui primus id consecutus est, quam multæ generationes subsecutæ? Cæterum hæc absurditate plenissima sunt. Immutabilis itaque est Filius, non per gratiam, neque ex additione sive accessione aliqua similitudinem cum Patre nactus, sed essentialiter et naturaliter.

[46] Joan. XVII, 5. [47] Psal. LXXXI, 6. [47] Coloss. I, 15.

Digitized by Google

ALIUD, *in idipsum.*

Si veluti mercedem quamdam virtutis, vel humiliationis, aut obedientiæ consecutum esset Verbum Dei quod sit Filius, quonam modo etiam ante humiliationis tempora nonnulli cognoverunt Patrem? cum Filius dicat [67]: « Nemo cognoscit Patrem nisi Filius, et cui Filius revelaverit. » Non exsistente enim Filio qui revelat, quo pacto Pater ab aliquo cognoscatur? Si vero Pater semper cognoscitur, semper itaque etiam exstitit Filius, ipsum revelans. Non igitur ex mutatione aliqua vel adjectione consecutus est id quod est, sed semper hoc quod est exstitit naturaliter, Patri suo, nullius rei indigentia, perfectione atque immutabilitate similis exsistens.

ALIUD, *declarans Filium esse ex essentia Patris, et non extrinsecus productum, quemadmodum hostes Christi volunt. Et quoniam extrinsecus productus non est, similis illi est. Argumentum hæreticorum.*

Quid, inquiunt, est præstantius in Deo? Aut quo pacto non erit nostri similis, si etiam ipse ex sua substantia gignit Filium, perinde atque nos? Cum vero tantum humanam naturam excedat, quantum creaturas, nequaquam nos imitabitur, neque sicut aliquis nostrum ex essentia sua producet Filium, sed extrinsecus constituet. Quod si ita est, dissimilis certe erit.

Solutio objectionis.

Dixerim equidem merito istis hostibus Christi : si in universum Deus omnem similitudinem nobiscum respuit, nulla etiam ratione quæ homini conveniunt gestabit. Si enim dicent divinam essentiam non omnino a nostra discedere, inanis illorum propositio esse deprehendetur, quæque confessioni ipsi refutationem conjunctam habeat. Si autem in iis quæ nobis objiciunt imperite pertinaciterque hærent, dicant nobis, anne homo substantia sit, cur non negant **132** Deum substantiam esse? Et rursus cum homo rationalis sit, faciant illi Deum irrationalem, ut humana respuat. Si vero cum nos hæc simus, Deus etiam hoc est : non erit alienus a gignendo ex se Filium, siquidem ita nos gignimus. At vero potius intelligendum erat quod qui ad imitationem divinæ naturæ juxta imaginem illius facti sumus, hoc etiam præter alia consecuti sumus. Cum autem genuerit ex se Filium, et non extrinsecus eum constituerit, necessarium plane ut illum similem ei constituamus.

ALIUD.

Ex objectione hæreticorum.

At nos, inquiunt, veluti materia quadam quæ a corporea natura suppeditatur utentes, prolem ex nobis gignimus; quemadmodum quando aliquid extra nos construere volumus, accepta materia id facimus. Deus vero cum sit plane incorporeus, nullam ex se materiæ affluentiam habet ut gignat Filium : sed ex nihilo creat. Omnibus itaque iis quæ nostræ consuetudinis sunt rejectis, non ex se pro-

[67] Matth. xi, 27.

ΑΛΛΟ, *εἰς τὸ αὐτό.*

Εἰ καθάπερ τινὰ μισθὸν ἀρετῆς ἢ ταπεινώσεως ἢ ὑπακοῆς ἔχει τὸ εἶναι Υἱὸς ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, κατὰ τίνα τρόπον πρὸ τῶν τῆς ταπεινώσεως χρόνων ἐπεγίνωσκόν τινες τὸν Πατέρα; λέγοντος τοῦ Υἱοῦ· « Οὐδεὶς ἐπιγινώσκει τὸν Πατέρα, εἰ μὴ ὁ Υἱὸς, καὶ ᾧ ἂν Υἱὸς ἀποκαλύψῃ. » Μὴ ὄντος γὰρ κατ' ἐκείνους τοῦ ἀποκαλύπτοντος Υἱοῦ, πῶς ἐπιγνωσθείη παρά τινος ὁ Πατήρ, εἰ δὲ ἀεὶ Πατὴρ γνωρίζεται, ἦν ἄρα καὶ ἀεὶ ὁ ἀποκαλύπτων Υἱός. Οὐκοῦν οὐκ ἐκ μεταβολῆς τινος, οὐδὲ ἐν προσθήκης μέρει φαίνεται λαβὼν τοῦθ' ὅπερ ἐστὶν, ἀλλ' ἦν ἀεὶ τοῦτο φυσικῶς, ὅμοιος ὢν καὶ κατὰ τὸ ἀπροσδεές τε καὶ τέλειον καὶ ἄτρεπτον τῷ Πατρί.

ΑΛΛΟ, *σημαίνον ὅτι ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς ἐστὶν ὁ Υἱὸς, καὶ οὐκ ἔξωθεν, καθάπερ οἱ χριστομάχοι φασίν. Ἐπειδὴ δὲ οὐκ ἔξωθεν, ὅμοιος ἄρα. Πρότασις ὡς ἐκ τῶν αἱρετικῶν.*

Καὶ τί τὸ πλέον, φασὶν, ἐν Θεῷ; Πῶς δὲ οὐκ ἔσται καθ' ἡμᾶς, εἰ καὶ αὐτὸς ἐκ τῆς οὐσίας τῆς ἑαυτοῦ τίκτει τὸν Υἱὸν, ὥσπερ καὶ ἡμεῖς; Ἐπειδὴ δὲ ἄνω τῆς ἀνθρωπείας φύσεως τοσοῦτόν ἐστιν, ὅσον τῶν γενητῶν ὑπερέχει, οὐ τὰ ἡμῶν μιμήσεται· οὐδὲ ὥσπερ τις τῶν καθ' ἡμᾶς ἐκ τῆς οὐσίας τῆς ἑαυτοῦ προβαλεῖ τὸν Υἱὸν, ἀλλ' ἔξωθεν ὑποστήσει. Εἰ δὲ τοῦτο, καὶ ἀνόμοιος ἄρα.

Πρὸς ταῦτα Λύσις.

Ἐροίμην ἂν δικαίως τοὺς χριστομάχους, εἰ παντάπασι τὴν πρὸς ἡμᾶς ὁμοίωσιν παραιτεῖται Θεὸς, καὶ κατ' οὐδένα τρόπον τὰ ἀνθρώπῳ προσήκοντα φορέσει. Εἰ μὲν γὰρ ἐροῦσι μὴ πάντη τῶν ἡμετέρων ἀποφοιτᾷν τὴν θείαν οὐσίαν, ἕωλος αὐτοῖς ἡ πρότασις εὑρεθήσεται, λύσιν ἔχουσα τὴν αὐτῶν ὁμολογίαν. Εἰ δὲ ἐπιμένουσιν ἀμαθῶς οἷς προτείνουσιν ἐνιστάμενοι, λεγέτωσαν ἡμῖν, εἰ μὴ ὁ ἄνθρωπος οὐσία ἐστί. Καὶ πάλιν ἐπειδήπερ λογικὸς ὁ ἄνθρωπος, ἔστω Θεὸς κατ' ἐκείνους ἄλογος, ἵνα παραιτῆται τὰ ἀνθρώπινα. Εἰ δὲ ἐν τούτοις ὄντων ἡμῶν, ἐν αὐτοῖς ἐστι καὶ Θεὸς, οὐ παραιτήσεται γεννᾷν ἐξ ἑαυτοῦ τὸν Υἱὸν, ἐπειδήπερ οὕτω τίκτομεν ἡμεῖς. Ἔδει γὰρ μᾶλλον ἐννοεῖν ὅτι κατὰ μίμησιν τῆς θείας φύσεως οἱ κατ' εἰκόνα γεγονότες αὐτῆς, καὶ τοῦτο μετὰ τῶν ἄλλων κεκτήμεθα. Ἐπειδὴ δὲ τέτοκεν ἐξ ἑαυτοῦ τὸν Υἱὸν, καὶ οὐκ ἔξωθεν ὑπεστήσατο, ἀνάγκη δοῦναι τὸ ὅμοιον αὐτῷ.

ΑΛΛΟ.

Ὡς ἐξ ἀντιθέσεως τῶν χριστομάχων.

Ἡμεῖς, φασὶν, ὥσπερ ὕλῃ τινὶ ταῖς ἐκ τῆς σωματικῆς φύσεως χορηγίαις ἀποχεχρημένοι, τίκτομεν ἐξ ἑαυτῶν τὰ γεννήματα· κἄν τι τῶν ἔξωθεν κατασκευάζειν ἐθελήσωμεν, ὕλην λαβόντες τοῦτο ποιοῦμεν. Θεὸς δὲ παντελῶς ἀσώματος ὤν, ὕλης μέν τινος ἐξ ἑαυτοῦ χορηγίαν οὐκ ἔχει, ἵνα τέκῃ τὸν Υἱὸν, δημιουργεῖ δὲ ἐξ οὐκ ὄντων. Οὐκοῦν πάντα τὰ καθ' ἡμᾶς παραιτούμενος, οὔτε ἐξ ἑαυτοῦ προβάλλει τὸν

Digitized by Google

Υἱὸν, οὔτε ἐξ ὕλης προϋποκειμένης ἐργάζεταί τι τῶν ὄντων· ἀλλ' ἔξωθεν τὰ πάντα πρὸς τὸ εἶναι καλεῖ σὺν Υἱῷ. Εἰ δὲ τοῦτο, καὶ ἀνόμοιος ἄρα.

A ducit Filium; neque quidquam eorum quæ sunt, ex præsubjecta materia operatur; sed extrinsecus omnia ad esse vocat, unaque et Filium. Quod si ita est, dissimilis igitur est.

Πρὸς τοῦτο λύσις.

Καὶ πῶς ἡμῖν, ὦ γενναῖοι, μονογενὴς ὁ Υἱὸς εὑρεθήσεται, εἰ καὶ αὐτὸς ἔξωθεν ὥσπερ τὰ πάντα ἐστί; Πῶς δὲ ὅλως Υἱὸς ὁ μὴ ἐκ τῆς οὐσίας ὑπάρχων τοῦ γεγεννηκότος; Εἰ μὲν οὖν ἐνδέχεται καὶ τὰ ἐξ οὐκ ὄντων ἤτοι ἔξωθεν γεγονότα καλεῖσθαι καὶ εἶναι κατὰ φύσιν υἱοὺς, οὐδὲν, ὡς ἔοικε, κωλύσει πάντα τὰ πεποιημένα καλεῖσθαι γεννήματα. Καὶ οὐκέτι μονογενὴς ὁ Υἱὸς, πολλοὺς ἔχων τοὺς ἀδελφοὺς κατὰ φύσιν. Εἰ δὲ οὐκ ἐνδέχεται, μόνος δέ ἐστι μονογενὴς, ἐξηλλαγμένην ἄρα πάντη τὴν ὕπαρξιν ἔχει, οὐχ ὥσπερ ἐκεῖνα πρὸς τὸ εἶναι κεκλημένος, ἀλλ' ὡς Υἱὸς ἐκ Πατρὸς προελθὼν φυσικῶς, καὶ διὰ τοῦτο ὅμοιος.

Solutio objectionis.

At quonam pacto, boni viri, unigenitus erit Filius, si etiam ipse extrinsecus, ut reliqua omnia, factus est? Aut quo pacto in universum Filius est, si ex ipsa genitoris substantia non exsistit? Si enim ea quæ ex nihilo, sive extrinsecus creata sunt, filii etiam vocari et esse possunt, nihil certe, ut apparet, obstiterit quominus omnia creata filii vocentur. Nec jam amplius dici poterit unigenitus Filius, multos secundum naturam habens fratres. At si id fieri non potest, sed solus est unigenitus, peculiarem igitur omnino exsistentiam habet; non quemadmodum alia ad esse vocatus, sed ut Filius naturaliter ex Patre procedens, atque idcirco similis.

B

ΑΛΛΟ.

Εἰ πάντα ἐξ οὐκ ὄντων ἐστὶ, καὶ μετὰ πάντων ὁ Υἱὸς, διὰ ποίαν αἰτίαν ὁ μὲν φύσει Κύριος, τὰ δὲ φύσει δοῦλα; Ἢ γὰρ τὰ πάντα κυριότητι τῇ κατὰ φύσιν εἰμᾶσθαι δίκαιον τὴν αὐτὴν ἔχοντα γένεσιν τῷ Υἱῷ, ἢ καὶ αὐτὸν μετὰ πάντων ὡς δοῦλον εἶναί τε καὶ λέγεσθαι. Νῦν δὲ οὐχ ὁρῶμεν τοῦτο κηρύττουσαν τὴν θείαν Γραφήν. Ἀλλὰ Κύριον μὲν κατὰ φύσιν οἶδε τὸν Υἱὸν, δοῦλα δὲ τὰ ποιήματα, λέγουσα, ὅτι « Τὰ σύμπαντα δοῦλα σά. » Καὶ πάλιν, μετὰ Πατρὸς ὑμνούμενον καὶ σπουδαζόμενον αὐτῷ τὸν Υἱὸν εἰσφέρει, τὴν κτίσιν δὲ δοξολογοῦσαν. Οὐκ ἄρα τοῖς πᾶσιν ἴσος ἐστὶν, οὐδὲ ἔξωθεν, ὥσπερ ἐκεῖνα, ἀλλ' ὁ μὲν Υἱὸς κατὰ φύσιν, τὰ δὲ δοῦλα καὶ ποιήματα. Οὕτω δὲ ἔχοντα τὸν Υἱὸν, τί τὸ κωλύον ὅμοιον εἶναι τῷ Πατρί;

ALIUD.

Si omnia ex nihilo producta sunt, unaque cum omnibus etiam Filius, quam ob causam hic quidem est natura Dominus, illa vero natura serva? Aut enim dominationis titulum naturalem reliquis etiam deferri par est, utpote quæ eumdem cum Filio ortum habeant; aut ipsum una cum reliquis servum esse et dici. At vero nusquam id sacram Scripturam de eo prædicare comperiemus. Sed Dominum quidem secundum naturam agnoscit Filium, creaturas autem servas, dicens: « Omnia serviunt tibi [68]. » Et rursus Filium una cum Patre celebratum et conglorificatum inducit, creaturas vero laudes ac gloriam Filii celebrantes. Non igitur **133** omnibus similis est, neque extrinsecus ut illæ factus: sed ipse quidem Filius secundum naturam, hæ vero servæ. Cum autem ita sese habeat Filius, quid prohibeat illum Patri similem esse?

C

D

ΑΛΛΟ.

Ἀγνοοῦσιν, ὡς ἔοικεν, οἱ λογισμοῖς ἀσυνέτοις ἐπερειδόμενοι, καὶ ψόφῳ διακένων ῥημάτων ἢ ταῖς ἀκριβείαις τῶν θεωρημάτων ἐπικομπάζοντες, ὅτι τὸ ὄντως ὂν καὶ κατ' οὐσίαν τίκτειν δυνάμενον, τὸ θεῖόν ἐστιν. Αὐτὸ γὰρ δὴ περὶ ἑαυτοῦ φησιν· Ἐγώ εἰμι ὁ ὤν, ὡς τῶν ἄλλων ἁπάντων, οὐκ ὄντων μὲν πρὶν γενέσθαι, βουλήσει δὲ θείᾳ πρὸς τὸ εἶναι παρενεχθέντων. Οὐκοῦν τὸ ὄντως ὄν, ᾧ καὶ τὸ *εἶναι* κυριώτατον ὄνομα, αὐτὸ δὴ καὶ μόνον κατ' οὐσίαν γεννήσει. Τὰ γὰρ ἄλλα ποιήματα, ἄνθρωποι τυχὸν, βουλήσει μᾶλλον Θεοῦ πρὸς τὸ δύνασθαι τίκτειν ἐκλήθησαν, ἢ κατ' ἰδίαν οὐσίαν τοῦτο ποιοῦσι. Θεῖος γάρ τις ἀναγκάζει νόμος τίκτειν καὶ τὸ μὴ τίκτειν πεφυκός. Ἐπειδὴ γὰρ οὕτως ἠθέλησεν ὁ Δημιουργὸς, οὕτω καὶ γέγονεν. Εἰ γὰρ κατ' οὐσίαν ἰδίως τε καὶ κυρίως ἔχει τὸ τίκτειν τὰ ποιήματα, διατί μὴ πάντα δύναται τίκτειν; Ἐπειδὴ δὲ τίκτει τινά, δηλονότι τὰ κεκελευσμένα, πρόδηλον δήπουθεν ὡς οὐ κατὰ φύσιν τοσοῦτον τοῖς ποιήμασιν

Ignorant, ut apparet, isti ineptis ratiocinationibus innitentes, et inani verborum strepitu potius quam veris speculationibus sese jactitantes, id quod vere exsistit et ex propria sua essentia gignit, Deum esse. Hoc enim de seipso inquit: Ego sum exsistens, cum reliqua omnia non exsistant, priusquam fiant: voluntate vero divina educta sint in ortum. Quod igitur vere est (cui et maxime proprium est nomen *esse*), hoc et quidem solum secundum essentiam gignit. Reliquæ omnes creaturæ, ut, verbi gratia, homines, potius voluntate Dei gignendi facultate donatæ sunt, aut secundum propriam essentiam hoc faciunt: divina enim quædam lex cogit gignere etiam id quod gignere non solet. Quandoquidem enim Deus ita voluit, ita et factum est. Nam si ex sua substantia proprie ac peculiariter creaturæ gignendi facultatem haberent, cur non omnes possunt gignere? Cum vero nonnullæ gi-

[68] Psal. cxviii, 91.

Digitized by Google

gnant, nimirum illæ quibus id imperatum est; manifestum est gignendi facultatem non tam secundum naturam creaturis inesse, quam jubente et cogente lege quam unicuique creaturarum imposuit Creator. Quocirca id quod proprie ex se gignit, Deus est: nos vero ad illius imitationem. Quomodo autem non absurdum fuerit hominem secundum imitationem ex seipso gignere, archetypum autem, sive exemplar ad quod formatus est, non ex se potius, sed extrinsecus gignere? Cum itaque veritas hujus rei satis declarata sit, nihil erit quod obstet quominus Pater Filium ex seipso gignat. Quod si ita est, similis etiam per omnia illi erit, cum proprietas ejus naturaliter in Filium concurrat.

A ἐνυπάρχειν τὸ γεννᾷν, ὅσον ἐκ τοῦ κελεύοντος καὶ ἀναγκάζοντος νόμου, ὃν ἑκάστῳ τῶν ὄντων ἐπέθηκεν ὁ Δημιουργός. Οὐκοῦν τὸ κυρίως τίκτον ἐξ ἑαυτοῦ, τὸ Θεῖόν ἐστιν· ἡμεῖς δὲ κατὰ μίμησιν τὴν ἐκείνου. Εἶτα πῶς οὐκ ἄτοπον τὸ μὲν κατὰ μίμησιν τίκτειν ἐξ ἑαυτοῦ, τὸ δὲ ἀρχέτυπον πρὸς ὃ καὶ μεμόρφωται, μὴ ἐξ ἑαυτοῦ μᾶλλον, ἀλλ' ἔξωθεν ἔχειν τὸ γεννᾷν; Φανερᾶς τοιγαροῦν ἐντεῦθεν τῆς ἀληθείας γεγενημένης, οὐδὲν τὸν Πατέρα κωλύσει γεννᾷν τὸν Υἱὸν ἐξ ἑαυτοῦ. Εἰ δὲ τοῦτο, καὶ ὅμοιος ἔσται κατὰ πάντα αὐτῷ, τῆς τοῦ Πατρὸς ἰδιότητας φυσικῶς τρεχούσης ἐπὶ τὸν Υἱόν.

ALIUD, *de similitudine Filii cum Patre. Objectio adversariorum.*

Si nemo, inquiunt, est bonus, nisi solus Deus, juxta ipsius Servatoris vocem [49], cumque ipse suam personam a naturali bonitate excipiat, dicens ad Scribam: « Cur me dicis bonum? » quonam modo similis erit Patri naturaliter bono Filius non talis?

ΑΛΛΟ, *περὶ ὁμοιότητος τῆς τοῦ Υἱοῦ πρὸς τὸν Πατέρα. Ἀντίθεσις ὡς ἐκ τῶν δι' ἐναντίας.*

B Εἰ οὐδεὶς, φασὶν, ἀγαθὸς, εἰ μὴ εἷς ὁ Θεὸς, κατὰ τὴν αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος φωνὴν, φαίνεται δὲ καὶ τὸ οἰκεῖον πρόσωπον τῆς κατὰ φύσιν ἀγαθότητος ἔξω τιθεὶς, « Τί γάρ με φὴς ἀγαθόν; » πρὸς τὸν Γραμματέα λέγει, κατὰ τίνα τρόπον ὅμοιος ἔσται τῷ κατὰ φύσιν ἀγαθῷ Πατρὶ ὁ μὴ τοιοῦτος Υἱός;

Solutio objectionis.

Hostes Christi inæqualem esse Patri Filium statuunt, quantum periculi ac damni ex eorum verbis sequatur nequaquam contemplantes, aut videntes quidem, sed in hujusmodi magnis rebus ludentes potius, quam veritatem inquirentes. Si enim dissimilis, juxta **134** illos, est Filius Patri, dicant nobis quem tandem naturaliter bonum esse statuant, C Patremne an Filium? Si ergo Patri hoc tribuant, necessarium est omnino non esse bonum cum qui Patri similis non sit. At si hoc dicere verebuntur, transferuntque in Filium essentialem bonitatem: necessario rursus eo revolventur, ut dicant Patrem non esse bonum, siquidem a similitudine cum Filio abhorret. Cum vero summopere absurdum sit, vel contra Patrem, vel contra Filium hujusmodi blasphemiam proferre (nam cum bonus sit Pater, bonus etiam omnino erit qui ex essentia ipsius procedit Filius), non erit certe ulla in re dissimilis Patri: bonum enim bono simile esse plane est necesse.

Πρὸς ταῦτα λύσις.

Ἀνόμοιον εἶναί φασιν οἱ χριστομάχοι τὸν Υἱὸν τῷ Πατρὶ, τὸν ἐπηρτημένον τῷ λόγῳ κίνδυνον μηδόλως θεωροῦντες, ἢ θεωροῦντες μὲν, ἐν δὲ τοῖς οὕτω μεγάλοις πράγμασι παίζοντες μᾶλλον ἢ τῆς ἀληθείας ὄντες ἐξεταστάί. Εἰ γὰρ ἀνόμοιος, κατ' ἐκείνους, ἐστὶν ὁ Υἱὸς τῷ Πατρὶ, λεγέτωσαν ἡμῖν τίνα ποτὲ ἐροῦσι τὸν ἀγαθὸν κατὰ φύσιν· τὸν Πατέρα ἢ τὸν Υἱόν; Εἰ μὲν οὖν τῷ Πατρὶ τὴν ἐπὶ τούτῳ ψῆφον ἀπονέμουσιν, ἀνάγκη πᾶσα μὴ εἶναι ἀγαθὸν τὸν τῷ Πατρὶ μὴ προσεοικότα. Εἰ δὲ τοῦτο μὲν παραιτήσονται λέγειν, μεταθήσουσι δὲ ἐπὶ τὸν Υἱὸν τὸ οὐσιωδῶς ἀγαθὸν, ἐξ ἀνάγκης πάλιν συνελαθήσονται πρὸς τὸ χρῆναι λέγειν οὐκ εἶναι τὸν Πατέρα ἀγαθὸν, εἴ γε τῆς πρὸς τὸν Υἱὸν ὁμοιότητος ἀποφοιτᾷ. Ἐπειδὴ δὲ λίαν ἐστὶν ἀτοπώτατον ἢ κατὰ τοῦ Πατρὸς ἢ κατὰ τοῦ Υἱοῦ τὴν τοιαύτην φθέγξασθαι δυσφημίαν (ἀγαθοῦ γὰρ ὄντος τοῦ Πατρὸς, ἀγαθὸς ἔσται πάντως καὶ ὁ ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ προελθὼν Υἱὸς), οὐκ ἔσται κατά τι γοῦν ἀνόμοιος τῷ Πατρὶ, εἴπερ τὸ ἀγαθὸν προσεοικέναι πάντως ἀνάγκη τῷ ἀγαθῷ.

Objectio hostium Christi.

In hoc, inquiunt, fatemur similem esse Filium Patri, non quod essentialem omnino ac naturalem cum illo similitudinem habeat; sed, quod voluerit tantum Pater eum talem constituere, qualis ipse est, cum illo similitudinem habet. Quemadmodum forte etiam domus in certam formam constructa, est veluti imago exemplaris, quod is qui ædificavit mente conceperat: ac ratione quidem materiæ diversa ab eo est; quatenus vero ita facta est, ut animo agitarat, similis.

D *Ἀνθυποφοραὶ ὡς ἐκ τῶν χριστομάχων.*

Κατὰ τοῦτο, φασὶν, ὁμολογοῦμεν ὅμοιον εἶναι τὸν Υἱὸν τῷ Πατρὶ, οὐχ ὅτι πάντως τὴν οὐσιώδη καὶ φυσικὴν ἔχει πρὸς αὐτὸν ὁμοιότητα, ἀλλ' ὅτι διὰ τὸ θελῆσαι μόνον τὸν Πατέρα τοιοῦτον ὑποστῆσαι τὸν Υἱὸν ὁποῖός ἐστιν αὐτὸς, τὴν πρὸς αὐτὸν ὁμοίωσιν ἔχει. Ὥσπερ οὖν ἀμέλει καὶ οἶκος εἴς εἶδός τι καὶ σχῆμα μεταπεποιημένος ὥσπερ εἰκὼν ἐστι τῆς τοῦ δημιουργήσαντος ἐννοίας· διὰ μὲν τὴν ὕλην ἕτερος ὢν ὡς πρὸς αὐτὸν, διὰ δὲ τὸ οὕτω πεποιῆσθαι ὡς ἐπενόησε προσεοικὼς αὐτοῦ τῇ διανοίᾳ.

Solutio objectionis.

Risu, imo potius lacrymis digna oratio. Quis enim

Πρὸς ταῦτα λύσις.

Γέλωτος ἀξία, μᾶλλον δὲ ὀδυρμῶν ἡ τοῦ λόγου κα-

[49] Luc. XVIII, 19.

Digitized by Google

κασκευή. Τίς γὰρ τῶν εὖ φρονούντων οὐκ ἂν εἰκότως ἐπιστυγνάσαι τοῖς εἰς τοσαύτην ἐμπεπτωκόσιν ἀμαθίαν; Τίς δὲ οὐ θρηνήσαι τοὺς εἰς τοσαύτην ὀλισθήσαντας ἀβουλίαν; Εἰ γὰρ ἀνόμοιός ἐστι κατ' οὐσίαν ὁ Υἱὸς τῷ Πατρὶ, ὅμοιος δὲ κατὰ τὸ εἶδος, πρῶτον μὲν ἀνάγκη λέγειν ἐκ διαφόρων συγκεῖσθαι τὸν Υἱὸν, καὶ τοῦτο, ἀλλήλοις πολὺ μαχομένων καὶ ἐναντίως ἐχόντων, τοῦ ὁμοίου, φημὶ, καὶ τοῦ ἀνομοίου· ἅπερ ἀλλήλοις καθ' ἕν τι τὸ ὑποκείμενον ἄμικτά τέ ἐστι καὶ ἀσύμβατα. Καὶ εἰ κατά τι προσεοικὼς, οὐχ ὅλος ἐστὶ φῶς, ἀλλ' οὐδὲ ὅλος ἀλήθεια, οὐδὲ φύσει Θεός. Εἶτα πρὸς τούτῳ καὶ εἰς αὐτὸν διαβήσεται τὸν γεγεννηκότα τῆς δυσφημίας τὸ βάρος. Ἔσται γὰρ ἡμῖν σύνθετος καὶ αὐτὸς ὁ Πατὴρ ἔκ τε οὐσίας καὶ νοήματος, εἴπερ κατὰ μὲν τὸν τῆς οὐσίας λόγον ἀνόμοιός ἐστι τῷ Υἱῷ, ὅμοιος δὲ κατὰ τὴν ἔννοιαν. Πῶς οὖν ὁ Πατὴρ εὑρεθήσεται τῶν πάντων ἀρχὴ, σύνθετος ὢν καθ' ὑμᾶς καὶ οὐχ ἁπλοῦς; Καίτοι τῆς ἀρχῆς οὐδὲν προεπινοεῖσθαι δύναται. Μηδενὸς δὲ προεπινοουμένου τῆς ἀρχῆς, οὐδαμόθεν αὐτῇ τὸ σύνθετον προσγενήσεται. Ἐπείπερ τὰ σύνθετα σύνοδός τις τῶν ἁπλῶν ἐργάζεται. Πανταχόθεν τοιγαροῦν ὁρωμένης τῆς ἐν τούτοις ἀτοπίας, σαθροτάτη μὲν ἔσται τοῖς χριστομάχοις ἡ πρότασις. Ἀναιρεθείσης δὲ τῆς ἐν τούτοις δυσφημίας, ὅμοιος ἔσται κατ' οὐσίαν ὁ Υἱὸς τῷ Πατρὶ, οὐδαμόθεν τῆς πρὸς αὐτὸν φυσικῆς ὁμοιότητος ἐξωθούμενος.

recte sentiens non ingemiscat ac doleat, eos in tantam dementiam devenisse? Quis non lamentetur eos in tantam ingenii caliginem cecidisse? Nam si Filius dissimilis est secundum essentiam Patri, similis vero secundum formam: primum quidem necessarium est, ut dicamus Filium ex diversis compositum esse, atque iis quidem multum inter se pugnantibus, et contrariis, simili nimirum et dissimili; quæ quidem inter se in eodem subjecto misceri simulque congredi non possunt. Et si aliqua tantum ex parte est similis, non totus erit lux, neque totus veritas, neque natura Deus. Propterea blasphemiæ hujus magnitudo ad Patrem etiam pertinget. Compositus enim erit etiam ipse Pater ex essentia et cogitatione: siquidem essentiæ ratione dissimilis ei est Filius; similis vero cogitatione. Quo pacto igitur Pater censebitur esse omnium principium, cum sit compositus secundum vos et non simplex? Atqui principio nihil prius intelligi potest. Cum vero nihil prius **135** principio intelligi possit, nulla certe ratione compositus dici potest. Siquidem congressus quidam simplicium compositum efficit. Cum itaque istorum absurditas omni ex parte sese prodat, fœdissima sane Christi hostium propositio censenda est. Sublatis vero hisce blasphemiis, similis erit secundum essentiam Filius Patri, nulla ratione a naturali cum ipso similitudine exclusus.

ΑΛΛΟ.

Εἰ μὴ κατ' οὐσίαν ὅμοιός ἐστιν ὁ Υἱὸς τῷ Πατρὶ, μόνης δὲ τῆς ἐννοίας αὐτοῦ χαρακτὴρ ὥσπερ τις καὶ εἰκὼν, τελείαν ἔχειν πρὸς αὐτὸν ὁμοιότητα οὐ δύναται· ἐπειδὴ καὶ ἡμεῖς κατ' εἰκόνα γεγονότες τοῦ Δημιουργοῦ, τότε μάλιστα τοῦτο φαινόμεθα σώζοντες, ὅτε τῆς θειότητος αὐτοῦ μέτοχοι γινόμενοι διὰ τοῦ ἐνοικοῦντος ἡμῖν ἁγίου Πνεύματος, πρὸς τὴν θείαν μορφούμεθα φύσιν. Καὶ γοῦν οἱ μήπω μετασχόντες αὐτοῦ, οὔπω σύμμορφοι καθεστήκασι τῆς εἰκόνος τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ. Εἰ τοίνυν φυσικὴ μὲν ὁμοιότης οὐδεμία τοῦ Πατρὸς ἐν Υἱῷ, μόνοι δὲ τῆς ἐννοίας οἱ χαρακτῆρες ἐμφαίνονται, οὐχ ἕξει τὸ τελείως ὅμοιον, ὅπερ ἐστὶ καὶ μόνον, ἐννοεῖν ἀπίθανον. Πῶς γάρ ἐστιν ἴσα Θεῷ; Εἰ δὲ τοῦτο ἄτοπον, κρατήσει ἄρα τὸ ἕτερον, ὅπερ ἐστὶ καὶ ἀληθέστερον· ὅτι τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας αὐτὸ δὴ τὸ ἴδιον ὑπάρχων ὁ Υἱὸς, ὅμοιος ἔσται καὶ κατ' οὐσίαν αὐτῷ.

ALIUD.

Si Filius non est secundum essentiam similis Patri, sed tantum character quidam atque imago ipsius cogitationis, perfectam cum ipso similitudinem habere non potest; siquidem etiam nos ad imaginem Creatoris facti, tunc maxime eam conservare cernimur, quando divinitatis suæ participes effecti, habitante in nobis Spiritu sancto ad divinam naturam efformamur. Idcirco qui nondum ejus participes sunt effecti, nondum conformes facti sunt imagini Filii ipsius. Si ergo nulla est naturalis similitudo Patris in Filio, sed nudi cogitationis characteres in ipso apparent, certe similis non erit, quod vel sola cogitatione absurdum est. Quomodo ergo non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo [80]? At si hoc absurdum est, alterum igitur illud tenendum est, quod et veritati consentaneum est, quod Filius cum sit ipsa proprietas essentiæ Patris, similis etiam ei omnino sit secundum essentiam.

Ἀπόδειξις ἀπὸ τῆς θείας Γραφῆς, ὅτιπερ ἐκ μετοχῆς τῆς πρὸς τὸ θεῖον, κατ' εἰκόνα τὴν πρὸς αὐτὸν μορφούμεθα. Οὐ γὰρ ἐξήρκεσε τῇ αὐτοῦ ἀνθρώπου κατασκευῇ, πρὸς τὸ φαίνεσθαι καὶ γενέσθαι εἰκόνα τοῦ πεποιηκότος, τὸ ἐν μόναις ἐννοίαις, τὸν περὶ αὐτοῦ κεῖσθαι λόγον.

Demonstratio ex sacra Scriptura, quod per participationem divinitatis ad imaginem ipsius formemur. Neque enim satis fuit ad id ut videretur et fieret homo imago creatoris, solam de ipso in intellecto cogitationem exprimi.

Λέγει που Παῦλος· Εἰ δέ τις πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ. Ἀλλ' εἴπερ ἐξήρκει καὶ ζῷα τῆς τοῦ Πνεύματος μετοχῆς κατ' εἰκόνα φαίνε-

Paulus alicubi inquit: « Si quis spiritum Christi non habet, hic ipsius non est [81]. » At si etiam absque participatione Spiritus, homo ad imaginem

[80] Philipp. II, 6. [81] Rom. VIII, 9.

Digitized by Google

Dei factus esse videri potuisset, omnes essemus Christi, etiamsi Spiritus sancti participes effecti non essemus. Beatus etiam Joannes alicubi ait : « Qui mandata ejus servat in ipso manet, et ipse in eo. Et in hoc cognoscimus quod ipse manet in nobis, ex Spiritu quem dedit nobis [32]. » Quocirca si observantia mandatorum quæ nobis dedit, Spiritus participationem nobis conciliat ; cum vero Spiritus participes effecti sumus [33], ad imaginem Creatoris formati sumus : manifestum igitur est, similitudinem cum Deo obtinere non posse eum qui naturæ ipsius aliquo modo particeps non fuerit. Et rursus Servator renovans hominem ad imaginem quam perdiderat, insufflavit **136** discipulis, dicens : « Accipite Spiritum sanctum [34]. » Id igitur quod hæc renovatio atque instauratio habet, hoc etiam primum hominis statum habuisse credendum est. Ut igitur imago illa essentiæ divinæ perfectior sit, Spiritus participatio homini tribuit, non simpliciter in cogitatione ac mente Dei formatum esse talem qualis ipse est. Si vero accepto Spiritu Filii formam Dei accipimus, quomodo erit inæqualis Patri Filius, qui, ut illi conformemur, etiam nobis per seipsum donat ?

σθαι Θεοῦ τὸν ἄνθρωπον, πάντες ἂν ἦμεν Χριστοῦ, καὶ Πνεύματος ὄντες ἀμέτοχοι. Φησί που πάλιν ὁ μακάριος Ἰωάννης· « Ὁ τηρῶν τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ, ἐν αὐτῷ μένει, καὶ αὐτὸς ἐν αὐτῷ. Καὶ ἐν τούτῳ γινώσκομεν ὅτι μένει ἐν ἡμῖν ἐκ τοῦ Πνεύματος οὗ ἔδωκεν ἡμῖν. » Οὐκοῦν εἰ τὸ φυλάττειν τὴν δοθεῖσαν ἐντολὴν πρόξενον ἡμῖν τῆς τοῦ Πνεύματος μετουσίας εὑρίσκεται, μέτοχοι δὲ γεγονότες τοῦ Πνεύματος, πρὸς τὴν τοῦ πεποιηκότος εἰκόνα μορφούμεθα, πρόδηλον δήπουθεν ὅτι τὴν πρὸς Θεὸν ὁμοίωσιν ἔχειν ἀδύνατον τὸν μὴ μετέχοντά πως τῆς αὐτοῦ φύσεως. Καὶ πάλιν ἀνανεῶν εἰς τὸ κατ' εἰκόνα τὸν ἄνθρωπον ὁ Σωτὴρ, ἐνεφύσησε τοῖς μαθηταῖς λέγων· « Λάβετε Πνεῦμα ἅγιον. » Ὅπερ οὖν ἡ ἀνακαίνησις ἔχει, τοῦτο κεκτῆσθαι πάντως καὶ τὴν ἀρχαιότητα προσήκει νοεῖν. Οὐκοῦν τελείωσιν ἐξεικονισμοῦ πρὸς τὴν θείαν οὐσίαν ἡ τοῦ Πνεύματος μετοχὴ τῷ ἀνθρώπῳ χαρίζεται, οὐχ ἁπλῶς τὸ ἐν μόναις ἐννοίαις Θεοῦ διαπλασθῆναι τοιοῦτον ὁποῖός ἐστιν αὐτός. Εἰ δὲ τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ λαμβάνοντες πρὸς Θεὸν μορφούμεθα, πῶς ἀνόμοιος ἔσται τῷ Πατρὶ ὁ Υἱὸς ὁ τὸ μορφοῦσθαι πρὸς ἐκεῖνον καὶ ἡμῖν δι' ἑαυτοῦ δωρούμενος ;

Objectio adversariorum.

Incommunicabilis, aiunt, est Pater, neque per seipsum a nobis participari potest, ob summam illam excellentiam, atque eminentiam deitatis, quæ ab humana natura percipi non potest. Percipitur autem, et in nobis est per Filium, nimirum tanquam per minorem. Quomodo igitur similis erit Patri, cum a nobis percipi possit Filius, Pater vero minime ?

Πρότασις ὡς ἐκ τῶν δι' ἐναντίας.

Ἀκοινώνητος, φασὶ, καὶ οὐ μεθεκτὸς ἡμῖν ὁ Πατὴρ δι' ἑαυτοῦ, διὰ τὴν ὑπερβολὴν καὶ τὴν ἄκραν ὥσπερ καὶ ἀχώρητον τῇ ἀνθρωπείᾳ φύσει τῆς θεότητος μετάληψιν. Χωρεῖται δὲ καὶ ἐν ἡμῖν γίνεται δι' Υἱοῦ, ὡς δι' ἐλάττονος δηλαδή. Πῶς οὖν ὅμοιος ἔσται τῷ Πατρὶ, χωρητὸς ὢν ἐν ἡμῖν τοῖς ἐκείνου οὐ δυναμένοις χωρεῖν ;

Ad hæc exceptio, sive solutio.

Temulentis similes hostes Dei, ut apparet, ignorant quid dicant, aut de quibus contendant. Si enim, ut vos dicitis, omnia sunt magna et supernaturalia in Patre, necesse est ut ejusdem quoque conditionis esse fateamur bonitatem quæ in ipso est. Quo pacto igitur is qui summe bonus est percipi non poterit ab iis qui bonitate indigent ? Aut quo pacto in universum bonus censendus sit, qui excellentia quadam creaturas superante omnes a sui participatione excludat ? Oportet enim, quod verissimum esse deprehenditur, eum qui omnino bonus est, bonitatem suam omnibus proponere, facilemque fruitionem iis qui ejus indigent, explicare. Quod quidem ipse facere cernitur, cum se in nobis habitaturum atque ambulaturum promittit, et filios suos declarat. Vana itaque est impiorum propositio. Neque enim per excellentiam suam et naturæ eminentiam ad ferocitatem vergit : sed potius, tantus cum sit, summam benignitatem præ se fert. Ex omnibus vero quæ ei insunt pulcherrima res est bonitas ejus, quæ per Filium, ut ait Scriptura, in malos juxta ac bonos commeat : nullumque omnino a sui participatione

Πρὸς τοῦτο ἀνθυποφορά ἤτοι Λύσις.

Μεθύουσι πάλιν ταῖς ἀβουλίαις οἱ θεομάχοι, μὴ εἰδότες, ὡς φαίνεται, μήτε ἃ λέγουσι, μήτε περὶ τίνων διαβεβαιοῦνται. Εἰ γὰρ, καθάπερ ὑμεῖς φατε, πάντα μεγάλα καὶ ὑπερφυῆ τὰ ἐν τῷ Πατρὶ, ἀνάγκη δοῦναι τοιαύτην καὶ τὴν ἐνυπάρχουσαν αὐτῷ ἀγαθότητα. Πῶς οὖν ὁ εἰς ἄκρον ἀγαθὸς, ἀχώρητος ἔσται τοῖς ἀγαθότητος δεομένοις ; Πῶς δὲ ὅλως ἀγαθὸς ὁ ταῖς ὑπὲρ τὴν κτίσιν ὑπερβολαῖς ἀποκλείων ἅπασι τὸ μετασχεῖν αὐτοῦ ; Χρὴ γὰρ δήπουθεν, ὃ δὴ καὶ ἀληθὲς ὂν φαίνεται, τὸν ἅπαξ ἀγαθὸν, ἀναλογοῦσαν αὐτοῦ τοῖς πᾶσι προθεῖναι τὴν ἀγαθότητα, καὶ εἰς ἀπόλαυσιν τοῖς αὐτῆς δεομένοις ἑτοίμην ἐξαπλοῦν. Ἀλλ' ἤδη καὶ τοῦτο ποιῶν φαίνεται, δι' ὧν καὶ ἐνοικήσειν ἐν ἡμῖν ἐπαγγέλλεται καὶ ἐμπεριπατήσειν, καὶ υἱοὺς ἀποδεικνύει. Οὐκοῦν ἕωλος τοῖς ἀθέοις ἡ πρότασις. Φαίνεται γὰρ οὐ δι' ὑπερβολὴν καὶ μεγαλοψυχίαν, εἰς ἀγριότητα Θεὸς ἀποκλίνων· ἀλλὰ μᾶλλον τοσοῦτος ὑπάρχων εἰς ἡμερότητα ὅσῳ μεγάλα τὰ αὐτοῦ. Ὢν ἐν δὴ τὸ κάλλιστόν ἐστιν ἡ ἀγαθότης, φθάνουσα δι' Υἱοῦ, καθά φησιν αὐτὸς, ἐπὶ πονηρούς τε καὶ ἀγαθοὺς, καὶ μηδενὶ τὸ παράπαν ἀποκλείουσα τὸ μετασχεῖν αὐτῆς. Μετοχὴ δὲ Πατρὸς δι' Υἱοῦ ἐν Πνεύματι κυρίως τε

[32] I Joan. III, 24. [33] Hebr. VI, 4. [34] Joan. XX, 22.

Digitized by Google

καὶ πρεπόντως ἂν γένοιτο. Ὥσπερ οὖν καὶ ἡλίου μετέχομεν διὰ τῆς ἐξ αὐτοῦ τικτομένης αὐγῆς, οὐ δίχα θερμότητος ἡ τῆς τοῦ Πνεύματος ἐνεργείας εἰκόνα φέρει. Ὥσπερ οὖν τῷ ἡλίῳ οὐκ ἂν τις ἀνόμοιον εἶναι λέγοι τὸ ἐξ αὐτοῦ πεμπόμενον φῶς ἤτοι τὴν θερμότητα, διὰ τὸ μετὰ τούτων εἶναι μεθεκτόν, οὕτως οὐδὲν ἀναγκάσει τὸν Υἱὸν ἀνόμοιον εἶναι τῷ Πατρὶ τὸ δι' αὐτοῦ μετέχεσθαι τὸν Πατέρα. Μᾶλλον δὲ ὅμοιον ὄντα κατὰ πάντα δεικνύει. Ὅπου γὰρ Υἱοῦ μετέχοντες, τῆς τοῦ Πατρὸς μετουσίας οὐκ ἐστερήμεθα, πῶς οὐκ ἔσται ταυτότης οὐσίας Πατρὸς καὶ Υἱοῦ; Ὅπου δὲ οὐσίας ταυτότης, ποῖον ἕξει τόπον ἡ ἀνομοιότης; Λεγέτωσαν οἱ χριστομάχοι.

A excludit. Patris autem participatio per Filium in Spiritu proprie et convenienter fit. Quemadmodum igitur et solis participes efficimur per splendorem quem ex se gignit, non citra calorem qui imago quædam est operationis Spiritus : nemo vero dixerit lumen sive caliditatem quæ ex sole emittitur dissimilem soli esse, **137** quia cum his sol participatur : ita nihil est quod cogat ideo dissimilem dici Filium a Patre, quia per ipsum Patris participes efficimur. Imo vero hoc ipsum similem ei per omnia esse ipsum ostendit. Cum enim Filii participes effecti, Patris communicatione non privamur, quo pacto non sit eadem essentia Patris et Filii? Ubi vero est identitas essentiæ, quem locum habebit dissimilitudo? Respondeant nobis hostes Christi.

Ἀντίθεσις ὡς ἐκ τῶν αἱρετικῶν.

B

Καὶ πῶς ἂν εἴη, φασί, κατὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον ὅμοιος τῷ Πατρὶ ὁ Υἱός, ὃς γε τοσοῦτον ἐλάττων φαίνεται, ὡς μηδὲ ὁρᾶν αὐτόν; Καὶ τοῦτο γὰρ αὐτός που διαμαρτύρεται λέγων· « Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε· ὁ μονογενὴς Θεός, ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ Πατρὸς, ἐκεῖνος ἐξηγήσατο. » Εἰ τοίνυν ἀθεώρητον τοῖς πᾶσι τὸν Πατέρα φησὶν ὁ Υἱός, ἐν δὲ τοῖς πᾶσι καὶ αὐτὸς, πῶς ἂν εἴη κατὰ τὴν οὐσίαν ὅμοιος ὁ τοσοῦτον ἡττώμενος;

Objectio hæreticorum.

At quo pacto, aiunt, sit similis Patri Filius ratione essentiæ, qui tanto minor esse cernitur, ut ne videat quidem ipsum? Quod quidem ipse alibi testatur, inquiens : « Deum nemo vidit unquam : unigenitus Filius Dei, qui est in sinu Patris, ille exposuit [55]. » Si ergo Filius Patrem omnibus invisibilem esse dicit, et significatione omnium ipse etiam comprehenditur, quomodo sit similis secundum essentiam, qui tanto inferior est?

Πρὸς τοῦτο λύσις.

Καὶ πῶς οὐκ ἀντικρυς αὐτῇ μαχόμενοι τῇ ἀληθείᾳ φανεῖσθε, καὶ πάσαις ὁμοῦ ταῖς θείαις Γραφαῖς ἀντιπίπτοντες, μηδὲ αὐτῷ λέγοντες ὁρᾶσθαι τῷ Υἱῷ τὸν Πατέρα, κεκρύφθαι δὲ τὴν τοῦ Μονογενοῦς αὐτοπρόσωπον θέαν; καίτοι καὶ αὐτοῦ διῤῥήδην βοῶντος οὐχ ὅτι τὸν Πατέρα ἑώρακέ τις, εἰ μὴ ὁ ὢν παρὰ τοῦ Θεοῦ, οὗτος ἑώρακε τὸν Πατέρα. Πῶς δὲ εἰ μὴ καταλήπτός ἐστιν ὁ Πατὴρ τῷ Υἱῷ, καὶ ἡμῖν αὐτὸν ἐπιδεικνύει, λέγων· « Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα; » Πῶς δὲ τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ πάντα ἐπίσταται καὶ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ, καθάπερ καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου τὰ ἐν αὐτῷ; Πῶς δὲ πάλιν οἱ κατ' οὐρανὸν ἄγγελοι ὡς τὸ τούτου πρόσωπον θεωροῦντες ἀνεγράφησαν, εἰ μηδὲ τῷ Υἱῷ τοῦτο ὑπάρχει, καθ' ὑμᾶς; Ἢ πῶς οὐκ ἀληθεύσει, λέγων· « Καθὼς γινώσκει με ὁ Πατὴρ, κἀγὼ γινώσκω τὸν Πατέρα; » Καὶ πάλιν· « Οὐδεὶς ἐπιγινώσκει τὸν Υἱὸν, εἰ μὴ ὁ Πατὴρ, οὐδὲ τὸν Πατέρα τις ἐπιγινώσκει, εἰ μὴ ὁ Υἱὸς, καὶ ᾧ ἐὰν βούληται ὁ Υἱὸς ἀποκαλύψαι; » Ὁ τοίνυν μὴ μόνον εἰδὼς, ἀλλὰ καὶ ἀποκαλύπτειν ἑτέροις τὸν Πατέρα δυνάμενος, πῶς αὐτὸν οὐχ ὁρᾷ; Πῶς δὲ οὐκ οἶδεν ὁ ἐξ ὧν ἐστιν αὐτὸς εἰδὼς τὸν Πατέρα, καὶ λέγων πρὸς αὐτόν· « Τὰ ἐμὰ πάντα σά ἐστι, καὶ τὰ σὰ ἐμά; » Ὥσπερ οὖν, εἴπερ ἦν ἀθεώρητος αὐτῷ, καθ' ὑμᾶς, ὁ Πατὴρ, οὐκ ἂν ἦν αὐτῷ κατ' οὐσίαν ὅμοιος, οὕτως ἐπειδήπερ ὁρᾷ καὶ γινώσκει τὸν Πατέρα, ἔσται πάντως αὐτῷ κατὰ πάντα προσεοικὼς, καὶ διαψεύσεται πάλιν τῆς παρ' ὑμῶν συκοφαντίας ὁ λόγος.

Solutio objectionis.

At vero quomodo non aperte vos cum omnibus Scripturis sacris et veritate pugnare censeamini, qui ne ab ipso quidem Filio visum esse Patrem contenditis, et coram intuendi Patris facultatem Unigenito adimitis, cum ipse aperte clamet, quod nemo viderit Patrem nisi qui ex Deo est, ipse vidit Patrem? Quomodo autem nisi a Filio percipi potest Pater, nobis etiam ipsum ostendit, dicens : « Qui vidit me, vidit et Patrem [56]? » Quomodo etiam Spiritus ejus omnia novit, etiam abdita Dei, sicut spiritus hominis quæ in ipso sunt [57]? Quomodo rursus angeli cœlestes tanquam faciem ejus contemplantes descripti sunt, si ne Filio quidem hoc conceditur? Aut quomodo mentiatur, dicens : « Sicut cognoscit me Pater, et ego cognosco Patrem [58]? » Et rursus : « Nemo cognoscit Filium nisi Pater, nec Patrem ullus cognoscit nisi Filius, et cui voluerit Filius revelare [59]? » Qui ergo non solum novit, verum etiam aliis revelare Patrem potest, quomodo ipsum non videt? Aut quomodo non cognovit qui ex quo est ipse novit Patrem, quique ad Patrem dicit : « Omnia mea tua sunt, et tua mea [60]? » Quemadmodum igitur, si a Filio videri non posset, ut vos opinamini, similis essentiæ cum eo non esset : ita cum videat et cognoscat Patrem, similis etiam per omnia illi fuerit, mendacissimaque erit vestra calumnia.

Ἀνθυποφορὰ ὡς ἐκ τῶν αἱρετικῶν.

Κατὰ τοῦτο, φασὶ, μόνον ὅμοιον εἶναι δώσομεν τὸν

138 *Objectio replicans hæreticorum.*

Eo tantum modo, inquiunt, similem esse Filium

[55] Joan. I, 18. [56] Joan. XIV, 9. [57] I Cor. II, 11. [58] Joan. X, 15. [59] Matth. XI, 27. [60] Joan. XVII, 10.

Digitized by Google

Patri concedimus, quatenus affatim ipsius particeps effectus est quodammodo et formatus ad ipsum. Quemadmodum et nos, quantum possibile est hominibus, divinæ naturæ participes effecti, sicut scriptum est [61], imaginem cœlestis accepimus [62], et ad divinos quodammodo characteres formamur.

Solutio objectionis.

At quisnam, obsecro, qui sacras Scripturas legerit, tantam vestram nugacitatem ferat? Divina enim Scripta prædicant non esse recenter Deum in nobis; vos autem iis qui e Spiritu loquuntur temerarie obluctantes, recentem nobis, atque, ut ita dicam, nuper factum Deum nobis proponentes non erubescitis. Quod enim communicatione et participatione deitatis, ad illam quodammodo effingitur atque formatur, adventitium atque acquisitum habet id quod ei per participationem inest. Quod vero aliquid accepit, necesse est fateri, ex eo quod ab initio non ita erat, ad aliud quidpiam transferri. Hoc autem accidens est. At quomodo non sit facilius amittere id quod quis accepit? Nam quod datum est, adimi etiam potest: et quod acquisitum est, potest quoque amitti. Aut igitur dicant Filium posse excidere ex eo quod sit Deus, et Dominus, et Filius: aut si id dicere verentur, potiusque fatebuntur Filii essentiæ nullam felicitatis immutationem accidere posse, deponant etiam illam opinionem quod ex participatione Patris sit conformatus: et naturalem atque essentialem similitudinem Verbo quod ex essentia Patris processit, tribuant.

ALIUD.

Qui participatione sanctificantis Dei ad sanctitatem vocati sunt, sobrietate id quod ipsis datum est in sese conservant; participes vero alios sanctitatis quæ ipsis indita est, efficere nequeunt. Nemo enim mortalium qui Spiritum ex participatione accepit, aliis illum suppeditare potest, siquidem et ipse accepit a Deo; soli autem hoc convenit sanctitatis fonti, sanctitatem iis quibus voluerit conferre. Quocirca angeli etiam cœlestes sancti quidem sunt, et communione, et participatione sancti Dei, sanctitatem vero conferre hominibus nunquam visi sunt. Similiter et **139** Moses septuaginta senioribus præpositis ob inevitabilem necessitatem congregationis, non dedit ipse Spiritum: sed Deus abstulit, ut scriptum est [63], ab eo qui in Mose erat, et indidit eum electis. Quocirca qui ex participatione sancti sunt, gratia quæ ipsis data est frui possunt, aliis quidem largiri nulla ratione possunt. Filii autem longe alia ratio est: nam ipse ut sanctitatis fons discipulos sanctificavit, dicens: « Accipite Spiritum sanctum [64]. » Idipsum porro Pater etiam præstare invenitur. Qui vero eumdem cum Patre ha-

Υἱὸν τῷ Πατρὶ, καθὸ πλουσίως αὐτοῦ μετεσχηκώς, πεποίηται τρόπον τινὰ καὶ μεμόρφωται πρὸς αὐτόν. Ὥσπερ οὖν καὶ ἡμεῖς, κατὰ τὸ ἐφικτὸν ἀνθρώποις, κοινωνοὶ τῆς θείας γενόμενοι φύσεως, καθὼς γέγραπται, τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου λαμβάνομεν, καὶ πρὸς τοὺς θείους ὥσπερ χαρακτῆρας μορφούμεθα.

Πρὸς ταῦτα λύσις.

Καὶ τίς ἂν, εἰπέ μοι, τῶν τὰς θείας ἀνεγνωκότων Γραφὰς, τῆς τοσαύτης ὑμῶν φλυαρίας ἀνάσχοιτο; Οἱ μὲν γὰρ θεῖοι κηρύττουσι λόγοι πρόσφατον οὐκ εἶναι Θεὸν ἐν ἡμῖν, ὑμεῖς δὲ τοῖς ἀπὸ τοῦ Πνεύματος λαλουμένοις ῥιψοκινδύνως ἀντιτείνοντες, πρόσφατον ἡμῖν, καὶ ἵν' οὕτως εἴπωμεν, ἀρτιγενῆ Θεὸν εἰσφέροντες τὸν Υἱὸν οὐκ αἰσχύνεσθε. Τὸ γὰρ ἐκ μετοχῆς καὶ μεταλήψεως τῆς περὶ τὸ θεῖον ὡς πρὸς αὐτὸν πεποιημένον τε καὶ μεμορφωμένον, ἐπίκτητον ἔχει καὶ προσεγεγονὸς τοῦθ' ὅπερ ἂν αὐτῷ διὰ τῆς μετοχῆς ἐνυπάρξαι. Τὸ δέ τι προσειληφὸς, ἀνάγκη συνομολογεῖν, ἐκ τοῦ μὴ οὕτως ἔχοντος ἐξ ἀρχῆς, εἰς ἕτερόν τι μεταχωρεῖν. Τοῦτο δέ ἐστι συμβεβηκός. Καὶ πῶς οὐ ῥᾴδιον ἀποβαλεῖν, ὅπερ ἄν τις προσλάβοι; Τὸ γὰρ ὅλως δοτὸν, καὶ ἀφαιρετόν· καὶ τὸ ἐπίκτητον, ἔσται δηλαδὴ καὶ ἀπόβλητον. Ἢ τοίνυν λεγέτωσαν δύνασθαι μεταπίπτειν τὸν Υἱὸν ἐκ τε τοῦ εἶναι Θεὸν, καὶ Κύριον, καὶ Υἱόν· ἢ εἰ τοῦτο ἀπονάρκήσουσιν εἰπεῖν, συγχωρήσουσι δὲ μᾶλλον ἐν ἀδιαπτώτῳ μακαριότητι τοῦ Υἱοῦ τὴν οὐσίαν ἑστάναι, παραιτησάσθωσαν καὶ τὸ ἐκ μετοχῆς τῆς πρὸς τὸν Πατέρα μεμορφῶσθαι νομίζειν αὐτόν· φυσικὴν δὲ μᾶλλον καὶ οὐσιώδη τὴν ὁμοίωσιν ἀποσωζέτωσαν τῷ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς προελθόντι Λόγῳ.

ΑΛΛΟ.

Τὰ ἐκ μετοχῆς τοῦ ἁγιάζειν πεφυκότος Θεοῦ πρὸς ἁγιασμὸν κεκλημένα, σώζει μὲν διὰ νήψεως ἐν ἑαυτοῖς τὸ δοθὲν, ἕτερον δὲ μεταδοῦναι τῆς ἐντεθείσης αὐτοῖς ἁγιότητος, οὐ δύναται. Οὐδεὶς γὰρ ἀνθρώπων ἐκ μετοχῆς τὸ Πνεῦμα λαβὼν, ἑτέρῳ τοῦτο χορηγήσει πώποτε, ἐπεὶ καὶ αὐτὸς κεκόμισται παρὰ Θεοῦ· μόνῃ δὲ ἁρμόσει τῇ τῆς ἁγιότητος πηγῇ, χορηγεῖν ἐξ ἑαυτῆς οἷς ἂν βούληται τὸν ἁγιασμόν. Καὶ γοῦν οἱ κατ' οὐρανὸν ὄντες ἄγγελοι, ἅγιοι μέν εἰσιν ἐκ μετοχῆς καὶ μεταλήψεως τῆς τοῦ ἁγίου Θεοῦ· ἁγιότητα δὲ δεδωκότες ἀνθρώποις οὐ φανοῦνται πώποτε. Ὁμοίως καὶ ὁ μακάριος Μωσῆς προβληθέντων ἑβδομήκοντα πρεσβυτέρων διὰ τὰς ἀπαραιτήτους χρείας τῆς συναγωγῆς, οὐκ αὐτὸς ἐδίδου τὸ Πνεῦμα, ἀλλὰ Θεὸς ἀφῃρεῖτο, καθὰ γέγραπται, ἀπὸ τοῦ ὄντος ἐν αὐτῷ, καὶ ἐνετίθει τοῖς προκεχειρισμένοις. Οὐκοῦν τοῖς ἐκ μετοχῆς ἁγίοις, φορεῖν μὲν ἔξεστι τὴν δοθεῖσαν ἀπὸ Θεοῦ χάριν· διδόναι δὲ ἑτέροις, οὐδαμῶς. Ὁ δὲ Υἱὸς, οὐχ οὕτως· ὡς γὰρ ἁγιότητος ὑπάρχων πηγὴ τοὺς μαθητὰς ἁγιάζει, λέγων· « Λάβετε Πνεῦμα ἅγιον. » Τοῦτο δὲ ποιῶν καὶ ὁ Πατὴρ φαίνεται· ὁ δὲ τὴν ἴσην ἔχων τῷ Πατρὶ κατὰ τὴν τοῦ ἁγιάζειν

[61] II Petr. I, 4. [62] I Cor. XV, 49. [63] Num. XI, 25. [64] Joan. XX, 22.

Digitized by Google

ἐξουσίαν τε καὶ δύναμιν, πῶς οὐκ ἀληθινὴν ἔχει τὴν πρὸς αὐτὸν ὁμοιότητα;

A bet sanctificandi potestatem, quo pacto non veram cum ipso similitudinem habere censebitur?

ΛΟΓΟΣ ΙΔ'.

Ἔτι περὶ ὁμοιότητος, προκειμένου ῥητοῦ· « Ὥσπερ γὰρ ὁ Πατὴρ ζωὴν ἔχει ἐν ἑαυτῷ, οὕτω καὶ τῷ Υἱῷ δέδωκε ζωὴν ἔχειν ἐν ἑαυτῷ. » Τὸ δὲ συναγόμενον ἐκ τῶν συλλογισμῶν, ὅτι ζωὴ κατὰ φύσιν ἐστὶν ὁ Υἱὸς, ὥσπερ καὶ ὁ Πατὴρ, καὶ διὰ τοῦτο ὅμοιος.

Πρότασις ὡς ἐκ τῶν Ἀρειανῶν.

Καὶ πῶς ἂν δύναιτο, φασὶ, κατ' οὐσίαν ὅμοιος εἶναι τῷ Πατρὶ ὁ Υἱός; Ἢ πῶς οὐκ ἔσται μετ' αὐτὸν ὁ ἐξ αὐτοῦ δεχόμενός τι, καθά φησιν αὐτός· « Ὥσπερ γὰρ ὁ Πατὴρ ἔχει ζωὴν ἐν ἑαυτῷ, οὕτω καὶ τῷ Υἱῷ δέδωκε ζωὴν ἔχειν ἐν ἑαυτῷ; »

Πρὸς τοῦτο λύσις.

Οὐδὲν, ὦ βέλτιστοι, τὴν οὐσίαν ἀδικήσει τοῦ Λόγου, τὸ δέχεσθαί τι παρὰ τοῦ Πατρός. Οὐ γὰρ ἐν τῷ δέχεσθαι τὸ εἶναι ἔχει, ἀλλὰ ὢν καὶ ὑπάρχων πρότερον, δέχεταί τι. Καὶ καθὸ ἐκ Πατρὸς φυσικῶς γεγεννημένος, ἐπάγεται πάντα τὰ ἴδια τοῦ Πατρός. Ὥσπερ ἂν εἰ καὶ τὸ φῶς ἐξ ἡλίου προελθὸν, δέχεσθαί τι λέγοιτο παρ' αὐτοῦ, ἐπειδήπερ πᾶν ὅπερ ἐστὶν ἐν αὐτῷ, τοῦτο φαίνεται τοῦ τεκόντος ἡλίου, καὶ οὐ δή που τὸν ἥλιον πρὸ τοῦ ἀπαυγάσματος εἶναι καταναγκάσει, τὸ τὴν ἐξ αὐτοῦ προϊοῦσαν ἔκλαμψιν ἀμερίστως ὥσπερ ἐξ αὐτοῦ προελθοῦσαν, τὰ αὐτῷ προσόντα φορεῖν φυσικῶς. Οὐκοῦν οὐ τὸ λαβεῖν τι παρὰ τοῦ Πατρὸς ἀναγκάσει πάντως δεύτερον εἶναι τῷ χρόνῳ τὸν Υἱόν. Τῷ γὰρ ὄντι καὶ ὑφεστῶτι δώσει τι, οὐ τῷ μὴ ὄντι καὶ μή πω γενομένῳ.

ΑΛΛΟ.

Εἰ ἐν τῷ δέχεσθαί τι τὸ εἶναι τοῖς οὖσιν ὁριούμεθα, καὶ ἀρκεῖ τοῦτο πρὸς δήλωσιν οὐσίας κατά τινος κατηγορούμενον, τί κωλύει καὶ δυσφημοῦντας εἰπεῖν, τότε τοῦ εἶναι τὴν ἀρχὴν ἔχειν τὸν Πατέρα, ὅτε δέχεσθαί τι λέγεται παρ' ἡμῶν; Ἔξεστι γὰρ ἐπακροᾶσθαι τοῦ Ψαλμῳδοῦ λέγοντος· « Δότε δόξαν τῷ Θεῷ. » Εἰ τοίνυν οὐκ ἐν τῷ δέχεσθαι παρ' ἡμᾶς τὴν δόξαν ἔχει τὸ εἶναι ὁ Πατὴρ (ὢν γὰρ καὶ ὑπάρχων ὡς παρ' οἰκετῶν τὴν δοξολογίαν κομίζεται), οὐκ ἔσται τοῦτο τοῦ Υἱοῦ τὸ εἶναι, ἐν τῷ λαβεῖν τι παρὰ τοῦ Πατρός. Ὢν γὰρ καὶ ὑπάρχων ἀνάρχως καὶ ἀϊδίως ἐξ αὐτοῦ προελθὼν, λαμβάνειν λέγεται τὰ προσόντα αὐτῷ φυσικῶς· ὥσπερ ἂν εἰ καὶ ἐξ ἀνθρώπου προελθὼν υἱὸς, πάντα φαίνοιτο φορῶν τὰ τοῦ γεγεννηκότος, μετὰ πάντων τῶν αὐτοῦ, ἐξ αὐτοῦ καὶ τὸ εἶναι ἔχων. Ὑπερκείσθω δὲ πάλιν ἡ θεία καὶ ἄῤῥητος γέννησις, τὴν τοῦ παροισθέντος ἡμῖν ὑποδείγματος δύναμιν, καὶ νοείσθω τὸ πρᾶγμα θεοπρεπῶς.

Ἀντίθεσις ὡς ἐκ τῶν χριστομάχων.

Ὅτι μὲν, φασὶ, τοῖς οὖσιν ἤδη καὶ ὑφεστηκόσιν,

ASSERTIO XIV.

De similitudine Patris et Filii, proposito dicto : « Sicut enim Pater vitam habet in seipso, ita et Filio dedit vitam habere in seipso [65]. » Infertur autem ex syllogismis, quod vita secundum naturam est Filius sicut et Pater, atque ob id similis.

Objectio Arianorum.

At quomodo, inquiunt, possit Filius similis esse Patri secundum essentiam? Aut quomodo non erit posterior illo is qui ex ipso aliquid accepit, quemadmodum ipse inquit : « Sicut enim Pater habet vitam in seipso, ita et Filio dedit habere vitam in seipso? »

Solutio objectionis.

Nihil, o boni viri, lædit essentiam Verbi, aliquid a Patre accipere. Neque enim in accipiendo esse suum habet, sed cum prius esset atque subsisteret, suscipit aliquid. Atque ea ipsa ratione qua ex Patre naturaliter genitus est, simul etiam habet omnia quæ Patri propria sunt. Quemadmodum tametsi lumen ex sole procedens aliquid ab ipso accipere dicatur, siquidem quidquid in ipso est, idipsum apparet esse gignentis solis, neque coget ut sol ante splendorem exsistat, quia splendor qui ex ipso procedit, inseparabiliter **140** ex ipso procedens, ea quæ soli insunt naturaliter habet. Non igitur quia Filius aliquid a Patre accipit, necessarium omnino est posteriorem illum tempore esse. Dat enim aliquid ei qui est atque subsistit, non ei qui non exsistit, neque adhuc factus est.

ALIUD.

Si ea quæ exsistunt, inde definimus quod aliquid accipiant, sufficitque ad significationem substantiæ si id de aliquo prædicetur : quid obstiterit quominus dicamus Patrem tum exsistentiæ suæ principium habuisse, quando aliquid a nobis suscipere dicitur? Licet enim audire Psalmistam dicentem : « Date gloriam Deo [66]. » Si igitur Pater esse dicitur (nam in sua essentia subsistens tanquam a servis gloriam accipit), certe Filii essentia in eo non consistet, quod aliquid a Patre accipiat. Cum enim sit atque subsistat absque principio, ab æterno ex ipso procedens dicitur accipere quæ naturaliter ei insunt; quemadmodum et ex homine procedens filius omnia habere videtur quæ patris sui sunt, una cum omnibus, quæ illius sunt, etiam esse ex ipso habens. Cæterum divina atque ineffabilis generatio exempli a nobis allati rationem longe excedat, et res divino modo intelligatur.

Objectio hæreticorum.

Quod, inquiunt, iis quæ jam sunt atque subsi-

[65] Joan. v, 26. [66] Psal. LXVII, 35.

Digitized by Google

stunt, non autem iis quæ non exsistunt magis conveniat aliquid accipere, nos etiam concedimus. Cæterum illud nunc necesse est dicere, quod id quod accipit aliquid ab alio, tanquam non habens accipit. Si ergo Pater quidem habet hoc, ut sit vita secundum essentiam, dat vero id Filio, nimirum ut non habenti : quo pacto igitur erit ratione essentiæ similis ei, ab eo accipiens quod ipsemet non habet?

A οὐ τοῖς μὴ οὖσι δέχεσθαί τι πρεπωδέστερον, συνθησόμεθα καὶ αὐτοί. Ἀλλ' ἐκεῖνο νῦν ἀναγκαῖον εἰπεῖν, ὅτι τὸ δεχόμενόν τι παρά τινος, ὡς οὐκ ἔχον λαμβάνει. Εἰ τοίνυν ἔχει μὲν ὁ Πατὴρ τὸ εἶναι ζωὴ κατ' οὐσίαν, δίδωσι δὲ τοῦτο τῷ Υἱῷ ὡς οὐκ ἔχοντι δηλαδή, πῶς οὖν ἔσται κατ' οὐσίαν ὅμοιος αὐτῷ παρ' αὐτοῦ δεχόμενος ὅπερ αὐτὸς οὐκ ἔχει;

Solutio objectionis.

Inquirenda est accurate dicti ipsius de quo agimus, o boni, sententia, ac tum rationis vim videbimus. A nobis enim contra audietis. Si sic habet vitam Filius quemadmodum et Pater, hoc est, in seipso, per quod significatur essentialiter, quid obstabit quominus quæ similiter se habent, ejusdem quoque sint substantiæ? Si enim Pater habet vitam in seipso, et Filius vicissim vitam in seipso habet, non per adjectionem, ut vos opinamini, erit etiam Patri secundum essentiam æqualis, qui eodem modo vitam habet atque ille, et non aliter.

Πρὸς τοῦτο λύσις.

Ἐξεταστέον ἀκριβῶς, ὦ βέλτιστοι, τοῦ προτεθέντος ῥητοῦ τὴν διάνοιαν, καὶ τότε τοῦ λόγου τὴν δύναμιν ὀψόμεθα. Ἀντακούσεσθε γὰρ παρ' ἡμῶν, εἰ οὕτως ἔχει τὴν ζωὴν ὁ Υἱὸς ὥσπερ καὶ ὁ Πατήρ, τουτέστιν, ἐν ἑαυτῷ, δι' οὗ τὸ οὐσιωδῶς σημαίνεται, τί κωλύσει τὰ ὁμοίως ἔχοντα, τῆς αὐτῆς εἶναι καὶ οὐσίας; Εἰ γὰρ ὁ Πατὴρ ἔχει τὴν ζωὴν ἐν ἑαυτῷ, ἔχει δὲ πάλιν αὐτὴν ὁ Υἱὸς ἐν ἑαυτῷ, οὐκ ἐν προσθήκης μέρει, καθάπερ ὑμεῖς φατε, ἔσται καὶ τῷ Πατρὶ κατ' οὐσίαν ἴσος, ὁ ὡσαύτως ἔχων τὴν ζωὴν ἐκείνῳ, καὶ οὐχ ἑτέρως.

B

ALIUD.

Si Filius non est vita secundum naturam, **141** quo pacto vere dicit : « Qui credit in me, habet vitam æternam [67]? » Et rursus : « Oves meæ vocem meam audiunt [68]; » et : « Ego do ipsis vitam æternam; » et rursus : « Qui credit in me, non gustabit mortem in æternum [69]. » Oportebat enim dicere : Qui credit in me, accipiet vitam, quam dedit mihi Pater. Item : Eum qui crediderit in me, non sinet Pater gustare mortem. Si vero id non dixisse cernitur, sed promittit se daturum iis qui credunt in ipsum vitam quæ naturaliter et essentialiter sibi ipsi inest, quomodo intelligi potest Filium vitam non habentem eam a Patre accepisse? Hoc enim quavis blasphemia gravius est. Sed, ut modo dictum est, procedens ex Patre, omnia quæ illius sunt simul secundum naturam secum affert, et ea ratione qua accepit, dicitur splendor et imago ipsius. Unum autem eorum quæ Patri insunt etiam est vita.

ΑΛΛΟ.

Εἰ μὴ ζωὴ κατὰ φύσιν ἐστὶν ὁ Υἱὸς, πῶς ἐπαληθεύσει λέγων· « Ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, ἔχει ζωὴν αἰώνιον; » Καὶ πάλιν· « Τὰ πρόβατα τὰ ἐμὰ τῆς ἐμῆς ἀκούει φωνῆς. »—« Κἀγὼ δίδωμι αὐτοῖς ζωὴν αἰώνιον. » Καὶ πάλιν· « Ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ οὐ μὴ γεύσηται θανάτου εἰς τὸν αἰῶνα. » Ἔδει γὰρ λέγειν· Ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ λήψεται παρ' ἐμοῦ ζωὴν, ἣν δέδωκέ μοι ὁ Πατήρ. Καὶ πάλιν· Τὸν εἰς ἐμὲ πιστεύοντα οὐ συγχωρήσει ὁ Πατὴρ γεύσασθαι θανάτου. Εἰ δὲ τοῦτο μὲν εἰρηκὼς οὐ φαίνεται, ὡς δὲ φύσει προσοῦσαν ἑαυτῷ τὴν ζωὴν, καὶ ὡς οὐσιωδῶς ὑπάρχουσαν ἐν ἑαυτῷ, δώσειν τοῖς εἰς αὐτὸν πιστεύουσιν ἐπαγγέλλεται, πῶς ἐνδέχεται νοεῖν οὐκ ἔχοντα τὸν Υἱὸν εἰληφέναι ταύτην παρὰ τοῦ Πατρός; Καὶ γὰρ ἂν εἴη πάσης ἐπέκεινα δυσφημίας τοῦτό γε. Ἀλλ', ὥσπερ ἤδη προείρηται, προελθὼν ἐκ Πατρὸς, πάντα τὰ αὐτοῦ κατὰ φύσιν ἐπάγεται, καὶ ὡς εἰληφὼς, κατὰ τοῦτο νοεῖται, καὶ ἀπαύγασμα καὶ εἰκὼν ὑπάρχων αὐτοῦ. Ἐν δὲ τῶν προσόντων τῷ Πατρὶ καὶ ἡ ζωή.

C

ALIUD.

Si Filius Dei non est naturaliter vita, sed tantum vitæ particeps, quemadmodum hostes Christi opinantur, aliud quidpiam est secundum essentiam quam illud quod ab eo participatur. Quomodo igitur ipse in medium prodit, nobis dicens : « Ego sum panis qui de cœlo descendi. Si quis comederit ex hoc pane, vivet in æternum [70]? » Oportebat enim sic potius dicere, si modo ipse non erat secundum naturam vita ipsa : In me est panis qui de cœlo descendit; et, Si quis comederit ex pane qui in me est, vivet in æternum. At vero cum dicit, Ego sum, seipsum designat, non autem aliquid eorum quæ

ΑΛΛΟ.

Εἰ μὴ ζωὴ κατὰ φύσιν ἐστὶν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ ζωῆς μέτοχος, καθάπερ οἱ χριστομάχοι φασὶν, ἕτερόν τί ἐστι κατ' οὐσίαν αὐτὸς παρὰ τὸ μετεχόμενον ὑπ' αὐτοῦ. Πῶς οὖν ἡμῖν αὐτὸς εἰς μέσον ἔρχεται λέγων· « Ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς. Ἐάν τις φάγῃ ἐκ τούτου τοῦ ἄρτου, ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα; » Ἔδει γὰρ οὕτως εἰπεῖν, εἴπερ οὐκ ἦν κατὰ φύσιν αὐτὸς ἡ ζωή· Ἐν ἐμοὶ ὁ ἄρτος ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς. Καὶ, Ἐάν τις φάγῃ ἐκ τοῦ ἄρτου τοῦ ἐν ἐμοὶ, ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα. Νυνὶ δὲ λέγων τὸ, Ἐγώ εἰμι, ἑαυτὸν ὁρίζει, καὶ οὐχ ἕν τι τῶν προσγεγονότων ἤτοι προσόντων αὐτῷ. Εἰ τοίνυν αὐ-

D

[67] Joan. VI, 47. [68] Joan. X, 27. [69] Joan. VIII, 52. [70] Joan. VI, 51.

Digitized by Google

τός ἐστιν ὁ ἄρτος ὁ τοὺς μετέχοντας ἀπαθανατίζειν δυνάμενος, οὐκ ἔξωθεν οὐδὲ ἐπίκτητον ἔχει τὸ ζωοποιεῖν, ἀλλ' ὢν κατὰ φύσιν ζωή, τοὺς μετέχοντας αὐτοῦ ζωοποιήσειν ἀληθῶς ἐπαγγέλλεται.

A illi adjecta sunt, vel insunt. Si ergo ipse est panis, qui ejus participes a morte vindicandi vim habet, non extrinsecus, aut ascititiam vel acquisitam habet vivificandi potestatem : sed vita secundum naturam exsistens, participes ipsius vere se vivificaturum pollicetur.

ΑΛΛΟ.

naturaliter esse dicimus. Idem itaque est *genuit*, quod *creavit*, cum de Filio dicitur.

Λύσις ἐνστάσεως.

Τὴν μὲν θείαν Γραφὴν ἀδιαφοροῦσαν περὶ τὰς λέξεις πολλάκις εὑρήσομεν, οὐ μὴν ἀγνοοῦσαν τὴν ἑκάστης δύναμιν, καταχρηστικῶς δὲ ἔσθ' ὅτε δεχομένην αὐτάς. Ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν ποιημάτων ὅτε κτιστῆς οὐσίας αὐτὰ δεικνύειν βούλεται, λέγει· « Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. — Καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον. » Οὐκ ἐγέννησεν, ἀλλ' ἐποίησε. Τὴν δὲ τοῦ οἰκείου Λόγου γέννησιν ὁ Θεὸς ἐξηγούμενος· « Ἐξηρεύξατο, φησίν, ἡ καρδία μου Λόγον ἀγαθόν. » Καὶ τοῖς μὲν κτίσμασιν ὁρίζουσα τοῦ εἶναι τὴν ἀρχήν, λέγει πάλιν ἡ θεία Γραφή· « Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν· » ἐπὶ δὲ τοῦ Θεοῦ Λόγου· « Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος. » Τοῖς μὲν οὖν κτίσμασιν ὁ χρόνος ἐστὶν ἡ ἀρχή, ὁ δὲ πρὸ τῶν αἰώνων ὑπάρχων τοῦ Θεοῦ Λόγος, ἀρχὴν ἔχει μόνον τὸν ἄναρχον Πατέρα, ἀϊδίως ὢν ἐν αὐτῷ. Ὥσπερ οὖν ἐπὶ τῶν ὄντως κτισμάτων ὅτε τὸ *ἐγέννησε* κεῖται, καταχρηστικῶς καὶ οὐ φυσικῶς νοητέον, οὕτως ὅταν ἐπὶ τοῦ ὄντως γεννήματος τὸ, *ἔκτισεν*, ἢ *ἐποίησε* φέρεται, καταχρηστικῶς νοητέον, σωζομένης αὐτῷ τῆς φυσικῶς γνησιότητος. Τοῖς μὲν γὰρ κτίσμασιν ἡ χάρις τὸ *ἐγέννησε* προξενεῖ· τῷ δὲ ἀγεννήτῳ καὶ ἀκτίστῳ Λόγῳ τοῦ Πατρὸς, ἡ τῆς ἀνθρωπότητος χρεία τὸ λέγειν ἑαυτὸν ἐκτίσθαι δίδωσι. Καὶ τὰ μὲν κτίσματα λόγῳ καὶ βουλήσει Θεοῦ καλεῖται πρὸς υἱοθεσίαν. « Ἐγὼ γὰρ εἶπα, φησίν, Οὐκ ἐγέννησα. » Ὁ δὲ Υἱὸς τὴν ἄῤῥητον ἑαυτοῦ καὶ φυσικὴν ἐκ Πατρὸς γέννησιν καταμηνύων ἔλεγεν· « Ἐγὼ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐξῆλθον καὶ ἥκω. » Καὶ πάλιν ἕτερον ἑαυτὸν παρὰ τὴν τῶν γενητῶν φύσιν ὄντα δεικνύων, φησίν· « Ὑμεῖς ἐκ τῶν κάτω ἐστὲ, ἐγὼ ἐκ τῶν ἄνω εἰμί. » Οὐ γὰρ δή τις ἐρεῖ σωφρονῶν τοπικῇ καὶ διαστηματικοῖς ὑψώμασιν ἀποσεμνύεσθαι τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον· ἀλλὰ τὸ μὲν ταπεινὸν τῆς κτιστῆς οὐσίας διὰ τοῦ *κάτω* σημαίνεται, τὸ δὲ ὕψος τῆς θείας καὶ πάντα ὑπεραιρούσης φύσεως διὰ τοῦ ἄνω νοεῖται. Τοσαύτης τοιγαροῦν μεταξὺ κειμένης διαφορᾶς κτιζομένου καὶ γεννήματος, ἀδιαφορείτωσαν αἱ λέξεις, ὅτε βλάβος οὐδὲν κατὰ τῶν σημαινομένων γίνεται.

Solutio objectionis.

Sæpenumero quidem sacram Scripturam promiscue atque indifferenter vocibus uti reperiemus, non quod vim singularum perspectam non habeat, sed quod abusive nonnunquam eas accipiat. Nam de operibus, cum illa creatæ naturæ esse ostendere vult, ita ait : « In principio fecit Deus cœlum et terram. — Et fecit Deus hominem. » Non genuit, sed fecit. Deus autem Verbi generationem declarans : « Eructavit, inquit, cor meum Verbum bonum [65]. » Rursus sacra Scriptura, cum creaturis exsistendi principium definit, ita loquitur : « In principio fecit, » at de Dei Verbo loquens : « In principio erat Verbum. » Creaturis itaque tempus est principium ; sed Dei Verbum ante sæcula exsistens solum Patrem principii expertem principium habet, ab æterno in ipso exsistens. Quemadmodum igitur cum de iis quæ vere creaturæ sunt, dicitur, *genuit*, abusive, non naturaliter intelligendum est : ita quandocunque de eo qui vere genimen est, dicitur, *creavit*, vel *fecit*, abusive sumendum est, servata ipsi naturali sua proprietate. Gratia enim hoc creaturis largitur, ut de iis dicatur, *genuit*. Increato autem atque æterno Dei Verbo, incarnationis ratione hoc tribuitur ut creatum dicatur. Et creaturæ quidem verbo ac voluntate Dei vocantur in adoptionem filiorum. « Ego enim dixi, inquit : Non genui [66]. » Filius vero ineffabilem suam et naturalem ex Patre generationem declarans, inquit : « Ego ex Patre exivi et venio [67]. » Et rursus alium esse se a creaturis ostendens, ait : **165** « Vos de deorsum estis, ego ex supernis sum [68]. » Neque enim quisquam sanæ mentis dixerit, locali, quæque spatiorum intervallis constet, altitudine Dei Verbum gloriari, sed humilitatem creatæ substantiæ per *deorsum* significari : celsitudinem vero divinæ omniaque transcendentis naturæ per superna. Cum igitur tantum sit discrimen inter creatum et genitum, verba indifferenter capiantur, quando nullum iis quæ significantur damnum infertur.

ΑΛΛΟ, *διηγηματικῶς, εἰς τὸ*, « *Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ*, » *καὶ ἐφεξῆς*· « *Πρὸ δὲ πάντων βουνῶν γεννᾷ με.* »

ALIUD *explicatius, in hoc ipsum :* « *Dominus creavit me initium viarum suarum.* » *Et deinde :* « *Ante omnes colles genuit me.* »

Εἰ πρὸ πάντων ἑαυτὸν γεγεννῆσθαί φησιν, οὐκ ἂν εἴη τῶν πάντων εἷς, ἀλλ' ἕτερος παρ' αὐτά. Τὰ μὲν γὰρ πάντα ἐν ἑαυτοῖς ἔχει καὶ τὴν οἰκείαν ἀρχήν· οὐκ ἂν γὰρ εἴη πάντα εἴ τι τῶν ἐν αὐτοῖς ἔξω μένον εὑρίσκοιτο. Εἰ οὖν πρὸ πάντων ὁ Υἱὸς ἐγεννήθη, ἐν ἰδίῳ μὲν ἀριθμῷ τὰ πάντα κείσεται· ἔξω δὲ αὐτῶν ἡ τοῦ Υἱοῦ νοηθήσεται γέννησις. Ὁ δὲ τοῖς γενητοῖς ἀσύντακτος, ἑτέρας ἂν εἴη φύσεως παρ' αὐτά. Ἐγεννήθη τοιγαροῦν, καθὸ Λόγος ἐστὶν, ἐκ Πατρός· ἐκτίσθη δὲ, καθὸ ἄνθρωπος, καὶ γέγονεν ἀρχὴ ὁδῶν. Ὥσπερ οὖν ἡμεῖς, ὅτε τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον ἐν ἑαυτοῖς

Si ante omnia se genitum esse inquit, certe non erit unus ex omnibus, sed diversus ab aliis. Cætera enim omnia in seipsis habent suum principium ; neque enim essent omnia, si quid in ipsis extra manens reperiretur. Si ergo ante omnia genitus est Filius, proprio suo numero omnia comprehenduntur : extra vero illa Filii generatio intelligitur. Qui autem generatis annumerari non potest, diversæ ab ipsis naturæ sit oportet. Genitus itaque est quatenus est Verbum ex Patre ; creatus vero, quatenus homo, et factus est principium viarum.

[65] Psal. XLIV, 2. [66] Isai. XXIII, 4. [67] Joan. XVI, 28. [68] Joan. VIII, 23.

Digitized by Google

Quemadmodum igitur nos, cum Verbum Dei in nobis suscipimus, per ipsum vocamur filii Dei [67], cum natura simus creaturæ, ita etiam ipse, quando carnem nostram assumit, vocatur creatura et opus, cum natura sit Filius. Et rursus : sicut Deus cum sit noster creator, Pater item noster, sic etiam cum Verbi Dei Pater secundum naturam exsistat, ejus quoque creator efficitur ; cum nimirum propter nos fit similis creaturis. Si ergo nos natura filii sumus, erit etiam ipse naturaliter creatura et opus. At vero si nos dispositione et gratia vocamur filii, erit etiam ipse dispositione creatura, naturalem suam dignitatem ob incarnationem non amittens.

A δεχόμεθα, δι' αὐτὸν υἱοὶ καλούμεθα τοῦ Θεοῦ, κατὰ φύσιν ὄντες ποιήματα, οὕτω καὶ αὐτὸς ὅτε τὴν ἡμῶν σάρκα λαμβάνει, κτίσμα καλεῖται καὶ ποίημα, κατὰ φύσιν ὑπάρχων Υἱός. Καὶ πάλιν, ὥσπερ ἡμῶν ποιητὴς ὢν ὁ Θεὸς γίνεται καὶ Πατὴρ, οὕτω καὶ τοῦ Θεοῦ Λόγου Πατὴρ κατὰ φύσιν ὑπάρχων γίνεται καὶ κτίστης, ὅτε δι' ἡμᾶς ἐξομοιοῦται τοῖς κτίσμασιν. Εἰ μὲν οὖν ἡμεῖς κατὰ φύσιν ἐσμὲν υἱοί, ἔσται καὶ αὐτὸς κατὰ φύσιν κτίσμα καὶ ποίημα. Εἰ δὲ ἡμεῖς θέσει καὶ χάριτι πρὸς υἱότητα καλούμεθα, καὶ αὐτὸς θέσει κτίσμα διὰ τὴν καθ' ὑμᾶς οἰκονομίαν, τὸ ἐκ φύσεως οὐκ ἀπολλύων ἀξίωμα.

ALIUD, *quo perspicue ostenditur quo pacto pie intelligi oporteat illud, « Dominus creavit me principium viarum suarum. »*

Adam primus homo factus est, dataque illi est a Deo via salutis : quam quidem, divinum mandatum transgressus, amisit, lapsusque est in interitum, provolutus in peccatum, descendit in mortem. Aliam igitur viam nobis præmonstrari opus erat, qua ad pristinum statum conscenderemus. Cui quidem præmonstrandæ cum nullus hominum par esset, **166** ipsum Verbum Dei, cum sit natura increatum, propter nos creatur homo, voluntate Patris carnem nostram assumens, ut, quemadmodum inquit Paulus [68], viam nobis instauret recentem ac manentem, operaque Patris impleat, corpore quidem nostro ad incorruptionem reformato, et morte, quæ per peccatum imperium obtinuerat, sublata, ipsoque peccato condemnato, cæterisque bonis quæ contulit, per ipsum naturæ humanæ præstitis. Si ergo factus est homo, ut nobis etiam bonorum via fiat, eaque opera perficiat, quæ a Patre per ipsum fiunt, merito certe dicat : « Dominus creavit me principium viarum suarum in opera ipsius. » Deinceps vero rursus, exsistentiam suam ante omnia sæcula significans, ait : « Ante sæcula fundavit me. » Si vero et gignitur, et creatur, utrumque decenter convenienterque fieri dicatur. Gignitur enim ut Verbum ex Patre ante sæcula productum, ut ipsemet testatur : creatur vero, ut homo, quando propter nos factus est caro : ita ait evangelista [69].

ΑΛΛΟ, *διδασκαλία σαφὴς, ὅπως χρὴ νοεῖν εὐσεβῶς τὸ, « Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ. »*

Γέγονεν ὁ πρῶτος ἄνθρωπος; Ἀδὰμ, καὶ ὁδὸς αὐτῷ σωτηρίας δέδοται παρὰ Θεοῦ. Ταύτην ἀπώλεσε, τὴν θείαν ἐντολὴν παραβεβηκώς, πέπτωκεν εἰς φθοράν, ἠνέχθη πρὸς ἁμαρτίαν, καταβέβηκεν εἰς θάνατον. Ἔδει πάλιν ἡμῖν ὁδὸν ἑτέραν ἀναδειχθῆναι, δι' ἧς τὴν ἀρχαίαν κατάστασιν ἐκείνην ἀναβῆναι δυνησόμεθα. Ἐπειδὴ δὲ ἀνθρώπων οὐδεὶς ἱκανὸς ὢν εἰς τοῦτο κατεφαίνετο, ἀναγκαίως αὐτὸς ὁ φιλάνθρωπος τοῦ Θεοῦ Λόγος, ἄκτιστος ὢν τὴν φύσιν, ἄνθρωπος κτίζεται δι' ἡμᾶς, βουλήσει τοῦ Πατρὸς τὴν ἡμῶν σάρκα περιβαλόμενος· ἵνα, καθάπερ ὁ Παῦλός φησιν, ὁδὸν ἡμῖν ἐγκαινίσῃ πρόσφατον καὶ μένουσαν, καὶ πληρώσῃ τὰ ἔργα τοῦ Πατρὸς, ἀνανεῶν μὲν εἰς ἀφθαρσίαν τὸ σῶμα, τὸν δ' ἐξ ἁμαρτίας κρατήσαντα θάνατον ἀναιρῶν, καὶ αὐτὴν κατακρίνων τὴν ἁμαρτίαν, καὶ τὰ ἄλλα πάντα ποιῶν ὅσα τῇ φύσει γέγονεν ἀγαθὰ δι' αὐτοῦ. Εἰ τοίνυν γέγονεν ἄνθρωπος, ἵνα καὶ ὁδὸς ἡμῖν γένηται τῶν ἀγαθῶν, καὶ τὰ ἔργα ταῦτα πληρώσῃ, ἃ δὴ παρὰ Πατρὸς δι' αὐτοῦ γίνεται, εἰκότως ἂν λέγοι· « Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ. » Ἐξῆς δὲ πάλιν τὴν προαιώνιον ὕπαρξιν ἑαυτοῦ σημαίνων, φησί· « Πρὸ τοῦ αἰῶνος ἐθεμελίωσέ με. » Εἰ δὲ καὶ γεννᾶται καὶ κτίζεται, ἀμφοτέροις ἀποδώσει τὸ πρέπον. Γεννᾶται μὲν γὰρ ὡς Λόγος παρὰ Πατρὸς πρὸ τῶν αἰώνων, καθάπερ φησὶ, κτίζεται δὲ ὡς ἄνθρωπος, ὅτε δι' ἡμᾶς γέγονε σάρξ· οὕτως φησὶν ὁ εὐαγγελιστής.

ALIUD.

Psalmista alicubi de Verbo Dei ita ait : « Qui est ante sæcula [70]. » Si ergo Filius ante sæcula exsistit, creatum vero dicit se esse in opera Patris : necessarium plane est constitutis jam operibus illum creatum fuisse. Postquam enim creaturæ ad esse traductæ essent, novissimis temporibus homo factus est : quo quidem tempore convenienter opportuneque dicit, « Dominus creavit me. » Quomodo igitur possit esse eorum creator, si post illa creatus est ? Si autem ante opera est Verbum

ΑΛΛΟ.

Φησί που περὶ τοῦ Θεοῦ Λόγου Δαβίδ· « Ὁ ὑπάρχων πρὸ τῶν αἰώνων. » Εἰ τοίνυν ὁ μὲν Υἱὸς πρὸ τῶν αἰώνων ὑπάρχει, κτίζεσθαι δέ φησιν ἑαυτὸν εἰς τὰ ἔργα τοῦ Πατρὸς, ἀνάγκη πᾶσα συνεστώτων ἤδη τῶν ἔργων κτίζεσθαι νοεῖν αὐτόν. Μετὰ γὰρ τὴν τῶν ποιημάτων εἰς τὸ εἶναι πάροδον, ἐν τελευταίοις τοῦ αἰῶνος καιροῖς γέγονεν ἄνθρωπος, ὅτε δὴ πρεπόντως τε καὶ λίαν εὐκαίρως τὸ, « Ἔκτισέ με, » φησί. Πῶς οὖν αὐτὸς ἂν ὑπάρχῃ τούτων ὁ ποιητὴς, εἰ μετ' ἐκεῖνα κτίζεται; Εἰ δὲ πρὸ τῶν ἔργων ἐστὶν ὁ τούτων ποιη-

[67] I Joan. III, 1. [68] Philipp. III, 21 ; Hebr. II, 11, X, 20 [69] Joan. I, 14 [70] Psal. LXXIII, 12.

Digitized by Google

τῆς τοῦ Θεοῦ Λόγος, κτίζεται δὲ εἰς αὐτὰ, οὐ τῆς ὡσίας αὐτοῦ ὁηλωτικὸν ἂν εἴη τὸ « ἔκτισε· » σημαίνει δ' ἀνεικότως τὴν ἐνανθρώπησιν ὅτε πρὸς ἐπανόρθωσιν τῶν ἔργων τοῦ Πατρὸς γέγονε σάρξ. Καὶ διὰ τοῦτό φησι· « Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ.

A Dei quod illa creavit, creatur vero in illa : certe verbum hoc « creavit, » essentiam ejus nequaquam significat, sed potius incarnationem quando nimirum ad reparationem operum Patris factus est caro. Atque ideo dicit : « Dominus creavit me principium viarum suarum in opera ipsius. »

ΑΛΛΟ, *ὡς ἐν ἐπιτομῇ.*

Ἐκτίσθαι φησὶν ἑαυτὸν εἰς ἀρχὴν ὁδῶν. Καὶ ποίων ἔργ, μαθήσῃ διὰ τῶν ἑφεξῆς. Πρῶτον μὲν τὰς ἀρετὰς ἐξαριθμούμενος, ἃς πρῶτος ποιήσας ἐδίδαξε καὶ ἡμᾶς· « Γίνεσθε γὰρ, φησὶν, οἰκτίρμονες· » καὶ, « Ἐάν τίς σε ῥαπίσῃ εἰς τὴν δεξιὰν σιαγόνα, στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην. Ἀπὸ τοῦ αἴροντος τὰ σὰ, μὴ ἀπαίτει. » — « Ὁ νόμος φησίν· Οὐ μοιχεύσεις. Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν· Οὐκ ἐπιθυμήσεις, » καὶ ὅσα πρὸς τούτοις ἐν τοῖς εὐαγγελικοῖς κεῖται κηρύγμασι. Ταῦτα γὰρ ἤρξατο μὲν ἐν πρώτῳ Χριστῷ, τρέχει δὲ ἐφεξῆς εἰς ἡμᾶς. Διὰ τοῦτό φησιν· « Ἐγώ εἰμι ἡ θύρα, Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδός. » Ἀρχὴ τοιγαροῦν τῶν τοιούτων ἡμῖν ἔργων γενόμενος, ὅτε διὰ τοῦτο τὴν ἡμῶν σάρκα περιεβάλετο, καὶ γέγονεν ἄνθρωπος, εἰκότως ἂν λέγοι· « Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ. » Τὸν αὐτὸν δὲ τοῦτον ἐφαρμόσεις λόγον καὶ τῇ ἐκ νεκρῶν ἀναστάσει, καὶ τῇ εἰς ἀφθαρσίαν τῆς σαρκὸς μεταβολῇ, καὶ τῇ ἀνόδῳ τῇ εἰς οὐρανούς. Καὶ τούτων γὰρ ἡμῖν γέγονεν ἀρχὴ, καὶ διὰ ταῦτα κτίζεται.

B Creatum se dicit in principium viarum. Qualium autem viarum, disces ex reliquis. Primum quidem virtutes recensens quas ipse primus exercuit, nos etiam docuit : « Estote enim, inquit, misericordes [71] ; » et, « Si quis percusserit te in dexteram maxillam, præbe illi et alteram. Ab eo qui abstulerit quæ tua sunt, ne reposcas [72]. » — « Lex jubet : Non mœchaberis. Ego autem dico vobis : Non concupisces [73], » aliaque quæ in evangelicis præconiis habentur. Hæc enim cœpta sunt in primo Christo, deinceps **167** autem in nos propagantur. Idcirco inquit : « Ego sum janua [74], Ego sum via [75]. » Hujusmodi itaque operum principium nobis factus, quando nimirum propter hoc carnem nostram assumpsit, factusque est homo, merito dixerit : « Dominus creavit me principium viarum suarum in opera ipsius. » Eadem porro ratio est etiam resurrectionis e mortuis, mutationisque in carnis incorruptionem et ascensionis in cœlos. Nam et horum principium nobis factus est, et propter hæc creatus.

ΑΛΛΟ.

Ἀπέθανε δι' ἡμᾶς καὶ ὑπὲρ ἡμῶν ὁ Χριστός. Ὥσπερ οὖν τεθνηκότος τοῦ σώματος αὐτὸς τοῦτο λέγεται παθεῖν, καίτοι τὴν φύσιν ἀθάνατος ὤν, οὕτω κτιζομένου τοῦ σώματος, αὐτὸς ἑαυτὸν κτίζεσθαι λέγει, καίτοι τὴν οὐσίαν ἄκτιστος ὤν. Αὐταῦ γὰρ οὔσης καὶ οὐχ ἑτέρου τινὸς τῆς σαρκὸς, ἰδιοποιεῖται τὰ εἰς αὐτὴν συμβαίνοντα.

C Christus propter nos et pro nobis mortuus est. Quemadmodum igitur, mortuo corpore, ipse hoc passus esse dicitur, tametsi immortalis naturæ sit : ita creato corpore, ipse seipsum creari dicit, cum tamen increatæ essentiæ sit. Cum enim ipsius sit, et non alterius caro, quæ illi accidunt propria illius fiunt.

ΑΛΛΟ.

Ἔργον τῶν ἐπὶ τῆς γῆς τὸ κάλλιστον ἄνθρωπος, ὃς δὴ τέλειος γεγονὼς, ἀτελὴς εὑρέθη διὰ τὴν παράβασιν, πεσὼν μὲν ἐξ ἀθανασίας εἰς θάνατον, ἐξ ἀφθαρσίας δὲ εἰς φθοράν. Ἐπεὶ τοίνυν ἔν τι τῶν ἀτοπωτάτων ἐφαίνετο, καὶ ἦν ὄντως αἰσχρὸν μέχρι παντὸς ἀτελὲς διαμεῖναι τὸ ἔργον τοῦ Θεοῦ, ἀναγκαίως ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ὁ τέλειος τὸν ἀτελῆ ἄνθρωπον περιεβάλετο· καὶ διὰ τοῦτό φησιν εἰς τὰ ἔργα κτίζεσθαι, ἵνα τελειώσῃ αὐτὰ, ἵνα πάλιν αὐτοῖς τὴν τελειότητα περιθήσῃ, τὸ λεῖπον τῷ ἀνθρώπῳ πληρώσας δι' ἑαυτοῦ. Καὶ γοῦν ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις φησὶ πρὸς τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα· « Ἐγώ σε ἐδόξασα ἐπὶ τῆς γῆς, τὸ ἔργον τελειώσας ὃ δέδωκάς μοι ἵνα ποιήσω. » Καὶ πάλιν· « Τὰ ἔργα ἃ δέδωκέ μοι ὁ Πατήρ, ἵνα τελειώσω αὐτὰ, αὐτὰ τὰ ἔργα μαρτυρεῖ περὶ ἐμοῦ. » Εἰ τοίνυν ὅτε γέγονεν ἄνθρωπος, τότε τὰ ἔργα τελειοῖ, καὶ εἰς αὐτὰ κτίζεται, πρόδηλον δήπουθεν ὅτι περ οὐ τῆς οὐσίας τοῦ Λόγου σημαντικὸν ἂν εἴη τὸ,

ALIUD.

Pulcherrimum ac præstantissimum opus omnium quæ in terra fiunt est homo : qui cum esset factus perfectus, per prævaricationem inventus est imperfectus, ex immortalitate in mortem lapsus, ex incorruptione in corruptionem. Cum itaque deformissimum quid esset, turpeque revera videretur opus Dei imperfectum remanere, necessario Verbum Dei perfectum imperfectum hominem induit ; atque idcirco dicit se in opera creatum esse, ut nimirum illa perficeret, atque rursus homini pristinam perfectionem restitueret, id quod in homine deerat, per se implens atque compensans. Ideoque in Evangeliis ad Patrem suum ita dicit : « Ego te glorificavi in terra, perfecto opere quod dedisti mihi ut faciam [76]. » Et rursus : « Opera quæ dedit mihi Pater, ut perficiam, illa testimonium perhibent de me [77]. » Si ergo cum factus est homo, tunc opera perficit, et in ipsa creatur ; manifestum est

[71] Luc. VI, 36. [72] Ibid. 29, 30. [73] Matth. V, 28, 29 [74] Joan. X, 9. [75] Joan. XIV, 6. [76] Joan. XVII, 4. [77] Joan. V, 36.

Digitized by Google

verbum illud, « creavit, » non significare essentiam Verbi, sed potius tempus incarnationis suæ, quatenus caro factus, creatus dicitur. Tunc enim perfectis operibus Patris, humanaque natura in pristinum statum restituta, adjunxit sibi Ecclesiam omnis maculæ et rugæ expertem, sanctam et mundam [78], et facti sumus in ipso nova creatura [79], non amplius imperfectione illa, quam per prævaricationem contraxeramus laborans, neque peccato mortua, sed perfectionem consecuta per obedientiam Christi ejusque resurrectionem a mortuis. Has igitur ob causas **168** homo factus, merito dixerit : « Dominus creavit me principium viarum suarum in opera ipsius. »

A « ἔκτισε · » δηλοῖ δὲ μᾶλλον τὸν τῆς ἐπιδημίας καιρὸν, καθὸ σὰρξ γεγονὼς, ἐκτίσθαι λέγεται. Τότε γὰρ καὶ ὁλόκληρα ποιήσας τὰ ἔργα τοῦ Πατρὸς, καὶ ἀποκαταστήσας εἰς τὸ ἀρχαῖον τὴν ἀνθρώπου φύσιν, παρέστησεν ἑαυτῷ τὴν Ἐκκλησίαν μὴ ἔχουσαν σπῖλον ἢ ῥυτίδα, ἤ τι τῶν τοιούτων, ἀλλ' ἁγίαν καὶ ἄμωμον · καὶ γεγόναμεν ἐν αὐτῷ καινὴ κτίσις, οὐκέτι φοροῦσα τὸ ἀτελὲς διὰ τὴν παράβασιν καὶ τὴν ἐκ τῆς ἁμαρτίας νέκρωσιν, ἀλλὰ λοιπὸν ἀπολαβοῦσα τὸ τέλειον διὰ τὴν ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ καὶ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν. Οὐκοῦν ἄνθρωπος διὰ ταῦτα γενόμενος, εἰκότως ἂν λέγοι τὸ, « Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ. »

ALIUD, *in illud*, « *Dominus creavit me*, » *quod Filius Dei non sit opus, vel creatura. Et in id*, « *Ante sæcula fundavit me.* »

Si Verbum Dei est creatura, ut vos opinamini, omnis impietatis inventores, quomodo Deo conglutinati et dii effecti sumus, uniti ipsi ? Quo pacto vero Christus mediator Dei et hominum [80] ? Unitur enim nobis, quatenus factus est homo. Si autem creatura est, et non Deus, quomodo unitur Deo? Aut quis modus ac ratio ipsum illi uniet ? Quæ enim dissimilia sunt secundum essentiam, non utique naturaliter invicem uniantur. Aut quomodo, si creatura est, per ipsum salvati sumus, cum Scriptura dicat : « Non legatus, non angelus, sed ipse Dominus salvavit eos [81] ? » Quomodo autem credentes in eum justificamur, si est creatura? Quomodo vero illud, « Terra es, et in terram reverteris [82], » per ipsum solvitur ? Neque enim est opus quod creaturæ conveniat sententiam a Deo datam subvertere. Quomodo etiam si creatura est, peccatum delere potest, cum propheta de ipso dicat : « Quis Deus sicut tu, tollens iniquitates et præteriens injustitias [83] ? Quo pacto vero, si creatura est, potuit dicere : « Nisi Filius vos liberarit [84] ? » liberavit autem ut Patris hæres, non autem creatura, ut insani hæretici opinantur.

B ΑΛΛΟ, *εἰς τὸ*, « *Κύριος ἔκτισέ με*, » *ὅτι οὐ κτίσμα, οὐδὲ ποίημα ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ. Καὶ εἰς τὸ*, « *Πρὸ τοῦ αἰῶνος ἐθεμελίωσέ με.* »

Εἰ κτίσμα ἐστὶ, καθ' ὑμᾶς, ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ὦ πάσης ἀσεβείας εὑρεταὶ, πῶς Θεῷ κολλώμεθα καὶ θεοποιούμεθα συναφθέντες αὐτῷ; Πῶς δὲ μεσίτης ἐστὶ Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων ὁ Χριστός; Ἅπτεται μὲν γὰρ ἡμῶν, καθὸ γέγονεν ἄνθρωπος. Εἰ δὲ κτίσμα ἐστὶ καὶ οὐ Θεὸς, πῶς ἅψεται Θεοῦ; Ποῖος αὐτὸν ἐκείνῳ συνάψει τρόπος; Τὰ γὰρ ἀνόμοια κατὰ τὴν οὐσίαν οὐκ ἂν ἀλλήλοις φυσικῶς συναφθείη ποτέ. Πῶς δὲ, εἰ κτίσμα ἐστὶ, δι' αὐτοῦ σεσώσμεθα, τῆς θείας λεγούσης Γραφῆς · « Οὐ πρέσβυς, οὐκ ἄγγελος, ἀλλ' αὐτὸς ὁ Κύριος ἔσωσεν αὐτούς; » Πῶς δὲ εἰς αὐτὸν πιστεύοντες δικαιούμεθα, εἴπερ κτίσμα ἐστί; Πῶς δὲ C τὸ, « Γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ, » λύεται δι' ἑαυτοῦ; Οὐ γὰρ ἦν ἔργον κτίσματι πρέπον, ἀνατρέπειν τὴν παρὰ Θεοῦ δοθεῖσαν ἀπόφασιν. Πῶς δὲ πάλιν, εἰ κτίσμα ἐστὶν, ἀναιρεῖ τὴν ἁμαρτίαν, λέγοντος τοῦ προφήτου περὶ αὐτοῦ · « Τίς Θεὸς ὥσπερ σὺ, ἐξαίρων ἀνομίας καὶ ὑπερβαίνων ἀδικίας; » Πῶς δὲ, εἰ κτίσμα ἐστὶν, ἠδύνατο λέγειν· « Ἐὰν μὴ ὁ Υἱὸς ὑμᾶς ἐλευθερώσῃ; » καὶ γοῦν ἠλευθέρωσεν ὡς τοῦ Πατρὸς κληρονόμος, καὶ οὐ ποίημα ὑπάρχων, κατὰ τὴν τῶν Θεομάχων μανίαν.

ALIUD.

Si ad imitationem naturalis Filii, etiam adoptitii vocantur filii, necessarium plane est ut naturalis Filius alius sit ab iis, et essentia diversus. Si ergo filii adoptitii sunt creaturæ, naturalis certe creatura aut opus non erit : nam alioqui idem erit cum adoptitiis.

ΑΛΛΟ.

Εἰ κατὰ μίμησιν τοῦ κατὰ φύσιν Υἱοῦ καὶ οἱ κατὰ θέσιν υἱοὶ καλοῦνται, ἀνάγκη πᾶσα τὸν κατὰ φύσιν ἕτερον εἶναι παρ' αὐτοὺς καὶ κατὰ τὴν οὐσίαν ἐξηλλαγμένον. Εἰ τοίνυν οἱ κατὰ θέσιν υἱοὶ κτίσματα, D ὁ κατὰ φύσιν οὐκ ἔσται κτίσμα ἢ ποίημα, ἵνα μὴ ὁ αὐτὸς ὑπάρχῃ τοῖς κατὰ θέσιν.

ALIUD.

Si juxta vos, o Ariani, Filius Dei est creatura, in qua igitur sapientia factus est ? aut quænam manus ipsum post alia creavit? Scriptum est enim : « Omnia in sapientia fecisti [85]. » Et Deus ipse alicubi ait : « Manus mea fecit omnia hæc [86]. » Atqui, si omnia in sapientia et manu Dei facta sunt, et sacra Scriptura de Dei Verbo passim prædicat, quod « Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso

ΑΛΛΟ.

Εἰ, καθ' ὑμᾶς, ὦ Ἀρειανοὶ, κτίσμα ἐστὶν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ἐν ποίᾳ γέγονεν ἄρα σοφίᾳ; ποία δὲ χεὶρ ἡ καὶ αὐτὸν μετὰ τῶν ἄλλων δημιουργήσασα; Γέγραπται γὰρ, ὅτι « Πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησας. » Καὶ αὐτὸς δέ πού φησιν ὁ Θεός · « Ἡ χείρ μου ἐποίησε ταῦτα πάντα. » Καὶ εἰ πάντα ἐν σοφίᾳ καὶ χειρὶ γέγονε Θεοῦ, αἱ δὲ θεῖαι Γραφαὶ περὶ τοῦ Θεοῦ Λόγου βοῶσιν, ὅτι « Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐ-

[78] Ephes. v, 27. [79] II Cor. v, 17. [80] I Tim. II, 5. [81] Joan. VIII, 36. [82] Psal. CIII, 24. [83] Isa. LXVI, 2. [84] Isa. LXIII, 9. [85] Gen. III, 19. [86] Mich. VII, 18.

Digitized by Google

τῷ γενέσθαι οὐδὲ ἓν· οὐκ ἂν εἴη τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας ἔργον ὁ Υἱός· ἀλλὰ μᾶλλον αὐτός ἐστιν ἡ σοφία καὶ ἡ χεὶρ δι' ἧς τὰ πάντα Θεὸς ἐργάζεται. Οὐκοῦν οὐ κτίσμα, οὐδὲ ποίημά ἐστιν.

Ἐπιγνῶσεις ἀπὸ τῆς θείας Γραφῆς, ὅτι οὐχ εἷς τῶν κτισμάτων ὁ Υἱὸς, ἀλλὰ μᾶλλον ποιητὴς αὐτῶν λέγεται καὶ ἔστιν.

Οἱ ἐν Βαβυλῶνι νεανίαι πᾶσαν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τὴν κτίσιν ἐξαριθμούμενοι, τά τε ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς καταλέγοντες, καὶ παρὰ πάντων ὑμνεῖσθαι δεῖν φάσκοντες τὸν Θεὸν, οὐδαμοῦ τὸν Υἱὸν ἐν τοῖς εὐλογεῖν ὀφείλουσι κατατάττουσιν, οὐδὲ εἰρήκασιν· Εὐλογείτω ὁ Λόγος ἢ ἡ σοφία τοῦ Θεοῦ τὸν Κύριον. Ἀλλ' εἰδότες ὅτι μετὰ Πατρὸς τὴν προσκύνησιν ἔχει, πάντων ὁμοῦ τῶν κτισμάτων ποιησάμενοι μνήμην, σιωπῶσιν αὐτὸν ὡς Δεσπότην καὶ ὡς ὑμνούμενον. Οὐδὲν δὲ ἧττον καὶ ὁ μακάριος Ψαλμῳδὸς πολλάκις ὑμνεῖσθαι κελεύων τὸν Θεὸν, καὶ πᾶσαν ὀνομάζων τὴν κτίσιν, λειτουργούς τε καὶ ἀγγέλους, καὶ δυνάμεις, καὶ οὐρανοὺς οὐρανῶν, καὶ σελήνην καὶ ἥλιον, ὡς δοῦλα τῇ τοῦ Θεοῦ προσκυνήσει χρῆναι εἶν ὑποκεῖσθαι λέγων, οὐδαμοῦ μὲν ἐν τούτοις κατατάττει τὸν Υἱὸν, ἀλλ' ἐκ τῶν ἐναντίων καὶ προσκυνεῖσθαι κελεύει βοῶν· « Καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι Θεοῦ. » Εἰ δὲ πᾶσα ἡ κτίσις προσκυνεῖ, προσκυνεῖται δὲ ὁ Υἱὸς, οὐκ ἄρα κτίσμα ἐστιν, ἀλλὰ Υἱὸς ἀληθινὸς μετὰ τοῦ Πατρὸς προσκυνούμενος.

ΑΛΛΟ. *Ὅτι ἕτερός ἐστι παρὰ τὰ κτίσματα ὁ Υἱὸς, καὶ οὐχ εἷς τῶν πάντων.*

Πάντα διὰ τοῦ Θεοῦ Λόγου πεποιῆσθαι σημαίνουσα καὶ ἡ θεία Γραφὴ, οὕτω φησί· « Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο. » Καὶ πάλιν· « Εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα. » Ὁ δέ γε Παῦλος τρανότατα τῶν ἁπάντων αὐτὸν διαστέλλων, λέγει· « Ζῶν γὰρ ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ καὶ ἐνεργὴς, καὶ τομώτερος ὑπὲρ πᾶσαν μάχαιραν δίστομον, καὶ οὐκ ἔστι κτίσις ἀφανὴς ἐνώπιον αὐτοῦ· πάντα δὲ γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ. » Εἰ τοίνυν πάντων ἐστὶ ποιητὴς, καὶ πάντα ἐνώπιον αὐτοῦ τετραχήλισται, οὐκ ἂν εἴη τῶν πάντων εἷς ὁ τούτων ποιητής. Καὶ ᾧ τὰ πάντα γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα ἐστὶν, οὐκ ἂν εὐλόγως ὑπάρχειν νοοῖτο τῶν τετραχηλισμένων. Ἐν τῷ γὰρ λέγειν *τὰ πάντα*, οὐδὲν ἀφῆκεν ἐκτός· καὶ εἰ ἐν μόνοις τοῖς κτίσμασι πληροῦται τὰ πάντα, ἕτερος ἂν εἴη παρ' αὐτὰ, ὁ μὴ ἐν αὐτοῖς ἀριθμούμενος. Οὕτω καὶ ὁ μακάριος Παῦλος τοῦ *πάντα* νοεῖ τὴν δύναμιν. Ἑρμηνεύων γὰρ τὸ, « Πάντα ὑπέταξας ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ, » ἐπιφέρει σαφῶς· Ἐν δὲ τῷ λέγειν *τὰ πάντα*, οὐδὲν ἀφῆκεν αὐτῷ ἀνυπότακτον. Εἰ τοίνυν τὸ *πάντα* τῶν ὅλων ἐστὶ περιεκτικὸν, πάντα δὲ ὁ Υἱὸς ποιεῖ, καὶ τὰ πάντα αὐτῷ τετραχήλισται, οὐκ ἂν εἴη τῶν πάντων εἷς, ἀλλ' ἕτερος παρ' αὐτά.

ΑΛΛΟ.

Γέγραπται, ὅτι « Ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ πᾶν γόνυ κάμψει ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων. »

factum est nihil [87]: » certe Filius non erit opus sapientiæ Dei, sed ipse potius est sapientia, et manus per quam Deus omnia operatur. Non est ergo creatura, vel opus.

169 *Observationes ex sacra Scriptura, quod Filius non sit unus ex creaturis, sed potius ipse illarum creator dicitur et est.*

Adolescentes illi Babylonici, cum omnes propemodum creaturas recenserent, omnia quæ in cœlis et in terra sunt enumerantes, Deumque ab omnibus celebrari oportere dicentes, nusquam Filium inter ea collocant quæ Deum benedicere debent: neque dixerunt: Benedicat Verbum aut sapientia Dei Dominum. Sed cum scirent quod cum Patre adoretur, omnium simul creaturarum mentione facta, ipsum silentio prætereunt, ut Dominum cui benedictio et laus debeatur. Nihilo autem secius beatus Psalmista sæpenumero laudari Deum jubens, omnes creaturas vocans, ministros, et angelos, ac potestates, et cœlos cœlorum, et lunam ac solem, dicens debere ut servos adorationem Deo deferre, nullum inter creata locum statuit Filio, sed e contrario adorari etiam jubet clamans: « Et adorent eum omnes angeli Dei [88]. » Si vero omnis creatura adorat, Filius autem adoratur, non igitur creatura est, sed verus Filius simul cum Patre adoratus.

ALIUD. *Quod diversus sit a creaturis Filius, et non unus omnium.*

Divina etiam Scriptura cum omnia per Verbum Dei facta esse significat, ita ait: « Omnia per ipsum facta sunt [89]. » Et rursus: « Unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia [90]. » Paulus autem apertissime illum ab omnibus separans, dicit: « Vivum enim est, atque efficax verbum Dei, et penetrabilius omni gladio ancipiti: et non est ulla creatura invisibilis in conspectu ejus, omnia autem nuda et aperta sunt oculis ejus [91]. » Si ergo omnium creator est, et omnia sunt nuda in oculis ejus, certe non erit unus omnium, qui omnium creator est. Et cui omnia nuda atque aperta sunt, non erit unus de nudis atque apertis. Nam cum dicit *omnia*, nihil extra omisit: atqui si solæ creaturæ efficiunt omnia, certe diversus erit ab iis quibus non annumeratur. Ita et beatus Paulus vim vocis *omnia* accipit. Explicans enim illud: « Omnia subjecisti sub pedibus illius, » subjungit: « Cum vero dicit, *omnia*, nihil omisit quod ei subjectum non sit [92]. » Si ergo hæc vox, *omnia*, comprehendit universa, Filius vero omnia facit omniaque ei sunt aperta, non **170** erit itaque unus omnium, sed ab iis diversus.

ALIUD.

Scriptum est quod « in nomine Jesu omne genu flectetur, cœlestium, terrestrium et infernorum [93]. »

[87] Joan. I, 3. [88] Psal. XCVI, 7. [89] Joan. I, 3. [90] I Cor. VIII, 6. [91] Hebr. IV, 12, 13. [92] I Cor. XV, 26, 27. [93] Philipp. II, 10.

Digitized by Google

Si vero Filio genua flectuntur, non erit ipse ex eorum numero qui genua flectunt, sed ab iis diversus. Rursus scriptum est quod « Omnis creatura ingemiscit, et parturit usque nunc, exspectans redemptionem et libertatem filiorum Dei [95]. » Si vero ingemiscit omnis creatura, et exspectat redemptionem et libertatem filiorum Dei, at Filius neque ingemiscere deprehenditur, neque adoptionem aut liberationem exspectare, sed ipse est qui creaturarum spem adimplet, et ingemiscentes adoptat, libertatemque largitur : non igitur unus omnium erit, neque creaturis annumerabitur, sed diversus ab eis erit, quatenus, ut creaturæ, ingemiscunt auxiliatoris ope indigentes, ipse vero, ut Filius, servitutis jugo pressos in libertatem asserit.

A Εἰ δὲ τῷ Υἱῷ κάμπτει πᾶν γόνυ, οὐκ ἂν εἴη τῶν καμπτόντων εἷς, ἀλλ' ἕτερος παρ' αὐτά. Καὶ πάλιν γέγραπται· « Ὅτι πᾶσα ἡ κτίσις συστενάζει, καὶ συνωδίνει ἄχρι τοῦ νῦν, ἀπεκδεχομένη τὴν ἀπολύτρωσιν τῶν υἱῶν τοῦ Θεοῦ. » Εἰ δὲ στενάζει μὲν ἡ κτίσις, καὶ ἀπεκδέχεται τὴν ἀπολύτρωσιν καὶ τὴν ἐλευθερίαν τῶν υἱῶν τοῦ Θεοῦ, οὔτε δὲ στενάζων ὁ Υἱὸς φαίνεται, οὔτε τὴν υἱοποιΐαν ἐκδέχεται ἢ τὴν ἐλευθερίαν, ἀλλ' αὐτός ἐστιν ὁ τὴν ἐλπίδα τῆς κτίσεως ἀποπληρῶν, καὶ εἰς υἱοθεσίαν τοὺς στενάζοντας καλῶν, καὶ ὁ τῆς ἐλευθερίας δοτήρ· οὐκ ἄρα ἐν τοῖς πᾶσίν ἐστιν, οὐδὲ ἐν τῇ κτίσει καταριθμηθήσεται· ἀλλ' ἕτερός ἐστι παρ' αὐτήν, καθὸ μὲν ὡς κτίσματα στενάζει τοῦ βοηθοῦντος δεόμενα· ὁ δὲ, ὡς Υἱὸς, ἐλευθεροῖ πάντα τῷ τῆς δουλείας δεσμῷ συνεχόμενα.

B

In illud, « Ante sæcula fundavit me [96]. »

Scriptum est : « Deus sapientia terram fundavit [96]. » Si ergo sapientia terram fundat, et ipse est firmitas et stabilimentum omnium (per ipsam enim terra stabilis manet), diligenter investigandum est quo pacto sapientia quæ terram fundat a Deo fundatur. Dictum igitur etiam hoc proverbiali modo, oblique quodammodo significans, et latentem in se habens veriorem intelligentiam : hoc enim plerumque proverbiis proprium est. Fundatur itaque sapientia, hoc est Filius Dei, non quod, quatenus est Verbum, principium exsistendi acceperit, sed quatenus factus est homo, nostramque similitudinem induit, principium ac fundamentum nobis factus est, ædificatis nimirum ad pietatem per fidem in ipsum, et in novam, ut scriptum est [97], creaturam reformatis. Atqui non simpliciter dixit, Deus Verbum aut Filium me fecit, ne qua hæreticis occasio præberetur calumniandi ipsius essentiam tanquam factam, sed absolute, « fundavit me. » Quod enim in superioribus dixit, « Dominus creavit me, principium viarum suarum in opera ipsius, » hoc etiam per hoc significatur. Illic enim factum esse se principium viarum suarum dicit; hic vero se fundamentum jactum esse eorum qui superædificantur affirmat, diversis modis idem plane dicens, aliisque verbis eamdem rationem explicans. Perinde enim est sive dicas principium, sive fundamentum. Quemadmodum enim in illis principium, **171** ita etiam hic fundamentum fit iis qui ipsi per fidem superædificantur.

Εἰς τό, « Πρὸ τοῦ αἰῶνος ἐθεμελίωσέ με. »

Γέγραπται· « Ὁ Θεὸς τῇ σοφίᾳ ἐθεμελίωσε τὴν γῆν. » Εἰ τοίνυν θεμελιοῖ μὲν ἡ σοφία τὴν γῆν, αὕτη δέ ἐστιν ἡ πάντων ἀσφάλεια (μένει γὰρ ἑδραία δι' αὐτήν), κατά τίνα τρόπον ἡ θεμελιοῦσα θεμελιοῦται παρὰ Θεοῦ, ζητητέον. Εἴρηται τοίνυν καὶ τοῦτο κατὰ τὸν ταῖς παροιμίαις πρέποντα τύπον, πλαγίως παραδηλοῦμενον, καὶ κεκρυμμένην ἔχον ἐν ἑαυτῷ τὴν ἀληθεστέραν διάνοιαν· τοιοῦτο γὰρ ἀεὶ τῆς παροιμίας τὸ σχῆμα. Θεμελιοῦται τοίνυν ἡ σοφία, τουτέστιν, ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, οὐ καθὸ Λόγος ἐστὶν ἀρχὴν τοῦ εἶναι δεχόμενος, ἀλλὰ καθὸ γεγονὼς ἄνθρωπος καὶ τὴν πρὸς ἡμᾶς φορέσας ὁμοίωσιν, ἀρχὴ καὶ θεμέλιος ἡμῖν γίνεται, οἰκοδομουμένοις εἰς εὐσέβειαν διὰ τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως, καὶ εἰς τὴν καινὴν κτίσιν ἀναμορφουμένοις, καθὼς γέγραπται. Λέγει γοῦν οὐχ ἁπλῶς, Ὁ Θεὸς Λόγον ἢ Υἱόν με πεποίηκεν, ἵνα μή τις τοῖς ἑτεροδοξοῦσιν ὑπάρχοι παρείσδυσις τοῦ καταψεύδεσθαι τῆς οὐσίας αὐτοῦ ὡς πεποιημένης, ἀλλ' ἀπολελυμένως, « Ἐθεμελίωσέ με. » Ὃ γὰρ ἔφασκεν ἐν τοῖς ἀνωτέρω, « Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ, » τοῦτο καὶ διὰ τοῦτο σημαίνεται. Ἐκεῖ μὲν γὰρ ἀρχὴν ὁδῶν ἑαυτὸν πεποιῆσθαί φησιν, ἐνταῦθα δὲ θεμέλιον ἐποικοδομουμένων ἐπ' αὐτῷ καταβεβλῆσθαι διϊσχυρίζεται, πολυτρόπως τὰ αὐτὰ λέγων, καὶ διὰ τῶν αὐτῶν νοημάτων ἀνακυκλώσας τὸν λόγον. Ἴσον γάρ ἐστιν εἰπεῖν ἀρχὴν καὶ θεμέλιον. Ὡς γὰρ ἐν ἐκείνοις ἀρχή, οὕτω καὶ ἐνταῦθα θεμέλιος τῶν ἐποικοδομουμένων ἐπ' αὐτὸν διὰ τῆς πίστεως γίνεται.

C

D

AL'UD.

Sapientissimus Paulus ita alicubi scribit : « Fundamentum illud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Jesus [98]. » Si ergo Christus fundamentum jactus est, oportet autem ea quæ superædificantur omnino sint talia, quale est subjectum fundamentum (ita enim structura conveniens, ut scriptum est [99], implebitur in templum

ΑΛΛΟ.

Λέγει που Παῦλος ἐπιστέλλων ὁ σοφώτατος· « Θεμέλιον ἄλλον οὐδεὶς δύναται θεῖναι παρὰ τὸν κείμενον, ὅς ἐστιν Ἰησοῦς Χριστός. » Εἰ τοίνυν κεῖται μὲν θεμέλιος ὁ Χριστὸς, δεῖ δὲ τὰ ἐποικοδομούμενα πάντως εἶναι τοιαῦτα, ὁποῖόν περ ἂν ὑπάρχοι τὸ ὑποκείμενον (οὕτω γὰρ ἂν καὶ ἡ οἰκοδομὴ συναρμολογουμένη, καθὰ γέγραπται, πληρωθήσεται εἰς ναὸν

[95] Rom. VIII, 19, 22. [96] Eccli. XXIV, 14. [97] Prov. III, 19. [98] II Cor. V, 17. [99] I Cor. III, 11. [99] Ibid. 12-16.

Digitized by Google

ἄγιον), εὔδηλον δήπουθεν ὅτιπερ οὐ καθὸ Λόγος ἐστὶν, ἑαυτὸν τεθεμελιῶσθαί φησιν· οὐδὲν γὰρ ἐστι κατὰ φύσιν τῷ Λόγῳ προσεοικὸς, οὐδ' ἂν ἁρμοσθείη τι τῶν ὄντων πρὸς ἐκεῖνον φυσικῶς· ὁ μὲν γὰρ ποιητὴς, τὰ δὲ κτίσματα· ἀλλὰ καθὸ γέγονεν ἄνθρωπος καὶ ὅμοιος ἡμῶν κατὰ πάντα, χωρὶς ἁμαρτίας, βάλλειν ἑαυτὸν καταβεβλῆσθαί φησι τῶν ἐποικοδομουμένων ἐπ' αὐτῷ, δυναμένων αὐτῷ συναρμολογεῖσθαι. Καθὸ γὰρ καὶ αὐτὸς γέγονεν ἄνθρωπος, πολλὴν ἴσχει πρὸς ἡμᾶς τὴν συγγένειαν διὰ τὴν τῆς σαρκὸς φύσιν. Οὐκοῦν ἐπὶ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἐνανθρώπησιν καὶ τοῦτο παρενεκτέον, ἵνα τὸ δύσφημον διαφύγωμεν, γεγενῆσθαι φάσκοντες, καὶ ἀρχὴν τοῦ εἶναι λαμβάνειν τὴν σοφίαν τοῦ Θεοῦ. Ὅνπερ γὰρ τρόπον ἑτέρους ἀμπέλου μὲν ἑαυτὸν εἶναί φησιν, ἡμᾶς δὲ τὰ κλήματα, οὐ ξένα δεικνύων, οὐδὲ ἑτερογενῆ τῆς ἀμπέλου τὰ κλήματα, ἀλλ' ἐξ ἐκείνης ὄντα κατὰ φύσιν, οὕτως ἐνταῦθα θεμέλιον ἡμῶν ἑαυτὸν εἶναί φησιν, ἵνα τῶν ἐποικοδομουμένων ἐπ' αὐτῷ τὴν πρὸς αὐτὸν ἐπιδείξῃ συγγένειαν φυσικὴν, ὅτε γέγονεν ἄνθρωπος. Τότε γὰρ καὶ κατὰ φύσιν αὐτῷ συναπτόμεθα, καὶ τῆς πρὸς αὐτὸν ὁμογενείας ἐξηρτημένοι ὥσπερ τῆς ἀμπέλου τὰ κλήματα, καρποφοροῦμεν τὴν εἰς Θεὸν εὐσέβειαν. Κεῖται τοιγαροῦν θεμέλιος μὲν ἐνανθρωπήσας ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος· ἡμεῖς δὲ ἐπ' αὐτῷ καθάπερ τινὲς ἅγιοι λίθοι ἐποικοδομούμεθα, ἵνα καὶ ναὸς τοῦ ἐνοικοῦντος ἐν ἡμῖν ἁγίου Πνεύματος χρηματίσωμεν.

A sanctum) : manifestum certe est quod non quatenus est Verbum, fundatum se dicat : nihil enim est secundum naturam Verbo simile, neque quidquam eorum quæ exsistunt naturaliter cum ea construi possit : nam ipse creator est, hæc vero creaturæ : sed quatenus factus est homo, et similis nobis in omnibus, excepto peccato, fundamentum se jactum esse dicit iis qui superædificantur ipsi, ut in unam cum ipso structuram concinnari possint. Nam ea ratione qua etiam ipse factus est homo, magnam nobiscum convenientiam et cognationem habet ob carnis naturam. Quocirca etiam ad incarnationem ipsius referendum est, ut blasphemiam evitemus, quam incurreremus si diceremus illum factum esse, et sapientiam Dei principium exsistendi accepisse. B Quemadmodum enim aliis vitem seipsum esse dicit, nos autem vitis palmites [1], qui naturaliter ex illa sint, ita hic fundamentum nostrum seipsum esse affirmat, ut eorum qui ipsi superædificantur naturalem secum cognationem declaret, quando factus est homo. Tunc enim secundum naturam ei copulamur, eademque conjunctione qua palmites viti ipsi inserti, pietatis in Deum fructus edimus. Verbum itaque Dei fundamentum nostrum positum est, cum humanitatem assumpsit : nos vero ei veluti sancti quidam lapides superædificamur, ut et templum inhabitantis in nobis Spiritus sancti vocemur.

ΑΛΛΟ.

« Πρὸ τοῦ αἰῶνος ἐθεμελίωσέ με. » Εὔλογον οἶμαι καὶ ἀναγκαῖον αὐτῶν φανομένων παραδειγμάτων τὰς ἀνοήτους τῶν αἱρετικῶν ἀνακόπτειν κακοδοξίας· τάχα κἂν οὕτω δυσωπηθέντες τὴν ἀλήθειαν, πρὸς τὰς βλασφημίας ἀποναρκήσωσι. Τὸ θεμελιούμενον τοίνυν, καὶ εἰς τοιαύτην τινὰ λαμβανόμενον χρείαν, οὐ πάντως τότε τοῦ εἶναι τὴν ἀρχὴν ἔχον φαίνεται, ὅτε καὶ εἰς θεμέλιον πέμπεται. Φέρε γὰρ εἰπεῖν, ἔστω λίθος τὸ καταπεμπόμενον καὶ ἐν τῇ γῇ κρυπτόμενον· δεῖ πρῶτον αὐτὸν ἀπό τινος πέτρας ἢ ἐξ ὄρους ἀποτμηθῆναι, πρὸς τὴν τοιαύτην λαμβάνεσθαι χρείαν· καὶ πρότερόν γε ἔστιν, εἶθ' οὕτω θεμέλιος γίνεται εἰς βάθος γῆς καταχωννύμενος. Ἀλλ' εἴπερ τις τῷ καταβληθέντι λίθῳ δοίη φωνὴν, καὶ τὸν ἀνθρώπῳ πρέποντα χορηγήσειε νοῦν, εἴποι ἂν τὰ καθ' ἑαυτὸν ἐξηγούμενος, ὅτι Λίθος μὲν ἦμην εἰς πέτραν κείμενος ἢ ἐν ὄρει· νυνὶ δὲ γέγονα θεμέλιος, τὴν συνέχουσάν με γῆν περιβεβλημένος. Οὕτω πως νοήσεις εὐσεβῶς καὶ ἐπὶ τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας, τουτέστι, τοῦ Υἱοῦ· ἦν μὲν γὰρ ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν, καθὰ γέγραπται. Ὅτε δὲ καθάπερ τις λίθος ἄνευ χειρῶν ἐξ ὄρους ἀποτμηθεὶς, τουτέστιν, ἀπὸ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς προελθὼν, καθάπερ τινὰ γῆν τὴν ἡμετέραν σάρκα περιεβάλετο, τότε καὶ τεθεμελιῶσθαί φησιν ἑαυτὸν, μονονουχὶ λέγων· Λόγον μὲ ὄντα καὶ Υἱὸν ἀληθινὸν ὁ Πατὴρ γηΐνῳ περιβέβληκε σώματι, ἵνα θεμέλιος γένωμαι καὶ ἀρχὴ τῶν ἐποικοδομουμένων εἰς

ALIUD.

C « Ante sæcula fundavit me. » Operæ pretium existimarim evidentibus exemplis insanas hæreticorum opiniones confutare : fieri enim potest ut ita ad veritatis cognitionem erubescentes a blasphemiis abstineant. Quod igitur fundatur et in illum usum sumitur, non omnino tunc exsistendi initium habere cernitur, quando in fundamentum mittitur. **172** Nam exempli gratia, saxum in terram fundamenti loco jactum, necesse est ut primum ex petra vel rupe excisum ad ejusmodi usum accommodetur : atqui prius exsistit, deinde fundamenti loco alte in terram demittitur. At si quis saxo in terram misso vocem et intellectum homini congruentem tribuat, id de seipso ita dicere possit : Saxum quidem eram D in rupe vel monte jacens : nunc vero factus sum fundamentum, terræ quæ continet obrutus. Ita etiam pie de sapientia Dei, hoc est Filio, judicare possis : erat enim in principio apud Deum, et Deus erat, sicut scriptum est [2]. Quando autem veluti lapis quidam, nulla manuum opera e monte excisus, hoc est, ex essentia Patris procedens, carne nostra veluti terra quadam obrutus est, tunc fundamentum se dicit, quasi dicat : Pater me, cum sim Verbum ac verus Filius, terreno corpore involvit, ut fiam fundamentum et principium eorum qui super me ædificabuntur per fidem, ut corporeus cum eis effectus suscipiam eos in unam mecum structuram concin-

[1] Joan. xv, 5. [2] Joan. i, 1, 2.

Digitized by Google

natos, atque compactos per cognationem carnalem. A ἐμὲ διὰ τῆς πίστεως· καὶ σύσσωμος τούτοις ἀν δειχθεὶς, δέξωμα. συναρμολογουμένους φυσικῶς καὶ συνδεσμουμένους πρὸς ἐμὲ διὰ τὴν κατὰ σάρκα συ γένειαν.

ALIUD.

Ex objectione hæreticorum.

At quo pacto, inquiunt, possit illud, « fundavit me, » de incarnatione Verbi intelligi, cum ipse dicat se ante sæcula fundatum, antequam terra fieret [3], et antequam montes stabilirentur? Manifestum enim est, multis postea temporibus, quam totum universum et quidquid in eo est, fieret, incarnationem Verbi factam esse.

Solutio objectionis.

Nequaquam difficile est ad ejusmodi hæreticorum objectiones respondere; necessaria tamen est auditorum prudentia et pietas. Quod enim sub finem præsentis sæculi Christi adventus per carnem factus sit, nemo, ut arbitror, eorum qui recte sentiunt negabit. Manifesta enim sunt quæ sacra Scriptura proclamat. At Deus qui futura omnia novit, non quando res ipsæ eveniunt, etiam ante constitutionem mundi novit, quæ ultimis temporibus eventura essent. Idcirco quæ ipsum decent, faciens, non quando nos facti sumus, tunc primum de nobis deliberat, verum etiam antequam fieret terra, et ante sæcula rerum nostrarum successus et eventus prænovit: et ante sæcula fundavit Filium suum, quantum ad suam prænotionem attinet, ut nos super eum ædificati, resurgamus in incorruptionem [4], qui alioquin per **173** prævaricationem in interitum et corruptionem incideramus. Sciebat enim nos per C peccatum morituros, et propter inobedientiam in sepulcro terræ, ut scriptum est, cubituros, atque audituros: « Terra es, et in terram reverteris. » Cum autem quæ ex re nostra erant, etiam ab æterno præcogitarit omnium nostrum conditor et creator, prævidit atque præfinivit eum qui propter nos et pro nobis homo futurus esset, hoc est, Verbum suum, ut initium viarum et fundamentum reperiatur instauratæ in ipso humanæ naturæ ad incorruptionem, utque vocetur primogenitus in multis fratribus [5], et resurgat primitia eorum qui dormierunt [6]. Quod enim sapientissimus Salomon in Proverbiis inquit: « Ante sæcula fundavit me, » et quæ deinceps sequuntur, hoc ipsum explicat Paulus ad Timotheum discipulum suum scribens: « Collabora D in Evangelio secundum virtutem Dei, qui nos liberavit, et vocavit vocatione sua sancta, non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum et gratiam quæ data est nobis in Christo Jesu ante tempora sæcularia, manifestata est autem nunc per illuminationem Salvatoris nostri Jesu Christi, qui destruxit quidem mortem, illuminavit autem vitam et incorruptionem [7]. » Si ergo ante sæcula, nimirum cum nondum facti essemus, vocatione sancta vocati

ΑΛΛΟ.

Ὡς ἐξ ἀντιθέσεως τῶν αἱρετικῶν.

Καὶ πῶς ἂν δύναιτο, φασὶ, τὸ « ἐθεμελίωσέ με εἰς τὴν μετὰ σαρκὸς ἐκλαμβάνεσθαι τοῦ Λόγου παρ ουσίαν, ὅπου φησὶν αὐτὸς πρὸ τοῦ αἰῶνος ἡδρᾶσθαι πρὸ τοῦ τὴν γῆν ποιῆσαι, πρὸ τοῦ ὄρη ἑδρασθῆναι Εὔδηλον γὰρ ὡς πολλοῖς ὕστερον χρόνοις μετὰ τὸ γενέσθαι τόδε τὸ σύμπαν καὶ τὰ ἐν αὐτῷ, γέγονεν ἡ ἐνσαρκος οἰκονομία τοῦ Λόγου.

Πρὸς τοῦτο λύσις.

Πρὸς δὴ τὰ τοιαῦτα τῶν αἱρετικῶν προβλήματα, δυσχερὲς μὲν οὐδὲν ἀντιλέγειν· χρεία δὲ ὅμως τῆς τῶν ἀκροωμένων εὐλαβείας. Ὅτι μὲν γὰρ ἐπὶ τέλει τοῦ παρόντος αἰῶνος ἡ μετὰ σαρκὸς τοῦ Λόγου γέγονε παρουσία, οὐκ ἂν, οἶμαι, τις τῶν εὖ φρονούντων ἀρνήσαιτο. Φανερὰ γὰρ τὰ ἐν ταῖς θείαις βοώμενα Γραφαῖς. Ἀλλ' ὁ γινώσκων τὰ ἐσόμενα Θεὸς καὶ οὐχ ὅτε γίνεται τὰ πράγματα, καὶ πρὸ τῆς τοῦ κόσμου καταβολῆς ᾔδει τὰ ἐν ἐσχάτοις συμβησόμενα καιροῖς. Διὸ δὴ τὰ ἑαυτῷ πρέποντα πράττων, οὐχ ὅτε γεγόναμεν, τότε πρῶτον περὶ ἡμῶν βουλεύεται, ἀλλὰ καὶ πρὶν γενέσθαι τὴν γῆν καὶ τοὺς αἰῶνας, ἔσχεν ἐν ἑαυτῷ τῶν καθ' ἡμᾶς τὴν γνῶσιν· καὶ προεθεμελίωσε τὸν ἑαυτοῦ Υἱὸν ὅσον εἰς τὴν οἰκείαν πρόγνωσιν, ἵνα ἡμεῖς ἐποικοδομηθέντες αὐτῷ, πάλιν ἀναστῶμεν εἰς ἀφθαρσίαν οἱ πεσόντες εἰς φθορὰν διὰ τὴν παράβασιν. Ἤδει γὰρ ὅτι νεκροὶ μὲν ἐσόμεθα διὰ τὴν ἁμαρτίαν· κειτόμεθα δὲ ἐν γῆς χώματι, καθὰ γέγραπται, διὰ τὴν ἑαυτῶν ἀπείθειαν, ἀκούοντες· « Γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ. » Ἐπειδὴ δὲ χρηστὰ περὶ ἡμῶν καὶ πάλαι προεβουλεύετο ὁ πάντων ἡμῶν ποιητής τε καὶ δημιουργὸς, προεθεώρει καὶ προώριζε τὸν δι' ἡμᾶς καὶ ὑπὲρ ἡμῶν ἐσόμενον ἄνθρωπον, τουτέστι, τὸν ἑαυτοῦ Λόγον, ἵνα καὶ ἀρχὴ ὁδῶν καὶ θεμέλιος εὑρεθῇ, ἀνακαινιζομένης εἰς ἀφθαρσίαν τῆς ἀνθρώπου φύσεως ἐν αὐτῷ, καὶ χρηματίσῃ πρωτότοκος ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς, καὶ ἀναστῇ τῶν κεκοιμημένων ἀπαρχή. Ὅπερ γὰρ ὁ πάνσοφος Σολομὼν ἐν ταῖς Παροιμίαις φησί· « Πρὸ τοῦ αἰῶνος ἐθεμελίωσέ με, » καὶ τὰ τούτοις ἑφεξῆς· τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος σαφηνίζει πρὸς Τιμόθεον τὸν ἑαυτοῦ μαθητὴν ἐπιστέλλων ὧδε· « Συγκακοπάθησον τῷ Εὐαγγελίῳ κατὰ δύναμιν Θεοῦ τοῦ σώσαντος ἡμᾶς, καὶ καλέσαντος κλήσει ἁγίᾳ, οὐ κατὰ τὰ ἔργα ἡμῶν, ἀλλὰ κατὰ ἰδίαν πρόθεσιν καὶ χάριν τὴν δοθεῖσαν ἡμῖν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ πρὸ χρόνων αἰωνίων, φανερωθεῖσάν τε νῦν διὰ τῆς ἐπιφανείας τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καταργήσαντος μὲν τὸν θάνατον, φωτίσαντος δὲ ζωὴν καὶ ἀφθαρσίαν. » Εἰ τοίνυν καὶ πρὸ τοῦ αἰῶνος, οὔπω γεγονότες δηλαδὴ, κλήσει ἁγίᾳ κεκλήμεθα κατὰ χάριν καὶ πρόθεσιν τοῦ πάντα προειδότος Θεοῦ, κεκλήμεθα δὲ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ,

[3] Prov. VIII, 23-25. [4] I Cor. XV, 55. [5] Rom. VIII, 29. [6] I Cor. XV, 20. [7] II Tim. I, 8-10.

Digitized by Google

δῆλον ἂν εἴη καὶ παντὶ τῷ σαφὲς, ὅτιπερ οὐχ ὅτε τεθεμελίωται, τότε καὶ ἀρχὴν τοῦ εἶναι λαμβάνει ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος· ἀλλὰ τὴν ἔνσαρκον ἑαυτοῦ παρουσίαν ἐρμηνεύει διὰ τούτων, καὶ πρὸ τοῦ αἰῶνος ἡδρᾶσθαί φησι καὶ πρὸ πάντων τῶν κτισμάτων, ὅσον εἰς τὴν πρόγνωσιν τοῦ Πατρός.

A sumus secundum gratiam et propositum præscientis omnia Dei, vocati autem sumus in Christo Jesu: manifestum profecto cuivis fuerit quod, non quando fundatum fuit, tum exsistendi initium nactum est Verbum Dei: sed per hæc adventum suum in carne declarat, et ante sæcula firmatum ait, atque ante omnes creaturas, quantum ad prænotionem Patris attinet.

ΑΛΛΟ. *Ἔτι εἰς τὸ, « Κύριος ἔκτισέ με, » καὶ εἰς τὸ, « Πρὸ τοῦ αἰῶνος ἐθεμελίωσέ με. »*

Λέγει που Παῦλος Ἐφεσίοις ἐπιστέλλων· « Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ εὐλογήσας ἡμᾶς ἐν πάσῃ εὐλογίᾳ πνευματικῇ ἐν τοῖς ἐπουρανίοις ἐν Χριστῷ· καθὼς ἐξελέξατο ἡμᾶς ἐν αὐτῷ πρὸ καταβολῆς κόσμου εἶναι ἡμᾶς ἁγίους καὶ ἀμώμους κατενώπιον αὐτοῦ ἐν ἀγάπῃ, προορίσας ἡμᾶς εἰς υἱοθεσίαν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς αὐτόν. » Εἰ τοίνυν οὔπω γεγονότες, εἰς υἱοθεσίαν προοριζόμεθα διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς αὐτὸν, καὶ εὐλογίαις πνευματικαῖς εὐλογούμεθα ἐν τοῖς ἐπουρανίοις, πῶς οὐκ ἂν τις ἀκούσας λέγοντος τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, « Πρὸ τοῦ αἰῶνος ἐθεμελίωσέ με, » ὅσον εἰς τὴν πρόγνωσιν τοῦ Πατρὸς τὰ τοιαῦτα λέγειν αὐτὸν ὑπολαμβάνοι, καθ' ἣν προγνωσθέντες ἐν αὐτῇ κεκλήμεθα, καὶ πάσης εὐλογίας ἀπολαύομεν, οὔπω πρὸς ὕπαρξιν ἐνεχθέντες ὅλως, ἀλλὰ πολλοῖς ὕστερον γεγονότες καιροῖς; Αὐτὸ δὲ δὴ τοῦτο σαφέστατα διδάσκων ἡμᾶς, αὐτὸς ὁ Κύριος λέγει· « Δεῦτε, οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου. » Εἰ δὲ ἡτοίμαστο καὶ ἡ βασιλεία παρὰ τοῦ Πατρὸς τοῖς οὔπω γεγονόσι, καὶ πρὸ τῆς τοῦ κόσμου καταβολῆς, ἡτοίμαστο δὲ πάντως ἐν Χριστῷ, εἰκότως ἂν λέγοι περὶ ἑαυτοῦ· « Πρὸ τοῦ αἰῶνος ἐθεμελίωσέ με, πρὸ τοῦ ὄρη ἑδρασθῆναι, πρὸ τοῦ προελθεῖν τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων. » Ταῦτα γὰρ πάντα τῆς κτίσεως σημαίνει τὴν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι πάροδον.

ALIUD. *In illud, « Dominus creavit me, » et in illud, « Ante sæcula fundavit me. »*

Paulus ad Ephesios scribens ita ait: « Benedictus Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spiritali in cœlestibus in Christo: sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti et immaculati in conspectu ejus in charitate, prædestinavit nos in adoptione filiorum per Jesum Christum in ipsum[8]. » Si ergo, cum nondum facti essemus, in adoptionem electi sumus per Christum in ipsum, et benedictionibus spiritalibus in cœlestibus benedicimur: cur non cum quis audiat dicentem Filium Dei, « Ante sæcula fundavit me, » **174** censeat illum ejusmodi dicere respectu prænotionis Dei, qua prænoti in ipsa vocati sumus, omnique benedictione fruimur, cum nondum omnino facti essemus, sed multis postea sæculis esse consecuti simus? Atqui hoc ipsum manifestissime nos docens ipse Dominus, dicit: « Venite, benedicti Patris mei, possidete regnum quod paratum est vobis ante constitutionem mundi[9]. » Si vero etiam regnum paratum est a Patre nondum factis, atque ante creationem mundi, præparatum autem omnino est in Christo, merito de se ipso dicat: « Ante sæcula fundavit me, priusquam montes stabilirentur, prinsquam erumperent fontes aquarum: » hæc enim nihil aliud significant quam creaturæ ex nihilo ad esse traductionem.

ΑΛΛΟ, *διηγηματικῶς, δι' οὗ τὴν αἰτίαν ὥσπερ μανθάνομεν τοῦ προωρίσθαι ἐν Χριστῷ, καὶ εἰς υἱοθεσίαν ἡμᾶς κατατετάχθαι ἐξ ἀγάπης Θεοῦ καὶ Πατρός.*

Τὰ συμφέροντα τῇ ἀνθρώπου φύσει προνοήσας ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ, καὶ γινώσκων μὲν ὅτι πεσεῖται πάντως εἰς φθοράν, τρόπον δὲ αὐτῇ ζητήσας ἀνανεώσεως καὶ τῆς εἰς ἀφθαρσίαν ἐπανόδου, ῥίζας ὥσπερ αὐτῇ τῆς τοιαύτης ἐλπίδος ἐν τῷ ἰδίῳ κατεβάλετο γεννήματι, καὶ εἰς υἱοθεσίαν ἡμᾶς προορίζει δι' αὐτοῦ, καὶ πάσης εὐλογίας πνευματικῆς ἀξιοῖ, καίτοι οὔπω γενομένους· ἵν' ὅταν συμβῇ πεσεῖν εἰς θάνατον διὰ τὴν παράβασιν, ὥσπερ ἐξ ἀρχαίας ῥίζης πάλιν εἰς ζωὴν ἀναβλαστήσῃ, καὶ ὡς ἤδη προευλογηθεῖσα, μὴ παντελῶς ὑπὸ τὴν κατάραν γένηται, ὅταν ἀκούσῃ· « Γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ. » Προθεμελιοῦται τοίνυν ἡμῶν ὁ Χριστὸς, καὶ ἐν αὐτῷ πάντες ἡμεῖς ἐποικοδομούμεθα, καὶ τοῦτο πρὸ καταβολῆς κόσμου κατὰ πρόγνωσιν τοῦ πάντα εἰδότος Θεοῦ· ἵνα, καθάπερ ἤδη προείπομεν, ἀρχαιοτέραν ἔχωμεν τῆς κατά-

ALIUD, *explicatius, ex quo causam quodammodo cognoscimus, cur prædestinati sumus in Christo, et adoptati in filios ex charitate Dei ac Patris.*

Deus ac Pater præsciens quæ humanæ naturæ conducibilia forent, neque ignorans quod omnino in corruptionem prolapsura esset, rationem vero ac modum instaurationis reductionisque ad incorruptionem ei quærens, veluti radices ei quasdam ejusmodi spei egit in Filio suo, et in adoptionem nos prædestinat per ipsum, omnique benedictione spiritali dignatur, etiam nondum factos: ut, quando contingeret in mortem labi per prævaricationem, veluti ex prisca illa radice rursus in vita natura repullularet, et tanquam jam ante benedicta, non in universum maledictioni obnoxia fieret, cum audiret: « Terra es, et in terram reverteris[10]. » Antea itaque nobis fundamenti loco ponitur Christus, atque in ipso nos omnes superædificamur, et quidem ante creationem mundi juxta prænotionem Dei om-

[8] Ephes. I, 3-5. [9] Matth. XXV, 34. [10] Gen. III, 19.

Digitized by Google

ma præscientis, ut, quemadmodum modo diximus, antiquior in nobis sit benedictio quam maledictio, antiquior promissio ad vitam quam condemnatio ad mortem, antiquior adoptatio in libertatem quam diabolica servitus. Redit autem natura in pristinum statum, superatis quæ deinceps ei acciderunt, gratia ac beneficio illius qui eam fundavit in bonis in Christo, rursumque fit id ipsum quod erat in prænotione Dei, ex charitate prædestinata ad omnia optima per Filium.

ρας τὴν εὐλογίαν, καὶ τῆς εἰς τὸν θάνατον καταδίκη
τὴν εἰς ζωὴν ὑπόσχεσιν, καὶ τῆς ἐκ τοῦ διαβόλ
δουλείας, τῆς υἱοθεσίας τὴν ἐλευθερίαν. Ἀνατρέχει
ἡ φύσις εἰς τὸ ἀρχαῖον, τὰ μεταξὺ συμβεβηκότα ν
κήσασα, διὰ τὴν χάριν τοῦ θεμελιώσαντος αὐτὴν
ἀγαθοῖς ἐν Χριστῷ, καὶ πάλιν ἐκεῖνο γίνεται ὅπερ
ἦν ἐν προγνώσει τοῦ Θεοῦ, ἐξ ἀγάπης προοριζομέν
πρὸς πάντα τὰ κάλλιστα δι' Υἱοῦ.

ALIUD, *per similitudinem et exemplum.*

Cæterum necesse est ut accuratius investigemus **175** quo pacto nobis sapientia Dei ante sæcula præfundata fuerit. Quemadmodum si quis architectus, domus ædificationem incipiens, cogitans secum, ut par est, ne domus successu temporis aliquod vitium accipiat eorum quæ domibus accidere solent, firmissimum fundamentum jacit, ac veluti radicem inconcussam operibus excogitat, ut, si vitium faciat, cum principium sive fundamentum salvum sit, aliam rursus domum ei superstruere possit : eadem ratione omnium creator Christum salutis nostræ fundamentum etiam ante creationem mundi jecit, ut cum eam per peccatum labefactari contigerit, iterum in ipso instauremur. Quantum igitur attinet ad consilium et propositum Patris, etiam ante sæcula fundatur Christus ; opus vero ipsum suo tempore effectum est, ita exigente rei necessitate. Instaurati enim sumus in Christo, adventus sui in carnem tempore, ab æterno salutis nostræ fundamentum ipsum habentes.

ΑΛΛΟ, *ὡς ἐν ὑποδείγματι.*

Πῶς ἡμῖν προθεμελιοῦται ἡ τοῦ Θεοῦ σοφία πρὸ τοῦ αἰῶνος, ἀναγκαῖον ἰδεῖν. Ὥσπερ εἴ τις ἀρχιτέκτων σοφὸς οἴκου κατασκευῆς ἀρχόμενος, ἐννοήσας τε, κατὰ τὸ εἰκὸς, μή τι ἄρα καὶ πάθοι, προϊόντος τοῦ χρόνου, τῶν ὅσα πέφυκε γίνεσθαι περὶ τὰς τῶν οἰκοδομημάτων κατασκευὰς, θεμέλιον ἀῤῥαγῆ καταβάλλεται, καὶ ῥίζαν ὥσπερ ἀκλόνητον τοῖς ἔργοις ἐπινοεῖ, ἵν' εἴ τι καὶ πάθοι σωζομένην ἔχοντα τὴν ἀρχὴν, αὖθις ἐπ' αὐτῇ καὶ ἀναστῆναι δυνηθῇ· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον ὁ πάντων δημιουργὸς, τῆς ἡμετέρας σωτηρίας προεθεμελίωσε τὸν Χριστὸν, καὶ πρὸ τῆς τοῦ κόσμου κατασκευῆς, ἵν' ἐπειδήπερ συμβῇ πεσεῖν διὰ τὴν παράβασιν, αὖθις ἀνακτισθῶμεν ἐπ' αὐτῷ. Ὅσον μὲν οὖν εἰς βουλήν τε καὶ πρόθεσιν τοῦ Πατρὸς, καὶ πρὸ τοῦ αἰῶνος θεμελιοῦται Χριστός· τὸ δέ γε ἔργον οἰκείῳ γέγονε καιρῷ, οὕτως ἀπαιτούσης τῆς χρείας τοῦ πράγματος. Ἀνανεούμεθα γὰρ ἐν Χριστῷ κατὰ τὸν τῆς ἐπιδημίας καιρὸν, οἱ καὶ πάλαι τῆς σωτηρίας αὐτὸν θεμέλιον ἔχοντες.

ASSERTIO XVI.

De æternitate Filii, et quod inseparabiliter ex substantia Patris emanet.

Qui essentiam Verbi Dei calumniari audent, et Filium inter creaturas redigere conantur, veritatem adulterantes ita aiunt : Si Filius factus est melior angelis ; ergo ex mutatione in melius id consecutus est : factus enim est, quod non erat. Quod vero in universum mutari potest et ex uno in aliud transferri, mutabilis naturæ sit, necesse est. Si vero mutabilis naturæ est, erit etiam creatæ, cui B propria est mutatio.

Πρὸς τοῦτο λύσις.

Πρῶτον μὲν οὖν προσήκει τὸν εἰς ἔρευναν τῶν θείων εἰσβαίνοντα Γραφῶν, τὸν καιρὸν ἐπιτηρεῖν καθ' ὃν λέγεται τὸ δηλούμενον, καὶ πρόσωπον παρ' οὗ, ἢ δι' οὗ, ἢ περὶ οὗ λέγεται· οὕτω γὰρ ἂν ἁπλανὴς ἡ διάνοια φυλαχθείη τοῖς ὀρθῶς ἐθέλουσι νοεῖν. Γνωσόμεθα μὲν οὖν τὸ ἀπὸ τοῦ καιροῦ χρήσιμον, τῶν ἁγίων ἀποστόλων ἀκούοντες λεγόντων Χριστῷ· « Πότε ταῦτα ἔσται, καὶ τί τὸ σημεῖον τῆς σῆς παρουσίας; » Ἐκ δὲ τοῦ μὴ εἰδέναι καιρὸν, ἐζημιώθησαν οἱ περὶ Ὑμέναιον καὶ Ἀλέξανδρον, νομίσαντες ἀνάστασιν ἤδη γεγονέναι, καὶ τοῦτο λέγοντες. Ὅτι δὲ τῶν προσώπων ἀναγκαία καὶ ἐπωφελὴς ἡ γνῶσις, εἰσόμεθα πάλιν, ὅταν ὁ Εὐνοῦχος λέγῃ πρὸς Φίλιππον· C « Δέομαί σου, περὶ τίνος ὁ προφήτης λέγει, περὶ ἑαυτοῦ ἢ περὶ ἑτέρου τινός; » ἢ ὡς ὅταν ὁ μακάριος Παῦλος, τοῦ Σωτῆρος τὸ πρόσωπον εἰσφέρεσθαι βουλόμενος, λέγῃ· « Ἐφ' ὃν γὰρ λέγεται ταῦτα, φυλῆς ἑτέρας μετέσχηκε. Πρόδηλον γὰρ, ὅτι ἐξ Ἰούδα ἀνατέταλκεν ὁ Κύριος. » Ὅτι δὲ καὶ τὸ πρᾶγμα μὴ ἀγνοεῖν ἀναγκαῖον, ἐντεῦθεν ἔσται καταφανές. Ὅταν γὰρ οἱ προφῆται τὰ περὶ τοῦ Σωτῆρος προκηρύττωσι, καὶ ὁ μὲν λέγῃ· « Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει· » ἑτέρωθι δὲ πάλιν, « Ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη· » καὶ μὴ κυρίως τὰ τοιαῦτα νοῆται περὶ Χριστοῦ, μακρὰν που τῆς ἀληθείας ὁ νοῦς οἰχήσεται, καὶ τῶν εὐσεβῶν ἐκπεσεῖται νοημάτων. Ἀναγκαία τοίνυν τῶν εἰρημένων ἡ ἐπιτήρησις. Ἐπιτηρηθέντων τοίνυν ἀκριβῶς καιροῦ, καὶ προσώπου, καὶ πράγματος, D εὑρεθήσεται ταῦτα λέγων ὁ Παῦλος, ὅτι δι' ἡμᾶς ἐνηνθρώπησεν ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ὅτε τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν καθαρισμὸν ποιησάμενος ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλωσύνης ἐν ὑψηλοῖς, τότε κρείττων γέγονε τῶν ἀγγέλων· οὐ τὴν φύσιν εἰς ἕτερόν τι μεταβαλών, ἢ ὅπερ οὐκ ὢν φαίνεται πρότερον, ὕστερον γεγονώς· οὐ γὰρ περὶ τῆς φύσεως τοῦ Υἱοῦ νῦν ὁ λόγος ἐστὶ τῷ Παύλῳ, ἀλλὰ περὶ πράγματος γενομένου ἐν καιρῷ τῆς ἐνανθρωπήσεως. Οὐκοῦν οὐ τῇ φύσει τῶν ἀγγέλων τὴν τοῦ Υἱοῦ φύσιν συγκρίνεσθαι θέλων, κρείττονα τῶν ἀγγέλων αὐτὸν γεγενῆσθαι φησιν, ἀλλὰ

Primum quidem oportet eum qui ad investigationem sacrarum Scripturarum accedit, observare tempus quo aliquid dicitur, et personam a qua, propter quid, et de quo dicitur : ita enim qui recte sentire velint, citra ullum errorem quæ scripta sunt intelligent. Temporis itaque utilitatem cognoscemus, cum audiemus sanctos apostolos ad Christum dicentes : « Quando hæc erunt, et quod signum est tui adventus [76] ? » Hymenæus etiam et Alexander propter ignorantiam temporis errarunt, asserentes resurrectionem jam factam esse [77]. Quod vero personarum notitia necessaria utilisque sit, ex eo intelligemus, cum eunuchus ad Philippum ait : « Oro te, de quo loquitur propheta ? de seipso aut de alio aliquo [78] ? » Aut quando Paulus Servatoris personam intelligi volens, dicit : « De quo enim hæc dicuntur, is de alia tribu est. Manifestum est quod ex Juda ortus est Dominus [79]. » Quod autem necesse sit rem ipsam non ignorare, inde constat. Quando enim prophetæ, quæ ad Christum pertinent, prædicunt, atque hic quidem dicit : « Ecce **200** virgo in utero concipiet [80] ; » alibi vero : « Sicut ovis ductus ad occisionem [81], » nisi proprie hæc de Christo intelligantur, sensus longe a veritate aberrabit, et a piis cogitationibus deflectet. Necessaria igitur est eorum quæ dicuntur consideratio. Si quis ergo accurate animadvertat tempus, personam, et rem, hoc a Paulo dictum esse comperiet, Verbum Dei propter nos incarnatum esse, quando purgatis peccatis nostris sedit in dextera majestatis in excelsis ; tunc melior angelis factus est : non natura ipsius in aliud quidpiam mutata, aut quod antea non erat, postea effectus ; neque enim Paulus nunc de natura Filii loquitur, sed de re quæ facta est tempore incarnationis. Non igitur naturam Filii cum natura angelorum comparare volens, præstantiorem ipsum angelis effectum esse ait, sed res atque actiones inter se comparat, atque hac ratione præstantiorem factum esse Filium

[75] Hebr. I, 3, 4. [76] Matth. XXIV, 3. [77] II Tim. II, 17, 18. [78] Act. VIII, 34. [79] Hebr. VII, 13 14. [80] Isa. VII, 14. [81] Isa. LIII, 7.

Digitized by Google

ostendit. Est vero hic dicti sensus : Paulus cum Hebræis disserens, magnaque libertate demonstrare volens ministerium Christi præstantius fuisse et prophetarum missione et administratione legis per angelos facta, ex dignitate personarum comparationem facit, et inquit : « Olim Deus loquens patribus in prophetis, novissimis istis diebus locutus est nobis in Filio, quem constituit hæredem universorum, per quem fecit et sæcula. Qui cum sit splendor gloriæ, et character substantiæ ejus, portansque omnia Verbo virtutis suæ, purgationem peccatorum faciens, sedet ad dexteram majestatis in excelsis [84]. » Cum igitur tantam gloriam Filio ascribit, et quæ naturæ Patris propria sunt ipsi accommodat : tunc illum tanto præstantiorem angelis factum esse ait, quanto etiam præstantius præ illis nomen est adeptus, utpote Filius, et hæres, et splendor, et character, et imago, et in eodem solio sedens, et creator. Atqui si per hæc multo excellentior angelis censetur, excellentior etiam ipsius erit administratio quam illorum. Cum vero dicitur factus esse, non quod ex nihilo ad esse traductus sit significatur (erat enim Verbum in principio [85]), neque quod a minore in majus mutatus sit (perfectus enim est Filius ex perfecto Patre), sed quod veluti ex comparatione gloriæ et dignitatis majus et **201** minus appareat. Quemadmodum si quis hominem equo conferat, dicat ab eo qui æstimarit hominem præstantiorem factum, quia sit rationis particeps. Nam quod hoc verbum *fieri* non semper naturæ mutationem significet, manifestum fuerit ex Davide dicente ad Deum : « Fias mihi in Deum protectorem [86] ; » et rursum : « Factus est mihi Dominus in salutem [87] ; » et : « Factus est mihi Dominus in refugium [88]. » Administrationis igitur et gloriæ, non naturæ in Filio ad angelos comparatio fit.

πραγμάτων ποιεῖται σύγκρισιν· καὶ κατὰ τοῦτο κρείττονα τὸν Υἱὸν γενέσθαι φησίν. Ἔσται δὲ τοῦ λεγομένου τοιοῦτος ὁ νοῦς· Ὁ Παῦλος Ἑβραίοις διαλεγόμενος καὶ μετὰ πολλῆς παῤῥησίας ἀποδεῖξαι βουληθεὶς, ὅτι κρείττων ἐστὶν ἡ Χριστοῦ διακονία καὶ τῆς τῶν προφητῶν ἀποστολῆς καὶ τοῦ διακονηθέντος δι' ἀγγέλων νόμου, ἀπὸ τῆς τῶν προσώπων ἀξίας ποιεῖται τὴν σύγκρισιν, καί φησι· « Πάλαι λαλήσας ὁ Θεὸς τοῖς πατράσιν ἡμῶν ἐν τοῖς προφήταις, ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν τούτων ἐλάλησεν ἡμῖν ἐν Υἱῷ, ὃν ἔθηκε κληρονόμον πάντων, δι' οὗ καὶ ἐποίησε τοὺς αἰῶνας. Ὃς ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, φέρων τε τὰ πάντα τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, καθαρισμὸν τῶν ἁμαρτιῶν ποιησάμενος, ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τοῦ θρόνου τῆς μεγαλωσύνης ἐν ὑψηλοῖς. » Τοσαύτην τοίνυν περιθεὶς τῷ Υἱῷ τὴν δόξαν, καὶ τὰ τῆς φύσεως τοῦ Πατρὸς ἴδια προσάψας αὐτῷ, τότε φησὶ κρείττονα γενέσθαι τῶν ἀγγέλων, ὅσῳ καὶ μεῖζον ἔχει παρ' ἐκείνους τὸ ὄνομα, ὡς Υἱὸς καὶ κληρονόμος, καὶ ἀπαύγασμα, καὶ χαρακτὴρ, καὶ εἰκών, καὶ ὁμόθρονος, καὶ ποιητής. Εἰ δὲ πολὺ κρείττων καὶ διαφορώτερος τῶν ἀγγέλων διὰ ταῦτα νοεῖται, κρείττων ἄρα καὶ ἡ αὐτοῦ τῆς ἐκείνων διακονίας. Σημαίνοι δ' ἂν εἰκότως ἐνθάδε τὸ « γέγονεν, » οὐ τὴν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραγωγὴν (ἦν γὰρ ὁ Λόγος ἐν ἀρχῇ), οὐδὲ τὴν ἐξ ἐλάττονος εἴς τι μεῖζον μεταβολὴν (τέλειος γὰρ ἐκ τελείου Πατρὸς ὑπῆρχεν ὁ Υἱός), ἀλλ' ὥσπερ ἐν συγκρίσει δόξης καὶ ἀξιώματος τὸ μεῖζον καὶ κρεῖττον ὀφθέν. Ὥσπερ ἂν εἴ τις ἄνθρωπος ἵππῳ συγκρίνοιτο, καὶ λέγοιτο κρείττων αὐτοῦ γεγενῆσθαι παρὰ τοῖς δοκιμάζουσι διὰ τὸ εἶναι λογικόν. Ὅτι γὰρ τὸ *γενέσθαι* οὐ πάντως φύσεως σημαίνει μεταβολὴν, πρόδηλον ἔσται διὰ τοῦ λέγοντος πρὸς Θεόν, « Γενοῦ μοι εἰς Θεὸν ὑπερασπιστήν· » καὶ πάλιν· « Ἐγένετό μοι Κύριος εἰς καταφυγήν· » καὶ, « Ἐγένετό μοι Κύριος εἰς σωτηρίαν. » Διακονίας ἄρα καὶ δόξης, καὶ οὐ φύσεως, τῷ Υἱῷ πρὸς ἀγγέλους ἡ σύγκρισις.

Exempla quibus declaratur vocem hanc, « melior, » in sacra Scriptura etiam de iis quæ multum inter se distant, aut ratione naturæ, aut dignitatis, aut secundum mensuram gratiæ usurpari.

Παράθεσις ῥητῶν σημαινουσα ὅτι τὸ, « κρείττων, » ἡ θεία Γραφὴ καὶ ἐπὶ τῶν πολὺ διεστηκότων, ἢ κατὰ τὸν τῆς φύσεως λόγον, ἢ κατὰ τὴν ἀξίαν τίθησιν, ἢ κατὰ τὸ μέτρον τῆς χάριτος.

Quantum ad gratiam : « Melior est dies una in atriis tuis super mille [89] ; » quid enim æquale atriis cœlestibus inveniri potest ? Quantum ad dissimilitudinem naturæ : « Accipite doctrinam, et non argentum ; melior enim est sapientia quam lapides electi [90]. » Isaias de eunuchis Deum dicentem inducit : « Dabo eis nomen æternum, quod est melius quam filii et filiæ [91]. » Melius itaque, non de quavis differentia, sed de magna et incomparabili sæpenumero excellentia dicitur.

Ὅσον εἰς τὴν χάριν· « Κρείσσων ἡμέρα μία ἐν ταῖς αὐλαῖς σου ὑπὲρ χιλιάδας· » τί γὰρ ἴσον ἔσται τῶν αὐλῶν τῶν οὐσῶν ἐν τοῖς οὐρανοῖς ; Εἰς ἀνομοιότητα φύσεως· « Λάβετε παιδίαν, καὶ μὴ ἀργύριον· κρείσσων γὰρ σοφία λίθων ἐκλεκτῶν. » Ἡσαΐας περὶ τῶν εὐνούχων εἰσφέρει λέγοντα Θεόν· « Κρείσσονα υἱῶν καὶ θυγατέρων ὄνομα αἰώνιον δώσω αὐτοῖς. » Οὐκοῦν τὸ κρεῖσσον, οὐκ ἐπὶ τῆς τυχούσης διαφορᾶς, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ μεγάλης καὶ ἀσυγκρίτου πολλάκις ὑπεροχῆς τάττεται.

ALIUD, *in eamdem sententiam.*

Beatus Paulus suum ipsius dictum explicans, manifestissimeque ostendens quidnam sit hoc, « Melior factus angelis [92], » ad ea quæ dixit infert :

ΑΛΛΟ, *εἰς τὸ αὐτό.*

Ἐπεξηγούμενος τὴν οἰκείαν φωνὴν ὁ μακάριος Παῦλος, καὶ σαφέστατα δεικνύων, τί ἐστι τὸ, « Κρείττων γενόμενος τῶν ἀγγέλων, » ἐπιφέρει τοῖς εἰρη-

[84] Hebr. I, 1-3. [85] Joan. I, 1. [86] Psal. XXX, 3. [87] Psal. CXVII, 28. [88] Psal. XCII, 22. [89] Psal. LXXXIII, 11. [90] Prov. VIII, 10, 11. [91] Isa. LVI, 5. [92] Hebr. I, 4.

Digitized by Google

μένοις· « Τίνι γὰρ εἶπέ ποτε τῶν ἀγγέλων· Κάθου ἐκ δεξιῶν μου; » καὶ ὅτι περὶ τοῦ Υἱοῦ γέγραπται· « Καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι Θεοῦ. » Εἰ δὲ ὁ τῆς συγκρίσεως λόγος, τὸ μὲν ὡς συγκαθεζόμενον τῷ Πατρὶ καὶ προσκυνούμενον εἰσφέρει, τοὺς δὲ ὡς παρεστηκότας τε καὶ προσκυνεῖν ἐπιτεταγμένους, οὐκ ἐπὶ τῆς οὐσίας ἔσται πάντως τὸ, « κρείττων· » ἀλλ' ἐν τοῖς περὶ τὴν οὐσίαν ἀξιώμασι καὶ ταῖς ἔξωθεν τῆς φύσεως τιμαῖς. Οὐκοῦν οὐχ ἕν τι τῶν γενητῶν ὁ Υἱὸς, ἀλλ' ἕτερόν τι παρὰ ταῦτα, τουτέστι, Λόγος ἴδιος τοῦ Πατρός.

A « Cui enim unquam angelorum dixit : Sede a dextris meis [91] ? » et quod de Filio scriptum est : « Et adorent eum omnes angeli Dei [92]. » Si vero comparationis ratio hæc est, ut hunc quidem assidentem Patri et adoratum inducat, illos vero circumstantes et adorare jussos : certe illud, « melior, » non de essentia dicetur, sed de dignitatibus quæ substantiæ accidunt, deque extrinsecis naturæ honoribus. Non est igitur unus ex creatis Filius, sed diversum quidpiam ab iis, hoc est, proprium Verbum Patris.

ΑΛΛΟ, *εἰς τὸ αὐτό.*

ALIUD, *in idem.*

Τὸ « γέγονεν, » ὅτε μόνον καὶ καθ' ἑαυτὸ λέγεται, σημαίνει πολλὰ· καὶ οὐ πάντως ὑποστάσεώς ἐστι δηλωτικὸν, ἀλλ' ὅταν αὐτῷ τι συνάπτηται, τότε γνωρίζει τὴν καθ' οὗ κατηγορεῖται δύναμιν· οἷον, φέρε εἰπεῖν, γέγονέ τις τέκτων ἢ λιθοξόος, οὐ πάντως ἄνθρωπος ἵνα καὶ τέκτων· ἀλλ' ἐπειδήπερ ἄνθρωπος, γέγονε τέκτων, τῆς τέχνης ὢν δεκτικὸς, καὶ κατὰ μόνης ἐνθάδε τῆς ἐπιστήμης χωρήσει τὸ « γέγονεν, » οὐ πάντως κατὰ τῆς ὑποστάσεως ἢ τῆς εἰς τὸ εἶναι παραγωγῆς. Οὐκοῦν εἰ λέγοιτο Χριστὸς κρείττων γεγενῆσθαι τῶν ἀγγέλων, οὐ περὶ τὸν τῆς φύσεως λόγον ἔχει τὴν σύγκρισιν, ἀλλὰ περὶ τιμὴν καὶ ἀξίωμα.

B « Factus est, » quando solum, ac per se dicitur, multa significat; neque in universum hypostasim denotat : sed cum illi aliquid conjungitur, tum ejus de quo prædicatur vim atque virtutem declarat : ut, exempli gratia, factus est aliquis faber, vel statuarius : non in universum homo ut et faber; sed quando homo factus est faber, artis capax exsistens, de sola scientia dicitur illud, **202** « factus est, » non autem de ipsius hypostasi, aut de traductione ad esse. Quocirca si dicatur Christus factus esse melior angelis, comparatio hæc ad rationem naturæ referenda non est, sed ad honorem et dignitatem.

ΑΛΛΟ, *εἰς τὸ αὐτό.*

ALIUD, *in idem.*

« Τοσούτῳ κρείττων γενόμενος τῶν ἀγγέλων. » Τὸ « γέγονεν » εἰ καὶ κατὰ τῆς οὐσίας τάττοιτο τοῦ Υἱοῦ, οὐδὲν αὐτὴν ἀδικήσει τῆς λέξεως ἡ δύναμις, ἀδιαφόρως κειμένης πολλάκις κατὰ τῶν γεννωμένων. Ἐπὶ μὲν οὖν τῶν ὄντως γινομένων καὶ ποιουμένων, οὐκ ἂν τις ἐπιδείξαι τὸ γεννᾶσθαι κείμενον κυρίως καὶ κατὰ φύσιν· ὅτι κἂν γεννώμενον φαίνηται, ἔχει πρὸ ἑαυτοῦ τὸ πεποιῆσθαι παρὰ τοῦ κτίσαντος. Οἷον ἄνθρωπος γεννᾶται μὲν, πεποίηται δὲ, καὶ κύριον αὐτοῦ τοῦτο μᾶλλον ἢ τὸ δεύτερον. Εἰ δὲ καὶ λέγοιντό τινες διὰ τοῦ Πνεύματος γεγεννῆσθαι, ἀλλὰ καὶ οὗτοι πρὸς μίμησιν τοῦ ἀληθῶς γεννηθέντος ἐκ Πατρὸς Θεοῦ Λόγου, καὶ οὐκ ἔξω τοῦ πεποιῆσθαι τυγχάνουσιν· ὥστε τὸ τῆς γεννήσεως ὄνομα καταχρηστικῶς ἂν εἴη μᾶλλον ἢ φυσικῶς ἐν τοῖς γενητοῖς. Τὸ δὲ γεννηθὲν, κἂν γενέσθαι λέγηται, οὐδὲν ὑπομένει τὸ βλάβος, ἀδιαφορούσης περὶ τοῦτο τῆς θείας Γραφῆς. Λέγει γὰρ ὅτι ἐγένοντο τῷ Ἰὼβ υἱοὶ ἑπτὰ καὶ θυγατέρες τρεῖς. Καὶ πάλιν· « Ἦν Ἀβραὰμ ἑκατὸν ἐτῶν ὅτε ἐγένετο αὐτῷ Ἰσαὰκ ὁ υἱὸς αὐτοῦ. » Εἰ δὲ τὸ γεννώμενον γενέσθαι λέγεται καὶ ἐπ' ἀνθρώπων, ἀδιαφορείτω τις τοῦτο ἀκούων καὶ περὶ τοῦ Υἱοῦ. Ἐπὶ δὲ τῶν γενητῶν οὐκ ἀδιαφορήσει διὰ τὸν προαπεδεδομένον λόγον.

C « Tanto factus est melior angelis. » In hoc dicto si vox hæc « factus est, » ad essentiam Filii referatur, nihil illi officiet hujus vocis vis, quæ indifferenter sæpenumero de genitis ponitur. Atqui de iis quæ re vera facta sunt, nemo certe proprie ac naturaliter dici ostendet generari; quia tametsi generatum appareat, habet tamen ante se quod factum sit a Creatore. Quemadmodum homo generatur quidem, factus tamen est : atque hoc quidem illi magis proprium est, quam illud. Si vero dicantur nonnulli per Spiritum geniti esse : sed et hi ad imitationem Verbi, quod vere ex Patre genitum est, ita vocantur : facti tamen esse non desinunt; quocirca generationis nomen abusive potius quam proprie de iis quæ facta sunt, usurpatur. Genitum vero, tametsi dicatur factum esse, nihil damni inde percipit, cum sacra Scriptura indifferenter eo utatur. Dicit quod facti sint Job filii septem, et filiæ tres [93]. Item : « Erat Abraham annorum centum quando factus est ei Isaac filius ejus [94]. » Si vero quod generatum est, factum esse dicitur etiam in hominibus, indifferenter hoc etiam accipiat, si quis de Filio id dici audierit. De iis autem quæ facta sunt, non item indifferenter accipiet, ob rationem jam dictam.

ΑΛΛΟ.

Εἰς τὸ ἑαυτὸ, ὡς ἐκ τῶν δι' ἐναντίας.

ALIUD.

In idem, ex objectione hæreticorum.

Γέγραπται, φησὶ, περὶ Υἱοῦ, ὅτι « Τοσούτῳ κρείττων γενόμενος τῶν ἀγγέλων. » Ἐπειδὴ δὲ φιλοῦσιν αἱ συγκρίσεις ἀεὶ γίνεσθαι περὶ τὰ ὁμοειδῆ (οὐδὲ γὰρ

Scriptum est, inquiunt, de Filio, quod, « tanto melior factus sit angelis. » Cum vero comparationes semper fieri soleant inter ea quæ ejusdem

[91] Hebr. I, 5. [92] ibid. 6. [93] Job I, 2. [94] Gen. XXI, 6.

Digitized by Google

sunt speciei (neque enim quispiam recte hominem equo contulerit, aut ovem cani, sed hominem hominibus, et ovem ovi), necessarium omnino est ut factum esse Filium fateamur, cum comparetur angelis, quorum natura facta est.

Solutio objectionis.

Solent quidem comparationes inter res specie convenientes fieri. Sed cum ejusmodi inter se comparantur, vocem illam, « melior » non libenter neque proprie admittunt; sed magis et minus potius eis convenit, aut præ interdum etiam plus de eis dici : quippe quæ magis propriam comparationem ostendit : ita Joseph formosus plus quam fratres sui dicitur [95]. Stella vero non **203** dicitur melior quam alia stella, sed excellere gloria. Ita Servator quando hominibus ut homo comparatur, non dicitur melior pulchritudine, sed formosus præ filiis hominum [96]. Cum vero quæ diversæ speciei sunt inter se comparantur, tum magis proprie dicitur, melius. Atque ita scriptum est : « Melior est enim sapientia quam lapides pretiosi [97]. » Quænam enim est societas naturæ sapientiæ cum lapidibus? Si ergo comparatio rerum specie convenientium aliam rationem habet, de iis vero quæ secundum naturam suam diversæ sunt speciei, melius dicitur : certe Filius angelis similis non erit, neque factus ut illi, sed hyperbolica comparatione hoc fiet. Atque ea ipsa ratione qua dicitur melior, diversæ potius quam ejusdem speciei cum eis erit.

ALIUD, *in idem.*

Si, quia sacra Scriptura dicit : « Tanto melior factus angelis, » ejusdem speciei cum angelis est Filius, utpote eis comparatus, videant quam periculosa inde sequatur consequentia. Quid enim obierit quominus Deo assidere angelos, unaque cum eo regnare dicamus, nihilque excellentius in Filio quam in angelis esse? Nam quæ ejusdem speciei sunt, tametsi quamdam inter se differentiam habeant, ejusdem tamen sunt naturæ. Hac enim ratione etiam ejusdem speciei sint. Quocirca cum de angelis dicatur : « Faciens angelos suos spiritus [98]; » de Filio autem : « Sedes tua, Deus, in sæculum sæculi [99]; » et angeli, juxta illorum opinionem, ejusdem sint speciei cum Filio, quia nimirum ideo quod dicitur melior, cum eis comparatur : nihil obstiterit quominus etiam angeli possint assidere Deo; tametsi nemo eorum eam dignitatem sit adeptus; frustraque, ut verisimile est, Paulus dicit : « Cui enim unquam angelorum dixit : Sede a dextris meis [1]? » Aut quomodo illud tanquam eximium largitur Filio, si angelorum quoque natura id sibi vindicat, siquidem ejusdem sunt cum eo speciei? Omnia enim unius naturæ attributa, cum omnibus ejusdem speciei sunt communia. Prærogativæ autem quæ adjectione aliqua cuipiam accidunt, ad substantiam non pertinent. Exempli gratia, una qui-

A ἄν τις εὐλόγως ἵππῳ συγκρίναι τὸν ἄνθρωπον ἢ κυνὶ τὸ πρόβατον, ἀλλ' ἄνθρωπον μὲν ἀνθρώποις, τὸ δὲ πρόβατον τῷ προβάτῳ), ἀνάγκη πᾶσα γενητὸν εἶναι συνομολογεῖν τὸν Υἱόν, ὃς ἀγγέλοις συγκρίνεται τοῖς γενητὴν ἔχουσι τὴν φύσιν.

Πρὸς τοῦτο λύσις.

Φιλοῦσι μὲν ὁμολογουμένως ἐν τοῖς ὁμοειδέσιν αἱ συγκρίσεις γίνεσθαι. Ἀλλ' ὅταν τὰ τοιαῦτα πρὸς ἄλληλα κρίνηται, τὸ « κρείττων » λέγεσθαι μισεῖ, καὶ οὐκ οἰκείως ἐπιδέξεται τὴν φωνήν· ἁρμόσει δὲ ἐπ' αὐτῶν τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον, καὶ τὸ διαφερόντως λέγεσθαι, καὶ τὸ πλέον ἔσθ' ὅτε· ἃ δὴ καὶ κυριωτέραν δεικνύει τὴν σύγκρισιν· οὕτως Ἰωσὴφ ὡραῖος παρὰ τοὺς ἀδελφούς. Ἀστὴρ δὲ πάλιν ἀστέρος οὐ κρείττων, ἀλλὰ διαφέρει ἐν δόξῃ· οὕτως ὁ B Σωτὴρ, ὅτε τοῖς ἀνθρώποις ὡς ἄνθρωπος συγκρίνεται, οὐ κρείττων κάλλει λέγεται, ἀλλ' ὡραῖος παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. Ὅτε δὲ τὰ ἑτεροειδῆ πρὸς ἄλληλα τὴν σύγκρισιν ἔχει, τότε λέγεται τὸ κρεῖττον οἰκειότερον. Οὕτω καὶ γέγραπται· « Κρείσσων γὰρ σοφία λίθων πολυτελῶν. » Ποία δὲ κοινωνία φύσεως σοφίᾳ καὶ λίθοις; Εἰ τοίνυν ἕτερον μὲν ἔχει τύπον ἐν τοῖς ὁμοειδέσιν ἡ σύγκρισις, ἐπὶ δὲ τῶν ἀνομοίων κατὰ τὴν φύσιν τὸ κρεῖττον τάττεται, οὐκ ἔσται τοῖς ἀγγέλοις ὅμοιος ὁ Υἱός, οὐδὲ γενητὸς ὥσπερ ἐκεῖνοι, ἀλλ' ὑπερβολικὴν ἔχει τὴν σύγκρισιν. Καὶ διὰ τοῦ λέγεσθαι κρείττων, ἑτεροειδὴς ἔσται μᾶλλον ἢ ὁμοειδής.

C

ἌΛΛΟ, *εἰς τὸ αὐτό.*

Εἰ διὰ τὸ λέγειν τὴν Γραφήν, « Τοσούτῳ κρείττων γενόμενος τῶν ἀγγέλων, » ὁμοειδὴς ἔσται τοῖς ἀγγέλοις ὁ Υἱὸς ὡς πρὸς αὐτοὺς ἔχων τὴν σύγκρισιν, ὁράτωσαν ποῖ ποτε ὁ λόγος αὐτοῖς κινδυνεύσει. Ὥρα γὰρ ὁμολογεῖν καὶ συγκαθεσθῆναι δύνασθαι τῷ Θεῷ τοὺς ἀγγέλους καὶ συμβασιλεύειν αὐτῷ· καὶ τὸ περιττὸν οὐδὲν ἐν Υἱῷ παρ' ἐκείνους. Τὰ γὰρ ἀλλήλοις ὁμοειδῆ, κἂν ἔχῃ τινὰ πρὸς ἄλληλα τὴν διαφορὰν, ἀλλὰ τῆς αὐτῆς ἔχεται φύσεως. Οὕτω γὰρ ἂν εἴη καὶ ὁμοειδῆ. Οὐκοῦν ἐπειδήπερ περὶ μὲν ἀγγέλων λέγεται· « Ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, » περὶ δὲ τοῦ Υἱοῦ· « Ὁ θρόνος σου, ὁ Θεὸς, εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος, » ὁμοειδεῖς δὲ ἄγγελοι καὶ ὁ Υἱὸς D κατ' ἐκείνους, διὰ τὸ πρὸς αὐτοὺς ἐν τῷ λέγεσθαι κρείττων ἔχειν τὴν σύγκρισιν· οὐδὲν ἄρα κωλύσει καὶ ἀγγέλους δύνασθαι συγκαθεσθῆναι τῷ Θεῷ, εἰ καὶ μή τις αὐτῶν ἠξιώθη τοῦ πράγματος. Καὶ μάτην, ὡς εἰκὸς, ὁ Παῦλος λέγει· « Τίνι γὰρ εἶπέ ποτε τῶν ἀγγέλων· Κάθου ἐκ δεξιῶν μου; » Ἢ πῶς τοῦτο δίδωσιν ὡς ἐξαίρετον τῷ Υἱῷ, ἑλκούσης αὐτὸ πρὸς ἑαυτὴν καὶ τῆς τῶν ἀγγέλων φύσεως, εἴπερ εἰσὶν ὁμοειδεῖς πρὸς αὐτόν; Κοινὰ γὰρ ἅπασι τοῖς ὁμοειδέσι τὰ ἐν τῇ αὐτῇ φύσει κείμενα. Τὰ δὲ ἐκ προσθήκης ἐπισυμβαίνοντά τισι πλεονεκτήματα, τῆς οὐσίας οὐχ ἅπτεται. Οἷον μία μὲν ἀνθρώποις ἡ φύσις, πλουτοῦσι δὲ οὐ πάντες, οὔτε μὴν βασιλεύουσι· δεκτικοὶ δὲ ὅμως

[95] Gen. xxxix, 6. [96] Psal. xliv, 3. [97] Prov. viii, 19. [98] Hebr. i, 7. [99] Psal. xliv, 7. [1] Hebr. i, 13.

Digitized by Google

καὶ τούτων εἰσίν. Ἀλλ' οὐδεὶς ἐπιτρέπει τοῖς ἀγγέλοις τὴν Υἱοῦ δόξαν φορεῖν· ὁ μὲν γὰρ Δεσπότης, τὰ δὲ δοῦλα τυγχάνει. Οὐχ ὁμογενὴς ἄρα τοῖς ἀγγέλοις ἐστὶν, ὁ τῷ Πατρὶ συμβασιλεύων καὶ συγκαθήμενος.

ΑΛΛΟ. *Ὅτι οὐχ ὁμοφυὴς τοῖς ἀγγέλοις ὁ Υἱός.*

Ποίημα καὶ ποιητὴς οὐκ ἄν ποτε τῆς αὐτῆς εἶεν φύσεως. Ἕτερον γάρ τι τὸ ποιοῦν, καὶ ἕτερον τὸ ποιούμενόν ἐστιν. Εἰ γὰρ μὴ οὕτως ἔχει, τί τὸ διαιροῦν κατὰ φύσιν τῶν γενητῶν τὸν Θεόν; Ὅτε τοίνυν πάντα δι' Υἱοῦ ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ ἐργάζεται, ἓν δέ τι τῶν πάντων ἐστὶ καὶ ἡ τῶν ἀγγέλων φύσις, γέγονεν ἄρα δι' Υἱοῦ καὶ πεποίηται. Οὐχ ὁμογενὴς οὖν τοῖς δι' αὐτοῦ γενομένοις καὶ διὰ τούτου φανεῖται· ἀλλ' ὁ μὲν φορέσει τοῦ Δημιουργοῦ τὴν ἀξίαν, τὰ δὲ τὴν κατὰ τὸ πεποιῆσθαι δουλείαν. « Τὰ γὰρ σύμπαντα, φησὶ, δοῦλά σου, » ἡ θεία Γραφή.

ΑΛΛΟ. *Ὅτι οὐχ ὁμογενὴς τοῖς ἀγγέλοις ὁ Υἱὸς διὰ τὸ λέγεσθαι κρείττων αὐτῶν γεγενῆσθαι.*

Πᾶν ὅπερ ἂν φαίνηται γεγονὸς κατ' οὐσίαν, καὶ εἰς τὸ μὴ εἶναι καταλήξει ποτὲ θελήσαντος τοῦ Δημιουργοῦ· καὶ ὅπερ ἂν ἔχοι φύσιν τοῦ παθεῖν δεκτικήν, πάθοι, ἂν εἰ καὶ μή πω πέπονθε. Τὸ δὲ πάσχειν οὐ πεφυκὸς, οὐκ ἄν τι πάθοι ποτὲ, καὶ ἕτερόν τι παρ' ἐκεῖνό ἐστι· καὶ τὸ ἀεὶ ὡσαύτως ὄν, οὔτε τοῦ εἶναι ἤρξατο, οὔτε μὴν οἶδε τὸν ἐπὶ τέλει δρόμον, ὥσπερ τὰ τοῦ εἶναι ἀρξάμενα. Ἀλλ' οὐκ ἄν τις εἴποι νοῦν ἔχων, τὰ τοσαύτην ἔχοντα πρὸς ἄλληλα τὴν ἐναντιότητα, καὶ οὕτω κατὰ φύσιν διεστηκότα, ὁμοφυῆ τε εἶναι καὶ τῆς αὐτῆς ὑπάρχειν οὐσίας. Εἰ τοίνυν ἐπὶ μὲν τῶν ποιημάτων ὡς ὑποκειμένων καὶ φθορᾷ λέγεται, « Αὐτοὶ ἀπολοῦνται· » ἐπὶ δὲ τοῦ Υἱοῦ, Σὺ δὲ διαμένεις· κἀκεῖνα μὲν παλαιωθήσεται, ὡς γενητὴν ἔχοντα τὴν φύσιν· τοῦ δὲ Υἱοῦ « τὰ ἔτη οὐκ ἐκλείψουσι· » πῶς ὁμοφυὴς ἔσται τοῖς ἀγγέλοις ὁ Υἱὸς, τοῖς πεποιημένοις ὁ ποιητὴς, τοῖς γεγενημένοις ὁ ἀγένητος, τοῖς παρελθεῖν δυναμένοις ὁ αἰώνιος; Εἰ γὰρ καὶ ἀθάνατόν τι χρῆμα ὁ ἄγγελός ἐστι διὰ τὴν οὕτω κειμένην ἐπ' αὐτῷ τοῦ ποιήσαντος βούλησίν τε καὶ χάριν, ἀλλ' ἐπείπερ ἀρχὴν τοῦ εἶναι ἔχει, δύναιτ' ἂν καὶ εἰς τέλος ἐλθεῖν. Φύσεως δὲ πλεονεκτήματα τοῖς ἔχουσίν ἐστιν ἰσχυρὰ, καὶ οὐχὶ τῷ πεποιηκότι Θεῷ. Ὥσπερ οὖν καὶ τὸ πῦρ καυστικὸν μέν ἐστιν, ἀλλ' οὐ τῷ Θεῷ· οὕτω καὶ ἄγγελος ἀθάνατος μὲν, ἀλλ' οὐ τῷ Θεῷ. Μόνος γὰρ αὐτὸς κυρίως ἀθάνατος, φυσικῶς ἔχων, οὐκ ἀπὸ χάριτος, τὴν ἀσφάλειαν, ὥσπερ τὰ γενητά

ΑΛΛΟ, *μετὰ ἀποδείξεως, ὅτι ἄγγελοι μὲν δοῦλοι, Δεσπότης δὲ ὁ Υἱός.*

Εἰ οὐδεὶς δύναται ἀφεῖναι ἁμαρτίας, εἰ μὴ μόνος ὁ Θεὸς, ἀφίησι δὲ ὁ Υἱὸς, Θεὸς ἄρα, καὶ οὐ τοῖς ποιήμασιν ἐναρίθμιος. Ἄγγελοι μὲν γὰρ προσεύχονται

[a] Psal. cxviii, 91. [b-b] Psal. ci, 27, 28.

dem est hominum natura, at non omnes sunt opulenti, aut reges, quamvis tamen etiam earumdem rerum sint capaces. At nemo angelis Filii gloriam deferet : nam hic Dominus, illi vero servi sunt. Non est igitur ejusdem generis cum angelis Filius, qui una cum Patre regnat eique assidet.

204 ALIUD. *Quod non sit ejusdem naturæ cum angelis Filius.*

Creator et creatura nunquam ejusdem naturæ fuerint. Aliud enim est id quod creat, aliud quod creatur. Nam si res ita se non haberet, quidnam distingueret Deum secundum naturam a creatis? Cum igitur Deus ac Pater omnia per Filium operetur : unum vero ex omnibus est etiam angelorum natura : facta itaque est et creata per Filium. Hac ipsa igitur ratione non est ejusdem generis cum iis quæ per ipsum facta sunt; sed hic quidem Creatoris dignitatem obtinebit, hæ vero ea ratione qua facta sunt, servilem conditionem. « Universa enim serviunt tibi, » inquit sacra Scriptura [a].

ALIUD. *Quod non sit ejusdem generis cum angelis Filius ideo quia melior ipsis factus esse dicitur.*

Quidquid secundum substantiam suam factum est, potest etiam volente Creatore in nihilum redigi; et quidquid habet naturam passionis capacem, fieri potest ut patiatur, tametsi nondum passum sit. Quidquid natura ita comparatum est, ut pati non possit, certe nunquam patietur, et diversum est ab illo : et quod semper eodem modo exsistit, neque exsistendi initium habuit, neque ad interitum aut finem vergere potest, quemadmodum illa quæ exsistendi initium habuerunt. Atqui nemo sanæ mentis dixerit ea quæ adeo contraria inter se sunt, et tantopere natura dissident, ejusdem naturæ atque substantiæ esse. Si ergo de creaturis, utpote corruptioni obnoxiis, dicitur : « Ipsa peribunt; » de Filio autem : « Tu vero permanes, » et « Ipsa veterascent, » utpote creatam habentia naturam; Filii vero « anni non deficient [b-b] : » quomodo erit ejusdem naturæ cum angelis Filius, cum conditis conditor, cum creatis creator, cum transitoriis æternus? Nam etsi angelus immortale quiddam sit, idque ex voluntate et beneficio Creatoris, cum tamen exsistendi principium habeat, potest etiam finem sortiri. Naturales enim prærogativæ, quæ nonnullis creaturis insunt, validæ sunt : apud Deum vero qui eas creavit, nihil sunt. Quemadmodum igitur ignis urendi vim habet, sed non Deo; ita et angelus immortalis quidem est, sed non Deo. Ipse enim solus proprie est immortalis, naturaliter, non per gratiam ut creatura, firmitatem illam et perpetuitatem in se habens.

ALIUD, *cum demonstratione, quod angeli sint servi, Filius vero, Dominus.*

Si nemo potest remittere peccata, **205** nisi solus Deus, remittit vero Filius : Deus itaque est, neque creaturis annumerandus. Angeli enim orant,

Digitized by Google

dicentes : « Domine omnipotens, usquequo non misereris Jerusalem, et urbium Juda [5] ? » Filius vero cum potestate dicit : « Homo, dimittuntur tibi peccata tua [6]. » Non est igitur ejusdem generis cum domino servus, neque ei qui largitur is qui petit ut accipiat.

A λέγοντες· « Κύριε παντοκράτωρ, ἕως τίνος οὐ μὴ ἐλεήσῃς τὴν Ἰερουσαλὴμ καὶ τὰς πόλεις Ἰούδα; » Ὁ δὲ Υἱὸς ἐξουσιαστικῶς· « Ἄνθρωπε, ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι. » Οὐχ ὁμογενὲς οὖν ἄρα τῷ δεσπότῃ τὸ δοῦλον, οὔτε τῷ χαριζομένῳ τὸ αἰτοῦν ἵνα λάβῃ.

ALIUD *huic simile, quod Filius non sit annumerandus servis.*

Deus prophetas mittit, qui exigant fructum vineæ, qui, præterquam quod nihil acceperunt, interfecti sunt. Servator, ut Dominus, debita remittit, et in alios colonos transfert vineam [7], ut herus et Dominus; sed et angeli administrationi legis inserviisse comperiuntur, et nihil eorum quæ fecit Filius, fecisse. Non est igitur ejusdem generis cum angelis Filius, sed Magister et Dominus.

ΑΛΛΟ *τούτῳ ὅμοιον, ὅτι οὐκ ἐν τοῖς δούλοις ὁ Υἱός.*

Ἀποστέλλει τοὺς προφήτας ὁ Θεὸς ἀπαιτῆσαι τοῦ ἀμπελῶνος τοὺς καρπούς, οἳ πρὸς τῷ μηδὲ δύνασθαι λαβεῖν, καὶ ἀπέθανον. Ὁ Σωτὴρ ὡς Δεσπότης καὶ τὰς ὀφειλὰς ἀφίησι, καὶ εἰς ἑτέρους γεωργοὺς μετατίθησι τὸν ἀμπελῶνα ὡς δεσπότης καὶ Κύριος· φαίνονται δὲ καὶ τῇ τοῦ νόμου διακονίᾳ ὑπηρετήσαντες ἄγγελοι, καὶ ποιήσαντες οὐδὲν ὧν ἐποίησεν ὁ Υἱός. Οὐκ- B οὖν οὐχ ὁμογενὴς ἀγγέλοις ἐστὶν, ἀλλὰ Δεσπότης καὶ Κύριος.

ALIUD, *explicatius, quod illud, « Melior factus est angelis [8], » ad differentiam administrationum referendum sit.*

Paulus de Filio inquit : « Tanto melior factus angelis : » non quod Dei Verbi naturam angelorum naturæ comparare velit, neque dissimiles substantias eodem modo ac ratione examinet (Deo enim nihil comparari, aut conferri potest), sed administrationum differentias proponit, ut ex administratione quæ cuique commissa est, quid quisque sit cognoscatur. Quod vero « melior » ad comparationem administrationis angelorum referendus sit, inde manifeste constat : propositum erat Paulo, ostendere quæ per Christum prædicabantur legalibus præceptis longe præstantiora esse. Unde igitur hoc demonstrat ? Ad administratores se convertit : et ex eorum differentia ea quæ per ipsos administrata sunt æstimat. Angeli ergo administrant legem, et per eos pronuntiata est ; Filius vero notitiam eorum quæ per Evangelium annuntiantur prædicat. Atqui melior, inquit, est Filius quam angeli; quatenus excellentior administratio illi commissa est, ea ratione melior est. Administrantur enim res magnæ a magnis, et parvæ a parvis. Magnus autem est Filius, quatenus est splendor et character [9], et quatenus ei dicitur : « Sede a dextris meis [10]; » quatenus primogenitus, et ab ipsis angelis adoratur. Angeli vero nihil eorum habent, sed D ut ministri circumstant, ut servi **206** adorant, ministeriumque suum præstant propter eos qui salutem sunt consecuturi [11]. Tanto itaque præstantior est administratio Servatoris quam angelorum, quanto unus quidem in illis, alteri autem in his versantur. Hanc igitur ob causam Paulus volens comparare inter se hasce administrationes, inquit : « Melior factus angelis. » Cum vero ad substantiarum comparationem venit, inquit : « Quanto differentius Christus illis nomen sortitus est [12]. » Non jam ait *melius*, sed *differentius :* quod quidem magnam diversitatem significat.

ΑΛΛΟ, *διηγηματικῶς ὅτι τὸ « Κρείττων γενόμενος τῶν ἀγγέλων, » οὐκ οὐσιῶν εἰσφέρει σύγκρισιν, ἀλλὰ μᾶλλον διακονιῶν.*

« Τοσούτῳ κρείττων γενόμενος τῶν ἀγγέλων, » ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ φησιν ὁ Παῦλος, οὐ τῇ φύσει τῶν ἀγγέλων τὴν τοῦ Θεοῦ Λόγου συγκρίνεσθαι θέλων, οὐδὲ τῶν ἀνομοίων οὐσιῶν ἐξίσου ποιούμενος τὴν ἐξέτασιν (ἀσύγκριτον γὰρ πρᾶγμα θεότητος καὶ ἀπαράβλητον), ἀλλὰ τὴν ἐπὶ ταῖς διακονίαις εἰσφέρων διαφοράν, ἵν' ἀφ' ὧν ἕκαστος ἐπιστεύθη καὶ ᾠκονόμησεν, ἐκ τούτων ὅστις εἴη γινώσκηται. Ὅτι δὲ τὸ « κρειττων » ὡς πρὸς τὴν τῶν ἀγγέλων διακονίαν ἔχει τὴν σύγκρισιν, γένοιτ' ἂν ἐνθένδε καταφανές· Σκοπὸς ἦν τῷ Παύλῳ C κρείττονα τῶν νομικῶν ἐνταλμάτων ἐπιδεῖξαι τὰ διὰ Χριστοῦ κηρυττόμενα. Πόθεν οὖν ποιεῖται τὰς ἀποδείξεις; Ἐπὶ τοὺς διακονοῦντας χωρεῖ, καὶ ταῖς τούτων διαφοραῖς ἀναλόγως ὁρίζει τὰ ὑπ' αὐτῶν διακονούμενα. Ἄγγελοι μὲν οὖν διακονοῦσι τὸν νόμον, καὶ λαλεῖται δι' αὐτῶν· ὁ δὲ Υἱὸς, τὴν διὰ τῶν Εὐαγγελίων κηρύττει γνῶσιν. Ἀλλὰ κρείττων, φησὶν, ὁ Υἱὸς τῶν ἀγγέλων· καθὸ τῶν ἀμεινόνων κατέστη διάκονος, κατὰ τοῦτο κρείττων. Διακονεῖται δὲ τὰ μεγάλα διὰ μεγάλων, καὶ τὰ μικρὰ διὰ τῶν μικρῶν. Μέγας δὲ ὁ Υἱὸς, καθὸ ἀπαύγασμα καὶ χαρακτὴρ, καθὸ ἀκούει· « Κάθου ἐκ δεξιῶν μου· » καθὸ πρωτότοκος καὶ ὑπ' αὐτῶν ἀγγέλων προσκυνούμενος. Οἱ δὲ ἄγγελοι, τούτων οὐδὲν, ἀλλ' οἱ μὲν ὡς λειτουργοὶ παρεστήκασιν, ὡς δοῦλοι προσκυνοῦσιν, ὡς ὑπηρέται τρέχουσι διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν. Κρειττων ἄρα τοῦ Σωτῆρος ἡ διακονία τῆς δι' ἀγγέλων, ὅσῳπερ ὁ μὲν ἐν τούτοις, οἱ δὲ ἐν ἐκείνοις. Διὰ ταύτην τοιγαροῦν τὴν αἰτίαν ὁ Παῦλος τὰς διακονίας συγκρῖναι θελήσας, λέγει· « Κρείττων γενόμενος τῶν ἀγγέλων. » Ὅτε δὲ ἐπὶ τὴν τῶν οὐσιῶν ἔρχεται σύγκρισιν, λέγει· « Ὅσῳ διαφορώτερον παρ' αὐτοὺς κεκληρονόμηκεν ὄνομα. » Οὐκέτι, *κρεῖττον*, ἀλλὰ, *διαφορώτερον*, ὃ δὴ καὶ πολλὴν εἰσφέρει τὴν ἐξαλλαγήν.

[5] Zach. I, 12. [6] Matth. IX, 2. [7] Matth. XXI, 28-41. [8] Hebr. I, 4. [9] ibid. 3. [10] Psal. CIX, 1. [11] Hebr. I, 14. [12] ibid. 4.

Digitized by Google

Παράθεσις ῥητῶν, περὶ ἀνθρωπότητος Χριστοῦ, καὶ λύσις ἐφεξῆς εἰς τὸ, « Τοσούτῳ κρείττων γενόμενος τῶν ἀγγέλων. »

Ὅτι τὸ « κρείττων » ἐνθάδε τιθέμενον, τῶν διακονικῶν εἰσφέρει τὴν σύγκρισιν, γνωσόμεθα, Παύλου λέγοντος· « Εἰ γὰρ ὁ δι' ἀγγέλων λαληθεὶς λόγος, ἐγένετο βέβαιος, καὶ πᾶσα παράβασις καὶ παρακοὴ ἔλαβεν ἔνδικον μισθαποδοσίαν, πῶς ἡμεῖς ἐκφευξόμεθα τοιαύτης ἀμελήσαντες σωτηρίας, ἥτις ἀρχὴν λαβοῦσα λαλεῖσθαι διὰ τοῦ Κυρίου, ὑπὸ τῶν ἀκουσάντων εἰς ἡμᾶς ἐβεβαιώθη; » Καὶ πάλιν· « Ἀθετήσας τις νόμον Μωσέως, χωρὶς οἰκτιρμῶν ἐπὶ δυσὶν ἢ τρισὶ μάρτυσιν ἀποθνήσκει. Πόσῳ δοκεῖτε χείρονος ἀξιωθήσεται τιμωρίας ὁ τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καταπατήσας; » Καίτοι εἰ διὰ τὸ κρείττονα λέγεσθαι τῶν ἀγγέλων αὐτὸν, εἶναι δεῖ πάντως αὐτοῖς καὶ ὁμοφυῆ (αἱ γὰρ συγκρίσεις ἐπὶ τῶν ἀλλήλοις προσεοικότων φιλοῦσι γίνεσθαι), τί μᾶλλον δεῖ χείρονος ἀξιοῦσθαι τιμωρίας τὸν καταπατοῦντα τὸν Υἱὸν, οὐ τοιαύτης μετέχοντος τοῦ καταπατοῦντος τοὺς ἀγγέλους διὰ τῆς παραβάσεως τοῦ λαληθέντος νόμου δι' αὐτῶν; Ὁ γὰρ εἰς τοὺς ἴσους καὶ ὁμοειδεῖς ἐξυβρίζων, τῆς αὐτῆς ἂν εἰκότως μετέχοι τιμωρίας, καὶ οὗ τῶν ἀδικουμένων οὐκ ἔστι διαφορὰ, καὶ τῶν κολάσεων ὁμοιότης εὐλόγως ἂν γένοιτο. Νυνὶ δὲ ὁ μὲν εἰς τὸν Υἱὸν ἐξαμαρτάνων, χείρονος ἀξιωθήσεται τιμωρίας· ὁ δὲ εἰς τὸν ὑπ' ἀγγέλων λαληθέντα νόμον, ἐλάττονος. Οὐχ ὁμογενὴς ἄρα τοῖς ἀγγέλοις ἐκεῖνος, εἰς ὃν καὶ μεῖζόν ἐστι τὸ ἁμαρτάνειν· καὶ τὸ τιμωρίας μέτρον, ἀναλόγως τῇ ὑπεροχῇ τοῦ παρῃθέντος ἐκτίνεται.

Appendix dictorum de humanitate Christi; præterea solutio ejus dicti : « Tanto melior factus angelis. »

Quod vox « melior, » eo loco posita, administrationum comparationem significet, intelligemus ex Paulo dicente : « Si enim qui per angelos dictus est sermo, factus est firmus, et si omnis prævaricatio et inobedientia accepit justam retributionem mercedis, quomodo nos effugiemus, si tantam neglexerimus salutem quæ, cum initium accepisset enarrari per Dominum, ab eis qui audierunt, in nos confirmata est [13]? » Et rursus : « Irritam quis faciens legem Mosi, sine ulla miseratione in duobus aut tribus testibus moritur. Quanto magis putatis eum graviora mereri supplicia, qui Filium Dei conculcaverit [14]? » Atqui si, quia ipse dicitur melior angelis, necessarium plane est etiam ejusdem cum ipsis naturæ esse (comparationes enim inter res sibiipsis similes fieri solent), cur graviore supplicio affici oportuit eum qui Filium conculcaverit, cum levius supplicium mereantur qui angelos conculcaverint, transgressione legis per ipsos pronuntiatæ? Nam qui æquales ejusdemque speciei contumelia afficit, merito eamdem pœnam mereatur : cumque eorum qui injuria affecti sunt nulla sit differentia, supplicia quoque æqualia esse oportet. Cæterum qui in Filium delinquit, graviore supplicio afficitur; qui vero in legem ab angelis pronuntiatam, leviore. Non est igitur Filius ejusdem generis cum angelis, cum gravius sit delictum quod in illum committitur quam quod in hos, et supplicium proportionatum gravitati delicti irrogetur.

ΑΛΛΟ.

Ὡς ἐξ ἀντιθέσεως εἰς τὸ αὐτό.

Χείρονος, φασὶν, ἀξιοῦται τιμωρίας ὁ ἐξαμαρτάνων εἰς τὸν Υἱὸν, ὡς εἰς μείζονα τῶν ἀγγέλων. Τοῦτο δὲ αὐτὸν οὐ πάντως ἔξω τῆς πρὸς ἀγγέλους ὁμογενείας γενέσθαι ποιεῖ. Ἀναλόγως γὰρ τῇ ἑκάστῳ χρεωστουμένῃ τιμῇ καὶ ἡ εἰς αὐτὸν ὕβρις ἐκμετρεῖται. Ἐπειδὴ τοίνυν κρείττων γέγονε τῶν ἀγγέλων ὁ Υἱὸς, ἔχει βαρυτέρως τὴν τιμωρίαν ὁ εἰς αὐτὸν ἐξαμαρτάνων.

ALIUD.

Ex objectione hæreticorum in idem.

Gravius, inquiunt, punitur qui delinquit in Filium, ut maximum angelorum. Cæterum non idcirco desinit esse ejusdem generis cum angelis. Nam ex honore qui singulis debetur, contumelia etiam ei allata æstimatur. Cum igitur factus sit Filius melior angelis, **207** gravius quoque supplicium sumitur de eo qui in ipsum peccat.

Πρὸς ταῦτα λύσις ἐκ τοῦ αὐτοῦ.

Ἐχρῆν οὖν ἐπὶ τῇ παραβάσει τῶν νομικῶν ἐντολῶν, μὴ ἀναλόγως τοῖς πλημμελήμασι τὰς τιμωρίας ὁρίζεσθαι, μηδὲ πάντως τῷ μεγέθει τῆς ἁμαρτίας συμμετρεῖσθαι τὴν κόλασιν, ἀλλὰ μᾶλλον ὁρίζεσθαι πρὸς τὴν ἀξίαν τοῦ διακονήσαντος αὐτὴν ἀγγέλου. Εἰ δὲ τοῦτο μὲν οὐχ ὁρῶμεν γενόμενον, εἷς δὲ ὁ νόμος, πολλῶν ὄντων ἀγγέλων, καὶ διὰ τῶν αὐτῶν τιμωριῶν τρέχει τὰ ἁμαρτήματα· οὐκ ἄρα ἀληθὲς τὸ λεγόμενον, ὅτι χείρονος ἀξιωθήσεται τιμωρίας ὁ εἰς τὸν Υἱὸν ἐξαμαρτάνων, ὡς εἰς κρείττονα τῶν ἀγγέλων, ἀλλ' ὡς εἰς ἑτεροζυᾶ καὶ πολὺ παρηλλαγμένον. Οἱ μὲν γὰρ γενητοὶ, ὁ δὲ Θεὸς ἀληθινὸς, οὐ τῶν γενητῶν εἷς, οὐδὲ πρὸς αὐτὰ τὴν σύγκρισιν ἔχων· ἀλλ' ὅσῳπερ ἂν αὐτὸς ἀξιολογώτερος φαίνεται, τοσούτῳ μείζονι καὶ

Oportuit itaque in transgressione legalium præceptorum non irrogari pœnas delictis proportione respondentes; neque omnino supplicium peccatis commensurari, sed potius pro dignitate angeli legem administrantis hoc definire. At vero si non ita factum esse cernimus : una autem est lex, cum angeli sint multi, atque iisdem pœnis peccata puniuntur : non est igitur verum illud dictum, graviore supplicio dignum esse qui in Filium deliquerit, ut in maximum angelorum, sed ut in eo qui alterius naturæ sit quam angeli, multumque ab eis differat. Nam angeli creati sunt, Filius autem verus Deus, non unus ex creatis, neque quidquam simile cum eis habens; sed quanto ipse est dignior atque

[13] Hebr. II, 2, 3. [14] Hebr. X, 28, 29.

Digitized by Google

excellentior, tanto majori graviorique supplicio obnoxium esse declarans eum qui mandata sua fuerit transgressus.

χαλεπωτέρᾳ τιμωρίᾳ ὑπεύθυνον ὄντα δεικνύων τὸν τὰ αὐτοῦ παραβαίνοντα.

ALIUD, *ex iisdem, quod bona sit utilissimaque administrationum comparatio, angelorum scilicet et Filii, vim vocis « melior » explanans. Quo pacto enim melior angelis sit, et quanto, ex iis intelligemus.*

ΑΛΛΟ, *ἐκ τῶν αὐτῶν, ὅτι καλὴ καὶ χρησιμωτάτη τῶν διακονιῶν ἡ σύγκρισις, τῆς τε τῶν ἀγγέλων καὶ τοῦ Υἱοῦ, τοῦ « κρείττων » τὴν δύναμιν ἑρμηνεύουσα. Πῶς γὰρ κρείττων τῶν ἀγγέλων ἐστὶ καὶ πόσον, ἐξ αὐτῶν γνωσόμεθα.*

Angeli legem edixerunt; sed lex nihil perfecit [15]. Filius autem perfecit opus Patris. Perfectus enim est in pietate qui ipsius legibus instructus est. Regnavit mors etiam legis tempore: nimirum « ab Adam, inquit, usque ad Mosen [16]. » Abolita autem est mors per Christum; neque enim amplius in Adam morimur, sed in Christo vivificamur [17]. A Dan ad Bersabee legalia præcepta denuntiata sunt, eratque in sola Judæa notus Deus [17a]: nunc vero in omnem terram exivit sonus ejus [18], omnesque edocti sunt a Deo, non ab angelis, sed a Deo [18a]. Dei enim etiam lex est, sed per angelos prolata [19]; Filius autem inquit: « Ego ipse loquens adsum [19a]. » Quocirca, juxta Pauli sententiam, quanto differentiorem nactus est administrationem, et quanto melioris testamenti sponsor factus est [20], tanto etiam excellentior erit angelis: non ratione naturæ eis comparatus, sed tanto superior quanto Deus essentiæ ratione creata antecellit. Dictio itaque hæc, « melior, » ad administrationem relata, quanto eam illorum administratione præstantiorem dignioremque esse ostendit, tanto magis Filium supra creatam naturam extollit. Et angelis quidem **208** ut servis inferiorem administrationem tribuit, Filio autem eam quæ Filio et Domino congruat. Nam in melioribus, ut inquit Scriptura, repromissionibus sancitus est [21].

Ἄγγελοι τὸν νόμον ἐλάλησαν, ἀλλ' οὐδὲν ἐτελείωσεν ὁ νόμος. Ὁ δὲ Υἱὸς ἐτελείωσε τὸ ἔργον τοῦ Πατρός. Τέλειος γὰρ εἰς εὐσέβειαν ὁ τοῖς αὐτοῦ νόμοις παιδαγωγούμενος. Ἐβασίλευσεν ὁ θάνατος καὶ κατὰ τὸν τοῦ νόμου καιρόν· « Ἀπὸ γὰρ Ἀδὰμ, φησὶ, καὶ μέχρι Μωσέως. » Λέλυται δὲ θάνατος διὰ Χριστοῦ· οὐκέτι γὰρ ἐν Ἀδὰμ ἀποθνήσκομεν, ἀλλ' ἐν Χριστῷ ζωοποιούμεθα. Ἀπὸ Δὰν καὶ ἕως Βηρσαβεὲ τὰ νομικὰ προστάγματα διηγγέλλετο, καὶ ἦν ἐν μόνῃ τῇ Ἰουδαίᾳ γνωστὸς ὁ Θεός· νυνὶ δὲ εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτοῦ, καὶ γεγόνασι πάντες διδακτοὶ Θεοῦ, οὐκ ἀγγέλων, ἀλλὰ Θεοῦ. Θεοῦ μὲν γὰρ καὶ ὁ νόμος, ἀλλὰ δι' ἀγγέλων· ὁ δὲ Υἱός φησιν· « Αὐτὸς ὁ λαλῶν πάρειμι. » Οὐκοῦν κατὰ τὴν τοῦ Παύλου φωνὴν, ὅσῳ διαφορωτέρας τετύχηκε λειτουργίας, καὶ ὅσῳ κρείττονος διαθήκης γέγονεν ἔγγυος, τοσοῦτον ὑπερέξει τοὺς ἀγγέλους, οὐχ ὡς πρὸς αὐτοὺς συγκρινόμενος κατὰ τὴν φύσιν, ἀλλὰ τοσοῦτον ὑπεραιρόμενος, ὅσον ἀπῴκισται τῶν γενητῶν ὁ Θεὸς κατὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον. Τὸ ἄρα « κρείττων » ἐπὶ τῆς διακονίας φερόμενον, ὅσον αὐτὴν τῆς ἐκείνων δεικνύει μείζονα καὶ ὑψηλοτέραν, τοσοῦτον ἐξαίρει τῆς τῶν γενητῶν φύσεως τὸν Υἱόν. Καὶ τοῖς μὲν ἀγγέλοις ὡς δούλοις ἀπονέμει διακονίαν τὴν ἐλάττονα· τῷ δὲ Υἱῷ, τὴν Υἱῷ πρέπουσαν καὶ Δεσπότῃ. Ἐπὶ γὰρ κρειττοσι, φησὶν, ἐπαγγελίαις νενομοθέτηται.

ALIUD, *quod melior sit Dei Verbi administratio quam angelorum, etiam aliis modis: et quanto melior est administratio, tanto et administratorem meliorem esse.*

ΑΛΛΟ, *ὅτι κρείττων ἡ τοῦ Θεοῦ Λόγου διακονία τῆς τῶν ἀγγέλων, καὶ καθ' ἑτέρους τρόπους· ὅσῳ δὲ κρείττων αὕτη, τοσούτῳ καὶ ὁ διακονήσας αὐτόν.*

Paulus ait: « Quoniam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, Deus Filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, et de peccato damnavit peccatum in carne, ut significatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum Spiritum [22]. » Quod si lex non potuit peccatum in carne condemnare, condemnavit autem Christus; quippe qui carnem Spiritus sancti capacem effecit, ita ut possimus dicere: Jam non sumus in carne, sed in Spiritu [23]: factus igitur est etiam hac ratione melior angelis per quos lex edita est: et rursum mundus sub lege condemnatus est propter peccatum. Advenit autem Filius non ut damnaret mundum, sed ut salvaret mundum [24], neque supplicium sumat de peccato, sed ut peccatorum remissionem omnibus largiatur. Melior igitur est qui justificat, quam

Ὁ Παῦλός φησιν· « Ὅτι τὸ ἀδύνατον τοῦ νόμου ἐν ᾧ ἠσθένει διὰ τῆς σαρκὸς, ὁ Θεὸς τὸν ἑαυτοῦ Υἱὸν πέμψας ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας, καὶ περὶ ἁμαρτίας κατέκρινε τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκί. » Εἰ δὲ ἠσθένησεν ὁ νόμος κατακρῖναι τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκὶ, κατέκρινε δὲ ὁ Χριστὸς, δεκτικὴν αὐτὴν ἀποδείξας τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ὡς δύνασθαι λέγειν ἡμᾶς· Οὐκ ἐσμὲν ἐν σαρκὶ, ἀλλ' ἐν Πνεύματι· γέγονεν ἄρα καὶ κατὰ τοῦτο κρείττων ἀγγέλων, δι' ὧν ὁ νόμος λελάληται· καὶ πάλιν ὁ κόσμος ὑπὸ μὲν τοῦ νόμου κατεκρίνετο διὰ τὴν ἁμαρτίαν. Ἐπεδήμησε δὲ ὁ Υἱὸς, οὐχ ἵνα κρίνῃ τὸν κόσμον, ἀλλ' ἵνα σώσῃ τὸν κόσμον, οὐδὲ ἀπαιτήσων τινὰ τιμωρίαν, ἀλλ' ἵνα πᾶσι χαρίσηται. Κρείττων οὖν ὁ δικαιῶν τοῦ κατακρίνοντος, κρείττων τοῦ ἀπαιτοῦντος ὁ χαριζόμενος, κρείττων τοῦ μὴ ἰσχύσαντος κατακρῖναι τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκὶ, ὁ καὶ τοῦτο πληρώσας Υἱός. Κρείττων ἄρα

[15] Hebr. VII, 19. [16] Rom. V, 14. [17] I Cor. 15, 22. [17a] Psal. LXXV, 2. [18] Psal. XVIII, 5; Rom. X, 18. [18a] Joan VI, 45. [19] Gal. III, 19. [19a] Isa. LII, 6. [20] Hebr. VII, 22. [21] Hebr. VIII, 6. [22] Rom. VIII, 3, 4. [23] ibid. 9. [24] Joan. III, 17.

Digitized by Google

κατὰ τοῦτο τῶν ἀγγέλων τῶν τὸν ἀσθενῆ καὶ κατακρίνοντα λαλησάντων νόμον.

carne condemnare non potuit, is qui hoc præstitit qui imbecillam et condemnantem legem ediderunt. A qui condemnat, melior qui veniam largitur quam qui pœnam exigit; melior est eo qui peccatum in Filius. Melior itaque hac ratione est quam angeli,

ΑΛΛΟ, *ὅτι τοῖς ποιήμασιν ἢ τοῖς ἀγγέλοις οὐχ ὁμοφυὴς ὁ Υἱός.*

Εἰ ποίημά ἐστιν ὁ Υἱὸς, καὶ ὁμοφυὴς τοῖς ἀγγέλοις, καλείσθωσαν καὶ αὐτοὶ παρὰ τοῦ Πατρὸς ὥσπερ ἐκεῖνος υἱοὶ, ἢ αὐτὸς ὥσπερ ἐκεῖνοι ἄγγελος. Ἀλλ' οὐδενὶ τῶν ἀγγέλων εἶπέ ποτε· « Υἱός μου εἶ σὺ, » κατὰ τὴν τοῦ Παύλου φωνήν· οὔτε μὴν αὐτὸς ἄγγελος κεχλημένος φαίνεται κατὰ ἀλήθειαν. Καθεζέσθωσαν ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρὸς ὥσπερ Υἱός· ἀλλ' οὐδεὶς τῶν ἀγγέλων συγκάθηται τῷ Πατρὶ, ἀλλὰ μᾶλλον παρεστήκασι λειτουργοῦντες αὐτῷ. Λεγέτωσαν ἄγγελοι διατάττοντες ὥσπερ ὁ Υἱός· « Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν· » ἀλλ' οὐ τοῦτό φασιν, ἀλλὰ μᾶλλον· « Ἀπεστάλην λαλῆσαι πρὸς σέ. » Καὶ οἱ μὲν διακονοῦσιν, ὁ δὲ διακονεῖται· « Ἰδοὺ γὰρ, φησὶν, ἄγγελοι προσελθόντες διηκόνουν αὐτῷ. » Καὶ ὁ μὲν ἔστι δημιουργὸς, οἱ δὲ γεγόνασι δι' αὐτοῦ· καὶ οἱ μὲν προσκυνοῦσιν, ὁ δὲ προσκυνεῖται· καὶ οἱ μὲν ἄγγελοι τὰς τῶν οὐρανῶν πύλας αἴρειν προστάττονται· ὁ δὲ εἰσέρχεται ὡς Κύριος τῶν δυνάμεων, ὡς βασιλεὺς τῆς δόξης· καὶ οἱ μὲν ζωῆς μετέχουσι τῆς παρὰ Θεοῦ· ὁ δὲ τῆς ζωῆς ἐστι χορηγὸς, αὐτὸς ζωὴ τοῖς πᾶσιν ὑπάρχων. Καὶ ὁ μέν φησιν· « Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν, » καὶ « Ὁ ἑωρακώς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα, » καὶ, « Πάντα ὅσα ἔχει ὁ Πατήρ, ἐμά ἐστι, » καὶ « Ἐγώ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου, » καὶ « Ἐγώ εἰμι ἡ ἀνάστασις καὶ ἡ ζωή· » ἄγγελοι δὲ τὰς τοιαύτας οὐ τολμῶσι φθέγγεσθαι φωνάς. Κἂν ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Υἱοῦ προσευξώμεθα ὅσπερ ἂν αἰτήσωμεν, λῃψόμεθα· ἐν ὀνόματι δὲ τῶν ἀγγέλων οὐκ ἄν τις προσεύξαιτο. Καὶ τῷ μὲν Υἱῷ σὺν τῷ Πατρὶ καὶ μετὰ Πατρὸς ἡ δόξα· ἄγγελοι δὲ οὐ δοξάζονται, ἀλλὰ μᾶλλον δοξάζουσι μετὰ τοῦ Πατρὸς τὸν Υἱόν. Πῶς οὖν τοσαύτης κειμένης διαφορᾶς μεταξὺ τῶν ἀγγέλων καὶ τοῦ Υἱοῦ, τῆς αὐτῆς οὐσίας εἶναι νομισθήσονται, οὐδενὸς συγχωροῦντος λόγου; Ἀναλόγως γὰρ τῇ τῶν προσώπων ἀξίᾳ τὸ τῆς φύσεως διάφορον ὁρισθήσεται.

ALIUD, *quod Filius non sit ejusdem naturæ cum creaturis vel angelis.*

Si Filius est creatura, et ejusdem naturæ cum angelis, vocentur etiam ipsi a Patre filii, sicut ille; aut vocetur ipse, quemadmodum illi, angelus. Cæterum nemini angelorum unquam dixit: « Filius meus es tu, » ut ait Paulus [28]; neque ipse unquam angelus revera dictus est. Sedeant etiam illi ad dexteram Patris, sicut Filius. Atqui nemo unquam B angelorum assedit Patri; sed potius astiterunt ministrantes ei. Dicantur vero etiam angeli imperantes, ut Filius: « Ego autem vobis dico: » sed ne hoc quidem dicere eos comperias: sed potius; « Missus sum loqui ad te. » Atque hi quidem ministrant, huic vero ministratur: « Ecce enim, inquit, angeli progressi ministrabant ei [28a]. » Atque hic quidem est Creator, hi vero per ipsum creati sunt; hi adorant, ille adoratur; angeli portas cœlorum tollere jubentur, ipse vero ingreditur ut Dominus potestatum, ut rex gloriæ [28b]; angeli **209** vitæ participes fiunt a Deo: hic vero vitæ largitor est, ipsemet vita omnibus exsistens. Hic dicit: « Ego et Pater unum sumus [27]; » et: « Qui vidit me, vidit et C Patrem [28]; » et: « Omnia quæ habet Pater mea sunt [29]. » et, « Ego sum lux mundi [30]; » et: « Ego sum resurrectio et vita [31]; » angeli autem, ejuscemodi dicere non audent. Præterea si in nomine Filii oraverimus, quæcunque petierimus, accipiemus [32]; in nomine autem angelorum, nemo oraverit. Et Filio quidem una cum Patre gloria debetur; angelis vero gloria non defertur, sed potius glorificant Filium cum Patre. Quomodo igitur cum tantum sit discrimen inter angelos et Filium, ejusdem essentiæ esse censebuntur, cum id nulla ratio ferat? Naturæ enim differentia personarum dignitati proportione quadam respondet.

ΑΛΛΟ, *ὅτι καὶ ἐπὶ τοῦ Πατρὸς εὑρίσκεται τὸ, « ἐγένετο. »*

Ὁ Ψαλμῳδὸς λέγει· « Γενοῦ μοι εἰς Θεὸν ὑπερασπιστήν· » καὶ πάλιν, « Ἐγένετό μοι εἰς σωτηρίαν. » Εἰ δὲ ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ ταῦτα φήσουσιν εἰρῆσθαι, καὶ ἄκοντες αὐτῷ μαρτυρήσουσιν ὅτι τοῖς κτίσμασιν οὐκ ἔστιν ὁμοφυὴς, ὁ τοὺς ἁγίους διασώζων, καταφυγή τε αὐτοῖς καὶ σκέπη φαινόμενος. Καὶ τοῦτο γὰρ ἔσται μόνῳ πρέπον Θεῷ.

ALIUD, *quod etiam de Patre dicatur, « factus est. »*

Psalmista inquit: « Fias mihi in Deum protectorem [33]; » et rursum: « Factus est mihi in salutem [34]. » Quod si de Filio hæc dicta esse contendant, etiam nolentes testabuntur quod is qui sanctos protegit et conservat, non sit ejusdem naturæ cum creaturis; cum ipsis refugium atque defensio esse cernatur. Hoc enim soli Deo convenit.

ΑΛΛΟ, *εἰς τὸ, « Τοσούτῳ κρείττων γενόμενος τῶν ἀγγέλων, » ὅτι τὸ « γενόμενος, » οὐ κατὰ τῆς οὐσίας νοητέον.*

Εἰ τὸ « γενόμενος » πάντως σημαίνει τινὸς τὴν ἀπὸ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι πάροδον, καὶ ἀεὶ κατὰ

ALIUD, *quod in illo dicto; « Tanto melior factus est angelis, » verbum « factus est » non de essentia intelligendum est.*

Si « factus est » semper omnino significat aliquid a nihilo ad esse translatum, et semper ea vox

[28] Hebr. I, 5. [28a] Matth. IV, 11. [28b] Psal. XXIII, 7-10. [27] Joan. X, 30. [28] Joan. XIV, 9. [29] Joan. XVI, 15. [30] Joan. VIII, 12. [31] Joan. XI, 25. [32] Joan. XIV, 13. [33] Psal. XXX, 3. [34] Psal. CXVII, 14.

Digitized by Google

de substantia intelligenda est; quibusnam dixit Pater : « Fiatis misericordes sicut Pater vester cœlestis misericors est [35]? » Si enim erant jam ii ad quos sermo ille habitus fuit, quomodo hæc vox, *fieri*, semper significet traductionem ad esse? Neque enim id quod jam est, sed quod non est, ad esse traducitur. Si autem *fieri*, cum de rebus jam exsistentibus dicitur, non initium quoddam exsistendi in ipsis significat, sed potius mutationem alicujus in aliquid, nulla certe ratio coget ut in Filio Dei, « factus est, » essentiam ipsius significet.

τῆς οὐσίας ἡ λέξις τάττεται, τίσιν ἔλεγεν ὁ Σωτήρ· « Γίνεσθε οἰκτίρμονες, καθὼς καὶ ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος οἰκτίρμων ἐστίν; » Εἰ μὲν οὖν ὑπῆρχον ἤδη πρὸς οὓς ἦν ὁ λόγος, πῶς ἂν σημαίνοι πάντως τὸ *γίνεσθαι* τὴν εἰς τὸ εἶναι πάροδον; Οὐ γὰρ ἂν δήπου τὸ ἤδη ὂν εἰς τὸ εἶναι φέροιτο, ἀλλὰ τὸ μὴ ὄν. Εἰ δὲ κατὰ τῶν ὄντων τὸ *γίνεσθαι* κείμενον, οὐκ ἀρχήν τινα σημαίνει τῆς ὑπάρξεως τούτων, ἀλλὰ τὴν ἀπό τινος εἰς τι μεταβολήν, οὐδεὶς ἀναγκάσει λόγος ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, τὸ « γενόμενος » τῆς ὑπάρξεως εἶναι σημαντικόν.

210 ASSERTIO XXI.

In dictum illud Apostoli : « Considerate apostolum et pontificem confessionis nostræ Jesum, qui fidelis est ei qui fecit ipsum [36] : » ex quo infertur quod Filius non sit opus, aut creatura.

Si Filius est creatura, necesse est fateri ipsum etiam esse unum aliquid ex omnibus, neque habere deitatis prærogativam, nimirum semper exsistere. At si hoc verum est, omnia autem facta sunt per Filium, et sine ipso factum est nihil [37]; ergo Verbum seipsum creat. Sed quo pacto possit id quod nondum exsistit, seipsum ad esse traducere? At si hoc impossibile est, non est igitur Filius unus ex omnibus, ne, si omnibus annumeretur, suum ipsius opus esse videatur.

ΛΟΓΟΣ ΚΑ.

Εἰς τὸ ῥητὸν τοῦ Ἀποστόλου· « Κατανοήσατε τὸν ἀπόστολον καὶ ἀρχιερέα τῆς ὁμολογίας ἡμῶν Ἰησοῦν, πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτόν· » τὸ δὲ συναγόμενον, ὅτι οὐ ποίημα οὐδὲ κτίσμα ὁ Υἱός.

Εἰ ποίημά ἐστιν ὁ Υἱός, ἕν τι καὶ αὐτὸν εἶναι τῶν πάντων ἀνάγκη προσομολογεῖν, οὐκ ἔχοντα τῆς θεότητος τὸ ἐξαίρετον, τὸ ἀεὶ εἶναι, φημί. Εἰ δὲ τοῦτο ἀληθὲς, πάντα δὲ γέγονε δι' Υἱοῦ, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν, ἑαυτὸν ὁ Λόγος δημιουργεῖ. Καὶ πῶς ἂν ἐνδέχοιτο μήπω ὄν, ἑαυτὸ παράγειν εἰς τὸ εἶναι; Εἰ δὲ τοῦτο ἀδύνατον, οὐκ ἄρα ἓν τῶν πάντων ἐστὶν ὁ Υἱός, ἵνα μὴ τοῖς πᾶσι συναριθμούμενος, ἑαυτοῦ φαίνηται ποίημα.

ALIUD.

Si Filius est creatura : vocatur autem et est sapientia Patris [38], qui omnia in sapientia fecit [39] : ergo sapientia seipsam fecit. At si hoc absurdum est, non est ergo creatura Filius, hoc est, sapientia Patris, ne seipsam creasse dicatur.

ΑΛΛΟ.

Εἰ ποίημά ἐστιν ὁ Υἱός, καλεῖται δὲ καὶ ἔστι σοφία τοῦ Πατρὸς, ὃς πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησεν, ἑαυτὴν ἡ σοφία ποιεῖ. Εἰ δὲ τοῦτο ἄτοπον, οὐκ ἔστι ποίημα ὁ Υἱὸς, τουτέστιν, ἡ σοφία τοῦ Πατρὸς, ἵνα μὴ ἑαυτὴν ἐργάζηται.

ALIUD.

Si Filius est factus; vocatur autem et est potentia et sapientia Dei [40] : fuit ergo tempus aliquod in quo Deus potentia et sapientia caruit; nimirum non exsistente Filio. Creatura enim ex eo quod non est fit. At Pater semper erat sapiens et potens. Erat itaque et Filius qui hæc ipsi est.

ΑΛΛΟ.

Περὶ τὰ μέρη Καισαρείας τῆς Φιλίππου γεγονὼς ὁ Σωτήρ, ἠρώτα τοὺς ἑαυτοῦ μαθητάς· « Τίνα με λέγουσιν οἱ ἄνθρωποι τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ; » Ἀποκριναμένου δὲ Πέτρου καὶ εἰρηκότος, « Σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, » ἐπήγαγεν εὐθύς, ὅτι « Μακάριος εἶ, Σίμων Βὰρ Ἰωνᾶ, ὅτι ὁ Πατὴρ ἀπεκάλυψέ σοι ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. » Οὐδεὶς γὰρ οἶδε τὸν Υἱὸν εἰ μὴ ὁ Πατήρ, κατὰ τὴν αὐτοῦ τοῦ Σω- C τῆρος φωνήν. Εἰ δὲ δι' Υἱοῦ πάντα Πατὴρ ἐργάζεται, ἓν δὲ τῶν ἔργων καὶ ἡ ἀποκάλυψις, αὐτὸς ὁ Λόγος ἀποκαλύπτει τῷ Πέτρῳ φαίνεται τὰ παρὰ τοῦ Πατρός· πῶς οὖν ὁ ἀποκαλύπτας ὡς ἀγνοῶν ἐρωτᾷ, τίνα λέγουσιν οἱ ἄνθρωποι; Οὐκοῦν οἰκονομεῖ τι πολλάκις τῆς ἀγνοίας τὸ σχῆμα. Εἰδὼς γὰρ ὅπερ ἔμελλον ἐρεῖν οἱ μαθηταί, προσάγει τὴν πεῦσιν, ἵν' ἀποδεξάμενος αὐτῶν τὴν ἀπόκρισιν, βεβαιώσῃ τὴν πίστιν.

ALIUD, *enarrative.*

ΑΛΛΟ, *διηγηματικῶς.*

Filius, quatenus est Verbum et sapientia, non ignorat diem et horam sui adventus : sed ne mœrorem discipulis incutiat, nolens eorum interrogationi respondere, dixit se nescire, ut homo ; quippe qui id dicere potuit quatenus caro factus est, ut scriptum est [94], carnisque infirmitates proprias sibi fecit. Quod enim hac de causa se nescire dixit, inde cognosci potest. Nam postquam e mortuis resurrexit, cum jam in cœlos ascensurus esset, interrogantibus eum discipulis, quando finis futurus, ipseque iterum venturus esset, acerbius eis respondit, dicens : « Non est vestrum noscere tempora et momenta, quæ Pater posuit in sua potestate [95]. » At si illud penitus ignorasset, oportebat dicere : Dixi vobis me nescire, et nescio. At vero quasi non recte interrogantes reprehendit, et tanquam majora quam par sit inquirentes rejicit. Manifestum itaque

Οὐκ ἀγνοεῖ τὴν ἡμέραν καὶ τὴν ὥραν τῆς ἑαυτοῦ παρουσίας ὁ Υἱός, ἤ Λόγος ἐστὶ καὶ σοφία, ἀλλ' ἵνα μὴ λύπην ἐντέκῃ τοῖς μαθηταῖς, ὡς οὐ θελήσας ἀποκρίνεσθαι τῇ παρ' αὐτῶν προσενεχθείσῃ πεύσει, τὸ, Οὐκ οἶδα, φησὶν ὡς ἄνθρωπος, ἐξουσίαν ἔχων καὶ D τοῦ, εἰπεῖν διὰ, τὸ γενέσθαι σὰρξ, καθὸ γέγραπται, καὶ τὰς τῆς σαρκὸς ἀσθενείας ἰδιοποιήσασθαι. Ὅτι γὰρ ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας τὸ μὴ εἰδέναι φησὶν, ἐντεῦθεν εἰσόμεθα. Μετὰ γὰρ τὸ ἐκ νεκρῶν ἀναστῆναι, μέλλων τε ἤδη λοιπὸν ἀναβαίνειν εἰς οὐρανούς, ἐρωτησάντων αὐτὸν τῶν μαθητῶν, πότε τὸ τέλος ἔσται, καὶ πότε πάλιν παραγενήσεται, δριμύτερον ἀπεκρίνατο λέγων· « Οὐχ ὑμῶν ἐστι γνῶναι χρόνους ἢ καιρούς, οὓς ὁ Πατὴρ ἔθετο ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ. » Ἀλλ' εἴπερ ἠγνόει, σαφῶς αὐτὸν ἐχρῆν λέγειν· Εἶπον ὑμῖν, οὐκ οἶδα. Νυνὶ δὲ ὡς οὐκ εὐλόγως ἐρωτῶντας ἐλέγχει, καὶ ὡς μείζονα ἢ καθ' ἑαυτοὺς ἐξετάζοντας

[89] Joan. xi, 11. [90] ibid. 34. [91] Matth. xvi, 13. [92] ibid. 16, 17. [93] Matth. xi, 27. [94] Joan. i, 14. [95] Act. i, 7.

Digitized by Google

ἀποτρέπει. Δῆλον οὖν ἐστιν ὅτι καὶ τότε, καίτοι πάντα εἰδὼς ὡς Θεός, διὰ τὸ εἶναι τὴν γνῶσιν ὑπὲρ τοὺς μαθητὰς, ἀνθρωπίνως ἔφασκε μὴ εἰδέναι τὴν ἡμέραν μηδὲ τὴν ὥραν ἐκείνην.

A est etiam tunc ipsum, tametsi omnia nosset ut Deus, humano tamen more dixisse quod diem illum et horam ignoraret, quia discipulorum captum ejus rei notitia superabat.

ΑΛΛΟ.

Ὅταν εὑρίσκηται ὁ Θεὸς ἐν μὲν τῷ παραδείσῳ λέγων πρὸς τὸν Ἀδάμ· « Ποῦ εἶ; » πρὸς δὲ τὸν Κάϊν· « Ποῦ Ἄβελ ὁ ἀδελφός σου; » τί ἄρα καὶ περὶ τούτου φατέ; Ἂν μὲν γὰρ ἀγνοοῦντα ποιεῖσθαι τὴν ἐρώτησιν λέγητε, φανερῶς δυσφημοῦντες εὑρίσκεσθε. Εἰ δὲ τρόπον οἰκονομίας εἰσάγεσθαί τινα διὰ τοῦτο δώσετε, μὴ ξενίζεσθε, κἂν ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, δι' οὗ καὶ τότε τὴν ἐρώτησιν πρός τε Ἀδὰμ καὶ τὸν Κάϊν ἐποιεῖτο Θεὸς, οἰκονομῶν τι χρήσιμον μὴ εἰδέναι λέγῃ τὴν ἡμέραν ὡς ἄνθρωπος, καίτοι πάντα εἰδὼς ὡς σοφία τοῦ Πατρός.

ALIUD.

Cum inveniatur Deus in paradiso dicens ad Adamum : « Ubi es [96] ? » et ad Cain : « Ubinam est Abel frater tuus [97] ? » quid hac de re statuitis ? Nam si Deum ignorantem hoc interrogasse dicatis, manifestam blasphemiam **223** incurretis. Si autem singulari consilio hoc ita administratum fatemini : ne vobis insolens ac mirum videatur, si Verbum Dei, per quem etiam tunc interrogatio Dei ad Adamum et Cain facta est, bono utilique consilio dixerit se B nescire illum diem ut homo, tametsi omnia norit ut sapientia Patris.

ΑΛΛΟ, *δι' οὗ δείκνυται σαφῶς οἰκονομικῶς ἔσθ' ὅτε τὴν ἄγνοιαν σχηματιζόμενος ὁ Σωτήρ.*

ALIUD, *quo ostenditur Servator singulari consilio interdum ignorantiam præ se tulisse.*

Ὅτε κατὰ τὴν ἔρημον ὁ Σωτὴρ ἀποτρέφειν ἐβούλετο τοὺς ἀκολουθήσαντας αὐτῷ, λέγει πρὸς Φίλιππον· « Πόσους ἄρτους ἔχετε ; » καὶ ἔστι μὲν ὡς ἀγνοοῦντος ἡ ἐρώτησις. Διαμαρτύρεται δὲ παραχρῆμα λέγων ὁ εὐαγγελιστής· « Τοῦτο δὲ ἔλεγε πειράζων τὸν Φίλιππον· αὐτὸς γὰρ ᾔδει τί ἔμελλε ποιεῖν. » Εἰ τοίνυν ὅπερ ἔμελλε ποιεῖν ἐπιστάμενος, ὡς ἀγνοῶν ἐρωτᾷ, τί κωλύει καὶ νῦν χρησίμου τινὸς ἕνεκα συγχωρεῖν αὐτῷ, μὴ εἰδέναι λέγειν τὴν ἡμέραν καὶ τὴν ὥραν ; Καὶ οὐ ψευδόμενος τοῦτό φησιν· εἰδὼς γὰρ ὡς Θεὸς Λόγος, δύναται ὡς ἄνθρωπος ἀγνοεῖν, ἵνα κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς ὁμοιωθῇ, κατὰ τὴν τοῦ Παύλου C φωνήν.

Cum Servator in deserto turbas ipsum secutas pascere vellet, rogat Philippum : « Quot panes habetis ? » quæ quidem est interrogatio ignorantis. At evangelista statim adjicit : « Hoc dixit, tentans Philippum ; sciebat enim ipse quid facturus esset [98]. » Si ergo sciens quid facturus esset, interrogat ut ignorans : quid impedit quominus etiam nunc utilitatis alicujus causa præ se ferat se nescire diem et horam. Neque enim false hoc dicit : sciens enim, ut Deus Verbum, potest ut homo ignorare, ut per omnia fratribus fiat similis, ut Paulus loquitur [99].

Ἔτι εἰς τὸ, « *Περὶ δὲ τῆς ἡμέρας καὶ τῆς ὥρας ἐκείνης οὐδεὶς οἶδεν, οὔτε οἱ ἄγγελοι τῶν οὐρανῶν, οὔτε ὁ Υἱὸς, εἰ μὴ ὁ Πατὴρ μόνος.* »

Adhuc in idem : « De die illa et hora nemo novit ; neque angeli cœlorum, neque Filius, sed solus Pater. »

Πρότασις ὡς ἐκ τῶν αἱρετικῶν.

Objectio hæreticorum.

Πάντα, φασὶν, οἶδεν ὁ Πατὴρ, οὐ πάντα δὲ ὁ Υἱὸς, κατὰ τὴν αὐτοῦ φωνήν· ταύτῃ γὰρ μάλιστα πρὸς ἀπόδειξιν χρῆσθαι καλόν. Εἰ τοίνυν οἶδε μὲν ὁ Πατὴρ τὴν ὥραν ἐκείνην, ἀγνοεῖ δὲ ὁ Υἱὸς, πῶς τῆς αὐτῆς ἔσται φύσεως τῷ πάντα εἰδότι ὁ μὴ τοιοῦτος ;

Omnia, inquiunt, novit Pater, sed non omnia Filius, ut ipsemet ait : nam ipsius testimonium optimum est ad hoc demonstrandum. Si ergo Pater novit illam horam, ignorat autem Filius, quomodo erit ejusdem naturæ cum eo qui omnia novit, is qui aliquid ignorat ?

Πρὸς τοῦτο λύσις.

Solutio objectionis.

Εἰ μὴ πάντα οἶδεν ὁ Υἱὸς, καθ' ὑμᾶς, ὦ χριστομάχοι, ψεύδεσθαι λέγειν ἀνάγκη τὰς θείας Γραφὰς, καὶ τῶν ἁγίων καταθρασύνεσθαι λεγόντων περὶ αὐτοῦ· « Ὁ εἰδὼς τὰ πάντα πρὶν γενέσεως αὐτῶν. » Καὶ γὰρ ἐν τοῖς *πᾶσιν* ἐστὶ καὶ ἡ τῆς συντελείας ἡμέρα· οὐδὲν γὰρ ἔξω κεῖσθαι τὸ *πάντα* συγχωρεῖ. Εἰ δὲ ταύτην ἀγνοεῖ ὁ Υἱὸς, πῶς οἶδε τὰ πάντα ; Ἀλλὰ δεῖ πάντως τὰς τῶν ἁγίων ἀληθεῖς εἶναι φωνάς. Καὶ οἶδε τὰ πάντα ὁ Υἱός. Εἰ δ' ἐν τοῖς πᾶσιν ἀνάγκη καὶ τὸ τέλος νοεῖν, μάταιον ἡμῶν ἀναπέφανται τὸ σόφισμα. Οἰκονομεῖ γάρ τοι Χριστὸς, μὴ εἰδέναι λέγων τὴν ὥραν ἐκείνην, καὶ οὐκ ἀληθῶς ἀγνοεῖ.

Si, juxta vestram, hostes Christi, opinionem, D Filius non omnia novit, necesse est ut sacram Scripturam mentiri dicamus, sanctisque refragemur dicentibus : « Qui novit omnia ante generationem ipsorum [1]. » Nomine enim *omnium*, etiam dies consummationis continetur : nam cum dicimus *omnia*, nihil excludimus. Si vero diem hanc ignorat Filius, quomodo novit omnia ? Cæterum necesse omnino ut sancti vera prædicarint. Et Filius omnia novit. Si vero in omnibus necesse est etiam finem comprehendi : vanum certe est vestrum commentum. Christus enim singulari consilio hoc facit, quod se horam illam nescire dicit, vere tamen non ignorat.

[96] Gen. III, 9. [97] Gen. IV, 9. [98] Marc. VI, 38 ; Joan. VI, 5, 6. [99] Hebr. II, 17. [1] Dan. XIII, 42.

Digitized by Google

224 ALIUD.

Si Paulus vere de Filio dicit [a], quod omnia sint nuda atque aperta in conspectu ejus, unum vero omnium est etiam hora illa, quomodo illam ignorat is in cujus conspectu sunt omnia nuda atque aperta.

ALIUD.

Si citra blasphemiam existimatis dici posse Filium aliquid eorum quæ exsistunt ignorare; ita se res, secundum vos, habeat: sed videamus an vestra vos fallat opinio, atque ex ipsa re consideremus quam imbecillibus rationibus, veluti arundineo baculo, innitamini. Solam illam diem ignorare se dixit Filius: ergo si solam hanc ignoravit, novit certe alias; atqui in his etiam erit quæ illam præcessit. At si eam quæ præcessit novit, quomodo non noverit quod illam quam novit, illa quam, ut vos dicitis, non novit, sequatur. Perinde enim hoc est ac si quis dicat, aliquem ignorare qualem definitionem habeat numerus denarius, qui norit novem. Manifestum enim est statim post novem sequi decem. Si ergo diem novit quæ novissimam præcedit, quo pacto ipsam etiam novissimam non norit? Aut quomodo, qui tanta signa finem præcessura dixit, nesciat post illa signa edita finem futurum? Undequaque igitur vestra inscitia se prodit, qui veritati repugnare non veremini. Omnia enim novit Filius, tametsi singulari consilio ignorare se dicat.

A

ΑΛΛΟ.

Εἰ ἀληθεύει λέγων ὁ Παῦλος, ὅτι πάντα γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα ἐνώπιον αὐτοῦ ἐστι, περὶ δὲ τοῦ Υἱοῦ δηλονότι φησὶν, ἓν δὲ τῶν πάντων καὶ ἡ ὥρα ἐκείνη, πῶς ἀγνοεῖ ταύτην ὁ ἐν ὀφθαλμοῖς ἔχων τὰ πάντα τετραχηλισμένα;

ΑΛΛΟ.

Εἰ μὴ δύσφημον εἶναι πιστεύετε τὸ λέγειν ἠγνοηκέναι τι τῶν ὄντων τὸν Υἱὸν, ἐχέτω, καθ' ὑμᾶς, καὶ οὕτως. Ἀλλ' εἰδῶμεν εἰ μὴ σφάλλεσθε τὰ τοιαῦτα φρονοῦντες περὶ αὐτοῦ· ἐξ αὐτοῦ θεωρήσομεν τοῦ πράγματος, εἰ μὴ σαθροτάταις ἐννοίαις ἐπερείδεσθε, καλαμίνην ὥσπερ ἑαυτοῖς ὑποθέντες τὴν βακτηρίαν. Μόνην ἔφησε τὴν ἡμέραν ἐκείνην ἀγνοεῖν ὁ Υἱός· B οὐκοῦν εἰ μόνην ἐκείνην ἀγνοεῖ, οἶδε τὰς ἄλλας· ἐν δὲ ταύταις καὶ ἡ πρὸ αὐτῆς κείσεται. Καὶ πῶς ὁ εἰδὼς τὴν πρὸ αὐτῆς, οὐκ οἶδεν ὅτι μεθ' ἣν οἶδεν εὐθὺς ἡ ἀγνοουμένη καθ' ὑμᾶς εἰσβαίνει; Ὅμοιον γὰρ ὥσπερ εἴ τις λέγοι μὴ εἰδέναι τὸν δέκα ἀριθμὸν, ποίαν ἔχει τὴν θέσιν, τοὺς εἰδότας τὸν ἐννέα. Πρόδηλον γὰρ ὅτι μετὰ τὸν ἐννέα ὁ δέκα κείσεται πάντως. Εἰ τοίνυν οἶδε τὴν πρὸ αὐτῆς, πῶς οὐκ εἴσεται καὶ αὐτήν; Πῶς ὁ τοσαῦτα σημεῖα πρὸ τοῦ τέλους ἔσεσθαι λέγων, οὐκ οἶδεν ὅτι μετὰ τὰ σημεῖα τὸ τέλος; Πανταχόθεν τοιγαροῦν ἀνόητοι δειχθήσεσθε, τῆς ἀληθείας τολμῶντες καταψεύδεσθαι. Οἶδε γὰρ τὰ πάντα ὁ Υἱὸς, κἂν οἰκονομικῶς ἀγνοεῖν τι λέγῃ.

ASSERTIO XXIII.

ΛΟΓΟΣ ΚΓ'.

C

In illud, « Pater amat Filium, et omnia dedit in manu ejus [b]. » Et in illud: « Omnia mihi tradita sunt a Patre [c]. » Et in illud: « Non possum a me facere quidquam: sed sicut audio, judico [d]; » et in alia dicta his similia.

Εἰς τὸ, « Ὁ Πατὴρ ἀγαπᾷ τὸν Υἱὸν, καὶ πάντα δέδωκεν ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ. » Καὶ εἰς τὸ, « Πάντα μοι παρεδόθη ὑπὸ τοῦ Πατρός μου. » Καὶ εἰς τὸ, « Οὐ δύναμαι ἐγὼ ἀπ' ἐμαυτοῦ ποιεῖν οὐδέν· ἀλλὰ καθὼς ἀκούω, κρίνω· » καὶ ὅσα τούτοις ὅμοιά ἐστι ῥητά.

Objectio hæreticorum.

Sed quomodo, inquiunt, possit Filius secundum essentiam similis esse Patri, qui dicit se accepisse omnia a Patre? Nam qui habet, non accipit. **225** Cum vero appareat eum accepisse, ut ipsemet testatur, manifestum est eum nihil habere ex seipso.

Ἀντίθεσις ἐκ τῶν αἱρετικῶν.

Καὶ πῶς ἂν δύναιτο, φασὶ, κατ' οὐσίαν ὅμοιος εἶναι τῷ Πατρὶ ὁ Υἱὸς, ὁ λέγων εἰληφέναι πάντα παρὰ τοῦ Πατρός, Ἔχων γὰρ, οὐκ ἂν ἐδέξατο. Ἐπειδὴ δὲ φαίνεται λαβὼν, ὡς αὐτός φησι, δῆλός ἐστιν οὐδὲν ἔχων ἐξ ἑαυτοῦ.

Solutio objectionis.

Cum igitur audies dicentem Filium [e]: « Omnia quæ habet Pater mea sunt, et omnia mea sunt Patris, » quid dices, hæretice? Si enim ex vestra opinione Filius nihil habet ex seipso, nihil etiam ex seipso habebit Pater; et si Pater omnia naturaliter habet, habebit hoc et Filius. Necessarium igitur prorsus est, ut qui dicunt Filium nihil posse, idem quoque Patri tribuant, nimirum ut habeat quæ Filius; aut si hoc detestandum est, necesse est fateri Filium possidere omnia quæ Pater. Omnia enim sua Patris esse dixit, et ipse vicissim habere omnia quæ Patris sunt.

Πρὸς τοῦτο λύσις.

D Ὅταν οὖν ἀκούσῃς λέγοντος τοῦ Υἱοῦ, « Πάντα ὅσα ἔχει ὁ Πατὴρ, ἐμά ἐστι, » καὶ τὰ ἐμὰ πάντα τοῦ Πατρός ἐστι, τί ἆρα ποιήσεις, αἱρετικέ; Εἰ γὰρ οὐδὲν ἔχει, καθ' ὑμᾶς, ὁ Υἱὸς ἐξ ἑαυτοῦ, ἔχει τοῦτο καὶ ὁ Πατήρ· καὶ εἰ πάντα ἔχει φυσικῶς ὁ Πατὴρ, ἔχει τοῦτο καὶ ὁ Υἱός. Ἀνάγκη τοίνυν, ἢ τὸ μηδὲν ἔχειν δύνασθαι λέγοντας τὸν Υἱὸν, περιθεῖναι τοῦτο καὶ τῷ Πατρὶ, ἵν' ἔχων φαίνηται τὰ τοῦ Υἱοῦ· ἢ εἰ τοῦτο φευκτέον, ἀνάγκη συνομολογεῖν κεκτῆσθαι τὸν Υἱὸν ὅσα καὶ ὁ Πατήρ. Τοῦ Πατρὸς γὰρ ἔφησεν εἶναι πάντα τὰ ἑαυτοῦ, καὶ αὐτὸς ἔχειν πάντα τοῦ Πατρός.

[a] Hebr. IV, 13. [b] Joan. III, 35. [c] Luc. X, 22. [d] Joan. V, 30. [e] Joan. XVI, 15.

Digitized by Google

ΑΛΛΟ, *διηγηματικῶς.*

Οὐ διὰ τὸ μὴ ἔχειν ὁ Υἱὸς, εἰληφέναι λέγεται παρὰ τοῦ Πατρός. Ἔχει γὰρ φυσικῶς, ἴδιος ὢν αὐτοῦ Λόγος καὶ ἀπαύγασμα, πάντα τὰ αὐτοῦ, δίχα μόνου τοῦ εἶναι καὶ λέγεσθαι Πατήρ. Λέγει δὲ εἰληφέναι παρὰ τοῦ Πατρὸς, προαναιρῶν ὡς Θεὸς τὰς τῶν αἱρετικῶν ὑπονοίας. Ἵνα γὰρ μή τις τὸν Υἱὸν θεωρῶν πάντα τὰ τοῦ Πατρὸς ἔχοντα ἐκ τῆς πολλῆς λίαν ὁμοιότητος καὶ ἀπαραλλάκτου ταυτότητος νομίσῃ τὸν αὐτὸν εἶναι Πατέρα καὶ Υἱὸν, καὶ εἰς τὴν Σαβελλίου πλάνην ἐκπέσῃ, ἀναγκαίως εἰληφέναι φησὶ παρὰ Πατρὸς, φυσικῶς τοῦτο ἔχων· ἵν' ὁ λόγος εἰσφέρων ἕνα μὲν τὸν διδόντα, δεύτερον δὲ τὸν δεχόμενον, ἐν ἰδιαζούσαις ὑποστάσεσι δυάδα δεικνύῃ οὐ μόνοις ὀνόμασι διαστελλομένην. Ἴδιος δὲ ὢν τοῦ Πατρὸς ὁ Λόγος, καὶ ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ προελθὼν, πάντα μὲν τὰ τοῦ Πατρὸς ἀΐδίως ἔχει. Παρ' αὐτοῦ δέ φησιν εἰληφέναι διὰ τὸ ἐξ αὐτοῦ προελθεῖν, φυσικῶς ἔχων τὰ πάντα προσόντα αὐτῷ.

ΑΛΛΟ.

Οὐδὲν εἰς τὸν θεότητος λόγον τὸν Υἱὸν ἀδικήσει τὸ λέγειν· « *Πάντα* μοι παρεδόθη παρὰ τοῦ Πατρός μου· » ἀλλὰ μᾶλλον ἀποδεικνύει σαφῶς κατὰ φύσιν ὄντα Υἱόν. Εἰ γὰρ πάντα αὐτῷ παρεδόθη, ἐν δὲ τῷ *πάντα* εἰπεῖν οὐδὲν ἀφῆκεν ἐκτός· οὐκ ἄρα εἷς ἐστι τῶν πάντων, ἅπερ καὶ εἰληφέναι φησὶν, ἀλλ' ἰδιάζουσαν ἐκ Πατρὸς τὴν γέννησιν ἔχει. Υἱὸς δὲ ὢν κατὰ φύσιν, ἔχει πάντως τὰ τοῦ γεννήσαντος ἴδια. Ἴδιον δὲ τοῦ γεννήσαντος τὸ πάντα ἔχειν· οὐκ ἄρα ἐνδεής τινος ὁ Υἱός.

ΑΛΛΟ.

Εἰ πάντα αὐτῷ παρεδόθη, καθά φησιν αὐτὸς, καὶ δέδοται ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, οὔτε τῶν πάντων εἷς ἔσται, ἀλλὰ καὶ μόνος φανεῖται κληρονόμος, ὡς Υἱός. Εἰ γὰρ εἷς ὢν καὶ αὐτὸς τῶν πάντων ἐτύγχανε, κατενεμεῖτο ἂν ἐν τοῖς πᾶσι, καὶ οὐκ ἂν ἦν κληρονόμος. Ἐπειδὴ δὲ φαίνεται πάντα λαβὼν φυσικῶς τε καὶ οὐσιωδῶς, δηλονότι διατρεχούσης εἰς αὐτὸν τῆς τοῦ γεννήσαντος ἀρχῆς τε καὶ κυριότητος, ἄλλος ἐστὶ τῶν πάντων ἐξ ἀνάγκης, καὶ μόνος ἴδιος τοῦ Πατρὸς Υἱός.

ΑΛΛΟ, *διηγηματικῶς.*

Εὑρίσκεταί που λέγων ὁ Σωτήρ· « Ὥσπερ ὁ Πατὴρ ἔχει ζωὴν ἐν ἑαυτῷ, οὕτω καὶ τῷ Υἱῷ δέδωκε ζωὴν ἔχειν ἐν ἑαυτῷ· » ὅπερ ἀκόλουθον οὕτω νοεῖν. Διὰ μὲν γὰρ τοῦ λέγειν, « Δέδωκε, » τὸ ἐκ Πατρὸς ἔχειν φυσικῶς σημαίνει, καὶ καθ' ὑπόστασιν ἕτερον ἑαυτὸν πρὸς τὸν δεδωκότα δεικνύει· ἕτερον δὲ λέγω μόνον τῷ ἀριθμῷ. Διὰ δὲ τοῦ λέγειν, « Ὥσπερ ἔχει ὁ Πατήρ, οὕτως ἔχει καὶ ὁ Υἱὸς, » δῆλός ἐστιν ἐκεῖνο βούλεται, ὅτι ὥσπερ ἀΐδίως ἔχει ὁ Πατὴρ ἐν ἑαυτῷ τὸ ζωὴν, οὕτω καὶ ὁ Υἱὸς ἀΐδίως ἔχει ζωὴν ἐν ἑαυτῷ. Εἰ μὲν οὖν τολμᾷ τις λέγειν εἶναί χρόνον ὅτε οὐκ εἶχεν ὁ Πατὴρ ἐν ἑαυτῷ, κρατεῖν ἀνάγκη

ALIUD, *narrative.*

Non ideo dicitur Filius a Patre accepisse, quod antea non habuerit. Habet enim naturaliter, cum sit proprium ejus Verbum et splendor, omnia quæ Patris : excepto eo quod neque sit, neque dicatur Pater. Dicit autem se accepisse a Patre, præoccupans et tollens, ut Deus, hæreticorum suspicionem. Nam ne quispiam, Filium contemplans habentem omnia quæ Pater, existimet ob summam hanc similitudinem et omnimodam identitatem ipsum esse Patrem simul et Filium, et in Sabellii errorem incidat, utiliter admodum se a Patre accepisse dicit, cum naturaliter id habeat, ut ratio ipsa infereus unum quidem esse qui dat, alterum qui suscipit, dualitatem personarum manifeste ostendat non solis nominibus distinctam. Cum vero sit proprium Patris Verbum, et ex essentia ipsius procedat, certe omnia quæ Patris sunt, ab æterno habet. Dicit autem se ab illo accepisse, quia ex ipso procedit; cum alioqui naturaliter habeat omnia quæ Patri insunt.

ALIUD.

Nihil plane divinitati Filii officere potest, dicere : « Omnia mihi tradita sunt a Patre meo : » sed potius declarat ipsum naturaliter Filium esse. Si enim omnia illi tradita sunt, et cum dicimus, *omnia*, nihil excludimus ; certe non erit ipse unus ex omnibus quæ se accepisse dicit, sed distinctam a Patre generationem habet. Filius vero naturaliter cum sit, habet omnia quæ Genitoris sunt propria. Proprium autem Genitoris est omnia habere : non est igitur Filius alicujus rei indigus.

ALIUD.

Si omnia ei tradita sunt, sicut ipse testatur, eique in manus data, non est unus **226** omnium; sed solus est hæres, ut Filius. Nam si ipse unus omnium exsisteret, certe omnibus annumeraretur, neque esset hæres. Cum vero omnia acceperit, naturaliter atque essentialiter, propagato nimirum in ipsum Genitoris sui imperio et dominatione : necessario diversus est ab omnibus, et solus proprius Patris Filius.

ALIUD, *narrative.*

Servator alicubi inquit, « Sicut Pater habet vitam in seipso, sic dedit et Filio habere vitam in seipso[7] : » quod sic intelligi par est. Nam cum dicit, « dedit, » quod ex Patre naturaliter habeat significat, et hypostatice ab eo qui dedit alium esse : alium, inquam, numero solum. Cum vero dicit, « Sicut habet Pater, ita habet et Filius : » manifeste hoc significat, quod, quemadmodum Pater habet in se vitam ab æterno, ita et Filius vitam ab æterno in se habet. Si quis igitur audet dicere, tempus aliquod fuisse quo Pater vitam in se non habuit, hoc ipsum etiam in Filio locum habebit. At si hoc

[7] Joan. v, 26.

Digitized by Google

impium est, et fatemur omnino Patrem semper in se vitam habuisse, idem etiam de Filio fatendum est ; hoc enim est ita se habere ipsum sicut et Pater. Si vero is qui semper habet, accipere se dicit, singulari aliquo consilio dicitur, nihilque id Filio quod ad naturam attinet, officit.

A τοῦτο καὶ ἐφ' Υἱοῦ. Εἰ δὲ τοῦτο ἀσεβὲς, ἔχειν δὲ δύσομεν ἀεὶ τὸν Πατέρα ζωὴν ἐν ἑαυτῷ, ἔσται τοῦτο καὶ ἐφ' Υἱοῦ· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ οὕτως ἔχειν αὐτὸν, ὥσπερ καὶ ὁ Πατήρ. Εἰ δὲ ἀεὶ ἔχων, εἰληφέναι λέγει, οἰκονομεῖ τι σοφὸν ἡ φωνὴ, καὶ οὐδὲν εἰς τὸν τῆς φύσεως λόγον ἀδικήσει τὸν Υἱόν.

ALIUD.

Si quis splendori luminis sermonem tribuat, et dicat : Lumen mihi dedit omnia quæ habet : illumino enim perinde atque illud ; anne recte quispiam dixerit splendorem illum aliquando non habuisse illuminandi facultatem ? et quomodo splendor erat ? Si vero cum semper illuminandi facultatem habeat, quia omnia quæ in lumine sunt, habet, et qui giguitur ex ipso, accepisse ab ipso dicitur : quomodo B non absurdum fuerit nolle amplius aliquid de Verbo Dei, quam de hoc exemplo intelligere ? Cum enim omnia naturaliter habeat ex Patre, accepisse se ex ipso dicit, quia ex ipso genitus est, cum omnibus quæ habet.

ΑΛΛΟ.

Εἴ τις τῷ ἐκ τοῦ φωτὸς ἀπαυγάσματι περιθείη φωνὴν, εἶτα τοῦτο λέγοι· Πάντα μοι δέδωκε τὸ φῶς τὰ ἑαυτοῦ, φωτίζω γὰρ ὥσπερ ἐκεῖνο· ἆρ' εὐλόγως ἂν εἴποι μὴ ἐσχηκέναι ποτὲ τὸ ἀπαύγασμα τοῦ φωτίζειν τὴν δύναμιν; καὶ πῶς ἀπαύγασμα ἦν; Εἰ δὲ καὶ φωτίζειν δυνάμενον διὰ τὸ πάντα τὰ τοῦ φωτὸς ἔχειν, καὶ γεννᾶσθαι πάλιν ἐξ ἑαυτοῦ, εἰληφέναι λέγει παρ' αὐτοῦ, πῶς οὐκ ἄτοπον μὴ καὶ πλέον τι τοῦ παραδείγματος νοεῖν ἐπὶ τοῦ Θεοῦ Λόγου ; Πάντα γὰρ ἔχων φυσικῶς ἐκ Πατρὸς, εἰληφέναι φησὶν ἐξ αὐτοῦ διὰ τὸ ἐξ αὐτοῦ γεγεννῆσθαι, μετὰ πάντων ὧν ἔχει.

ALIUD, *in illud : « Data est mihi omnis potestas* [8], » *et, « Glorifica Filium tuum* [9] : » *aut universalius de eo quod glorificatur, et an aliquid accipiat Filius.*

ΑΛΛΟ, *εἰς τὸ, « Ἐδόθη μοι πᾶσα ἐξουσία· » καὶ, « Δόξασόν σου τὸν Υἱὸν, » ἢ καθολικώτερον, περὶ τοῦ δοξάζεσθαι ἢ δέχεσθαί τι τὸν Υἱόν.*

Filius Dei, quatenus Verbum est, non ideo petit a Patre, vel alioqui accipere dicitur, quod aut gloria aut alia quapiam re egeat, sed ratione incarnationis hoc facit. Accipit enim respectu humanæ naturæ, quia nobis similis factus est. Abundat **227** autem omnibus ut Deus. Cum enim solus, ac per se homo, C tametsi aliquid boni a Deo acceperit, facile hoc ipsum amittit (quod quidem et Adam perpessus est), destitutus per inobedientiam ea gratia quæ prius illi collata fuerat : necessarium omnino fuit, ne rursus in eadem incideremus, ut immutabile Dei Verbum homo factum peteret a Patre dona quæ ab illo proficiscuntur ; ut per ipsum in quem nulla mutatio alteratione cadit, in nostra etiam natura eadem dona stabilirentur atque confirmarentur. Gratia enim principium nacta, firmiter in Christo manet ; ipseque similitudinem in nos quoque transmittit : omnes enim in ipso sumus, quatenus homo factus est et eamdem quam nos carnem gestavit. Nam hac ratione et fratres, et unum cum eo facti dicimur. Petit itaque et accipit a Patre propter nos, quæ D ipse habet naturaliter, ut Deus. Cum vero carnem assumpsit, quæ glorificatione egebat, atque hæc quidem non alterius cujuspiam, sed sua facta est : merito sibi vindicat atque adjungit, quæ in illam et circa illam fiunt, et ut homo non habens, accipit a Patre quæ naturaliter habet ut Filius et Deus.

Οὐκ ἐν χρείᾳ δόξης ἢ ἑτέρου τινὸς καθεστηκὼς ὁ Υἱὸς, ᾗ Λόγος ἐστὶν, αἰτεῖ παρὰ τοῦ Πατρὸς, ἢ καὶ λαμβάνειν λέγεται, οἰκονομικῶς δὲ τοῦτο ποιεῖ. Δέχεται μὲν γὰρ ἀνθρωπίνως διὰ τὸ σχῆμα τῆς πρὸς ἡμᾶς ὁμοιώσεως. Ἔστι δὲ πλήρης ὡς Θεός. Ἐπειδὴ γὰρ μόνος καὶ καθ' ἑαυτὸν ὁ ἄνθρωπος, κἂν τι τῶν ἀγαθῶν παρὰ Θεοῦ λάβῃ, τοῦτο ῥᾳδίως ἀπολλύει (ὃ δὴ καὶ πέπονθεν Ἀδὰμ), καὶ γυμνὸς ἐκ παρακοῆς ἐδείχθη τῆς προτεθείσης αὐτῷ χάριτος, ἀναγκαῖον ἦν, ἵνα μὴ πάλιν τοῖς αὐτοῖς περιπέσωμεν, τὸν ἄτρεπτον τοῦ Θεοῦ Λόγον γενόμενον ἄνθρωπον, αἰτῆσαι παρὰ τοῦ Πατρὸς τὰ ἐξ αὐτοῦ χαρίσματα· ἵνα δι' αὐτοῦ βέβαια τῇ ἡμετέρᾳ φύσει φυλάττηται, ἀτρέπτου καὶ ἀναλλοιώτου τυγχάνοντος. Ἀρχὴν γὰρ ἡ χάρις λαβοῦσα, μένει μὲν ἀσφαλῶς ἐν Χριστῷ, παραπέμπει δὲ αὐτὸς καὶ εἰς ἡμᾶς τὴν ὁμοίωσιν· ὅτι πάντες ἐσμὲν ἐν αὐτῷ, καθὸ ἄνθρωπος γέγονε, καὶ τὴν αὐτὴν ἡμῖν ἐφόρεσε σάρκα. Οὕτω γὰρ καὶ ἀδελφοὶ καὶ ἓν ὡς πρὸς Θεὸν γεγεννῆσθαι λεγόμεθα. Αἰτεῖ τοίνυν καὶ δέχεται παρὰ τοῦ Πατρὸς δι' ἡμᾶς, ἅπερ ἔχει μὲν φυσικῶς, ὡς Θεός· ἐπειδὴ δὲ σάρκα τοῦ δοξάζεσθαι χρῄζουσαν ἔλαβε, καὶ οὐχ ἑτέρου τινὸς, ἀλλ' αὐτοῦ γέγονεν αὕτη, εἰκότως ἰδιοποιεῖται τὰ εἰς αὐτὴν ἢ περὶ αὐτὴν γινόμενα, καὶ ὡς ἄνθρωπος μὴ ἔχων, δέχεται παρὰ τοῦ Πατρὸς ἅπερ ἔχει φυσικῶς, ὡς Υἱὸς καὶ Θεός.

ALIUD.

Si Verbum Dei factum est homo, ut omnino factum est [10], neque quemquam negare arbitror, quid est quod nonnullos movet, ut eum humanis verbis uti non permittant ? Nam qui rem ipsam subire non

ΑΛΛΟ.

Εἰ γέγονεν ἄνθρωπος ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, γέγονε δὲ, καὶ ἀντερεῖν οἶμαι μηδένα, τί τὸ ἀναπεῖθόν τινας, μὴ ἐπιτρέπειν αὐτῷ ταῖς ἀνθρώπου κεχρῆσθαι φωναῖς ; Ὁ γὰρ αὐτὸ τὸ πρᾶγμα μὴ φυγὼν, ἀλλ'

[8] Matth. xxviii, 18. [9] Joan. xvii, 1. [10] Joan. i, 14.

Digitized by Google

εἰς τοσαύτην ἑαυτὸν ταπείνωσιν καταγαγὼν, οὐκ ἂν ἔφυγε τὸ ἐν λόγοις ἑαυτοῦ φαίνεσθαι μετριώτερος. Εἰ μὲν οὖν οὐ γέγονεν ἄνθρωπος, περιαπτέτωσάν τινες τῷ Λόγῳ τὰ ταπεινὰ ῥήματα, καὶ λεγέτωσαν αὐτὸν καὶ ἀγνοεῖν καὶ δόξης χρῄζειν, καὶ δέχεσθαί τι παρὰ τοῦ Πατρός. Εἰ δὲ γέγονεν ἄνθρωπος, ἱστάσαν τῆς ἀνθρωπότητος αἱ φωναὶ, καὶ μηδεὶς συκοφαντείτω τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον, ὡς οὐκ ἔχοντα τὸ τέλειον, ὥσπερ ὁ Πατήρ· μηδὲ ὑβριζέτω τὸ τοῦ Θεοῦ γνήσιον γέννημα.

A recusavit, sed in tantam humilitatem se demisit, non abhorruit ab hujusmodi moderato atque humiliore loquendi genere. At vero si homo factus non est, tribuant nonnulli Verbo humiles istas locutiones, dicantque ipsum et ignorare, et gloria indigere, atque aliquid a Patre accipere. Sed si factum est homo, sint hæc verba humanæ naturæ convenientia : et nemo calumnietur Verbum Dei, tanquam non habentem eam perfectionem, quam habet Pater : neque vero Dei Filio contumeliose insultent.

ΑΛΛΟ.

Οὐχ ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ᾗ Λόγος ἐστὶ, δοξάζεται καὶ δέχεταί τι παρὰ τοῦ Πατρὸς, ἢ καὶ ἁγιάζεται, ἀλλ' ἡμεῖς ἐν αὐτῷ· καὶ δι' ἡμᾶς ταῖς τοιαύταις αὐτός τε ἐχρήσατο φωναῖς, καὶ ἡ θεία Γραφὴ τοιαῦτά τινα λέγει περὶ αὐτοῦ. Εἰ γὰρ, καθὼς οἴονταί τινες, εἰς τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον ἀναφέρειν χρὴ τὰ τοιαῦτα, ὁράτωσαν μὴ καὶ τὸν τῆς ἐπιδημίας τρόπον ποιοῦσιν ἀργὸν, καὶ τῆς παρὰ Θεοῦ χάριτος ἔρημον ἡμῶν τὴν φύσιν ἀποδεικνύουσιν. Εἰ γὰρ ὁ Λόγος ἐστὶν ὁ δοξασθεὶς καὶ ἁγιασθεὶς κατὰ τὴν θεότητα, ποία γέγονε τοῖς ἀνθρώποις ἡ ὄνησις, ἐκ τοῦ γενέσθαι αὐτὸν ἄνθρωπον; Φαίνεται γὰρ αὐτὸς ἀναστὰς ἐκ νεκρῶν, οὐχ ἡμεῖς. Τί δὲ αὐτὸν ἔπεισε γενέσθαι καὶ σάρκα; Εἰ μὲν γὰρ, ἵνα τὴν ἀνθρώπου φύσιν ὠφελήσῃ, ἀργὸν κατ' ἐκείνους τὸ ἐπιχείρημα· οὐδὲν γὰρ ἡ σὰρξ ὠφεληθεῖσα φαίνεται, ἀλλὰ μᾶλλον αὐτός. Καὶ εἰ ὅτε γέγονεν ἄνθρωπος, τότε φαίνεται καὶ δόξαν λαβὼν, καὶ ἁγιασμὸν, καὶ ἐξουσίαν, καὶ ὅσα τοιαῦτα φέρεται περὶ αὐτοῦ, πρόδηλόν ἐστιν ὅτι πρὸ τῆς ἐπιδημίας τούτων ἔρημος ὤν, κατ' ἐκείνους, λαμβάνει ταῦτα κατὰ τὸν τῆς ἐπιδημίας καιρόν. Χάριν οὖν ὁμολογείτω τῇ σαρκὶ, βελτίων ἀναδειχθεὶς, ὅτε περιφόρεκεν αὐτὴν, οὐ βελτιώσας αὐτήν. Ἀλλ' ἔστι τοῦτο καὶ φρονεῖν καὶ λέγειν δυσσεβέστατον. Ἐπεδήμησε γὰρ ἵνα δοξάσῃ τὸν ἄνθρωπον καὶ ἁγιάσῃ. Οὐχ ὁ Λόγος ἄρα ἐστὶν ὁ δεχόμενός τι· τέλειος γὰρ, ὥσπερ καὶ ὁ γεννήσας αὐτόν. Ἀλλ' ἡμεῖς ἐν αὐτῷ λαμβάνομεν, ὅτε τὴν ἡμετέραν ἐφόρεσε σάρκα· ὡς γὰρ ἀναστάντος αὐτοῦ, ἡμεῖς ἀνέστημεν, καὶ ἀναβεβηκότος αὐτοῦ πάλιν, εἰς οὐρανοὺς ἡμῖν ἡ ἄνοδος ἀνεκαινίσθη· οὕτως καὶ δοξάζεσθαι καὶ ἁγιάζεσθαι λεγομένου, ἡμεῖς ἐσμεν οἱ τούτων ἀπολαύοντες.

ALIUD.

Verbum Dei, quatenus Verbum est, neque gloriam, neque aliud quidquam a Patre accipit, neque sanctificatur; sed nos in ipso : et propter nos, et ipse ejuscemodi verbis utitur, et sacra Scriptura talia quædam de ipso dicit. Si enim, ut nonnulli opinantur, ad Verbum Dei ejuscemodi dicta referri debent, videant ne incarnationem ipsam otiosam infrugiferamque faciant, et naturam nostram gratia Dei vacuam declarent. Nam si Verbum est, quod in sua deitate glorificatum et sanctificatum **228** est, quid fructus aut emolumenti hominibus inde accessit quod factus sit homo? Ipse enim e mortuis resurrexisse videtur, non autem nos. Quid vero ipsum movit ut fieret homo? Nam si, ut humanam naturam juvaret, inanis est, juxta illos, hic conatus : natura enim adjuta non fuisse cernitur, sed ipse potius; et si, quando factus est homo, tum etiam gloriam accepisse et sanctificationem, et potestatem, et alia quæ ipsi tribuuntur, cernitur : manifestum est ipsum, juxta illorum opinionem, ante incarnationem iis vacuum fuisse, et tum primum cum carnem assumpsit, ea accepisse. Carni igitur acceptum ferat, quod per ejus assumptionem melior sit effectus, non vero ipsam meliorem effecerit. Atqui hoc et cogitatu et dictu impium est. Incarnatus enim est ut hominem glorificaret et sanctificaret. Verbum itaque, quatenus Verbum, nihil accepit : perfectum enim est, quemadmodum et Pater. Sed nos in ipso accipimus, quando carnem nostram gestavit : sicut enim cum ipse resurrexit, nos etiam resurreximus; cumque ipse rursum ascendit in cœlos, ascensus nobis est instauratus : ita cum ipse glorificari et sanctificari dicitur, nos significamur hisce rebus frui.

ΑΛΛΟ, *δι' οὗ δείκνυται σαφῶς, ἅπερ εἶχεν ὡς Θεὸς, δι' ἡμᾶς αἰτῶν ὡς ἄνθρωπος.*

ALIUD, *quo manifeste ostenditur quæ habuit ut Deus, petiisse propter nos ut homo.*

Λέγει που Χριστός· « Πάτερ, δόξασόν σου τὸν Υἱόν. » Καὶ πάλιν· « Πάντα μοι παρεδόθη ὑπὸ τοῦ Πατρός. » Καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν· « Ἐδόθη μοι, φησὶ, πᾶσα ἐξουσία ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς. » Ἀλλὰ δέδεικται καὶ πρὶν αὐτῷ παραδοθῆναι τὰ πάντα, πάντων ὢν Κύριος. Γέγονε γὰρ τὰ πάντα δι' αὐτοῦ, καὶ ὁ Ψαλμῳδὸς δὲ δοῦλα τοῦ πεποιηκότος εἰδὼς αὐτὰ λέγει, ὅτι « Τὰ σύμπαντά σοι δοῦλα σά. » Αἰτῶν δὲ δόξαν φαίνεται, καίτοι τῆς δόξης ὢν Κύριος. Οὕτω γὰρ ὁ Παῦλος ἔλεγε περί τινων, ὅτιπερ « Εἰ ἔγνω-

Christus alicubi inquit : « Pater, glorifica Filium tuum [11]. » Et rursus : « Omnia mihi tradita sunt a Patre [12]. » Et post resurrectionem : « Data est mihi potestas et in cœlo et in terra [13]. » Atqui etiam antequam illi traderentur omnia, omnium Dominus erat. Omnia enim per ipsum facta sunt [14], et Psalmista sciens omnia esse serva Creatoris, ait : « Omnia serviunt tibi [15]. » Cum vero gloriam petit, gloriæ Dominus esse cernitur. Ita enim Paulus de quibusdam dixit, quod « si cognovissent, non

[11] Joan. xvii, 1. [12] Matth. xi, 27. [13] Matth. xxviii, 18. [14] Joan. i, 3. [15] Psal. cxviii, 91.

Digitized by Google

utique Dominum gloriæ crucifixissent [16]. » Quod autem antequam gloriam a Patre peteret, eam habuerit, ut Filius, ipse manifeste docet, dicens : « Pater, glorifica Filium tuum ea gloria quam habebam apud te ante constitutionem mundi. » Si vero fatetur se habere gloriam ante constitutum mundum, et nunc eam petit ut non habens, nostra causa id facit ; et nostra in ipso facta est petitio, poscens gloriam humanæ naturæ conferri. Cum autem post resurrectionem dicit : « Data est mihi potestas ; » etiam ante resurrectionem eam habuisse cernitur. Nam si non habuit, quo pacto increpat diabolum, dicens : « Vade retro, Satana [17] ? » aut quomodo largitus est discipulis potestatem in dæmones [18] ? **229** quomodo filiam Abrahæ, ut scriptum est, ligatam a diabolo ut potestate prædius solvit [19] ? aut quo pacto paralytico sanitatem contulit [20] ? quomodo mulieri peccatrici peccata remisit [21] ? quomodo mortuos resuscitavit [22] ? cæcis visum restituit [23] ? Manifestum itaque est illum verbis uti quæ homini conveniant, non quando erat Verbum extra carnem, sed quando factus est homo Patris dona nobis petens. Ita enim dicimur etiam divinæ naturæ facti esse participes [24], cum Verbum nostram humilitatem suscepit, ut nos ad suam celsitudinem evehat, non ut ipse infra maneat, sicut nos. Idcirco enim cum sumus natura homines, dii vocamur [25], quippe qui hoc in Christo simus : Christus enim Deus est.

ALIUD.

Si humilia quædam verba quæ carni conveniunt, nonnulli divinitati Verbi ascribere conantur : cum viderint Christum per carnem miracula edentem, quid dicent ? Cum enim ex saliva et terra lutum confecisset, cæcum eo curavit : extensa manu, feretroque tacto viduæ filium unigenitum suscitavit ; voce etiam per corpus edita Lazarum e monumento evocavit. Hæc enim præstita sunt per carnem, sed non erant opera carnis. Quemadmodum igitur si naturam rei aspiciamus, ex divinitatis vi ac virtute operum ejuscemodi eventum æstimamus, tametsi per carnem facta sint : ita quando propter carnem humanum aliquid dicit, non Deo Verbo id ascribamus ; sed cum id a divinitate alienum esse viderimus, ad carnem referamus. Ita enim singula ipsius facta vel dicta in suum locum referentes, veram minimeque erroneam Servatoris nostri cognitionem consequemur.

ALIUD, *narrative*.

Sacra Scriptura unum Christum prædicat : « Unus enim Deus Pater, et unus Dominus Jesus Christus [26] ; » Nam ex operibus quæ soli Deo conveniunt, Deus cognoscitur. Cum enim Verbum caro factum, ut scriptum est [27], homo quoque cerni

σαν, οὐκ ἂν τὸν Κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν. » Ὅτι δὲ καὶ πρὶν αἰτῆσαι παρὰ Πατρὸς τὴν δόξαν εἶχεν ὡς Υἱὸς, αὐτὸς διδάσκει σαφῶς λέγων· « Πάτερ, δόξασόν σου τὸν Υἱὸν τῇ δόξῃ ᾗ εἶχον, πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι, παρὰ σοί. » Εἰ δὲ ὁμολογεῖ μὲν ἔχειν καὶ πρὸ τοῦ κόσμου τὴν δόξαν, αἰτεῖ δὲ νῦν αὐτὴν ὡς οὐκ ἔχων, δι' ἡμᾶς ἄρα τοῦτο ποιεῖ· καὶ ἡμῶν ἐν αὐτῷ γέγονεν ἡ αἴτησις, καλοῦσα τὴν δόξαν εἰς τὴν ἀνθρώπου φύσιν. Λέγων δὲ μετὰ τὴν ἀνάστασιν, « Ἐδόθη μοι πᾶσα ἐξουσία, » καὶ πρὸ τῆς ἀναστάσεως ταύτην ἔχων φαίνεται. Εἰ γὰρ μὴ εἶχε, πῶς ἐπετίμα τῷ διαβόλῳ λέγων· « Ὕπαγε ὀπίσω μου, Σατανᾶ ; » πῶς δὲ τοῖς μαθηταῖς κατὰ δαιμόνων ἐχαρίζετο τὴν ἐξουσίαν ; πῶς δὲ τὴν Ἀβραὰμ θυγατέρα, καθὰ γέγραπται, δεδεμένην ὑπὸ τοῦ διαβόλου ὡς ἐξουσίαν ἔχων ἔλυσεν αὐτός ; ἢ πῶς παραλυτικῷ τὴν ὑγίειαν ἐχαρίσατο ; πῶς τῇ γυναικὶ τῇ ἁμαρτωλῷ τὰς ἁμαρτίας ἠφίει ; νεκροὺς δὲ πῶς ἤγειρε ; τυφλῶν δὲ πῶς ἀνέῳξε ὀφθαλμούς ; Δῆλον οὖν ἐντεῦθέν ἐστιν, ὅτι τὰς ἀνθρώπῳ πρεπούσας λέγει φωνὰς, οὐχ ὅτε Λόγος ἦν πρὸ τῆς ἐπιδημίας ἔξω σαρκός· ἀλλ' ὅτε γέγονεν ἄνθρωπος, εἰς ἡμᾶς καλῶν τὰς παρὰ τοῦ Πατρὸς δωρεάς. Οὕτω γὰρ λεγόμεθα καὶ θείας φύσεως γενέσθαι κοινωνοὶ, τοῦ Λόγου φορέσαντος τὴν ἡμῶν ταπείνωσιν, ἵν' ἡμᾶς ἀναγάγῃ πρὸς τὸ ὕψος τὸ ἑαυτοῦ, οὐχ ἵνα μείνῃ κάτω καθάπερ ἡμεῖς. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ἄνθρωποι τὴν φύσιν ὄντες, θεοὶ χρηματίζομεν, ὡς ὄντες καὶ τοῦτο ἐν Χριστῷ· Θεὸς γὰρ ὁ Χριστός.

ΑΛΛΟ.

Εἰ τὰ τῆς σαρκὸς ταπεινὰ ῥήματα τῇ θεότητι τοῦ Λόγου προσάπτειν ἐπιχειροῦσί τινες, ὅταν ἴδωσι θαυματουργοῦντα Χριστὸν διὰ τῆς σαρκὸς, τί ἐροῦσιν ἄρα ; Πτύσας μὲν γὰρ καὶ ποιήσας πηλὸν, ἐθεράπευσε τὸν τυφλόν· ἐκτείνας δὲ τὴν χεῖρα καὶ ἁψάμενος τῆς σοροῦ, τὸν μονογενῆ τῆς χήρας ἀνέστησεν υἱόν· φωνὴν δὲ ἀφεὶς διὰ τοῦ σώματος, ἔξω τοῦ μνήματος ἐκάλεσε τὸν Λάζαρον. Ταῦτα μὲν γὰρ ἐτελεῖτο διὰ τῆς σαρκὸς, ἀλλ' οὐκ ἦν ἔργα σαρκός. Ὥσπερ οὖν εἰς τὴν φύσιν τοῦ πράγματος βλέποντες, τῇ δυνάμει τῆς θεότητος τὴν τῶν ἀποτελεσμάτων ἔκβασιν λογιζόμεθα, εἰ καὶ διὰ τῆς σαρκὸς ἐγένετο· οὕτως ὅταν διὰ τὴν σάρκα λέγῃ τι καὶ ἀνθρώπινον, μὴ τῷ Θεῷ Λόγῳ τοῦτο προσάπτωμεν, ἀλλὰ τῆς θεότητος ἀλλότριον ὁρῶντες αὐτὸ, φέρωμεν ἐπὶ τὴν σάρκα. Οὕτω γὰρ ἕκαστον τῶν γινομένων ἤτοι λεγομένων παρ' αὐτοῦ, ὥσπερ ἐν τῷ ἰδίῳ τόπῳ τιθέντες, ἀπλανῆ τὴν περὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν γνῶσιν ἔχοντες εὑρισκόμεθα.

ΑΛΛΟ, *διηγηματικῶς*.

Ἕνα Χριστὸν κηρύττουσιν αἱ θεῖαι Γραφαί· « Εἷς γὰρ Θεὸς ὁ Πατὴρ, καὶ εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστός. » Ἀπὸ μὲν γὰρ τῶν ἔργων τῶν, ὅσα πρέπει μόνῳ τῷ Θεῷ, γνωρίζεται Θεός. Ἐπειδὴ δὲ σὰρξ γεγονότα τὸν Λόγον, καθὰ γέγραπται, δεῖ καὶ ἄνθρωπον φαί-

[16] I Cor. II, 8. [17] Marc. VIII, 33. [18] Matth. X, 8. [19] Matth. XV, 22-28. [20] Matth. IX, 2 seqq. [21] Luc. VII; 37 seqq. [22] ibid. 11-17; VIII, 41-56; Joan. XI, 1 seqq. [23] Matth. XX, 30 seqq.; Joan. IX, 1 seqq. [24] II Petr. I, 4. [25] I Joan. III, 1. [26] I Cor. VIII, 6. [27] Joan. I, 14.

Digitized by Google

νεσθαι, οὐκ ἦν δὲ ἀλλαχόθεν ὁρᾶσθαι τοιοῦτον, εἰ μὴ ἐκ τῶν τῆς σαρκὸς ἁλοιδορήτων παθῶν τε καὶ λόγων, ἀναγκαίως καὶ τὰ ἀνθρώποις πρέποντα ποιεῖ τε καὶ λαλεῖ, ἵν' οὕτως δεικνύηται καὶ ἄνθρωπος γεγονώς. Ἔστι γοῦν ἰδεῖν κατὰ ταυτὸν ἀμφότερα ἐν αὐτῷ. Ἐπυνθάνετο μὲν γὰρ ποῦ κεῖται Λάζαρος ἀνθρωποπρεπῶς· ἤγειρε δὲ αὐτὸν, ὡς Θεός. Καὶ τῇ μὲν μητρὶ λεγούσῃ, « Οἶνον οὐκ ἔχουσιν, » ἐπέπληττεν ὡς ἄνθρωπος· τὸ δὲ ὕδωρ εὐθὺς εἰς οἶνον μετεποίει. Θεὸς γὰρ ἦν ἀληθινὸς ἐν σαρκὶ, καὶ σὰρξ ἀληθῶς ἐν Θεῷ. Δι' ὧν οὖν ἔδει γνωρίζεσθαι Θεὸν, ταῦτα θεϊκῶς ἐνεργεῖ· καὶ ἀφ' ὧν ἦν ἀναγκαίως ἄνθρωπον ὄντως ὁρᾶσθαι, ταῦτα ποιεῖ καὶ λέγει, οἰκονομῶν τῷ μυστηρίῳ τὴν ἀλήθειαν. Ἀποδιδόσθω τοίνυν Θεῷ τὰ Θεῷ χρεωστούμενα, καὶ τῇ ἀνθρωπότητι τὰ αὐτῇ πρέποντα καὶ ὀφειλόμενα, καὶ οὕτως ἔξω παντὸς σκανδάλου καὶ πλάνης ὁ εἰς αὐτὸν πιστεύων γενήσεται.

debeat; at talis non aliunde cerni poterat, nisi ex passionibus et dictis cerni convenientibus, peccati tamen expertibus : necessario etiam quæ hominibus conveniunt et facit, et loquitur; ut nimirum hac ratione declaret se hominem factum. Utrumque igitur in ipso eadem in re cernimus. **229** Interrogavit enim ubi positus esset Lazarus, quod nimirum ea interrogatio homini conveniret : suscitavit autem ipsum, ut Deus. Et matrem quidem dicentem : « Vinum non habent[28], » increpabat ut homo : aquam vero statim in vinum mutavit. Deus enim verus erat in carne, et caro vere in Deo. Illa igitur, per quæ oportuit cognosci Deum, divino more fecit : ea vero per quæ necesse erat hominem vere cerni, hæc facit et dicit, arcana quadam ratione veritatem administrans. Ascribantur itaque Deo, quæ ei debentur : et humanitati quæ ipsi conveniunt et debentur; atque ita, qui in ipsum credit, liber erit ab omni offensione atque errore.

ΑΛΛΟ.

Ὡς ἐξ ἀντιθέσεως.

« Πάντα μοι, φασὶ, παρεδόθη ὑπὸ τοῦ Πατρός μου. » Ὁ δὲ πάντα παρ' ἑτέρου λαβὼν, δῆλός ἐστιν οὐδὲν ἔχων ἐξ ἑαυτοῦ· ὁ δὲ τοιοῦτος, πῶς ἔσται κατ' οὐσίαν ὅμοιος τῷ πάντα ἔχοντι Θεῷ καὶ Πατρί;

ALIUD.

Ex objectione hæreticorum.

« Omnia mihi, inquiunt, tradita sunt a Patre meo[29]. » Qui vero omnia ab alio accipit, certe nihil a seipso habet. At qui ejusmodi est, quomodo erit secundum essentiam similis Deo ac Patri omnia habenti?

Πρὸς τοῦτο λύσις, ὡς διὰ τῆς εἰς ἄτοπον ἀπαγωγῆς.

Εἰ πάντα λαβὼν ὁ Υἱὸς, οὐδὲν ἔχων ἐξ ἑαυτοῦ φαίνεται, πάντα δοὺς ὁ Πατὴρ, οὐδὲν ἔχει νῦν ἐν ἑαυτῷ. Ἀλλὰ τοῦτο ἄτοπον· πῶς γὰρ ἔρημος ἔσται τῶν προσόντων αὐτῷ φυσικῶς ὁ Πατήρ; Ἔχει δὲ πάντα, καὶ δοὺς αὐτὰ τῷ Υἱῷ δηλονότι· κἂν ὁ Υἱὸς εἰληφέναι λέγῃ, χρόνος ἦν οὐδεὶς ὅτε τούτων ἔρημος ἦν. Λαμβάνει μὲν γὰρ κατὰ τὸ σχῆμα τὸ ἀνθρώπινον· ἔχει δὲ αὐτὰ φυσικῶς, ὥσπερ καὶ ὁ Πατήρ.

Solutio objectionis, per reductionem ad absurdum.

Si Filius cum omnia acceperit, nihil ex seipso habet, Pater qui omnia dat, nihil nunc in se habet. At hoc absurdum est : quomodo enim Pater vacuus erit eis quæ naturaliter ipsi insunt? Omnia vero habet, tametsi ea Filio dederit : et tametsi Filius dicatur accepisse, nullo tamen tempore iis vacuus fuit. Accipit enim ratione formæ humanæ : naturaliter vero ea habet, sicut et Pater.

ΑΛΛΟ.

Λέγει που Χριστός· « Ὁ Πατὴρ ἀγαπᾷ τὸν Υἱὸν, καὶ ἐξουσίαν ἔδωκεν αὐτῷ κρίσιν ποιεῖν, ὅτι Υἱὸς ἀνθρώπου ἐστίν. » Εἰ τοίνυν ἐξουσίαν τοῦ κρίνειν λαμβάνει, οὐ διά τινα πρόφασιν ἑτέραν, ἀλλ' ὅτι μόνον Υἱὸς ἀνθρώπου ἐστὶν, οὐχ ἧ Λόγος ἐστὶ καὶ Θεὸς ὁ Υἱὸς λαμβάνει, ἀλλὰ καθὸ γέγονεν ἄνθρωπος. Λογιστέον οὖν τῇ μὲν ἀνθρωπότητι τὸ λαβεῖν, τῇ δὲ θεότητι τοῦ Υἱοῦ, τὸ πάντα κεκτῆσθαι φυσικῶς τὰ τοῦ γεννήσαντος αὐτόν. Οὕτω γὰρ ἂν εἴη καὶ εἰκὼν ἀπαράλλακτος τοῦ Πατρός.

ALIUD.

Christus alicubi dicit : « Pater diligit Filium, et potestatem dedit ei judicium facere, quia Filius hominis est[30]. » Si ergo potestatem judicandi accipit, non aliam ob causam quam quod sit Filius hominis : non quatenus Verbum est et Deus, dicitur accipere Filius, sed quatenus factus est homo. Accipere igitur humanæ naturæ tribuendum est : divinitati autem Filii ascribendum est naturaliter omnia possidere quæ Pater. Ita enim fuerit omnimoda imago Patris.

ΛΟΓΟΣ ΚΔ'.

Εἰς τὰ λεγόμενα περὶ τοῦ Σωτῆρος ἀνθρωπίνως παρὰ τοῖς εὐαγγελισταῖς, εἰς τὸ, « Ἐκλαυσε· » καὶ εἰς τὸ, « Νῦν ἡ ψυχή μου τετάραχται· » καὶ εἰς τὸ, « Εἰ δυνατὸν, παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο· » καὶ εἰς τὸ, « Περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου· » καὶ ὅσα τούτοις ὅμοια ῥητὰ, πυρωθέσεις ἀποδεικτικαὶ καὶ ἀπὸ τῆς Θείας Γραφῆς, τῶν χριστομάχων ἀνατρέπουσαι τὴν κακόνοιαν.

ASSERTIO XXIV.

229 *In ea quæ humano more dicuntur ab evangelistis de Servatore : nimirum, in illud, « Flevit[31], » et in illud, « Nunc anima mea turbata est[32]; » et, « Si possibile est, transeat a me calix iste[33]; » et, « Tristis est anima mea[34], » aliaque hujus generis dicta, auctoritates sacræ Scripturæ hæreticorum falsas opiniones subvertentes.*

Εἰ παρά τινος τῶν τυχόντων ἢ καὶ ἀνθρώπου ψι-

Si a vulgari quopiam homine hæc dicta esse

[28] Joan. II, 3. [29] Matth. XI, 27. [30] Joan. V, 22. [31] Joan. XI, 35. [32] Joan. XII, 27. [33] Matth. XXVI, 39. [34] Ibid. 38.

Digitized by Google

existimamus, fleat ut homo, timeatque et mortem expavescat, flatque tristis et turbetur, aliaque omnia patiatur, quæ et ipsa humana natura pati solet. Si vero Deus in carne erat, et quidem erat, et non aliter, quem timeat Deus? Si vere dicit : « Ego sum vita [36], » quomodo mortem timet vita? Si alios a morte conservavit, quomodo ipse timuit mortem? Quomodo timeat mortem, qui discipulos ad fortitudinem, mortisque contemptum cohortatur, dicens : « Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere [36]? » Quomodo ipse hoc timeat, si Abrahæ animum addit, dicens : » Ne timeas, quia tecum sum [37]. » Si Mosen adversus Pharaonem incitavit, et ad Josue Nave filium dicit : « Confortare et viriliter age [38], » quomodo in illum metus cadat, aut quo pacto homines timuit, qui alios ad abjiciendum metum hortatur, facitque ut clament : « Dominus mihi adjutor, et non timebo quid faciat mihi homo [39]? » Quomodo is qui ad hoc venit, ut mortem interimat, ipse timeat id contra quod venit? Aut quomodo non extremæ impietatis fuerit dicere, ipsum timuisse infernum, cujus custodes ad ipsius conspectum expaverint, reseratisque portis, spiritus inclusos dimiserunt, **230** adeo ut multi sanctorum resurrexerint, urbemque ingressi, ut scriptum est [40], a multis visi sint? Quomodo timuit mortem, qui dum quæreretur, dixit eis qui ad ipsum comprehendendum accesserant : « Ego sum [41]? » Quomodo timuit mortem qui dicit : « Ego potestatem habeo dimittendi animam meam, et rursus potestatem habeo accipiendi eam; » et « nullus eripiet eam mihi, sed ego depono eam a meipso [42]? » Verbum itaque Dei in se mortem non timuit; sed humanitas quæ sua natura mortem reformidat.

λοῦ τὰς τοιαύτας εἰρῆσθαι πιστεύομεν φωνάς, κλαιέτω μὲν ὡς ἄνθρωπος, καὶ φοβείσθω πάλιν καὶ δειλιάτω τὸν θάνατον, καὶ γινέσθω περίλυπος, καὶ ταραττέσθω, καὶ ὅσα πέφυκεν ἡ ἀνθρώπου φύσις ὑπομένειν, ταῦτα καὶ αὐτός. Εἰ δὲ Θεὸς ἦν ἐν σαρκί, ἦν δὲ τοῦτο, καὶ οὐχ ἑτέρως, τίνα φοβεῖται Θεός; Εἰ ἀληθὴς ἦν λέγων, « Ἐγώ εἰμι ἡ ζωή, » κατὰ τίνα τρόπον φοβεῖται τὸν θάνατον ἡ ζωή; Εἰ ἄλλους ἐκ θανάτου διέσωσε, πῶς δὲ αὐτὸς ἐφοβεῖτο τὸν θάνατον, ὁ τοὺς μαθητὰς ἐπαλείφων εἰς φρόνημα νεανικόν, καὶ λέγων· « Μὴ φοβεῖσθε ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν μὴ δυναμένων ἀποκτεῖναι; » Πῶς ἂν αὐτὸς ἐφοβεῖτο τοῦτο παθεῖν, εἰ τὸν Ἀβραὰμ παραθαρσύνει, λέγων· « Μὴ φοβοῦ, ὅτι μετὰ σοῦ εἰμι; » Εἰ Μωσέα γοργότερον ἐποίει κατὰ τοῦ Φαραώ, καὶ πρὸς Ἰησοῦν τὸν τοῦ Ναυῆ λέγει· « Ἴσχυε καὶ ἀνδρίζου, » πῶς αὐτὸς δειλίας ἔσται δεκτικὸς, ἢ πῶς ἀνθρώπους ἐφοβήθη, ὁ ἄλλοις συμβουλεύων εἰς τὸ μὴ φοβεῖσθαι, καὶ πείθων βοᾷν· « Κύριος ἐμοὶ βοηθὸς, οὐ φοβηθήσομαί τί ποιήσει μοι ἄνθρωπος; » Πῶς δὲ ὁ εἰς τοῦτο παρελθὼν, ἵνα τὸν θάνατον ἀποκτείνῃ, αὐτὸς ἐφοβεῖτο τὸν καθ' οὗ παραγέγονεν; Ἢ πῶς οὐ πάσης ἐπέκεινα δυσσεβείας ἐστὶ τὸ λέγειν φοβεῖσθαι τὸν ᾅδην, ὃν οἱ τούτου πυλωροὶ καὶ μόνον ἰδόντες κατέπτηξαν, καὶ τὰς ἀφύκτους πετάσαντες πύλας, ἀφῆκαν τὰ ἐναποκλεισθέντα πνεύματα, ὡς ἀναστῆναι τῶν ἁγίων πολλοὺς, καὶ εἰσελθεῖν εἰς τὴν πόλιν, καθὰ γέγραπται, καὶ ὀφθῆναί τισι; Πῶς ἐφοβεῖτο τὸν θάνατον ὁ ἐν τῷ ζητεῖσθαι λέγων πρὸς τοὺς παραγεγονότας αὐτὸν συλλαβέσθαι· « Ἐγώ εἰμι; » Πῶς ἐφοβεῖτο τὸν θάνατον ὁ λέγων· « Ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι τὴν ψυχήν μου καὶ πάλιν ἐξουσίαν ἔχω λαβεῖν αὐτήν· » καὶ· « Οὐδεὶς αἴρει αὐτὴν ἀπ' ἐμοῦ, ἀλλ' ἐγὼ τίθημι αὐτὴν ἀπ' ἐμαυτοῦ; » Οὐκ ἦν οὖν ἄρα καθ' ἑαυτὸν ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος ὁ τὸν θάνατον ὑποπτήξας· ἀλλ' ἦν ἐν αὐτῷ τὸ ἀνθρώπινον πεφυκὸς τοῦτο πάσχειν ἀεί.

ALIUD, *narrative.*

Necessarium plane est, ut qui recte intelligere velit quæ de Servatore nostro in sacra Scriptura dicuntur, occasionem ipsam spectet et tempora in quibus, aut ipse de se, aut sacra Scriptura aliquid de eo dixit. Si ergo Verbum Dei antequam fieret caro, unquam vel floruisse, vel mortem timuisse, aut aliud quidpiam humanum passum fuisse reperitur, etiam nunc illa ipsa locum in eo habeant. At si quando factus est homo, tum primum sacræ Scripturæ ejusmodi de eo dixerunt : cur non potius humano more illa dicta esse censebimus, ut blasphemiæ crimen effugiamus?

ΑΛΛΟ, *διηγηματικῶς.*

Ἀνάγκη πᾶσα τοὺς ὀρθῶς ἐθέλοντας νοεῖν τὰ παρὰ ταῖς θείαις εἰρημένα Γραφαῖς περὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ, τὸν καιρὸν ἐξετάζειν καὶ τοὺς χρόνους καθ' οὓς ἢ αὐτὸς εἰρηκώς τι περὶ ἑαυτοῦ φαίνεται, ἢ αἱ θεῖαι Γραφαὶ περὶ αὐτοῦ. Εἰ μὲν οὖν πρὶν γένηται σὰρξ ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ἢ κλαύσας ὁράται πώποτε, ἢ θάνατον φοβηθεὶς, ἢ ἕτερόν τι τῶν ἀνθρωπίνων ὑπομείνας, κρατείτω καὶ νῦν τὰ εἰρημένα περὶ αὐτοῦ. Εἰ δὲ ὅτε γέγονεν ἄνθρωπος, τότε καὶ τὰς τοιαύτας φωνὰς περὶ αὐτοῦ εἰρήκασιν αἱ θεῖαι Γραφαὶ, τί μὴ μᾶλλον ἀνθρωπίνως εἰρῆσθαι τὰ τοιαῦτα φήσομεν, ἵνα τὸ ἐκ τῆς βλασφημίας διαφύγωμεν κακόν;

ALIUD.

Ex objectione hæreticorum.

Qui flevit, inquiunt, et timorem ac mœstitiam concepit, quomodo erit natura Deus? Hæc enim hominum sunt propria.

ΑΛΛΟ.

Ὡς ἐξ ἀντιθέσεως τῶν χριστομάχων.

Ὁ κλαύσας, φασὶ, καὶ φοβηθεὶς, καὶ περίλυπος γεγονὼς, πῶς ἔσται φύσει Θεός; Ἀνθρώπων γὰρ ἴδια τὰ τοιαῦτα.

[36] Joan. xiv, 6. [36] Matth. x, 28. [37] Gen. xv, 1. [38] Josue i, 6. [39] Psal. cxvii, 6. [40] Matth. xxvii, 52, 53. [41] Joan. xviii, 6. [42] Joan. x, 17, 18.

Digitized by Google

Πρὸς τοῦτο λύσις.

Ὁ τὸν Λάζαρον ἀναστήσας ἐκ νεκρῶν, καὶ τὸ ὕδωρ εἰς οἶνον μεταποιήσας, καὶ τὸ βλέπειν χαρισάμενος τῷ ἐκ γενετῆς τυφλῷ, εἰρηκώς τε ὅτι « Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἓν ἐσμεν, » πῶς οὐκ ἔσται φύσει Θεός; Θειότητος γὰρ ἔργα φαίνεται τὰ γενόμενα. Εἰ δὲ ἐκ τῶν ἀνθρωπίνως εἰρημένων ἢ καὶ γενομένων σκανδαλίζεσθε, διὰ ποίαν αἰτίαν οὐκ ὠφελεῖσθε δι' ἐκείνων, ὅτε καὶ ποιήσας καὶ λαλήσας θεοπρεπῶς εὑρίσκεται; Καὶ πάλιν, εἰ δι' ἐκείνων εἰς τὸ νοεῖν τι ταπεινὸν περὶ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ καταβαίνετε, τί μὴ διὰ τούτων εἰς τὸ μέγαλα καὶ ὑψηλὰ νοεῖν ἀναβαίνετε; Ὁ γὰρ ἐκεῖνα ταπεινῶς εἰρηκώς τε καὶ παθών, καὶ ταῦτα ὑψηλῶς, ὡς Θεὸς, εἶπέ τε καὶ πέπραχεν. Οὐκοῦν ἡ τῆς ἐνανθρωπήσεως αἰτία, καὶ ἡ τῆς ἐνσάρκου παρουσίας οἰκονομία, πρόφασις ἦν ἀναγκαία τοῦ γενέσθαι τινὰ καὶ ἀνθρώπινα.

A *Solutio objectionis.*

Qui Lazarum suscitavit e mortuis [48], quique aquam in vinum mutavit [49], cæcoque ab ortu visum largitus est [50], et qui dixit : « Ego et Pater unum sumus [51]; » quomodo non erit natura Deus? Divina enim hæc opera sunt. Si vero iis quæ humanitus dixit aut fecit, offendimini, quare non juvamini ex iis quæ divinitus et fecit et locutus est? Et rursus, si illa vos ad cogitandum et statuendum aliquid humile de Filio Dei abripiunt, cur non hæc vos ad magna et sublimia cogitanda erigunt? Nam qui illa humiliter et dixit et pertulit, idem hæc sublimi modo, ut Deus, et dixit et fecit. Humanitas itaque et carnalis adventus administratio in causa B fuit, ut necessario etiam nonnulla humano more fierent.

ΑΛΛΟ.

Ἐξεταζέσθω τῆς ἐνσάρκου παρουσίας ἡ οἰκονομία, καὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως ὁ τρόπος, καὶ πόρρω παντὸς κείσονται σκανδάλου τινὲς τῶν ἀκροωμένων, ὅσα περὶ τοῦ Σωτῆρος ἀνθρωπινώτερον λέγουσιν αἱ θεῖαι Γραφαί. Σκοπὸς τοίνυν τῷ ἐνανθρωπήσαντι Λόγῳ δεῖξαι σαφῶς, ὅτιπερ ὄντως σὰρκα περιεβάλλετο, καὶ γέγονεν ἄνθρωπος, οὐκ ἀποβαλὼν τὸ εἶναι Θεὸς Λόγος (οὐ γὰρ ἦν ἑτέρως διασωθῆναι τὸ ἀνθρώπινον γένος)· ἀλλ' ἵνα μή τις ἀκούων ὅτι γέγονε σὰρξ, μεταπεποιῆσθαι τὸν ἄτρεπτον τοῦ Θεοῦ Λόγον ὑπολάβῃ, καὶ ἕτερόν τι γενέσθαι παρ' ὅπερ ἦν ἐξ ἀρχῆς, ἀναγκαίως ποτὲ μὲν τὰς ἀνθρώπῳ πρεπούσας ἀφίησι φωνάς· ποτὲ δὲ δεικνύει πράγματα θεότητι μόνῃ χρεωστούμενα, ἵνα νοῆται τὸ συναμφότερον. Ὅθεν οὖν δεῖ φαίνεσθαι σαφῶς, ὅτιπερ ὄντως ἄνθρωπος εἴη, καὶ οὐ φάντασμα, ἐκεῖθεν αὐτὸ δεικνύειν ἐπείγεται. Ἁμαρτία μὲν γὰρ, ὡς ἀναμάρτητος, καὶ οὐκ εἰδώς τοῦτο παθεῖν, παραιτεῖται δικαίως· ἐπιτρέπει δὲ τῷ σώματι καὶ τῇ ἀνθρωπότητι τὰ τῇ φύσει αὐτῇ προσόντα παθεῖν, εἰς ἀπόδειξιν τοῦ ὄντως καὶ κατὰ ἀλήθειαν φορέσαι σάρκα, καὶ ἄνθρωπον γενέσθαι, κατὰ τὰς Γραφάς. Ἐπειδὴ δὲ, καθάπερ ἤδη προειρήκαμεν, ἐχρῆν αὐτὸν καὶ ἐν σαρκὶ γεγονότα φαίνεσθαι Θεὸν, ἐργάζεται μὲν ἔσθ' ὅτε τὰ πρέποντα Θεῷ, λέγει δὲ πρὸς τοὺς ὁρῶντας αὐτόν· « Εἰ ἐμοὶ οὐ πιστεύετε, » διὰ τὸ ἄνθρωπον βλέπειν δηλονότι, ἀλλὰ « τοῖς ἔργοις μου πιστεύετε· ἵνα γνῶτε ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί. » Οὐκοῦν τὰ θεοπρεπῶς εἰρημένα τε καὶ πεπραγμένα δεικνύει τὸν Σωτῆρα Θεόν. Καὶ πάλιν τὰ ἀνθρωπίνως εἰρημένα τε καὶ γεγονότα δεικνύει κατὰ ἀλήθειαν ἄνθρωπον. Αὕτη γάρ ἐστιν ἡ τοῦ μυστηρίου δύναμις.

231 ALIUD.

Inquiratur carnalis ipsius adventus administratio, et incarnationis ratio, longeque ab omni scandalo atque offensione nonnullos auditorum removebunt, quæcunque sacræ Scripturæ de Servatore dicunt. Scopus itaque Verbi incarnati fuit, manifeste declarare quod revera carnem assumpserit factusque sit homo, non quidem desinens esse Verbum Deus (neque enim aliter genus humanum salvari poterat) : sed ne quis audiens quod factus sit caro, transmutatum esse immutabile Dei Verbum suspicetur, et aliud quidpiam factum, quam initio erat, utiliter admodum verba homini convenientia interdum profert; interdum etiam edit facta quæ soli divinitati debentur, ut ipse utrumque esse intelligatur. Ubi igitur oportebat manifeste apparere quod revera esset homo, ibi illud declarare nititur. Peccatum enim, utpote qui ejus expers est, neque illud committere potest, merito aversatur; in corpore vero atque humanitate ea quæ naturæ ipsi insunt, pati non recusat, ut demonstret se vere ac re ipsa carnem gestare, et hominem factum esse, ut scriptum est [47]. Cum vero, ut modo diximus, oporteret eum jam carne indutum Deum quoque cerni, operatur quidem nonnunquam quæ Deo conveniunt, dicitque ad videntes ipsum : « Si mihi non creditis, » quia videlicet hominem videtis, saltem « operibus meis credite, ut sciatis quod ego in Patre, et Pater in me [48]. » Quæ igitur divino more dicta et facta sunt, Servatorem Deum ostendunt. Quæ vero humano more aut dixit aut fecit, hominem revera esse declarant. Hæc enim est arcana Verbi vis ac virtus.

ΑΛΛΟ.

Πανταχόθεν ἀναισχυντοῦντες οἱ χριστομάχοι φανοῦνται, καὶ σκοπὸν ἔχοντες ἕνα τὸν μάτην διαλοιδορεῖσθαι τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ. Ἀκούοντες μὲν γὰρ λέγοντος αὐτοῦ· « Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἓν ἐσμεν, » ἀπειθοῦ-

ALIUD.

Hostes Christi impudentiam suam omni ex parte produnt, hoc unum sibi propositum habentes, ut Filio Dei insultent. Cum enim ipsum dicentem audiant : « Ego et Pater unum sumus [49], » temerarie

[48] Joan. xi, 1 seqq. [49] Joan. ii, 1 seqq. [50] Joan. ix, 1 seqq. [51] Joan. x, 30. [47] Joan. i, 14. [48] Joan. x, 38. [49] Ibid. 30.

Digitized by Google

repugnant, dictumque in aliam sententiam detorquere conantur, non tribuentes Filio quod sit unum cum Patre, sed id quod recte pulchreque dictum est convellere conantes. Rursum invenientes in Evangeliis, quæcunque ut homo aut dixit, aut fecit, nimirum quod flerit, aut mœrore affectus fuerit, aliaque his similia, non referunt ad humanitatem, sed **232** Verbo illa ascribentes, ex iis demonstrare nituntur non esse Deum qui hæc fecerit et passus fuerit, adeo ut et ipsum creaturis annumerent, cum earum sit creator. Aut ergo attribuite Filio quod sit unus cum Patre, aut certe non invenietis Verbum quod Patri æquale est per se, quatenus Verbum est, flere, aut mœrore vel metu affici, aut, si non creditis dicenti ipsi quod sit unum cum Patre, ne hoc quidem credatis, cum dicit se tristari : atque ita incredulis Judæis ascribemini, nihil omnino eorum quæ de Servatore scripta sunt, recipientes.

Gratia, inquit, et pax vobis a Deo Patre et Domino Jesu Christo[25]. Si Christus Deo ac Patri annumeratur in divinorum donorum largitione, ipseque sanctis ea confert, quomodo non sit Deus qui Dei loco constituitur, facileque omnia præstare potest quæ Pater? Nemo enim unam esse naturalem operationem statuet Dei et creaturæ : ne videlicet id quod creatum est ad divinam essentiam evehamus : neve e C contrario divinæ naturæ excellentiam, ad locum creaturis convenientem deprimamus. Nam quorum operatio et vis eadem omnino est, ea etiam speciei unitate conveniunt. Cum vero etiam Isaias exclamet, « Domine Deus noster, da nobis pacem[26], » hanc Filius cum Patre largiri cernitur. Deus itaque et verus Deus est qui in Deo Patre, et cum Patre omnia operatur ac præstat.

ALIUD, *in idem.*

Christus cum suis discipulis præcepta daret, et jam salutarem passionem adiret, « Pacem, inquit, meam do vobis, pacem meam relinquo vobis[27]. » Si D ergo pacem suam esse dicit, tanquam proprium suum bonum, et naturaliter ipsi inexsistens, quomodo non erit perspicuum quod eximiæ Patris proprietates non participatione quadam in ipsum derivantur, quemadmodum fere in rationales creaturas, sed essentialis ratio trahit in Filium quæ Patri propria sunt? Itaque una cum Patre dare atque largiri naturaliter et inseparabiliter dicitur, simulque cum genitore dona sanctis distribuere. Qui vero ita sua natura comparatus est, quomodo non sit natura Deus? At si Deus natura est, creatura esse nequit.

[22] 1 Cor. XIII, 12. [23] Rom. I, 1. [24] Ibid. 5. [25] Apoc. I, 4. [26] Isa. XXVI, 12. [27] Joan. XIV, 27.

Digitized by Google

ALIUD.

« Revelatur, inquit, ira Dei a cœlo in omnem impietatem et injustitiam hominum, qui veritatem in injustitia continuerunt, quia cognoscibile Dei manifestum est in ipsis. Invisibilia enim ejus a creatione mundi, a creaturis intellecta conspiciuntur, et æterna ipsius virtus et divinitas [28]. » Si ergo ex operis admirabilis magnificentia Creator proportione quadam cognoscitur, certe Filius inter creaturas non collocabitur. Cum vero rursum ipse sit omnium creator, divinitas ipsius ex operibus elucescat : quomodo possit esse opus vel creatura is quem creaturarum **269** natura per hoc ipsum quod creatæ sunt, Deum naturaliter esse declarant?

ALIUD.

Eos qui ex creaturis divinitatem Creatoris proportione quadam cognoscere possunt, inexcusabiles futuros ait Paulus, quod, cum cognovissent Deum, non ut Deum glorificaverunt, vel gratias egerunt [29]. Quocirca, si Deum cognoscunt qui creaturarum opificem contemplantur, Verbo autem Dei cœli firmati sunt [30], Deus itaque, non creatura est Filius, qui omnibus suum esse dedit : quem qui glorificare detrectant, manent inexcusabiles, de quibus nobis est sermo. Præterea glorificatio soli Deo debetur et convenit, a creata autem natura est aliena : quod ipsum Servator nos docens, ad discipulos suos inquit : « Luceat lux vestra coram hominibus, ut videntes bona opera vestra, glorificent Patrem vestrum qui in cœlis est [31]. » Neque enim discipulis recte factorum suorum gloriam ascribi debere statuit, sed potius Deo, ut videlicet ipsi debitam. Si vero ipse veritatis testis, ut ostensum est, glorificari debere Christum dicit, quomodo non sit Deus is cui gloriam Deo convenientem ascribit?

ALIUD.

Paulus testatur traditos esse in intellectum reprobum, et in passiones ignominiæ, « omnes qui Dei veritatem in mendacium mutarunt; qui et coluerunt et servierunt creaturæ potius quam Creatori, qui est benedictus in sæcula. Amen [32]. » Si ergo immutat veritatem in mendacium qui creaturam colit potius quam Deum, certe veritatem integram conservat qui id non facit, sed potius, contra quam illi errantes, creatorem et factorem colit. Creator autem et factor est Filius, ipsumque colimus tanquam omnium Dominum. Neque enim amplius erramus, veritatem in mendacium commutantes. Non est igitur creatura, qui contra quam creaturæ perinde censetur creator ac Pater, et est benedictus in sæcula. Amen.

ALIUD.

De iis qui nullam de peccatis suis pœnitentiam agunt, sed indissolubili quodam vinculo vitiis suis annexi sunt, Paulus ita loquitur : « Secundum au-

A

ΑΛΛΟ.

« Ἀποκαλύπτεται γὰρ, φησὶν, ὀργὴ Θεοῦ ἀπὸ οὐρανοῦ ἐπὶ πᾶσαν ἀσέβειαν καὶ ἀδικίαν ἀνθρώπων τῶν τὴν ἀλήθειαν ἐν ἀδικίᾳ κατεχόντων, διότι τὸ γνωστὸν τοῦ Θεοῦ, φανερόν ἐστιν ἐν αὐτοῖς. Τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου, τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται, ἥ τε ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις καὶ θειότης. » Εἰ τοίνυν ἀπὸ τῆς ἐν τοῖς ποιήμασι μεγαλουργίας ἀναλόγως ἡ τοῦ μεγαλουργήσαντος ὁρᾶται θειότης, ἔξω μὲν πάντων τῶν γενητῶν ὁ Υἱὸς κείσεται. Ἐπειδὴ δὲ πάλιν αὐτός ἐστιν ὁ πάντων ποιητὴς, αὐτοῦ δηλονότι καὶ ἡ θειότης διὰ τῶν πεποιημένων ὁρᾶται· πῶς οὖν ποίημα ἢ κτίσμα ὂν ἡ τῶν γενητῶν φύσις δι' αὐτοῦ τοῦ πεποιῆσθαι δεικνύει Θεοῦ ὄντα κατὰ φύσιν;

B

ΑΛΛΟ.

Τοὺς ἐκ τῶν ποιημάτων ἀναλόγως τοῦ δημιουργοῦ τὴν θειότητα δυναμένους ὁρᾶν, ἀναπολογήτους ἔσεσθαί φησιν ὁ μακάριος Παῦλος, διότι γνόντες τὸν Θεὸν, οὐχ ὡς Θεὸν ἐδόξασαν ἢ ηὐχαρίστησαν. Οὐκοῦν εἰ Θεὸν ἐπιγινώσκουσιν οἱ τὸν τῆς κτίσεως ὁρῶντες δημιουργὸν, τῷ δὲ Λόγῳ Κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, Θεὸς ἄρα, καὶ οὐ ποίημα ὁ Υἱὸς, ὁ πάντα πρὸς τὸ εἶναι καλέσας· ὃν καὶ δοξάσαι παραιτησάμενοι μένουσιν ἀναπολόγητοι, περὶ ὧν ἡμῖν ὁ λόγος. Δοξολογία δὲ πάλιν χρεωστεῖται καὶ πρέπει μόνῳ Θεῷ, γενητῆς δὲ φύσεως ἀλλότριον· ὃ καὶ διδάσκων ἡμᾶς ὁ Σωτὴρ, πρὸς τοὺς οἰκείους φησὶ μαθητάς· « Λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὅπως ἴδωσι C τὰ καλὰ ἔργα ὑμῶν, καὶ δοξάσωσι τὸν Πατέρα ὑμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς. » Οὐ γὰρ τοῖς μαθηταῖς τὴν ἐφ' οἷς εὐδοκιμοῦσι δόξαν, ἀνακεῖσθαι δεῖν ἐδοκίμασε· Θεῷ δὲ μᾶλλον ὡς αὐτῷ χρεωστουμένην. Εἰ δὲ χρῆναι δοξάζεσθαι τὸν Χριστὸν, ὡς ἀποδέδεικται, καὶ ὁ τῆς ἀληθείας μάρτυς φησὶ, πῶς οὐκ ἔστι Θεὸς ὁ τὴν Θεῷ πρέπουσαν δόξαν περικείμενος;

ΑΛΛΟ.

Παραδεδόσθαι φησὶν ὁ μακάριος Παῦλος εἰς ἀδόκιμον νοῦν, καὶ εἰς πάθη ἀτιμίας τοὺς ἀλλάξαντας τὴν ἀλήθειαν τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ ψεύδει· οἳ καὶ ἐσεβάσθησαν καὶ ἐλάτρευσαν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα· ὃς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. Εἰ τοίνυν ἀλλάττει τὴν ἀλήθειαν ἐν τῷ ψεύδει ὁ τῇ κτίσει λατρεύων παρὰ τὸν κτίσαντα, φυλάττει δηλαδὴ τὴν D ἀλήθειαν ὁ μὴ τοῦτο ποιῶν, ἀλλ' ἐξ ἀντιστρόφου τοῖς πλανωμένοις τῷ κτίστῃ λατρεύων καὶ ποιητῇ. Κτίστης δὲ καὶ ποιητὴς ὁ Υἱὸς, καὶ αὐτῷ λατρεύομεν ὡς Θεῷ πάντων. Οὐ γὰρ ἔτι πλανώμεθα τὴν ἀλήθειαν οὐκ ἀλλάξαντες. Οὐκοῦν οὐ ποίημα ὁ ἐξ ἀντιστρόφου τοῖς ποιήμασιν, ὡς κτίστης μετὰ Πατρὸς νοούμενος, καὶ ὑπάρχων εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

ΑΛΛΟ.

Πρὸς τοὺς ἐπὶ τοῖς οἰκείοις πταίσμασιν οὐκ εἰδότας μετανοεῖν, ἄῤῥηκτον δὲ ὥσπερ ἐπιθέντας ἑαυτοῖς τῆς φαυλότητος τὸν δεσμὸν, ὁ Παῦλός φησι· « Κατὰ

[28] Rom. I, 18, 19. [29] ibid. 21. [30] Psal. XXXII, 6. [31] Matth. V, 16. [32] Rom. I, 25.

Digitized by Google

δὲ τὴν σκληρότητά σου καὶ ἀμετανόητον καρδίαν θησαυρίζεις σεαυτῷ ὀργὴν ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς καὶ ἀποκαλύψεως δικαιοκρισίας τοῦ Θεοῦ, ὃς ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. » Εἶτα πάλιν ἑτέροις· « Τοὺς γὰρ πάντας ἡμᾶς δεῖ φανερωθῆναι ἐνώπιον τοῦ Χριστοῦ, ἵνα κομίσηται ἕκαστος τὰ διὰ τοῦ σώματος πρὸς ἃ ἔπραξεν, εἴτε ἀγαθὸν, εἴτε φαῦλον. » Ὅπου εἰ παραστησόμεθα πάντες τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ (« Οὐδὲ γὰρ ὁ Πατὴρ κρίνει οὐδένα, ἀλλὰ τὴν κρίσιν πᾶσαν δέδωκε τῷ Υἱῷ), » καὶ αὐτὸς ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ· πῶς οὐκ ἔσται φύσει Θεὸς, τοῦ Παύλου λέγοντος ἀποκάλυψιν ἔσεσθαι δικαιοκρισίας Θεοῦ, τὴν ἐφ' ἑκάστῳ τῶν κρινομένων παρ' αὐτοῦ τιθεμένην ψῆφον δηλαδή, ὡς τοῖς μὲν φαύλοις εἰπεῖν· « Πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ, οἱ κατηραμένοι, εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον· » τοῖς δὲ τῆς εἰς αὐτὸν εὐσεβείας ἐργάταις· « Δεῦτε, οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου, » καὶ τὰ ἑξῆς.

A tem duritiem tuam, et cor tuum impœnitens, iram tibi thesaurizas in die iræ et revelationis justi judicii Dei, **270** qui retribuet singulis secundum opera ipsorum [33]. » Rursum aliis: « Omnes nos oportet manifestari coram Christo, ut unusquisque accipiat propria corporis, prout gessit, sive bonum, sive malum [34]. » Si ergo omnes sistemur ante tribunal Christi, « Neque enim Pater judicat quemquam, sed omne judicium dedit Filio, et ipse retribuet unicuique secundum opera ipsorum [35]; » quomodo non erit naturaliter Deus, cum Paulus dicat revelationem justi judicii Dei futuram, sententiam nimirum quam ipse de singulorum factis est laturus: ita ut malis quidem sit dicturus: « Discedite a me, maledicti, in ignem æternum [36]; » pietatis vero cultoribus: « Venite, benedicti Patris mei [37], » etc.

B

ΑΛΛΟ.

Γέγραπται πάλιν· « Διότι ἐξ ἔργων νόμου οὐ δικαιωθήσεται πᾶσα σὰρξ ἐνώπιον αὐτοῦ. Διὰ γὰρ νόμου ἐπίγνωσις ἁμαρτίας, νυνὶ δὲ χωρὶς νόμου δικαιοσύνη Θεοῦ πεφανέρωται, μαρτυρουμένη ὑπὸ τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν. Δικαιοσύνη δὲ Θεοῦ διὰ πίστεως Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς πάντας τοὺς πιστεύοντας. » Ὅτε τοίνυν πιστεύοντες εἰς Χριστὸν δικαιούμεθα, ὡς τὸν ὄντα φύσει καὶ κατὰ ἀλήθειαν ἐπιγνόντες Θεὸν (τοῦτο γὰρ ἐπισφραγίζει καὶ αὐτὸς ὁ Παῦλος τοῖς ἐξ ἐθνῶν ἐπιστέλλων· « Νυνὶ δὲ γνόντες Θεὸν, μᾶλλον δὲ γνωσθέντες ὑπὸ Θεοῦ »)· πῶς ἔσται C πλάσμα ἢ κτίσμα ὁ Υἱὸς, καὶ οὐχὶ μᾶλλον Θεὸς, κατὰ τὰς τῶν ἁγίων φωνάς;

ALIUD.

Scriptum est etiam: « Quia ex operibus legis non justificabitur omnis caro coram ipso. Nam per legem cognitio peccati: nunc autem sine lege justitia Dei manifestata est, cui attestantur lex et prophetæ. Justitia vero Dei per fidem Jesu Christi in omnes credentes [37*]. » Cum igitur credentes in Christum justificemur, utpote Deum vere ac naturaliter exsistentem cognoscentes: hoc enim ipse Paulus gentibus scribens confirmat, cum dicit: « Nunc autem cognoscentes Deum, aut potius cogniti a Deo [38], » quomodo sit Filius opus vel creatura, et non potius Deus, juxta sanctorum testimonia?

ΑΛΛΟ.

Τοὺς δικαιουμένους διὰ τῆς πίστεως τῆς εἰς Χριστὸν συναγορεύων Παῦλός φησι· « Λογιζόμεθα γὰρ δικαιοῦσθαι ἄνθρωπον χωρὶς ἔργων νόμου· ἢ Ἰουδαίων ὁ Θεὸς μόνων, οὐχὶ καὶ ἐθνῶν; ναὶ καὶ ἐθνῶν. Εἴπερ εἷς Θεὸς ὃς δικαιώσει περιτομὴν ἐκ πίστεως, καὶ ἀκροβυστίαν διὰ τῆς πίστεως. » Τοῦτο ποιοῦντα Χριστὸν εὑρίσκομεν. Δικαιοῦν γὰρ ὑπισχνούμενος τοὺς πιστεύοντας εἰς αὐτὸν, « Ἀμὴν, φησὶ, λέγω ὑμῖν· ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, οὐ κρίνεται, ἀλλ' ἔχει ζωὴν αἰώνιον. » Εἰ δὲ πρέπει μόνῳ τὸ δικαιοῦν τῷ Θεῷ, δικαιοῖ δὲ Χριστὸς, πῶς οὐκ ἔστι φύσει Θεός; Εἰ δὲ τοῦτο, οὐ ποίημα.

ALIUD.

Præterea Paulus iis qui per fidem in Christum justificati sunt patrocinans: « Putamus, inquit, fide justificari hominem sine operibus legis: an Judæorum solum est Deus, non autem etiam gentium? certe et gentium. Siquidem unus Deus qui justificabit circumcisionem ex fide, et præputium per fidem [39]. » Hoc Christum præstare invenimus. Promittens enim se justificaturum credentes in se, inquit. « Amen dico vobis, qui credit in me non judicatur, sed habet vitam æternam [40]. » Si vero justificare soli Deo convenit, justificat autem Christus, quomodo non erit natura Deus? At, si hoc est, quomodo sit creatura?

D

ΑΛΛΟ.

Φησί που πάλιν ὁ Παῦλος περὶ τοῦ προπάτορος ἡμῶν Ἀβραάμ· « Ὃς ἔστι πατὴρ πάντων ἡμῶν, καθὼς γέγραπται· Ὅτι πατέρα πολλῶν ἐθνῶν τέθεικά σε κατέναντι Θεοῦ τοῦ ζωοποιοῦντος τοὺς νεκρούς. » Θεοῦ τοιγαροῦν ζωογονεῖν τοὺς νεκροὺς λεγομένου, εἶτα τοῦ Υἱοῦ φάσκοντος· « Ἐγώ εἰμι ἡ ζωή· » πάλιν, « Ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, ἔχει ζωὴν αἰώνιον, κἀγὼ

ALIUD.

Paulus alicubi de parente nostro Abraham ita dicit: « Qui est pater omnium nostrum, ut scribitur [40*], Quia patrem multarum gentium posui te coram Deo qui vivificat mortuos [41]. » Cum igitur Deus dicatur vivificare mortuos, **271** cumque Filius dicat: « Ego sum vita [42]; » et, « Qui credit in me, habet vitam æternam, et ego resuscitabo eum in novissimo

[33] Rom. II, 5, 6. [34] II Cor. V, 10. [35] Joan. V, 22. [36] Matth. XXV, 41. [37] Ibid. 34. [37*] Rom. III, 20-22. [38] Galat. IV, 9. [39] Rom. III, 28-30. [40] Joan. III, 18; VI, 47. [40*] Gen. XVII, 4. [41] Rom. IV, 16, 17. [42] Joan. XIV, 6.

Digitized by Google

die [43]; » et rursum : « Ego sum resurrectio et vita [44]; » quis non confiteatur, modo sanæ mentis sit, ipsum ex essentia Patris esse, proprium ac verum ipsius Filium, omnes Patris proprietates naturaliter in se gestantem? Quod si verum est, ergo Deus ex Deo est, non vero opus vel creatura.

A ἀναστήσω αὐτὸν ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ· » καὶ πάλιν, « Ἐγώ εἰμι ἡ ἀνάστασις καὶ ἡ ζωή· » τίς οὐκ ἂν ὁμολογήσειεν, εἴ γε νοῦν ἔχοι, τῆς οὐσίας αὐτὸν ὑπάρχειν τῆς τοῦ Πατρὸς γνήσιόν τε καὶ ἀληθέστατον γέννημα, πάντα φέρον ἐν ἑαυτῷ φυσικῶς τὰ τοῦ γεννήσαντος ἴδια; Εἰ δὲ τοῦτο, Θεὸς ἄρα τὸ ἐκ Θεοῦ, καὶ οὐ κτίσμα ἢ ποίημα.

ALIUD.

Paulus ad gentes scribens : « Recordamini, inquit, vos gentes dictæ præputia, quod alienati eratis a testamentis promissionis, separati a benedictione Israel, spem non habentes, et sine Deo vos fuistis in hoc mundo; nunc vero cognovistis Deum [45]. » Deinde rationem cognitionis ipsis explicans inquit : « Prope te verbum est in ore tuo et in corde tuo, B id est, verbum fidei quod prædicamus. Quia si confessus fueris ore tuo quod Dominus est Jesus, et credideris in corde tuo, quod Deus ipsum suscitavit ex mortuis, salvus eris [46]. » Si ergo qui credit in Christum, et confitetur quod est Dominus, ut verum Deum cognoscens, justificatur, quomodo non erit naturaliter Deus Filius? Qui autem hoc est, quomodo sit creatura?

ΑΛΛΟ.

Τοῖς ἐξ ἐθνῶν ἐπιστέλλων ὁ Παῦλός φησι· « Μνημονεύετε γὰρ ὑμεῖς τὰ ἔθνη οἱ καλούμενοι ἀκροβυστία, ὅτι ἦτέ ποτε ἀπεξενωμένοι τῶν διαθηκῶν τῆς ἐπαγγελίας, καὶ κεχωρισμένοι τῆς εὐλογίας τοῦ Ἰσραὴλ, ἐλπίδα μὴ ἔχοντες, καὶ ἄθεοι ἐν τῷ κόσμῳ, νυνὶ δὲ ἐπιγνόντες Θεόν. » Εἶτα τὸν τρόπον τῆς ἐπιγνώσεως αὐτοῖς ἐξηγούμενος λέγει· « Ἐγγύς σου τὸ ῥῆμά ἐστιν ἐν τῷ στόματί σου, καὶ ἐν τῇ καρδίᾳ σου, τουτέστι, τὸ ῥῆμα τῆς πίστεως ὃ κηρύσσομεν. Ὅτι ἐὰν ὁμολογήσῃς ἐν τῷ στόματί σου, ὅτι Κύριος Ἰησοῦς, καὶ πιστεύσῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου, ὅτι ὁ Θεὸς αὐτὸν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, σωθήσῃ. » Ὅτε τοίνυν ὁ πιστεύων εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν, καὶ ὁμολογῶν ὅτι Κύριός ἐστιν, ὡς Θεὸν ἐπιγνοὺς τὸν ἀληθινόν, δικαιοῦται, πῶς οὐκ ἔστι κατὰ φύσιν Θεὸς ὁ Υἱός; Ὃ δὲ τοῦτο ὑπάρχων, πῶς ἂν εἴη καὶ ποίημα;

ALIUD.

Paulus divinorum arcanorum administratorem ac ministrum seipsum esse declarans : « Audacius, inquit, scripsi vobis ex parte in memoriam vos reducens per gratiam datam mihi a Deo, ut essem minister Jesu Christi ad gentes, ministrans Evangelium Dei, ut fiat oblatio gentium acceptabilis, sanctificata in Spiritu sancto [47]. » Ecce etiam hic manifeste se per gratiam affirmat a Deo accepisse quod sit minister Jesu Christi. Deinde sacri sui ministerii rationem declarans, « in Evangelium, inquit, Dei [47']. » Atqui Christum Jesum prædicans atque evangelizans, ita novit Filium naturaliter Deum esse. Neque enim nominasset Deum, qui id ex natura sua non esset; neque hac de re tantopere gloriaretur dicens : « Beneplacitum fuit Deo revelare Filium suum per me [47''], » si creatura et opus fuisset.

C

ΑΛΛΟ.

Τῶν θείων μυστηρίων οἰκονόμον καὶ λειτουργὸν ἑαυτὸν ἀναδεικνύων ὁ Παῦλος, « Τολμηρότερον δέ, φησὶν, ἔγραψα ὑμῖν ἀπὸ μέρους, ὡς ἐπαναμιμνήσκων ὑμᾶς διὰ τὴν χάριν τὴν δοθεῖσάν μοι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, εἰς τὸ εἶναί με λειτουργὸν Ἰησοῦ Χριστοῦ, εἰς τὰ ἔθνη ἱερουργοῦντα τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Θεοῦ, ἵνα γένηται ἡ προσφορὰ τῶν ἐθνῶν εὐπρόσδεκτος, ἡγιασμένη ἐν Πνεύματι ἁγίῳ. » Ἰδοὺ πάλιν ἐνθάδε σαφῶς εἰληφέναι μὲν ἐν χάριτος μέρει παρὰ τοῦ Θεοῦ διϊσχυρίζεται τὸ εἶναι λειτουργὸς Ἰησοῦ Χριστοῦ. Εἶτα τῆς ἱερουργίας τὸν τρόπον ἐξηγούμενος, « εἰς τὸ Εὐαγγέλιον, φησὶ, τοῦ Θεοῦ. » Καίτοι Χριστὸν Ἰησοῦν κηρύσσων καὶ εὐαγγελιζόμενος, οὕτως οἶδε φύσει Θεὸν ὄντα τὸν Υἱόν. Οὐ γὰρ ἂν ὠνόμασε Θεὸν μὴ τοῦτο κατὰ φύσιν ὑπάρχοντα· οὐδ' ἂν ἐφ' ἑαυτῷ πολὺ λίαν ἐκαυχήσατο λέγων, « Εὐδόκησεν ὁ Θεὸς ἀποκαλύψαι τὸν Υἱὸν αὐτοῦ δι' ἐμοῦ, » εἴπερ ἦν κτίσμα καὶ ποίημα.

Ex Epistola ad Corinthios prima.

De principibus hujus sæculi, et ipsorum stultitia verba faciens Paulus : « Si enim **272** novissent, inquit, non utique Dominum gloriæ crucifixissent [48]. » Si ergo Filius est Dominus gloriæ, qui pro nobis crucem sustinuit [49], quomodo non sit natura Deus, aut quomodo sit opus vel creatura, qui a Seraphim decantatur? Plenos enim clamant esse cœlos et terram gloria ipsius, et Dominum Sabaoth appellant [49']. Manifestum enim est de ipso hoc dici, siquidem est Dominus gloriæ, juxta Pauli dictum.

D

Ἐκ τῆς πρὸς Κορινθίους α'.

Περὶ τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτου καὶ τῆς ἐν αὐτοῖς μωρίας τοὺς λόγους ποιούμενος, « Εἰ γὰρ ἔγνωσαν, φησὶν, οὐκ ἂν τὸν Κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν. » Οὐκοῦν εἰ τῆς δόξης Κύριός ἐστιν ὁ τὸν σταυρὸν ὑπομείνας Υἱός, πῶς οὐκ ἔστι φύσει Θεός; πῶς δὲ κτίσμα ἢ ποίημα, ὁ καὶ ὑπὸ τῶν Σεραφὶμ ὑμνούμενος; Πλήρη γὰρ εἶναί φασι τόν τε οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν τῆς δόξης αὐτοῦ· καὶ Κύριον Σαβαὼθ ὀνομάζουσι. Δῆλον γὰρ ὅτι περὶ αὐτοῦ τὰ τοιαῦτά φασιν, εἴπερ ἐστὶ τῆς δόξης Κύριος, κατὰ τὴν τοῦ Παύλου φωνήν.

[43] Joan. VI, 40. [44] Joan. XI, 25. [45] Ephes. II, 11, 12. [46] Rom. X, 8, 9. [47] Rom. XV, 15, 16. [47'] Rom. I, 1. [47''] Galat. I, 15, 16. [48] I Cor. II, 8. [49] Hebr. XII, 2. [49'] Isa. VI, 3.

Digitized by Google

ΑΛΛΟ.

« Οὕτω, φησὶν, ἡμᾶς λογιζέσθω ἄνθρωπος ὡς ὑπηρέτας Χριστοῦ, καὶ οἰκονόμους μυστηρίων Θεοῦ. » Εἰ τοίνυν τὸ περὶ τοῦ Υἱοῦ μυστήριον, Θεοῦ μυστήριον ὁ Παῦλος ἀποκαλεῖ, πῶς οὐκ ἔσται φύσει Θεὸς, ἢ πῶς ἐν ποιήμασι τετάξεται ὁ διὰ τῶν ἀποστόλων ὑπηρετούμενος; Πῶς δὲ οὐκ ἀληθεύσει, Θεοῦ μυστήριον ὀνομάζων τὸ Εὐαγγέλιον Χριστοῦ, ὁ μετὰ πολλῆς παῤῥησίας εἰπών· « Οὐδὲ γὰρ ἐγὼ παρὰ ἀνθρώπου παρέλαβον αὐτὸ, οὐδὲ ἐδιδάχθην, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ Θεοῦ δηλαδή; » Ὅτε τοίνυν θεοδίδακτος ὢν, Θεὸν ὄντα τὸν Υἱὸν ἐπιγινώσκει, τίς τῶν ἕτερα διδασκόντων ἀνέξεται;

A

ALIUD.

« Ita, inquit, nos existimet homo ut ministros Christi, et dispensatores mysteriorum Dei [50]. » Si ergo mysterium Filii, mysterium Dei Paulus vocat, quomodo non erit natura Deus, aut quomodo creaturis annumerabitur is cui apostoli ministrant? Quomodo autem non verum dicat, Dei mysterium appellans Evangelium Christi, quique magna animi fiducia dixit: « Ego enim non accepi ab homine, neque doctus sum, sed a Deo [51]? » Cum igitur a Deo edoctus, Filium Deum esse agnoscat, quis hæreticos audiat?

ΑΛΛΟ.

« Ὥστε, φησὶ, μὴ πρὸ καιροῦ τι κρίνετε, ἕως ἂν ἔλθῃ ὁ Κύριος, ὃς καὶ φωτίσει τὰ κρυπτὰ τοῦ σκότους, καὶ φανερώσει τὰς βουλὰς τῶν καρδιῶν, καὶ τότε ὁ ἔπαινος γενήσεται ἑκάστῳ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ. » Ἐν δὲ τοῖς Εὐαγγελίοις, στήσειν μὲν ἐκ δεξιῶν τὰ πρόβατα, ἐξ εὐωνύμων δὲ τὰ ἐρίφια Χριστὸς ἐπαγγέλλεται, κατὰ τὸν καιρὸν τῆς δευτέρας αὐτοῦ παρουσίας· καὶ τοὺς μὲν τῆς ἀνομίας ἐργάτας ἐκπέμψειν εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, τοῖς δέ γε τὸν δεξιὸν ἐπέχουσι τόπον τοὺς ἐπαίνους ὁμοῦ τοῖς μισθοῖς ἀποδώσειν, λέγων τὸ, « Δεῦτε, οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου. » Οὐκοῦν εἰ τὸν τῆς ἀρετῆς ἐργάτην καὶ ἐπιστήμονα ἐπαινέσειν μέλλοντος τοῦ Θεοῦ, Χριστός ἐστιν ὁ ἐπαινῶν, πῶς ἔσται ποίημα, καὶ οὐχὶ μᾶλλον Θεὸς ἐκ Θεοῦ, τῆς πατρῴας οὐσίας ὅλον ἔχων τὸ ἴδιον, καὶ ὢν διὰ τοῦτο φύσει Θεὸς, ὥσπερ καὶ ὁ γεννήσας αὐτόν;

B

C

ALIUD.

« Quocirca, inquit, nolite ante tempus aliquid judicare, donec venerit Dominus, qui et illuminabit occulta tenebrarum, et manifestabit consilia cordium, et tunc unicuique laus fiet ab eo [52]. » In Evangeliis autem scribitur, quod in novissimo die Christus oves ab hædis separabit, atque oves quidem a dextris, hædos autem a sinistris collocabit: malos quidem missurus in ignem æternum; a dextra vero constitutis laudes una cum præmiis largiturus, dicens: « Venite, benedicti Patris mei, et possidete regnum quod paratum est vobis a constitutione mundi [53]. » Si ergo cum virtutis cultores laudibus affecturus est Deus, Christus est qui laudat, quomodo sit creatura, et non potius Deus ex Deo, universam paternæ essentiæ proprietatem in se habens atque idcirco Deus exsistens, perinde atque ipse Pater?

ΑΛΛΟ.

« Δοκῶ γὰρ, φησὶν, ὁ Θεὸς ἡμᾶς τοὺς ἀποστόλους ἐσχάτους ἀπέδειξεν ὡς ἐπιθανατίους. » Ἰδοὺ πάλιν τοὺς ἁγίους ἀποστόλους ἀποδεῖξαι λεγομένου τοῦ Θεοῦ, Χριστός ἐστιν ὁ ἀναδείξας. Πῶς οὖν [οὐ] φύσει Θεὸς, ὁ τοῦτο ὢν καὶ καλούμενος; Ὁ δὲ οὕτως ἔχων, πῶς ἔσται ποιητός;

ALIUD.

« Deus, inquit, nos apostolos novissimos ostendit tanquam morti destinatos [54]. » Ecce rursus, cum Deus dicatur sanctos apostolos declarasse, Christus est qui eos declaravit. Quomodo igitur non sit natura Deus, qui hoc est et vocatur? At qui ita se habet, quomodo sit creatura?

ΑΛΛΟ.

« Ἐγενόμην, φησὶ, τοῖς ἀνόμοις ὡς ἄνομος, μὴ ὢν ἄνομος Θεοῦ, ἀλλ' ἔννομος Χριστοῦ, ἵνα κερδάνω τοὺς ἀνόμους. » Θεὸς οὖν ἄρα ὁ Χριστὸς, οὗ τὸν νόμον ἔχοντες, οὐκ ἐσμὲν ἄνομοι Θεοῦ. Ὅτι δὲ πάλιν μόνῳ Θεῷ τὸ νομοθετεῖν οἰκεῖον, οὐκ ἀμφίβολον.

D

ALIUD.

273

« Factus sum, inquit, non habentibus legem, tanquam non habens legem, cum non sim non habens legem Dei; sed habens legem Christi, ut lucrifaciam eos qui legem non habent [55]. » Deus itaque est Christus, cujus legem qui habent, non carent Dei lege. Quod vero soli Deo conveniat leges ferre, dubium non est.

Ἐκ τῆς πρὸς Κορινθίους β'.

« Οὐ γὰρ θέλομεν ὑμᾶς, φησὶν, ἀγνοεῖν, ἀδελφοὶ, ὑπὲρ τῆς θλίψεως ἡμῶν τῆς γενομένης ἐν τῇ Ἀσίᾳ, ὅτι καθ' ὑπερβολὴν ὑπὲρ δύναμιν ἐβαρήθημεν, ὥστε ἐξαπορηθῆναι ἡμᾶς καὶ τοῦ ζῆν· ἀλλ' αὐτοὶ ἐν αὐτοῖς τὸ ἀπόκριμα τοῦ θανάτου ἐσχήκαμεν, ἵνα μὴ πεποιθότες ὦμεν ἐφ' ἑαυτοῖς, ἀλλ' ἐπὶ τῷ Θεῷ τῷ

Ex Epistola ad Corinthios secunda.

« Nolumus, inquit, vos ignorare, fratres, de tribulatione nostra facta in Asia, quoniam supra modum gravati sumus supra virtutem, ita ut tæderet etiam nos vivere: sed ipsi in nobismetipsis responsum mortis habuimus, ut non simus fidentes in nobis, sed in Deo qui suscitat mortuos [56]. » Ecce rursus hic

[50] I Cor. IV, 1. [51] Galat. I, 12. [52] I Cor. IV, 5. [53] Matth. XXV, 31 seqq. [54] I Cor. IV, 9. [55] I Cor. VIII, 21. [56] II Cor. I, 8, 9.

Digitized by Google

aperte ait Deum esse qui suscitat mortuos. Id autem Christus facit, alicubi quidem dicens : « Ego sum resurrectio et vita [57] ; » alicubi vero : « Qui credit in me, habet vitam æternam, et ego suscitabo eum in novissimo die [58]. » Filius itaque est natura Deus, quippe qui ea faciendi potestatem habet quæ soli Deo conveniunt. Non est ergo creatura, neque opus.

A ἐγείροντι τοὺς νεκρούς. » Ἰδοὺ πάλιν ἐνθάδε σαφῶς Θεὸν εἶναί φησι τὸν ἐγείροντα τοὺς νεκρούς. Τοῦτο δὲ Χριστὸς ἐργάζεται, λέγων, ποτὲ μέν· « Ἐγώ εἰμι ἡ ἀνάστασις καὶ ἡ ζωή· » ποτὲ δὲ πάλιν· « Ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, ἔχει ζωὴν αἰώνιον, κἀγὼ ἀναστήσω αὐτὸν ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ. » Θεὸς οὖν ἄρα κατὰ φύσιν ὁ Υἱὸς, ἐνεργεῖν δυνάμενος, ἃ μόνῳ πρέπει Θεῷ. Οὐκοῦν οὐ ποίημα, οὐδὲ γενητός.

ALIUD.

« Fidelis, inquit, Deus, quia sermo noster ad vos non est, ita et non. Dei enim Filius Jesus Christus qui per nos in vobis prædicatus est, per me et Silvanum et Timotheum non est, ita et non : sed ita in ipso est [59]. » Quoniam ergo prædicatur ut Filius a Patre dicente de ipso : « Hic est Filius meus [60] : » et rursus : « Ex utero ante luciferum genui te [61] ; » opus vero et creatura a nonnullis vocatur, quomodo non erit, ita et non ? Neque enim erit creatura, quod ex natura genitum est : neque contra erit naturaliter genitum, quod creatum est. Cum vero Christus sit veritas, et factum est in ipso *ita*, ut ait Paulus, Filius exsistens, atque ita prædicatus, opus certe sive creatura non erit.

ΑΛΛΟ.

« Πιστὸς δὲ ὁ Θεὸς, ὅτι ὁ λόγος ἡμῶν ὁ πρὸς ὑμᾶς οὐκ ἔστι, ναὶ καὶ οὔ. Ὁ τοῦ Θεοῦ γὰρ Υἱὸς Χριστὸς Ἰησοῦς, ὁ ἐν ὑμῖν δι' ἡμῶν κηρυχθεὶς, δι' ἐμοῦ καὶ Σιλουανοῦ καὶ Τιμοθέου, οὐκ ἐγένετο, ναὶ καὶ οὔ· ἀλλὰ ναὶ ἐν αὐτῷ γέγονεν. » Ὅταν οὖν κηρύττηται μὲν ὡς Υἱὸς, τοῦ Πατρὸς λέγοντος περὶ αὐτοῦ· « Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου· » καὶ πάλιν· « Ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε· » ποίημα δὲ καὶ κτίσμα παρά τινων ὀνομάζεται· πῶς οὐκ ἔστι, ναὶ καὶ οὔ; Οὐ γὰρ ἂν εἴη κτίσμα τὸ φύσει γεννώμενον· οὐδ' ἂν γένοιτο φύσει τέκνον τὸ πεποιημένον. Ἐπειδὴ δὲ ἀλήθειά ἐστιν ὁ Χριστός, καὶ γέγονεν ἐν αὐτῷ τὸ *ναί*, καθά φησιν ὁ Παῦλος, Υἱὸς ὑπάρχων, καὶ οὕτω κηρυττόμενος, οὐκ ἂν εἴη κτίσμα ἢ ποίημα.

ALIUD.

« Gratia, inquit, Deo, qui semper triumphat nos in Christo Jesu, et odorem justitiæ suæ manifestat per nos in omni loco : quia Christi odor sumus in Deo in iis qui salvantur, et in iis qui pereunt [62]. » Si ergo per sanctos apostolos Deus et Pater nobis manifestat odorem cognitionis Christi, hoc est, sermonem de cognitione ipsius, quem qui acceperunt, non amplius **274** errant, neque impiis et spem non habentibus annumerabuntur, sed cognoverunt quidem Deum, ut inquit Paulus [63], vel potius cogniti sunt a Deo. Christus itaque ex sua natura est Deus, qui gentes a cultu falsorum deorum abduxit, atque hac ratione ab ipsis cognitus est : et vicissim eas cognovit, per fidem in ipsum. Qui autem revera est Deus, quomodo sit opus vel creatura?

ΑΛΛΟ.

« Τῷ δὲ Θεῷ χάρις, φησὶ, τῷ πάντως τε θριαμβεύοντι ἡμᾶς ἐν τῷ Χριστῷ, καὶ τὴν ὀσμὴν τῆς γνώσεως αὐτοῦ φανεροῦντι, δι' ἡμῶν ἐν παντὶ τόπῳ, ὅτι Χριστοῦ εὐωδία ἐσμὲν τῷ Θεῷ ἐν τοῖς σωζομένοις καὶ ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις. » Οὐκοῦν εἰ διὰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων φανερὰν τῷ κόσμῳ καθίστησιν ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ τὴν ὀσμὴν τῆς γνώσεως τοῦ Χριστοῦ, τουτέστι, τὸν περὶ τῆς ἐπιγνώσεως αὐτοῦ λόγον· οἱ δὲ τοῦτον λαβόντες οὐκ ἔτι πλανῶνται, οὔτε μὴν ἐν τοῖς ἀθέοις καὶ ἐλπίδα μὴ ἔχουσι καταταχθήσονται, ἀλλ' ἔγνωσαν μὲν τὸν Θεόν, ἤ φησιν ὁ Παῦλος, μᾶλλον δὲ ἐγνώσθησαν ὑπὸ Θεοῦ· Θεὸς ἄρα κατὰ ἀλήθειαν ὁ Χριστὸς, ὁ τῶν ψευδωνύμων θεῶν ἀποστήσας τὰ ἔθνη, καὶ γνωσθεὶς μὲν αὐτοῖς κατὰ τοῦτο, ἐπιγνοὺς δὲ πάλιν αὐτὰ διὰ τῆς εἰς ἑαυτὸν πίστεως. Ὁ δὲ ἀληθῶς ὑπάρχων Θεὸς, πῶς ἂν εἴη κτίσμα ἢ ποίημα;

ALIUD.

« Non enim sumus, inquit, ut multi adulterantes sermonem Dei [63*]. » Si ergo apostolorum sermo est prædicatio de Servatore, Deus igitur est Filius, cujus sermonem non adulterant qui ita prædicant, et creaturam sive opus esse negant. Sincerus itaque ac purus est de veritate sermo, falsis hæreticorum opinionibus nequaquam adulteratus.

ΑΛΛΟ.

« Οὐ γάρ ἐσμεν ὡς οἱ πολλοὶ καπηλεύοντες τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ. » Οὐκοῦν εἰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων ὁ λόγος τὸ περὶ τοῦ Σωτῆρός ἐστι κήρυγμα, Θεός ἄρα ἐστὶν ὁ Υἱὸς, οὗ τὸν λόγον οὐ καπηλεύουσιν οἱ οὕτω κηρύττοντες, καὶ ποίημα λέγειν αὐτὸν ἢ κτίσμα παραιτούμενοι. Ἄκρατος οὖν ὥσπερ ἐστὶν ὁ περὶ τῆς ἀληθείας λόγος, τὰς ὑδαρεστέρας τῶν αἱρετικῶν ψευδοδοξίας οὐκ ἔχων.

ALIUD, *in illud*, « *Gratia Deo, qui semper triumphat nos in Christo, et odorem justitiæ suæ manifestat per nos.* »

Qui per apostolicam et evangelicam prædicationem manifestatus est, quisnam alius sit quam Christus?

ΑΛΛΟ, *εἰς τὸ*, « *Τῷ δὲ Θεῷ χάρις τῷ πάντοτε θριαμβεύοντι ἡμᾶς ἐν τῷ Χριστῷ, καὶ τὴν ὀσμὴν τῆς γνώσεως αὐτοῦ φανεροῦντι δι' ἡμῶν.* »

Ὁ φανερούμενος διά τε τῶν ἀποστολικῶν καὶ εὐαγγελικῶν κηρυγμάτων, τίς ἂν ἕτερος εἴη παρὰ Χρι-

[57] Joan. xi, 25. [58] Joan. vi, 40. [59] II Cor. i, 18, 19. [60] Matth. iii, 18. [61] Psal. cix, 3. [62] II Cor. ii, 14, 15. [63] Ibid. 17. [63*] Galat. iv, 9.

Digitized by Google

στόν, Αὐτὸς τοιγαροῦν ἐστιν ἡ ὀσμὴ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, κατὰ τὸ εἰρημένον παρ' αὐτοῦ· « Οὐδεὶς ἔρχεται πρὸς τὸν Πατέρα, εἰ μὴ δι' ἐμοῦ. » Καὶ πάλιν· « Ὁ ἑωρακώς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα. » Ὀσμὴ τοιγαροῦν ὑπάρχων τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, οὐκ ἂν εἴη πρὸς αὐτὸν ἑτεροούσιος· ἀλλ' ὥσπερ ἡ ἐξ ἀνθέων εὐωδία φυσικῶς τε καὶ οὐσιωδῶς προεκκύπτουσα, τοῦ γεννήσαντος αὐτὴν εἶδους ἐστὶν ἐκφαντική, οὕτω καὶ ὁ Υἱὸς ὀσμή τις ὥσπερ ὑπάρχων τῆς πατρῴας οὐσίας, ἀφ' ἧς ἐστιν αὐτός, τὸν γεννήσαντα δηλοῖ. Οὐκοῦν οὐ ποίημα, ἐπεὶ μὴ τοῦτό ἐστιν ὁ Πατήρ.

A Ipse igitur est odor cognitionis Dei ac Patris, juxta illud ab ipso dictum : « Nemo venit ad Patrem, nisi per me [64]; » et rursus : « Qui vidit me, vidit Patrem [65]. » Cum itaque sit odor Dei ac Patris, diversæ ab ipso essentiæ esse nequit : sed quemadmodum bonus odor qui ex floribus naturaliter atque substantialiter diffunditur, speciem unde gignitur declarat, ita et Filius cum sit veluti odor quidam essentiæ paternæ, a qua ipse est, Patrem ipsum significat. Non est igitur creatura, quia neque Pater hoc est.

ΑΛΛΟ.

« Οὐ γὰρ ἑαυτοὺς, φησὶ, κηρύττομεν, ἀλλὰ Χριστὸν Ἰησοῦν Κύριον· ἑαυτοὺς δὲ δούλους ὑμῶν διὰ Χριστοῦ. Ὅτι ὁ Θεὸς ὁ εἰπών, « Ἐκ σκότους φῶς λάμψει, ὃς ἔλαμψεν ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν πρὸς φωτισμὸν τῆς γνώσεως τῆς δόξης αὐτοῦ. » Ἰδοὺ δόξαν τοῦ Πατρὸς ὀνομάζει τὸν Υἱόν. Ἐλλάμψαντος γὰρ ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, φωτιζόμεθα πρὸς ἐπίγνωσιν τοῦ Χριστοῦ, καθὰ καὶ αὐτός που φησιν· « Οὐδεὶς δύναται ἐλθεῖν πρός με, ἐὰν μὴ ὁ Πατὴρ, ὁ πέμψας με, ἑλκύσῃ αὐτόν. » Ἕλκει δὲ πρὸς ἐπίγνωσιν τοῦ Υἱοῦ τὴν ἑκάστου φωτίζων καρδίαν. Δόξα τοιγαροῦν ὑπάρχων τοῦ Πατρὸς, πῶς ἔσται ποίημα, καὶ οὐχὶ μᾶλλον Υἱὸς, καὶ Θεὸς ἐκ Θεοῦ, διὰ τῆς ἐνούσης αὐτῷ μεγαλειότητος φυσικῆς παρασκευάζων δοξάζεσθαι τὸν γεννήσαντα αὐτὸν, ὡς ἐν εἰκόνι τῷ Υἱῷ φαινόμενος, κατὰ τὸ παρ' αὐτοῦ λεγόμενον· « Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα; »

B

ALIUD.

« Non enim, inquit, nosipsos prædicamus, sed Christum Jesum Dominum : nos autem servos vestros per Christum. Quoniam Deus qui dixit : Ex tenebris lux fulgebit, qui fulsit in cordibus nostris ad illuminationem cognitionis gloriæ suæ [66]. » Ecce Filium gloriam Patris appellat. Cum enim fulserit in cordibus nostris Deus ac Pater, illuminati sumus ad cognitionem Christi, sicut et ipse alicubi inquit : « Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit ipsum [67]. » Trahit autem ad cognitionem Filii illuminans uniuscujusque **275** cor. Cum ergo sit gloria Patris, quomodo sit creatura, ac non potius Filius et Deus ex Deo, per suam naturalem magnificentiam efficiens ut glorificetur ipsius Pater, qui in Filio tanquam in imagine cernitur, ut ipsemet dixit : « Qui videt me, vidit et Patrem [68]? »

C

ΑΛΛΟ, *εἰς τὸ αὐτό.*

Εἰ δόξα τοῦ Πατρὸς ὑπάρχων ὁ Υἱὸς, ποίημα καὶ κτίσμα ἐστὶ, λεγέσθω καὶ ἕκαστον τῶν πεποιημένων δόξα τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός. Εἰ γὰρ ὅλως ἐνδέχεται κτιστὴν καὶ πεποιημένην οὐσίαν ἀναθῆναι πρὸς τοῦτο, τὸ κωλύον οὐδὲν ἐπὶ πᾶσαν τὴν κτίσιν ἄγεσθαι τὸ ἀξίωμα. Τὸ γὰρ δυνάμει πεφυκός τι γενέσθαι, γένοιτ' ἂν ἔσθ' ὅτε, καὶ εἰ μή πω γέγονεν. Εἰ δὲ ἐπὶ τῶν ἄλλων οὐδὲν τὸ τοιοῦτον εἴρηται, μόνῳ δὲ πρόσεστι τῷ Υἱῷ, οὐκ ἄρα εἷς τῶν πάντων ἐστίν. Εἰ δὲ τοῦτο, οὐ ποίημα· τὸ γὰρ ἔξω πάντων ὄν, οὐκ ἐν τοῖς πᾶσιν ἔσται, ἀλλ' ἕτερόν τι παρὰ πάντα, ὅπερ ἐστὶ Θεός.

ALIUD, *in idem.*

Si Filius, cum sit gloria Patris, est opus sive creatura, certe unaquæque etiam creatura dici poterit gloria Dei ac Patris. Nam si essentia creata eo dignitatis conscendere potest, nihil obstiterit quominus hæc dignitas etiam aliis creaturis sit communis. Quod enim potentia fieri aliquid potest, id aliquando actu esse potest, tametsi factum nondum sit. At vero si de aliis hoc dici non potest, sed soli Filio convenit, non est igitur Filius unus ex omnibus. Ergo nec creatura : nam quod extra omnes est, hoc in omnibus non erit, sed diversum aliquid ab omnibus, quod est Deus.

D

ΑΛΛΟ.

« Τοὺς γὰρ πάντας ἡμᾶς φανερωθῆναι δεῖ, φησὶν, ἔμπροσθεν τοῦ βήματος τοῦ Χριστοῦ· ἵνα δὴ κομίσηται ἕκαστος πρὸς ἃ ἔπραξεν, εἴτε ἀγαθὸν, εἴτε φαῦλον. » Οὐκοῦν εἰ Χριστῷ παραστησόμεθα, καὶ αὐτός ἐστιν ὁ κρίνων τὴν γῆν, καὶ ἀποδιδοὺς ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ, καθά φησιν ὁ Ψαλμῳδός· Θεὸς ἄρα ἐστὶ καὶ Υἱὸς, οὐ ποίημα. Ἐπεὶ καὶ ὁ πάνσοφος Σολομὼν ἐν Ἐκκλησιαστῇ τοιοῦτόν τί φησιν· « Ὅτι σύμπαν τὸ ποίημα ἄξει ὁ Θεὸς εἰς κρίσιν ἐν παντὶ παρεωραμένῳ, ἐὰν ἀγαθὸν, ἐὰν πονηρόν. »

ALIUD.

« Omnes nos, inquit, oportet, manifestari ante tribunal Christi, ut unusquisque accipiat secundum ea quæ fecit, sive bonum, sive malum [69]. » Quando ergo ante tribunal Christi sistemur, et ipse est qui judicat terram, et retribuit unicuique secundum opera ipsius, sicut ait Psalmista [70] : ergo et Filius est Deus, non creatura; siquidem et sapientissimus Salomon tale quid in Ecclesiaste ait : « Quia universam creaturam adducet Deus in judicium pro omni errato sive bonum, sive malum [71]. »

[64] Joan. XIV, 6. [65] Ibid. 9. [66] II Cor. IV, 5, 6. [67] Joan. VI, 44. [68] Joan. XIV, 9. [69] II Cor. V, 10. [70] Psal. LXI, 13. [71] Eccle. XII, 14.

Digitized by Google

ALIUD.

« Non iterum nosipsos vobis commendamus, sed occasionem damus vobis gloriandi pro nobis, ut habeatis ad eos qui gloriantur in facie et non in corde, Sive enim mente excessimus Deo, sive sobrii sumus vobis [73]. » Ecce rursus Christum Deum appellat, cui etiam mente cessisse se dicit. Et quomodo cesserit ipse docet dicens : « Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Christi, per quam mihi mundus crucifixus est, et ego mundo [74] ; » et alibi : « Hebræi sunt, et ego ; Israelitæ sunt, et ego [75]. » — « Hebræus ex Hebræis : secundum legem Pharisæus, secundum justitiam legis factus irreprehensibilis : sed quæcunque erant mihi lucra hæc propter Christum jacturam puto, et arbitror ut stercora, ut Christum lucrifaciam, et inveniar in ipso non habens meam justitiam quæ ex lege est, sed justitiam quæ est ex fide Jesu Christi [76]. » **276** Vides quo pacto ab omni legali gloriatione remotus fuerit, ut Christum lucrifaceret? Quod et Salvator nobis per parabolam quamdam proponit. « Simile est, inquit, regnum cœlorum homini mercatori bonas quærenti margaritas; qui cum unam magni pretii invenerit, ivit et vendidit omnia sua, et emit ipsam [76]. » Quocirca si excessit mente pro Christo, Deo autem se hoc fecisse ait, quomodo Filius non sit natura Deus? At si hoc est, ergo non creatura.

ALIUD.

« Vetera, inquit, transierunt, ecce facta sunt omnia nova. Omnia autem ex Deo, qui conciliavit nos sibi per Christum, et dedit nobis ministerium reconciliationis, quia Deus erat in Christo, mundum sibi reconcilians, nec reputans eis delicta eorum [77]. » In his itaque animadvertendum est qua ratione reconciliati simus. Neque vero dubium est quin credentes in Christum, quod sit Filius Dei, ipsum ut verum Deum suscipientes, per ipsum accedimus ad Patrem, sicut et ipse ait : « Nullus veniet ad Patrem nisi per me [78]. » Quin et ipse Servator eos qui propter peccatum alieni ab ipso sunt, pro sua benignitate ad se vocat, sibique concilians dixit : « Venite ad me, omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos [79]. » Si ergo ad Christum accedentes, eique conciliati, Deo conciliamur, et remissionem peccatorum consequimur, quomodo non erit Deus ex Deo, qui in Patre et cum Patre exsistit, justificans eos qui ad ipsum accedunt, et mundum sibi ipsi concilians? Quod si ita est, creatus non erit.

ALIUD.

« Pro Christo, inquit, legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos, obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo. Eum enim qui peccatum non noverat, pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur

ΑΛΛΟ.

« Οὐ πάλιν ἑαυτοὺς συνιστάνομεν ὑμῖν, ἀλλὰ ἀφορμὴν διδόντες καυχήματος ὑπὲρ ἡμῶν, ἵνα ἔχητε πρὸς τοὺς ἐν προσώπῳ καυχωμένους, καὶ μὴ ἐν καρδίᾳ. Εἴτε γὰρ ἐξέστημεν Θεῷ, εἴτε σωφρονοῦμεν ὑμῖν. » Ἰδοὺ πάλιν ὁ Παῦλος Θεὸν ὀνομάζει Χριστὸν, ᾧ καὶ ἐκστῆναί φησιν. Καὶ ὅπως ἐξέστη, διδάξει λέγων αὐτός· « Ἐμοὶ δὲ μὴ γένοιτο καυχᾶσθαι, εἰ μὴ ἐν τῷ τοῦ Χριστοῦ σταυρῷ, δι' οὗ ἐμοὶ κόσμος ἐσταύρωται, κἀγὼ τῷ κόσμῳ· » καὶ πάλιν ἐν ἑτέροις· « Ἑβραῖοί εἰσι, κἀγώ· Ἰσραηλῖταί εἰσι, κἀγώ. » — « Ἑβραῖος ἐξ Ἑβραίων, κατὰ νόμον Φαρισαῖος, κατὰ δικαιοσύνην τὴν ἐν νόμῳ γενόμενος ἄμεμπτος. Ἀλλ' ἅτινα ἦν μοι κέρδη, ταῦτα ἥγημαι διὰ τὸν Χριστὸν ζημίαν, καὶ ἡγοῦμαι σκύβαλον εἶναι, ἵνα Χριστὸν κερδάνω, καὶ εὑρεθῶ ἐν αὐτῷ, μὴ ἔχων ἐμὴν δικαιοσύνην τὴν ἐν νόμῳ, ἀλλὰ δικαιοσύνην τὴν διὰ πίστεως Ἰησοῦ Χριστοῦ. » Ὁρᾷς ὅπως ἀπάντων τῶν κατὰ νόμον ἐξέστη καυχημάτων, ἵνα κερδάνῃ Χριστόν; Ὅπερ καὶ αὐτὸς ἡμῖν ὁ Σωτὴρ, ὡς ἐν παραβολῆς εἰσηγεῖται σχήματι, λέγων· « Ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἀνθρώπῳ ἐμπόρῳ ζητοῦντι καλοὺς μαργαρίτας· εὑρὼν δὲ ἕνα πολύτιμον μαργαρίτην, ἀπελθὼν πέπρακεν ὅσα εἶχε, καὶ ἠγόρασεν αὐτόν. » Οὐκοῦν εἰ ἐξέστη Χριστῷ, Θεῷ δὲ τοῦτο πεποιηκέναι φησὶ, πῶς οὐ Θεὸς κατὰ φύσιν ὁ Υἱός; Εἰ δὲ τοῦτο, οὐ ποίημα.

ΑΛΛΟ.

« Τὰ ἀρχαῖα, φησὶ, παρῆλθεν, ἰδοὺ γέγονε τὰ πάντα καινά. Τὰ δὲ πάντα ἐκ τοῦ Θεοῦ, τοῦ καταλλάξαντος ἡμᾶς ἑαυτῷ διὰ Χριστοῦ, καὶ δόντος ἡμῖν τὴν διακονίαν τῆς καταλλαγῆς, ὡς ὅτι Θεὸς ἦν ἐν Χριστῷ, κόσμον καταλλάσσων ἑαυτῷ, μὴ λογιζόμενος αὐτοῖς τὰ παραπτώματα αὐτῶν. » Ζητητέον ἐν τούτοις τῆς πρὸς Θεὸν ἡμῶν καταλλαγῆς τὸν τρόπον. Ἀλλ' ἔστι δῆλον ὅτι πιστεύσαντες εἰς Χριστὸν, ὡς Υἱός τε εἴη τοῦ Θεοῦ, καὶ Θεὸν αὐτὸν ἀληθινὸν παραδεξάμενοι, δι' αὐτοῦ προσίεμεν τῷ Πατρὶ, καθὰ καὶ αὐτός φησιν· « Οὐδεὶς ἔρχεται πρὸς τὸν Πατέρα εἰ μὴ δι' ἐμοῦ. » Ἄλλως τε καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ τοὺς διὰ τὴν ἁμαρτίαν ἀποστήσαντας ἐκ φιλανθρωπίας καλεῖ πρὸς ἑαυτὸν, καὶ ἑαυτῷ καταλλάσσων ἔλεγε· « Δεῦτε πάντες πρός με, οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς. » Οὐκοῦν εἰ προσιόντες καὶ καταλλασσόμενοι τῷ Χριστῷ, Θεῷ καταλλασσόμεθα, καὶ τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν κομιζόμεθα· πῶς οὐκ ἔσται Θεὸς ἐκ Θεοῦ, ὁ ἐν Πατρὶ καὶ μετὰ Πατρὸς, δικαιῶν μὲν τὸν προσερχόμενον, κόσμον δὲ καταλλάσσων ἑαυτῷ; Εἰ δὲ τοῦτο ἀληθὲς, οὐκ ἔσται γενητός.

ΑΛΛΟ.

« Ὑπὲρ Χριστοῦ οὖν πρεσβεύομεν, ὡς τοῦ Θεοῦ παρακαλοῦντος δι' ἡμῶν· δεόμεθα ὑπὲρ Χριστοῦ, καταλλάγητε τῷ Θεῷ. Τὸν γὰρ μὴ γνόντα ἁμαρτίαν, ὑπὲρ ἡμῶν ἁμαρτίαν ἐποίησεν, ἵνα ἡμεῖς γενώμεθα

[73] II Cor. v, 12, 13. [74] Galat. vi, 14. [75] II Cor. xi, 22. [76] Philipp. iii, 5-9. [76] Matth. xiii, 45, 46. [77] II Cor. v, 17-19. [78] Joan. xiv, 6. [79] Matth. xi, 28.

Digitized by Google

δικαιοσύνη Θεοῦ ἐν αὐτῷ. » Οὐκοῦν ὥσπερ ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας γενόμενος, αὐτὸς κεχρημάτικεν ἁμαρτία· οὕτως καὶ ἡμεῖς, ἀναμορφωθέντες εἰς αὐτὸν διὰ τῆς πίστεως, δικαιοσύνη Θεοῦ γεγενῆσθαι λεγόμεθα, ὅπερ ἐστὶ κυρίως ὁ Υἱός. Ἡμεῖς μὲν γὰρ τῶν αὐτῷ φύσει προσόντων ἀγαθῶν ἠξιώμεθα, μέτοχοι γεγονότες αὐτοῦ διὰ τοῦ Πνεύματος· αὐτὸς δὲ πάλιν εἰς ἑαυτὸν ἀναδέχεται τὰ ἀνθρώπινα, πρὸς τὸ θεῖον κάλλος ἐν ἑαυτῷ τὴν φύσιν ἀναζωγραφῶν. Ὅτε τοίνυν ἐστὶν ὁ Χριστὸς ἡ δικαιοσύνη τοῦ Πατρὸς, πῶς ἂν εἴη γενητὸς, καὶ οὐχὶ μᾶλλον τῷ γεννήσαντι συναΐδιος, εἴπερ ἀεὶ ἦν δίκαιος ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ, συνούσης αὐτῷ δηλονότι τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ, τουτέστι τοῦ Υἱοῦ;

A justitia Dei in ipso [80]. » Quocirca, quemadmodum unigenitus Filius Dei factus in similitudine carnis peccati, dicitur vocatus peccatum, ita et nos reformati ad ipsum per fidem dicimur facti esse justitia Dei : quod proprie est Filius. Nos enim bonis quæ ipsi naturaliter insunt accipiendis digni habiti sumus, participes ipsius per Spiritum effecti: ipse vicissim humana in se recipit, **277** humanam naturam ad pulchritudinem divinam in seipso instaurans. Cum igitur Christus sit justitia Patris [81], quomodo sit creatura, et non potius Patri coæternus, siquidem Deus ac Pater semper est justus, semperque ipsi adfuit justitia sua, hoc est Filius?

Ἐκ τῆς πρὸς Γαλάτας.

B

« Εἴ τις ὑμᾶς εὐαγγελίζεται παρ' ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω. Ἄρτι γὰρ ἀνθρώπους πείθω, ἢ τὸν Θεόν; Ἢ ζητῶ ἀνθρώποις ἀρέσκειν; Εἰ ἔτι ἀνθρώποις ἤρεσκον, Χριστοῦ δοῦλος οὐκ ἂν ἦμην. » Ὁ πείθων Θεὸν, τουτέστιν, ἐπὶ τοῖς οἰκείοις τρόποις, ὡς ἐπ' ἀγαθοῖς πληροφορεῖν ἐπαγόμενος, οὐκ ἀνθρώποις ἀρέσαι ζητεῖ, ἀλλ' ἵνα μᾶλλον δουλεύσῃ Χριστῷ. Θεὸς ἄρα κατὰ φύσιν ὁ Υἱὸς, ᾧ τὴν ἐξ ἔργων ἀγαθῶν δουλείαν προσάγοντες ὡς Θεῷ καὶ Δεσπότῃ πάντες ἀπολογούμεθα· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ πείθειν αὐτόν. Ὁ δὲ φύσει Θεὸς, οὐκ ἂν εἴη γενητός.

Ex Epistola ad Galatas.

« Si quis vobis evangelizat aliud quam accepistis, anathema sit. Modo enim hominibus suadeo, an Deo? Aut quæro hominibus placere? Si adhuc hominibus placerem, Christi servus non essem [82]. » Si Paulus suadens Deo, hoc est, suis actionibus bonis vitam suam probare studens, hominibus placere non cupit, sed potius Christo servire, certe Filius naturaliter Deus est, cui ex operibus bonis servitutem offerentes ut Deo et Domino, ipsi nos probamus : hoc enim est ei suadere. Qui vero est natura Deus, creatura esse nequit.

ΑΛΛΟ.

« Ὥστε ὁ νόμος παιδαγωγὸς ἡμῶν γέγονεν εἰς C Χριστὸν, ἵνα ἐκ πίστεως δικαιωθῶμεν. Ἐλθούσης δὲ τῆς πίστεως, οὐκ ἔτι ὑπὸ παιδαγωγόν ἐσμεν. Πάντες γὰρ Υἱοὶ Θεοῦ ἐστε διὰ τῆς πίστεως ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Ὅσοι γὰρ εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθητε, Χριστὸν ἐνεδύσασθε. » Εἰ δὲ Χριστὸν ἐνδυσάμενοι διὰ τῆς πίστεως, ἀνεμορφώθημεν εἰς αὐτόν· καὶ διὰ τοῦτο χρηματίζομεν υἱοὶ Θεοῦ, κατὰ θέσιν δηλονότι, τὰ δὲ κατὰ θέσιν ἀεὶ πρὸς μίμησιν τοῦ κατὰ φύσιν γίνεται· φύσει ἄρα καὶ οὐ θετῶς Υἱὸς ὁ Χριστός. Τὸ δὲ φύσει γεννηθὲν ἀπὸ Θεοῦ, πῶς ἂν εἴη κτίσμα ἢ ποίημα, πάντας ἡμᾶς ἐπαναγκάζοντος λόγου τῷ γεννήσαντι τὴν αὐτὴν ἔχειν οὐσίαν ὁμολογεῖν τὸ ἐξ αὐτοῦ γεννώμενον;

ALIUD.

« Itaque lex, inquit, pædagogus noster fuit ad Christum, ut ex fide justificemur. Sed ubi venit fides, jam non sumus sub pædagogo. Omnes enim filii Dei estis per fidem in Christo Jesu. Quicunque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis [83]. » At vero si Christum induentes per fidem reformati sumus in ipsum, ideoque vocamur filii Dei, adoptione nimirum, adoptio autem semper imitatur id quod naturaliter fit; ergo Christus est natura, non adoptione Filius. Quod vero naturaliter genitum est a Patre, quomodo possit esse creatura, cum ratio ipsa nos cogat fateri id quod genitum est, ejusdem esse substantiæ cum eo quod genuit?

ΑΛΛΟ.

D

« Λέγω δὲ ἐφ' ὅσον χρόνον ὁ κληρονόμος νήπιός ἐστιν, οὐδὲν διαφέρει δούλου, Κύριος πάντων ὤν, ἀλλὰ ὑπὸ ἐπιτρόπων ἐστὶ καὶ οἰκονόμων, ἄχρι τῆς προθεσμίας τοῦ Πατρός. Οὕτως καὶ ἡμεῖς ὅτε ἦμεν νήπιοι, ὑπὸ τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου ἦμεν δεδουλωμένοι· ὅτε δὲ ἦλθε τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου, ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν Υἱὸν αὐτοῦ, γενόμενον ἐκ γυναικὸς, γενόμενον ὑπὸ νόμον, ἵνα τοὺς ὑπὸ νόμον ἐξαγοράσῃ, « ἵνα τὴν υἱοθεσίαν ἀπολάβωμεν. » Εἰ τοῖς τοῦ κόσμου στοιχείοις, ὡς ποιήμασι δουλεύοντες, ἦμεν τε ἦμεν καὶ παράφρονες, ποίημα δὲ καὶ κτίσμα κατ' ἐκείνους ἐστὶν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ· ἔτι τοῖς ἀρχαίοις ἐγκλήμασιν ἐνεχόμεθα, νήπιοι δὲ οὐδὲν

ALIUD.

« Dico autem quod quanto tempore hæres parvulus est, non differt a servo, quamvis sit Dominus omnium· sed sub tutoribus et dispensatoribus est, donec ad ætatem constitutam a Patre deveniat. Sic et nos quando eramus parvuli, sub elementis mundi serviebamus; quando autem venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum natum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui erant sub lege redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus [84]. » Si elementis mundi, utpote creaturis servientes, infantes ac dementes eramus, Filius autem Dei, juxta hæreticorum opinionem, est creatura, certe adhuc veteri illi culpæ obnoxii sumus, quippe qui rursus creaturam pro

[80] II Cor. v, 20, 21. [81] I Cor. I, 30. [82] Galat. I, 9, 10. [83] Galat. III, 24-27. [84] Galat. IV, 1-5.

Digitized by Google

Creatore colamus. At si cognito **278** vero Deo ac Domino, qui propter nos factus ex muliere, et factus sub lege, a cultu creaturarum recessimus, et Creatorem colimus : Christus itaque est Deus et verus Filius, cujus etiam nos participes effecti, adoptionem filiorum consecuti sumus, et liberi jam vocamur, utpote qui ipsum liberum Filium induerimus, ut servitutis nostræ forma aboleretur.

ALIUD.

« Significo, inquit, vobis, fratres, quod Evangelium, quod a me vobis evangelizatum est, non est secundum hominem. Ego enim non accepi illud ab homine, sed per revelationem Jesu Christi [85]. » Videamus itaque quid de Filio dicat, qui a Christo mysterium Christi didicit : « Jesus, inquit, heri et hodie, ipse etiam in sæcula [86]. » Ecce quam aperte profitetur, Christum immutabilis naturæ esse; quod quidem soli Deo ac Patri proprium est, neque cuiquam creaturæ congruit. Quocirca, si solus Deus ac Pater est immutabilis, Filius autem ejusdem plane naturæ, quippe qui semper idipsum est quod Pater, quomodo possit esse creatura, qui solus ineffabilis essentiæ ratione Patri consimilis est, idemque secundum naturam suam est quod Pater, eo solo excepto quod non sit Pater ?

ALIUD.

« Ego enim per legem legi mortuus sum, ut Deo vivam, Christo crucifixus sum. Vivo autem, jam non ego, vivit autem in me Christus [87]. » Si accepta nova lege Servatoris vivimus quidem Deo, legi vero Mosaicæ mortui sumus (neque enim amplius secundum illam vivimus), Deus itaque est Christus et quidem verus Deus. Quod si ita est, non ergo creatura. Quod autem vivimus ipsi Christo, testabitur ipsemet veritatis præco, dicens : « Si enim unus pro omnibus mortuus est, omnes ergo mortui sunt, ut viventes non sibiipsis vivant, sed ei qui pro ipsis mortuus est, et resurrexit [88]. » Si autem viventes Christo, Deo vivere dicimur, quomodo non sit Deus ? Aut quomodo possit esse creatura ?

ALIUD.

« Cum, inquit, prævidisset Scriptura quia ex fide justificat Deus gentes, antea evangelizavit Abrahæ, quia Benedicentur in te omnes gentes [89]. » Si Deus dicitur gentes justificare, Christus autem hoc præstat, et tollit peccata mundi, juxta dictum **279** Joannis [89*], Deus itaque est Filius, et Deus verus. Perversi enim cum essent Judæi, illud solum vere dixerunt, neminem posse remittere peccata, nisi solum Deum [89**], utpote legis Dominum.

ALIUD.

« Sed tunc, inquit, ignorantes Deum, serviebatis

ἧττον καὶ νῦν ἐσμεν, δουλεύοντες κτίσματι πάλιν παρὰ τὸν κτίσαντα. Εἰ δὲ ἐπεγνωκότες ὡς ἀληθινὸν Θεὸν καὶ Δεσπότην τὸν δι' ἡμᾶς γενόμενον ἐκ γυναικὸς, καὶ γενόμενον ὑπὸ νόμον, ἐξέβημεν τοῦ λατρεύειν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα· Θεὸς ἄρα καὶ Υἱὸς ἀληθινὸς ὁ Χριστὸς, οὗ καὶ ἡμεῖς ἀναδεικνύμενοι μέτοχοι, τὴν υἱοθεσίαν ἀπολαμβάνομεν, ἐλεύθεροί τε ἤδη χρηματίζομεν, ὡς αὐτὸν ἐνδυσάμενοι τὸν ἐλεύθερον Υἱὸν, ἵνα τὸ τῆς δουλείας ἡμῶν ἀφανίζηται σχῆμα.

ΑΛΛΟ.

« Γνωρίζω δὲ ὑμῖν, ἀδελφοί, τὸ Εὐαγγέλιον τὸ εὐαγγελισθὲν ὑπ' ἐμοῦ, ὅτι οὐκ ἔστι κατὰ ἄνθρωπον. Οὐδὲ γὰρ ἐγὼ παρὰ ἀνθρώπου παρέλαβον αὐτὸ, οὐδὲ ἐδιδάχθην, ἀλλὰ δι' ἀποκαλύψεως Ἰησοῦ Χριστοῦ. » Ἴδωμεν τοίνυν τί περὶ τοῦ Υἱοῦ φησιν ὁ παρ' αὐτοῦ τὸ περὶ αὐτοῦ μεμαθηκὼς μυστήριον· « Ἰησοῦς Χριστὸς, φησὶ, χθὲς καὶ σήμερον ὁ αὐτὸς καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας. » Ἰδοὺ σαφῶς τὸ ἐν ἀτρέπτῳ καὶ ἀμεταποιήτῳ φύσει κεῖσθαι τὸν Υἱὸν ὁμολογεῖ· ὅπερ ἴδιον μόνου Θεοῦ καὶ Πατρὸς, ἑτέρῳ δὲ πρόσεστι τῶν γενητῶν οὐδενί. Οὐκοῦν εἰ μόνος ἄτρεπτος ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ, ἐν ταυτότητι δὲ φύσεως καὶ ὁ Υἱὸς, ἀεὶ τοῦτο ὢν ὅπερ ἐστὶν ὁ γεννήσας αὐτὸν, πῶς ἂν εἴη τῶν γενητῶν εἷς, ὁ μόνος τῷ φύσαντι κατὰ τὸν ἄφραστον τῆς οὐσίας λόγον ἀμιλλώμενος, καὶ τοῦτο ὢν κατὰ φύσιν, ὅπερ ἐστὶν ὁ Πατὴρ δίχα μόνου τοῦ εἶναι Πατήρ;

ΑΛΛΟ.

« Ἐγὼ γὰρ διὰ νόμου νόμῳ ἀπέθανον, ἵνα Θεῷ ζήσω· Χριστῷ συνεσταύρωμαι, ζῶ δὲ οὐκέτι ἐγὼ, ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ Χριστός. » Εἰ τοῦ Σωτῆρος τὸν νέον παραδεξάμενοι νόμον, ζῶμεν μὲν τῷ Θεῷ, νόμῳ δὲ τῷ διὰ Μωσέως ἀποθνήσκομεν (οὐ γὰρ ἔτι κατ' ἐκεῖνον βιοῦμεν ἢ πολιτευόμεθα)· Θεὸς ἄρα Χριστὸς καὶ Θεὸς ἀληθινός. Εἰ δὲ τοῦτο, οὐ ποίημα. Ὅτι δὲ ζῶμεν αὐτῷ τῷ Χριστῷ, μαρτυρήσει λέγων αὐτὸς τῆς ἀληθείας ὁ κήρυξ· « Εἰ γὰρ εἷς ὑπὲρ πάντων ἀπέθανεν, ἄρα οἱ πάντες ἀπέθανον, ἵνα οἱ ζῶντες μηκέτι ἑαυτοῖς ζῶσιν, ἀλλὰ τῷ ὑπὲρ αὐτῶν ἀποθανόντι καὶ ἐγερθέντι. » Εἰ δὲ ζῶντες τῷ Χριστῷ, Θεῷ ζῇν λεγόμεθα, πῶς οὐκ ἔστι Θεός; Πῶς δέ ἐστι κτίσμα ἢ ποίημα;

ΑΛΛΟ.

« Προϊδοῦσα δὲ ἡ Γραφὴ ὅτι ἐκ πίστεως δικαιοῖ τὰ ἔθνη ὁ Θεὸς, προευηγγελίσατο τῷ Ἀβραὰμ, ὅτι Ἐνευλογηθήσονται ἐν σοὶ πάντα τὰ ἔθνη. » Εἰ Θεὸς τὰ ἔθνη λέγεται δικαιοῦν, Χριστὸς δέ ἐστιν ὁ τοῦτο ποιῶν, καὶ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, κατὰ τὴν Ἰωάννου φωνὴν· Θεὸς ἄρα ἐστὶν ὁ Υἱὸς, καὶ Θεὸς ἀληθινός. Πονηροὶ γὰρ ὄντες Ἰουδαῖοι, μόνον ἐκεῖνο λέγουσιν ἀληθὲς, ὡς οὐδεὶς ἁμαρτίας ἀφεῖναι δύναται, εἰ μὴ μόνος ὁ Θεὸς, ὡς τοῦ νόμου Κύριος.

ΑΛΛΟ.

« Ἀλλὰ τότε μὲν οὐκ εἰδότες Θεὸν, ἐδουλεύσατε

[85] Galat. I, 11, 12. [86] Hebr. XIII, 8. [87] Galat. II, 19, 20. [88] II Cor. V, 14, 15. [89] Galat. III, 8. [89*] Joan. I, 36. [89**] Luc. V, 21.

Digitized by Google

τοῖς φύσει μὴ οὖσι θεοῖς· νῦν δὲ γνόντες Θεὸν, μᾶλλον δὲ γνωσθέντες ὑπὸ Θεοῦ, πῶς πάλιν ἐπιστρέφετε ἐπὶ τὰ ἀσθενῆ καὶ πτωχὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου, οἷς πάλιν ἄνωθεν δουλεύειν θέλετε; » Εἰ τοῖς τοῦ κόσμου στοιχείοις, γεννητὴν ἔχουσι τὴν φύσιν, ἀντιπαραβάλλεται Χριστὸς, ὡς μὴ τοῦτο ὢν, ὅπερ ἐκεῖνα· οὐκ ἄρα τῶν γενητῶν εἷς καὶ αὐτὸς εὑρίσκεται, ὁ τοσοῦτον διεστηκὼς, ὡς τὰ μὲν μὴ εἶναι φύσει θεοὺς, τὸν δὲ τοῦτο ὑπάρχειν ἀληθινῶς. Ταύτην γὰρ ὁ Παῦλος εἰσφέρει τὴν διαφορὰν διὰ τοῦ προτεθέντος κεφαλαίου. Ὅτι δὲ τὸν Χριστὸν ὡς Θεὸν ἐπέγνωκε τὰ ἔθνη, πᾶσίν ἐστιν, ὡς οἶμαι, καταφανές. Εἰς αὐτὸν γὰρ πιστεύοντα, τῆς πολυθέου πλάνης ἀπαλλάττεται. Ὅτι δὲ πάλιν αὐτὸν ἐπέγνωκε τὰ ἔθνη, καὶ ἐπεγνώσθη παρ' αὐτοῦ, ἄκουε λέγοντος· « Τὰ πρόβατα τὰ ἐμὰ τῆς φωνῆς μου ἀκούει, καὶ γινώσκω τὰ ἐμὰ, καὶ γινώσκουσί με τὰ ἐμά. »

non natura diis : nunc autem Deum cognoscentes, imo vero cogniti a Deo, quomodo rursus convertimini ad imbecilla elementa mundi, quibus rursus servire vultis [90]? » Si elementis mundi, quorum natura creata est, Christus ex adverso comparatur, nimirum, ut non idem exsistens quod illa, non est ergo etiam ipse ex numero creaturarum, qui tanto intervallo ab iis differt, ut hæ quidem non sint natura dii, ipse vero sit vere Deus. Hanc enim Paulus eo loco differentiam statuit. Quod vero Christum ut Deum cognoverint gentes, omnibus, ut arbitror, manifestum est : nam in ipsum credentes a falso deorum cultu abducti sunt. Quod autem rursus eum cognoverint gentes, et ab eo cognitæ sint, audi dicentem ipsum · « Oves meæ vocem meam audiunt, et cognosco eas, et cognoscunt me [91]. »

ΑΛΛΟ.

« Ἀδελφοὶ, δέομαι ὑμῶν, οὐδέν με ἠδικήσατε, οἴδατε δὲ ὅτι δι' ἀσθένειαν τῆς σαρκὸς εὐηγγελισάμην ὑμῖν τὸ πρότερον, καὶ τὸν πειρασμὸν ὑμῶν τὸν ἐν τῇ σαρκί μου οὐκ ἐξουθενήσατε, οὐδὲ ἐξεπτύσατε, ἀλλ' ὡς ἄγγελον Θεοῦ ἐδέξασθέ με ὡς Χριστὸν Ἰησοῦν. » Ὑποδεξάμενος καὶ λίαν θαυμάσας τῶν ἐν Γαλατίᾳ τήν τε εἰς Θεὸν εὐλάβειαν, καὶ τὴν εἰς αὐτὸν ἀγάπησιν, εἰρηκώς τε, ὅτι « Ὡς ἄγγελον Θεοῦ ἐδέξασθέ με, » καὶ ἐπὶ πολὺ μεῖζον ἀναβαίνει, προσθεὶς, « ὡς Χριστὸν Ἰησοῦν. » Τίς οὖν ὑπεροχὴ Χριστοῦ πρὸς ἀγγέλους, αὐτὸς διδασκέτω, λέγων· « Ὅταν δὲ εἰσαγάγῃ τὸν πρωτότοκον εἰς τὴν οἰκουμένην, λέγει· Καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι Θεοῦ. » Καὶ πάλιν· « Τίνι γὰρ εἶπέ ποτε τῶν ἀγγέλων· Υἱός μου εἶ σὺ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε· καὶ, Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου; » Γέγραπται δὲ πάλιν περὶ αὐτῶν· « Ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πυρὸς φλόγα. » Τοσαύτης τοιγαροῦν μεταξὺ κειμένης διαφορᾶς, ὡς τὸν μὲν Υἱὸν προσκυνεῖσθαι, λειτουργεῖν δὲ αὐτῷ τοὺς ἀγγέλους· καὶ τὸν μὲν ἐν τάξει βασιλέως καὶ Υἱοῦ καὶ Δεσπότου καθέζεσθαι, τοὺς δὲ ἀποστέλλεσθαι εἰς διακονίαν· πῶς οὐκ ἔσται Θεὸς ὁ καὶ ὑπὸ τῶν ἀγγέλων ὡς τοῦτο ὢν κατὰ φύσιν γινωσκόμενος; Εἰ γὰρ ποίημά ἐστι, κατὰ τὴν τῶν ἑτεροδοξούντων ἀβουλίαν, ὥρα λέγειν οὐ μόνον ἡμᾶς, ἀλλὰ καὶ αὐτὰς τὰς ἐν οὐρανοῖς πεπλανῆσθαι δυνάμεις, ὡς λατρεύειν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα. Εἰ δὲ τοῦτο ἄτοπον (οὐ γὰρ ἄν τις πλανᾶσθαι φήσειε τοὺς ἁγίους ἀγγέλους, ἀληθὴς δὲ μᾶλλον ἐν αὐτοῖς ἡ περὶ τοῦ Θεοῦ γνῶσις, καὶ προσκυνοῦσιν ὡς τοῦτο κατὰ φύσιν ὄντα τὸν Υἱὸν), οὐκ ἄρα κτίσμα ἐστὶν, οὐδὲ ποίημα. Τὸ γὰρ ὅλως ποιηθὲν, οὐκ ἂν εἴη φύσει Θεός.

ALIUD.

« Fratres, obsecro vos, nihil me læsistis : scitis autem quoniam per infirmitatem carnis evangelizaverim vobis jampridem, et tentationem vestram in carne mea non sprevistis, neque respuistis : sed sicut angelum Dei recepistis me sicut Jesum Christum [92]. » Paulus exosculans, multumque admirans pietatem Galatarum erga Deum, et amorem erga se, cum dixisset, « Sicut angelum Dei recepistis me, » ad aliud longe majus conscendit, addendo, « sicut Jesum Christum. » Quomodo autem sit excellentior angelis Christus, ipsemet docet dicens : « Quando primogenitum in orbem terrarum introduxit, dicit : Et adorent eum omnes angeli Dei [93]. » Et rursum : « Cui unquam angelorum dixit : Filius meus es tu, ego hodie genui te : et, Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum [94]? » Scriptum etiam est de angelis : « Qui facit angelos suos spiritus, et ministros suos flammam ignis [95]. « Cum igitur tantum inter eos sit differentiæ, ut Filius quidem adoretur, angeli vero ei ministrent, atque ille instar regis et **280** Filii ac Domini sedeat, hi vero ad ministeria allegentur, quomodo non erit Deus, qui etiam ab angelis naturaliter talis esse cognoscitur? Nam si creatura est, juxta vesanam hæreticorum opinionem, opportune dici poterit non solum nos, sed etiam ipsas potestates cœlestes errasse, quippe quæ creaturam pro Creatore coluerunt [96]. At si hoc absurdum est (neque enim quisquam sanctos angelos errasse dicet, imo potius vera Dei cognitione præditi sunt, et adorant Filium tanquam natura Deum), non est igitur Filius creatura vel opus. Quod enim factum est, Deus natura esse non potest.

ΑΛΛΟ.

« Διὸ, ἀδελφοὶ, οὐκ ἐσμὲν παιδίσκης τέκνα, ἀλλὰ τῆς ἐλευθέρας, τῇ ἐλευθερίᾳ ᾗ Χριστὸς ἡμᾶς ἠλευθέ-

ALIUD.

« Idcirco, inquit, fratres, non sumus filii ancillæ, sed liberæ, libertate qua nos Christus liberavit [97]. »

[90] Galat. IV, 8, 9. [91] Joan. X, 14. [92] Galat. IV, 13, 14. [93] Hebr. I, 6. [94] Ibid. 6, 7, 13. [95] Psal. CIII, 4. [96] Rom. I, 25. [97] Galat. IV, 31.

Digitized by Google

Si Domini est liberare, liberat autem nos Christus, A et jugum servitutis nobis adimit, in filios adoptans; non est ergo servus, sed Filius et Dominus: id quod ipse naturaliter est, etiam iis qui digni sunt per gratiam ascribens.

Ex Epistola ad Ephesios.

« Paulus apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei factus, omnibus qui sunt in Epheso et fidelibus in Christo Jesu [98]. » Qui per voluntatem Dei ac Patris electus est in apostolatum, ut ipse ibi affirmat, is ipse vocat Filium splendorem Patris et characterem exsistentiæ ipsius [99]. Præterea quomodo increatæ atque ingenitæ Patris essentiæ, subsistentiæque ipsius character erit Filius, si juxta quorumdam opinionem, ex non entibus constitutus est? Necessarium enim est ut imago alicujus perfectam similitudinem habeat illius cujus est imago. Si vero Filius est character ingeniti Patris, erit profecto etiam ipse, sicut ille ingenitus et increatus, ac denique omne id quod est Deus verus. Quod si ita est, creatura non est.

ALIUD.

« Quare memores, inquit, estote, quod aliquando vos eratis gentes, in carne, qui dicebamini præputium, ab ea quæ dicitur circumcisio in carne manufacta: quia eratis in illo tempore sine Christo alienati a circumcisione Israel, et procul a testamentis promissionis, spem non habentes et sine Deo in hoc mundo. Nunc autem in Christo Jesu vos qui olim C longe aberatis, facti estis prope in sanguine Christi [1]. » Si eo tempore quo gentes errabant, separatæ erant a Christo, atque **281** ideo etiam bona spe vacui erant, et sine Deo in mundo: Christus itaque est omnium spes et Deus, quem si cognoscant gentes, non amplius erunt sine Deo, quippe quæ didicerint verum Dominum. Quomodo igitur sit opus vel creatura, qui ab errantibus, ut Deus cognitus est, quique eos qui ipsum invenerunt salvat, omnique spe bona implet, juxta illud, « Euge, serve bone et fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui [2]. »

ALIUD.

« Ipse enim est pax nostra, qui fecit utraque D unum, medium parietem maceriæ solvens, inimicitias in carne sua, legem mandatorum decretis evacuans [3]. » Scriptum est alicubi de lege Dei, quod nihil ei liceat adjicere, nihil detrahere [4]. Cum itaque Deus id omnibus modis prohibeat, dicatque nemini licere quidquam adjicere suis præceptis, nihil etiam detrahere, Christus hoc solus fecisse deprehenditur. Detraxit enim evacuatis præceptis legis: adjecit vero præcepta de fide in ipsum et pietate. At quomodo a vobis annumeratur creaturis, qui potestatem Deo propriam sibi arrogat,

ρωσεν. » Εἰ Δεσπότου τὸ ἐλευθεροῦν, ἐλευθεροῖ δὲ ἡμᾶς ὁ Χριστὸς, καὶ τὸν ζυγὸν τῆς δουλείας ἀνίησιν εἰς υἱότητα καλῶν· οὐκ ἄρα δοῦλος, ἀλλὰ Υἱὸς καὶ Δεσπότης, ὅπερ ἐστὶ κατὰ φύσιν, τοῦτο τοῖς ἀξίοις κατὰ χάριν περιτιθείς.

Ἐκ τῆς πρὸς Ἐφεσίους.

« Παῦλος ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ, διὰ θελήματος Θεοῦ, τοῖς ἁγίοις πᾶσι τοῖς οὖσιν ἐν Ἐφέσῳ καὶ πιστοῖς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. » Ὁ διὰ θελήματος τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς προχεχειρισμένος εἰς ἀποστολήν, ὡς αὐτὸς ἐνθάδε διϊσχυρίζεται, ἀπαύγασμα τοῦ Πατρὸς καὶ χαρακτῆρα τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ τὸν Υἱὸν ἀποκαλεῖ. Εἶτα πῶς τῆς ἀκτίστου καὶ ἀγενήτου τοῦ Πατρὸς οὐσίας τε καὶ ὑποστάσεως ἔσται χαρακτὴρ ὁ Υἱὸς, εἴπερ ἐξ οὐκ ὄντων ὑπέστη, κατά τινας; B Ἀνάγκη γὰρ πᾶσα τὴν τινος εἰκόνα ἀκριβῆ τὴν ὁμοίωσιν ἔχειν ὡς πρὸς ἐκεῖνον, οὗ καὶ ἔστιν εἰκών. Εἰ δὲ χαρακτὴρ ἐστιν ὁ Υἱὸς τοῦ ἀγενήτου Πατρὸς, ἔσται καὶ αὐτὸς κατ' ἐκεῖνον ἀγένητος, ἄκτιστός τε καὶ τὸ πᾶν ἤδη Θεὸς ἀληθινός. Εἰ δὲ τοῦτο, οὐ ποίημα.

ΑΛΛΟ.

« Διὸ μνημονεύετε, ὅτι ποτὲ ὑμεῖς τὰ ἔθνη ἐν σαρκὶ, οἱ λεγόμενοι ἀκροβυστία, ὑπὸ τῆς λεγομένης περιτομῆς ἐν σαρκὶ χειροποιήτου, ὅτι ἦτε ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ χωρὶς Χριστοῦ, ἀπηλλοτριωμένοι τῆς πολιτείας τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ ξένοι τῶν διαθηκῶν τῆς ἐπαγγελίας, ἐλπίδα μὴ ἔχοντες καὶ ἄθεοι ἐν τῷ κόσμῳ. Νυνὶ δὲ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ὑμεῖς, οἵ ποτε ὄντες C μακρὰν, ἐγενήθητε ἐγγὺς ἐν τῷ αἵματι τοῦ Χριστοῦ. » Εἰ καθ' ὃν ἐπλανᾶτο τὰ ἔθνη καιρὸν, κεχώριστο τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἦν διὰ τοῦτο καὶ ἐλπὶς ἔρημα χρηστῆς, καὶ ἄθεα ἐν τῷ κόσμῳ· Χριστὸς ἄρα ἐστὶν ἡ πάντων ἐλπὶς καὶ Θεὸς, ὃν εἴπερ ἐπιγνοίη τὰ ἔθνη, τὸ εἶναι λοιπὸν ἐν ἀθεότητι διαφεύξεται, ὡς μεμαθηκότα τὸν ὄντως Κύριον. Πῶς οὖν ἂν εἴη κτίσμα ἢ ποίημα ὁ παρὰ τῶν πλανωμένων ὡς Θεὸς ἐπιγινωσκόμενος, καὶ διασώζων τοὺς εὑρίσκοντας αὐτὸν, εἴσω τε πάσης ἀγαθῆς ἐλπίδος εἰσφέρων, κατὰ τὸ, « Εὖ, δοῦλε ἀγαθὲ καὶ πιστὲ, ἐπὶ ὀλίγα ἦς πιστὸς, ἐπὶ πολλῶν σε καταστήσω, εἴσελθε εἰς τὴν χαρὰν τοῦ Κυρίου σου. »

ΑΛΛΟ.

« Αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν ὁ ποιήσας τὰ ἀμφότερα ἕν, καὶ τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ λύσας, τὴν ἔχθραν ἐν τῇ σαρκὶ αὐτοῦ, τὸν νόμον τῶν ἐντολῶν ἐν δόγμασι καταργήσας. » Γέγραπταί που περὶ τῶν τοῦ Θεοῦ νόμων, ὡς ἐπ' αὐτοῖς οὐκ ἔστι προσθῆναι, καὶ ἀπ' αὐτῶν οὐκ ἔστιν ἀφελεῖν. Ἀποφήναντος τοίνυν τὸ τοιοῦτον παντελῶς τοῦ Θεοῦ, καὶ μηδενὶ λέγοντος ἐξεῖναι προσθῆναί τι τοῖς παρ' αὐτοῦ διατεταγμένοις, ἢ καὶ ἀφελεῖν, τοῦτο μόνος πεποιηκὼς εὑρίσκεται Χριστός. Ἀφεῖλε μὲν γὰρ καταργήσας τῶν ἐντολῶν τὸν νόμον· προσετέθηκε δὲ τὰ περὶ τῆς εἰς αὐτὸν πίστεώς τε καὶ εὐσεβείας δόγματα. Καὶ

[98] Ephes. I, 1, 2. [99] Hebr. I, 3. [1] Ephes. II, 11, 12. [2] Matth. XXV, 23. [3] Ephes. II, 14. [4] Deut. XII, 32.

Digitized by Google

πῶς ἡμῖν ἐν τοῖς γενητοῖς ἀριθμηθήσεται, ὁ τὴν τῷ θεῷ πρέπουσαν ἐξουσίαν περικείμενος, καὶ μόνος ἐργασάμενος, ἃ μόνῳ προσήκει Θεῷ ;

A quique solus ea præstat, quæ soli Deo conveniunt?

ΑΛΛΟ.

« Ἄρα οὖν οὐκ ἔτι ἐστὲ ξένοι καὶ πάροικοι, ἀλλὰ συμπολῖται τῶν ἁγίων καὶ οἰκεῖοι τοῦ Θεοῦ. Εἶτα πῶς οὐκ ἔσται Θεὸς ὁ Υἱός, εἴπερ αὐτῷ διὰ τῆς πίστεως συναπτόμενοι, οἰκεῖοι Θεοῦ διὰ τοῦτο χρηματίζουσιν ; Καὶ αὐτὸς δέ που τῆς κατὰ πνεῦμα συγγενείας ἐπιδεικνύων τὸν τρόπον, λέγει περὶ τῶν ἑαυτοῦ μαθητῶν · « Ὅστις γὰρ ἂν ποιῇ τὸ θέλημα τοῦ Πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς, οὗτος ἀδελφός μου καὶ ἀδελφή μου καὶ μήτηρ ἐστίν. »

ALIUD.

« Ergo jam, inquit, non amplius estis hospites et advenæ, sed estis concives sanctorum et domestici Dei [5]. » Quomodo igitur non erit Filius Deus, si qui per fidem ei adoptati sunt, domestici Dei idcirco vocantur? Quin et ipse quoque spiritalis hujusce conjunctionis atque affinitatis modum declarans, de discipulis suis ita ait : « Quicunque fecerit voluntatem Patris mei qui in cœlis est, hic frater et soror et mater mea est [6]. »

ΑΛΛΟ.

Τούτου χάριν κάμπτω τὰ γόνατά μου πρὸς τὸν Πατέρα, ἐξ οὗ πᾶσα πατριὰ ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς ὀνομάζεται. » Τὰ κατὰ θέσιν ἀεὶ γινόμενα τοῖς κατὰ φύσιν ἀπεικάζεται. Πάλιν τε αὖ καὶ τὰ κατὰ μίμησιν τήν τινος ἀνατυπούμενα, τῆς τῶν πρωτοτύπων ἀληθείας ἀπολιμπάνεται. Εἰ τοίνυν ἐκ τῆς τοῦ Θεοῦ πατρότητος, τὸ τῆς πατριᾶς ὄνομα διαβαίνει καὶ εἰς ἡμᾶς · πῶς οὐ λίαν ἀσεβοῦσιν οἱ λέγοντες, δεῖν ἡμᾶς μὲν εἶναι φύσει τῶν ἐξ ἡμῶν πατέρας, τοὺς κατὰ μίμησιν τοῦ ἀληθινοῦ τοῦτο γεγονότας καὶ κεκλημένους· τὸν δὲ ἀρχέτυπον καὶ πρῶτον Πατέρα Θεὸν, τῆς ἐν τῷ γεννᾶν ἀληθείας ἀποστερεῖσθαι, καὶ μὴ ἐξ αὐτοῦ μηδὲ οὐσιωδῶς προελθόντα τὸν Υἱὸν ὁμολογεῖν, ἀλλ' ἐκφυλόν τινα τῆς πατρῴας οὐσίας καὶ ἐπείσακτον φαντάζεσθαι ; Πῶς δ' ἂν ὅλως εἴη καὶ Πατὴρ ὁ μηδὲν γεννήσας, εἴ γε τὸ *πατὴρ* ὄνομα, τῆς ἐν τῷ γεννᾶν ἐπιτηδειότητός ἐστι σημαντικὸν, καὶ τὸν γεννήσαντα τῷ γεγεννημένῳ διὰ γεννήσεως ὥσπερ ὠδῖνος εἰς ἑνότητα τῆς οὐσίας συνδεῖ ; Ἐπεὶ οὖν ἀληθεύει λέγων ὁ Πατὴρ πρὸς τὸν ἴδιον Υἱόν· « Ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε· » καὶ γεγέννηκεν ὄντως αὐτὸν ἐξ ἑαυτοῦ (τοῦτο γὰρ σημαίνει τὸ, « ἐκ γαστρός »)· οὐκ ἂν εἴη ποίημα, θεὸς δὲ μᾶλλον ὡς ἐκ Θεοῦ, καὶ Υἱὸς ὡς ἐκ Πατρὸς φυσικῶς.

ALIUD.

« Hujus, inquit, gratia, flecto genua mea ad Patrem, ex quo omnis paternitas in cœlo et in terra nominatur [7]. » Quæ adoptione fiunt, semper assimilantur iis quæ natura talia sunt. Similiter et quæ ad imitationem alicujus affinguntur, a veritate primi exemplaris desciscunt. Si ergo ex Dei paternitate nomen in nos etiam transit, quomodo non vehementer impii sint qui dicunt, debere nos esse natura patres filiorum nostrorum, qui tamen ad imitationem **282** veri Patris hoc facti et vocati sumus? Primum vero exemplar, et primum Patrem Deum vera generatione privare, et negare Filium ex ipso esse essentialiterque procedere, sed extraneum ab essentia paterna, ascititiumque imaginari? Quomodo autem omnino sit Pater qui nihil genuit, cum nomen patris significet aptitudinem et facultatem generandi, et genitorem cum genito per generationem veluti partum in unitatem substantiæ copulet? Cum igitur vere dicat Pater ad Filium suum : « Ex utero ante luciferum genui te [8], » et revera ipsum ex se genuerit, hoc enim significat « ex utero, » certe creatura esse nequit, sed potius Deus ex Deo et Filius naturaliter ex Patre genitus.

ΑΛΛΟ.

« Εἷς Κύριος, μία πίστις, ἓν βάπτισμα, εἷς Θεὸς καὶ Πατὴρ πάντων, ὁ ἐπὶ πάντων, καὶ διὰ πάντων, καὶ ἐν πᾶσιν. » Ἑνὸς ὄντος Κυρίου τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, πῶς ἔσται Κύριος ὁ Υἱὸς, εἴ γε ποίημα ἢ κτίσμα ἐστί ; Πρόδηλον γὰρ ὅτι τὰ πεποιημένα δούλην ἔχει τὴν φύσιν. Πῶς δὲ καὶ πίστεως οὔσης μιᾶς ὁ πιστεύων εἰς τὸν Υἱὸν, εἰς τὸν Πατέρα πιστεύει, εἴ γε κατὰ τήν τινων ἀδουλίαν διακέκοπται τῆς πρὸς τὸν Πατέρα κοινωνίας φυσικῆς ; Ἀλλ' ὄντος Κυρίου τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, Κύριός ἐστι καὶ ὁ Υἱὸς, καὶ ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν, εἰς τὸν Πατέρα πιστεύει. Ἐκ Πατρὸς γὰρ δηλονότι καὶ ἐν Πατρὶ φυσικῶς ὑπάρχων Υἱὸς, ἔχων τε αὖ πάλιν ἐν ἑαυτῷ τὸν Πατέρα, συνθεολογεῖται καὶ συνδοξάζεται. Καὶ οὕτως εἰς μίαν ἀναβαίνει θεότητα τῶν προσιόντων ἡ πίστις. Πῶς

ALIUD.

« Unus Dominus, una fides, unus baptismus, unus Deus et Pater omnium, qui est super omnia, et per omnia, et in omnibus [9]. » Cum unus sit Dominus Deus Pater, quomodo erit Filius Dominus si est creatura? Manifestum enim est creata omnia servilis esse naturæ. Quomodo autem, cum sit una fides, qui credit in Filium credit in Patrem, si, juxta quorumdam insaniam, a naturali cum Patre conjunctione sejunctus est? Atqui, cum Pater sit Dominus, Filius quoque est Dominus, et qui credit in ipsum, in Patrem credit. Ex Patre enim manifeste et in Patre naturaliter exsistens Filius, habensque vicissim in se Patrem, simul cum eo Deus dicitur, et simul glorificatur. Atque ita credentium fides in unam deitatem tendit. Quomodo igitur an-

[5] Ephes. II, 19. [6] Matth. XII, 50. [7] Ephes. III, 15. [8] Psal. CIX, 3. [9] Ephes. IV, 5, 6.

Digitized by Google

numerabitur creaturis qui omnia habet communia cum Patre, ut verus essentiæ ipsius fructus, non autem sicut nos adoptitii filii atque inserti surculi?

A

ALIUD.

« Sitis ergo, inquit, imitatores Dei, sicut filii dilecti, et ambulate in charitate, sicut et Christus dilexit nos, et tradidit seipsum pro nobis [10]. » Vide rursus quomodo Christum Deum ac Dominum nominet. Cum enim dixisset debere nos fieri imitatores Dei, statim, Seipsum, adjungit, et quo pacto imitandus sit, docet dicens : « Sicut et Christus dilexit nos, et tradidit seipsum pro nobis. » Cum itaque Christus sit revera et vocetur Deus, ab eo cui creditum est Deo ac Patre Evangelium, quis ferat eos qui contra sentiunt? Qui vero est natura Deus, quomodo **283** sit opus vel creatura?

B

ALIUD.

« Hoc enim, inquit, scitote, quod omnis fornicator, aut immundus, aut avarus, qui est idolorum cultor, non habet hæreditatem in regno Christi ac Dei [11-13]. » Ecce rursus cum Christum nominavit, statim subjungit et Deum, utpote Deo et Patre in ipso regnante, ipseque rursum in Patre, juxta illud a se ad Patrem dictum : » Omnia mea tua sunt, et tua mea [14]. » Unum autem omnium est regnum : commune quidem Patri cum Filio, commune vero Filio cum Patre, conregnante nimirum et Spiritu sancto : ita enim sancta et adoranda Trinitas in unam deitatis naturam colligitur. Quomodo igitur sit creatura Deus Verbum in Patre et cum Patre regnans?

C

ALIUD.

« Nullus, inquit, vos inanibus decipiat verbis. Propter hæc enim venit ira Dei in filios inobedientiæ [15]. » Quinam vero sint filii inobedientiæ, nisi qui per peccata a Servatoris nostri legibus resiluerunt? Si vero is qui iram in illos immittit est ipse Christus, dicens : « Discedite a me, maledicti, in ignem æternum [16]; » et beatus Paulus Deum ipsum esse novit, talemque inducit, quisnam eos ferat qui ipsum creaturam esse dicunt?

D

ALIUD.

« Idcirco inquit, Surge qui dormis, et excitare a mortuis, et illuminabit te Christus [17]. » Si Domini est facultas illuminandi, est opus lucis : illuminat autem Christus, lux itaque est Christus, et vera lux. « Tenebræ enim ipsum non comprehenderunt [17]. » Sed et Pater est vera lux, lumen itaque de lumine est Filius, et Deus ex Deo. Quod si ita est, non ergo creatura.

ALIUD, *in idem.*

Quod ex participatione alterius illuminandi fa-

οὖν ἐν ποιήμασιν, ὁ πάντα ἔχων κοινὰ πρὸς τὸν Πατέρα, ὡς ἀληθὴς αὐτοῦ τῆς οὐσίας καρπός, καὶ οὐ καθάπερ ἡμεῖς θετοὶ πρὸς υἱότητα καὶ ἐγκεκεντρισμένα βλαστήματα ;

ΑΛΛΟ.

« Γίνεσθε οὖν μιμηταὶ τοῦ Θεοῦ, ὡς τέκνα ἀγαπητὰ, καὶ περιπατεῖτε ἐν ἀγάπῃ, καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς ἠγάπησεν ἡμᾶς, καὶ παρέδωκεν ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν. » Ὅρα δὴ πάλιν ὅπως Θεὸν οἰδέ τε καὶ ὀνομάζει Χριστόν. Εἰρηκὼς γὰρ δεῖν ἡμᾶς μιμητὰς γενέσθαι Θεοῦ, εὐθὺς παρατίθησιν αὐτὸν, καὶ ὅπως μιμεῖσθαι προσήκει, διδάσκει λέγων· « Καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς ἠγάπησεν ἡμᾶς, καὶ ἑαυτὸν ἔδωκεν ὑπὲρ ἡμῶν. » Θεοῦ τοιγαροῦν ὄντος τε φύσει καὶ ὀνομαζομένου Χριστοῦ, καὶ τοῦτο παρὰ τοῦ πεπιστευμένου τὸ Εὐαγγέλιον παρὰ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, τίς τῶν ἕτερα λεγόντων ἀνέξεται ; Ὁ δὲ φύσει Θεὸς, πῶς ἂν εἴη κτίσμα ἢ ποίημα ;

ΑΛΛΟ.

« Τοῦτο γὰρ ἴστε γινώσκοντες ὅτι πᾶς πόρνος, ἢ ἀκάθαρτος, ἢ πλεονέκτης, ὅς ἐστιν εἰδωλολάτρης, οὐκ ἔχει κληρονομίαν ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ. ». Ἰδοὺ πάλιν Χριστὸν ὀνομάσας, εὐθὺς αὐτὸν εἰσφέρει καὶ Θεὸν, ὡς τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἐν αὐτῷ βασιλεύοντος, αὐτοῦ τε αὖ πάλιν ἐν τῷ Πατρὶ, κατὰ τὸ παρ' αὐτοῦ λεγόμενον ὡς πρὸς τὸν Πατέρα, ὅτι « Πάντα τὰ ἐμὰ σά ἐστι, καὶ τὰ σὰ ἐμά. » Ἓν δὲ τῶν πάντων ἡ βασιλεία, κοινὴ μὲν Υἱῷ πρὸς Πατέρα, κοινὴ δὲ Πατρὶ πρὸς Υἱὸν, συμβασιλεύοντος δηλαδὴ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· οὕτω γὰρ ἡ ἁγία καὶ προσκυνουμένη Τριὰς, εἰς τὴν μίαν τῆς θεότητος ἀναφέρεται φύσιν. Πῶς οὖν ποίημα ὁ βασιλεύων ἐν Πατρὶ καὶ μετὰ Πατρὸς Θεὸς Λόγος ;

ΑΛΛΟ.

« Μηδεὶς ὑμᾶς ἀπατάτω κενοῖς λόγοις. Διὰ ταῦτα γὰρ ἔρχεται ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῆς ἀπειθείας. » Καὶ τίνες ἂν εἶεν οἱ τῆς ἀπειθείας υἱοὶ, εἰ μὴ πάντως οἱ διὰ τοῦ πλημμελεῖν τῶν τοῦ Σωτῆρος ἀποσκιρτήσαντες νόμων ; Εἰ δὲ τούτοις ἐπάγων τὴν ὀργὴν, αὐτός ἐστιν ὁ Σωτὴρ διὰ τοῦ λέγειν· « Πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ, οἱ κατηραμένοι, εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον· » καὶ Θεὸν αὐτὸν ὁ μακάριος Παῦλος οἰδέ τε ὄντα, καὶ εἰσφέρει διὰ τούτων· τίς τῶν ποίημα λεγόντων ἀνέξεται ;

ΑΛΛΟ.

« Διὸ λέγει· Ἔγειρε, ὁ καθεύδων, καὶ ἀνάστα ἐκ τῶν νεκρῶν, καὶ ἐπιφαύσει σοι ὁ Χριστός. » Εἰ Κυρίου τὸ δύνασθαι φωτίζειν, ἔργον ἐστὶ φωτός· φωτίζει δὲ ὁ Χριστός· φῶς ἄρα ἐστὶ, καὶ φῶς ἀληθινόν. « Ἡ γὰρ σκοτεία αὐτὸν οὐ κατέλαβε. » Φῶς δὲ καὶ ὁ Πατὴρ ἀληθινὸν, φῶς ἄρα ἐκ τοῦ φωτὸς ὁ Υἱὸς, καὶ Θεὸς ἐκ Θεοῦ. Εἰ δὲ τοῦτο, οὐ ποίημα.

ΑΛΛΟ, *εἰς τὸ αὐτό.*

Τὸ ἐκ μετοχῆς ἑτέρου τὸ δύνασθαι φωτίζειν ἔχη-

[10] Ephes. v, 1, 2. [11-13] Ephes. v, 5. [14] Joan. xvii, 10. [15] Ephes. v, 6. [16] Matth. xxv, 41. [17] Ephes. v, 14. [17] Joan. i, 5.

Digitized by Google

κὸς, ἐπίκτητον ἔχει τὴν χάριν, καὶ οὐκ ἂν αὐτὸ κυρίως ὀνομάζοιτο φῶς. Ὁ δὲ Υἱὸς οὐχ οὕτως· « Ἐγὼ γάρ εἰμι, φησὶ, τὸ φῶς. » Ἀληθινὸν ἄρα φῶς ὥσπερ καὶ ὁ Πατήρ. Τὸ δὲ τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ κατὰ φύσιν ἀπαραλλάκτως ἔχον, πῶς ἂν εἴη κτίσμα ἢ ποίημα; Ὥρα γὰρ ἤδη καὶ αὐτὸν τὸν Πατέρα τοῦτο καλεῖν, ὅπερ ἐστὶν ἀτοπώτατον, καὶ ἄμετρον ἔχον τὴν δυσφημίαν.

A cultatem habet, id acquisitam gratiam habet : neque id proprie vocari possit lumen. Filius autem non ita : « Ego enim, inquit, sum lux [18]. » Vera itaque lux est, sicut et Pater. Quod vero omnimodam cum Patre naturæ similitudinem habet, quomodo sit opus vel creatura? Nam et Patrem licebit ea ratione hoc ipsum vocare, quod est absurdissimum, et immensam blasphemiam habet.

ΑΛΛΟ.

« Οἱ ἄνδρες, ἀγαπᾶτε τὰς γυναῖκας, καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς ἠγάπησε τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ ἑαυτὸν παρέδωκεν ὑπὲρ αὐτῆς, ἵνα αὐτὴν ἁγιάσῃ, καθαρίσας τῷ λουτρῷ τοῦ ὕδατος ἐν ῥήματι. » Εἰ μηδὲν τῶν προσόντων τῇ θείᾳ φύσει πλεονεκτημάτων ἐν οὐδενὶ τῶν γενητῶν εὑρίσκεται φυσικῶς τε καὶ κυρίως ὑπάρχον, ἐνεσπαρμένον δὲ μᾶλλον καὶ ἐντεθειμένον παρὰ τοῦ πεποιηκότος αὐτὰ, ὥσπερ οὖν ἀμέλει καὶ ὁ Παῦλος τοιοῦτόν τινα κατὰ πάντων ὅρον τιθεὶς ἀληθέστατον· « Τί γὰρ ἔχεις ὃ οὐκ ἔλαβες; » λέγει· πρόδηλον ὅτι καὶ ἡ ἁγιότης ἐν μόνῳ κεῖται Θεῷ, ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις οὐκ ἔτι. Ἁγιάζεται γὰρ μᾶλλον παρὰ τοῦ ἁγίου Θεοῦ, καθάπερ ἀπὸ πηγῆς δεχόμενα τὸν ἁγιασμόν. Αὐτὰ δὲ ἁγιάζειν οὐ δύναται. Οὐκοῦν εἰ μηδενὸς τῶν πεποιημένων ἁγιάζειν ἰσχύοντος, τοῦτο ποιῶν εὑρίσκεται Χριστὸς, ἕτερος ἔσται κατὰ φύσιν ὡς πρὸς αὐτά. Ὁ δὲ τὸ εἶναι ποίημα διαφυγὼν, καὶ τὰ τῆς θείας φύσεως ἔχων ἀγαθὰ, πῶς οὐκ ἂν εἴη φύσει Θεός;

B prie inest, sed ab ipso Creatore illi insitum atque immersum, quemadmodum et Paulus hujuscemodi fines cunctis statuens verissime dixit : « Quid habes quod non accepisti [20]? » manifestum est sanctitatem quoque in solo Deo consistere, in aliis vero nequaquam. Sed potius a Deo qui sanctus est, sanctificantur : ab illo tanquam a fonte sanctificationem accipientia. Ipsa autem sanctificare non possunt. Quocirca, si, cum nulla creatura sanctificare queat, Christus id præstare invenitur, diversæ itaque naturæ ab iis erit. Qui vero creatura non est, et divinæ naturæ bona in se habet, quomodo non erit natura sua Deus?

ALIUD.

« Viri, inquit, diligite uxores vestras, sicut et Christus dilexit Ecclesiam, et **284** tradidit semetipsum pro ea, ut ipsam sanctificaret, mundans lavacro aquæ in verbo [19]. » Si nihil eorum quæ divinæ naturæ insunt, ulli creaturæ naturaliter ac pro-

Ἐκ τῆς πρὸς Φιλιππησίους.

C

« Πάντα ποιεῖτε, φησὶ, χωρὶς γογγυσμῶν καὶ διαλογισμῶν, ἵνα γένησθε ἄμεμπτοι καὶ ἀκέραιοι, τέκνα Θεοῦ ἄμωμα. » Εἰ, καθάπερ αὐτός πού φησιν ὁ μακάριος Παῦλος, Χριστός ἐστιν ὁ λέγων περὶ ἡμῶν· « Ἰδοὺ ἐγὼ καὶ τὰ παιδία ἃ μοι ἔδωκεν ὁ Θεός· » αὐτοῦ δηλονότι τέκνα ἐσμὲν διὰ προσοχῆς ἀμώμητα. » Θεὸς οὖν ἄρα ὁ Χριστός. Εἰ δὲ τοῦτο, πῶς ἔσται ποίημα;

Ex Epistola ad Philippenses.

« Omnia, inquit, facite sine murmuratione et hæsitatione, ut sitis sinceri, absque ulla querela, filii Dei sine reprehensione [21]. » Si, sicut ipse Paulus alicubi dicit, Christus est qui de nobis dicit : « Ecce ego et filii quos mihi dedit Deus [22], » ipsius profecto filii sumus per gratiam immaculati. Christus itaque est Deus. At si Deus, quomodo erit creatura?

ΑΛΛΟ.

« Ἡμῶν γὰρ τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει, ἐξ οὗ καὶ Σωτῆρα ἀπεκδεχόμεθα Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, ὃς μετασχηματίσει τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν σύμμορφον τῷ σώματι τῆς δόξης αὐτοῦ, κατὰ τὴν ἐνέργειαν τοῦ δύνασθαι αὐτὸν καὶ ὑποτάξαι αὐτῷ τὰ πάντα. » — « Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, » φησί που πρὸς τὸν Υἱὸν ὁ Πατὴρ, « ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου. » Ἀλλ' ἰδοὺ καὶ Παῦλος ἐπιμαρτυρεῖ τὸ δύνασθαι τῷ Υἱῷ καὶ ὑποτάττειν ἑαυτῷ τὰ πάντα, καὶ τοῦτο ῥᾳδίως ἐπιτελέσειν, ὅπερ ἐν μόνῃ κεῖται τῇ τοῦ Πατρὸς ἰσχύϊ. Ἐπειδὴ δὲ ἁπλοῦς ὁ Θεὸς, οὐχ ἕτερόν τι παρ' αὐτὸν ἡ ἰσχὺς ἡ ἐν αὐτῷ, ἀλλ' αὐτὸς δηλονότι ὁ Υἱὸς, μίαν ἔχων ὡς πρὸς αὐτὸν τὴν οὐσίαν, καὶ τῇ ταυτότητι τῆς φύσεως ὥσπερ ἐνυπάρχων πρὸς τὸν γεννήσαντα, εἰ καὶ Θεὸς ἐκ Θεοῦ, καὶ φῶς ἐξέλαμψεν ἐκ φωτὸς, Υἱὸς καὶ οὐ Πατὴρ νοούμενος. Εἰ τοίνυν πᾶσα ἐνέργεια καὶ δύναμις τοῦ

D

ALIUD.

« Nostra autem, inquit, conversatio est in cœlis. Unde et Salvatorem exspectamus Dominum Jesum Christum qui reformabit corpus humilitatis nostræ conforme corpori gloriæ suæ, secundum operationem qua ipse sibi potest subjicere omnia [23]. » — « Sede a dextris meis, » inquit alicubi ad Filium Pater, « donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum [24]. » Ecce quomodo Paulus testetur Filium sibi posse subjicere omnia, idque facile præstare posse quod in sola Patris potestate situm est. Cum vero sit simplex Deus, potentia quæ in ipso est, non est aliquid diversum ab ipso, sed ipse Filius unam habens cum Patre essentiam, et identitate naturæ veluti inexsistens Patri, tametsi Deus ex Deo, et lumen e lumine effulsit; cum Filius et non Pater intelligatur. Si ergo est tota potentia ac virtus Patris [25], per quam ille omnia operatur, quo-

[18] Joan. VIII, 12. [19] Joan. V, 25, 26. [20] I Cor. IV, 7. [21] Philipp. II, 14, 15. [22] Hebr. II, 13. [23] Philipp. III, 20. [24] Psal. CIX, 1. [25] I Cor. I, 24.

Digitized by Google

modo sit creatæ naturæ? Non erit igitur Filius creatura, ut quidam insulse opinantur.

285 ALIUD, *in eamdem sententiam syllogistice.*

Si quidquid creatum est, ex nihilo ad esse translatum est, Christus vero, cum sit sapientia ac potentia Dei et Patris [26], creatæ naturæ est, ut quidam volunt, necessarium fuerit fateri Deum aliquando sapientia et potentia caruisse, successu vero temporis id factum fuisse, Filio nimirum ad esse producto. Talis enim est creatorum natura : sed absurdum pariter et blasphemum est tale quidpiam de Deo cogitare. Blasphemum quidem : neque enim Pater unquam sapientia et potentia destitutus fuit ; absurdum vero, hac de causa. Nam si, ut nonnulli volunt, creatus est Filius, certe a Patre creatus fuerit. Cæterum, cum Pater potentia simul et sapientia destitutus esset, tantum Filium producere non potuisset, qui et imago, et character exsistentiæ ipsius vocaretur [27]. Quomodo enim absque sapientia et potentia creari potuisset Filius omnem creaturam superans, cum sacra Scriptura creaturam, quæ tanto minor ipso est, in sapientia et potentia Dei factam esse affirmat? Atqui, si in minori sapientia Creatori opus fuit, ut recte fieret, quomodo non multo magis in majori? Tanta est in istorum opinione absurditas. Cæterum, cum semper fuerit sapiens ac potens Pater, non est igitur Filius creatura, quippe qui Patri coæternus est, ut nimirum ipsius potentia et sapientia.

ALIUD.

« Dominus, inquit, prope est, nihil solliciti sitis [28]. » Vide rursum quomodo nobis etiam per hoc Filius verus esse Deus declaretur. Cum enim Paulus eum prope esse dicat, ut Dominum, ipsemet per quemdam prophetam ait : « Deus propinquans sum ego, dicit Dominus, et non Deus e longe [29]. » Cum itaque Filius ipse Deum se esse sciat, atque ita se appellet, ut audivimus, quomodo non peccet qui dicenti ipsum esse creaturam fidem habeat?

ALIUD.

« Sed in omni, inquit, oratione et obsecratione, cum gratiarum actione petitiones vestræ innotescant apud Deum, et pax Dei quæ exsuperat omnem intellectum, custodiat corda vestra, et intelligentias vestras in Christo Jesu [30]. » Servator cum discipulis suis disserens, ita alicubi ait : « Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis [31]. » Cum itaque suam dicat esse pacem, Paulus vero eam Dei esse dicit, manifeste Filium **286** Deum esse declarat, qui pacem sanctis largiatur : ad quem beatus etiam Isaias prophetico spiritu afflatus, veluti ex persona eorum qui in ipsum credunt, dicebat : « Domine Deus noster, da nobis

A Πατρὸς δι' ἧς τὰ πάντα ἐργάζεται, πῶς ἂν εἴη φύσεως τῆς γενητῆς; Οὐκοῦν οὐ ποίημα ὁ Υἱὸς κατά τινων ἀβουλίαν.

ΑΛΛΟ, *τοῦ αὐτοῦ συλλογιστικῶς.*

Εἰ πᾶν τὸ ὡς ἐν ὑποστάσει πεποιημένον ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παρήχθη, Χριστὸς δὲ σοφία καὶ δύναμις ὢν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς τῆς τῶν γενητῶν ἐστι φύσεως κατά τινας, ἀνάγκη συνομολογεῖν ἄσοφον μέν ποτε καὶ ἀδύνατον εἶναι τὸν Θεόν, ὕστερον δέ πως γενέσθαι τοῦτο, πρὸς τὸ εἶναι ποτε κληθέντος τοῦ Υἱοῦ. Τοιαύτη γὰρ τῶν γενητῶν ἡ φύσις. Ἀλλ' ὁμοῦ δύσφημόν τε καὶ ἀμαθὲς, τὸ τοιαύτην ἔχειν περὶ Θεοῦ τὴν δόξαν. Δύσφημον μὲν, οὐ γὰρ ἦν ἄσοφός ποτε καὶ ἰσχύος ἔρημος ὁ Πατήρ· ἀμαθὲς B δὲ πάλιν διὰ τοῦτο. Εἰ γὰρ καὶ πεποίηται κατ' ἐκείνους ὁ Υἱὸς, πεποίηται δηλονότι παρὰ Πατρός. Ἀλλ' οὐκ ἂν ἰσχύς τε ὁμοῦ καὶ σοφίας ἔρημος ὢν ὁ Πατὴρ, πρὸς τὸ εἶναι παρήγαγεν τὸν τοσοῦτον Υἱὸν, ὡς καὶ εἰκόνα καὶ χαρακτῆρα καλεῖσθαι τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ. Πῶς γὰρ ἂν γένοιτο μὴ ἐν ἰσχύει καὶ σοφίᾳ ὁ ὑπὲρ πᾶσαν τὴν κτίσιν Υἱὸς, ὅπου καὶ τὴν τοσοῦτον αὐτοῦ μείονα κτίσιν ἐν σοφίᾳ πεποιῆσθαί φησιν ἡ θεία Γραφὴ, καὶ ἐν δυνάμει Θεοῦ; Καὶ εἰ τῷ μικρῷ σοφίαν ἐδέησε τῆς τοῦ ποιοῦντος πρὸς τὸ γενέσθαι καλῶς, πῶς οὐ πολλῷ μᾶλλον τῷ μείζονι; Ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον ἐν τούτοις ἡ τῶν λογισμῶν ἀτοπία. Ἦν δὲ ἀεὶ σοφός τε καὶ δυνατὸς ὁ Πατὴρ, οὐκ ἄρα τῶν γενητῶν ἐστιν ὁ Υἱὸς, ὁ τῷ Πατρὶ συναΐδιος, ὡς σοφία καὶ δύναμις ὑπάρχων αὐτοῦ. C

ΑΛΛΟ.

« Ὁ Κύριος, φησὶν, ἐγγὺς, μηδὲν μεριμνᾶτε. » Ὅρα δὴ πάλιν, ὅπως ἡμῖν καὶ διὰ τούτου Θεὸς ὑπάρχων ἀληθινὸς ὁ Υἱὸς ἀναδείκνυται. Παύλου γὰρ ἡμῖν ἐγγὺς εἶναι φάσκοντος τὸν Χριστὸν ὡς Κύριον, αὐτὸς δι' ἑνός φησι τῶν προφητῶν· « Θεὸς ἐγγίζων ἐγώ εἰμι, λέγει Κύριος, καὶ οὐχὶ Θεὸς πόρρωθεν. » Αὐτοῦ τοιγαροῦν τοῦ Υἱοῦ Θεὸν ἑαυτὸν εἰδότος τε καὶ ἀποκαλοῦντος, ὡς ἠκούσαμεν, πῶς ἂν τις εἴτῳ ποίημα δοκεῖη λέγειν αὐτὸν, οὕτως ἔχων ὀφθήσεται, καὶ οὐχ ἁμαρτήσει;

ΑΛΛΟ.

« Ἀλλ' ἐν παντὶ, τῇ προσευχῇ καὶ τῇ δεήσει, μετ' D εὐχαριστίας τὰ αἰτήματα ὑμῶν γνωριζέσθω πρὸς τὸν Θεόν· καὶ ἡ εἰρήνη τοῦ Θεοῦ ἡ ὑπερέχουσα πάντα νοῦν, φρουρήσει τὰς καρδίας ὑμῶν καὶ τὰ νοήματα ὑμῶν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. » Διαλεγόμενός που φησιν ὁ Σωτὴρ πρὸς τοὺς οἰκείους μαθητάς· « Εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν, εἰρήνην τὴν ἐμὴν ἀφίημι ὑμῖν. » Ὅτε τοίνυν ἑαυτοῦ μὲν εἶναί φησιν τὴν εἰρήνην, Παῦλος δὲ αὐτὴν τοῦ Θεοῦ λέγει, Θεὸν ὄντα τὸν Υἱὸν δηλονότι ἐπίσταται, τὸν τῆς εἰρήνης τοῖς ἁγίοις χορηγόν· πρὸς ὃν καὶ ὁ μακάριος Ἡσαΐας προφητικῇ κινούμενος πνεύματι, ὡς ἐκ προσώπου τῶν εἰς αὐτὸν πεπιστευκότων φησί· « Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, εἰρήνην

[26] I Cor. I, 24. [27] Hebr. I, 3. [28] Philipp. IV, 5, 6. [29] Jerem. XXIII, 23. [30] Philipp. IV, 6, 7. [31] Joan. XIV, 27.

Digitized by Google

δὸς ἡμῖν· Πάντα γὰρ ἀπέδωκας ἡμῖν. » Οὐκοῦν εἰ Θεὸν ὁ Παῦλος οἶδέ τε ὄντα καὶ ὁμολογεῖ τὸν Υἱόν, οἰχέσθω μακρὰν τῶν ἕτερα δοξαζόντων ὁ λῆρος.

A pacem : omnia enim reddidisti nobis [32]. » Quocirca, si Paulus Filium verum Deum esse novit e fatetur, valeant hæreticorum deliria.

ΑΛΛΟ.

« Τὸ λοιπόν, ἀδελφοί, ὅσα ἐστὶν ἀληθῆ, ὅσα σεμνά, ὅσα δίκαια, ὅσα ἁγνά, ὅσα προσφιλῆ, ὅσα εὔφημα, εἴ τις ἀρετή, εἴ τις ἔπαινος, ταῦτα λογίζεσθε, ἃ καὶ ἐμάθετε καὶ παρελάβετε, καὶ ὁ Θεὸς τῆς εἰρήνης ἔσται μεθ' ὑμῶν. » Ἰδοὺ πάλιν Θεὸν ἐνθάδε καλεῖ τὸν λέγοντα Χριστόν· « Εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν. » Ἐφαρμόσεις τοίνυν καὶ τούτοις τὸν ἐν τοῖς ὀπίσω προαποδοθέντα λόγον.

ALIUD.

« De cætero, inquit, fratres, quæcunque sunt vera, quæcunque pudica, quæcunque justa, quæcunque sancta, quæcunque amabilia, quæcunque bonæ famæ, si qua virtus, si qua laus disciplinæ, hæc cogitate, quæ et didicistis et accepistis, et Deus pacis erit vobiscum [33]. » Ecce rursus hic Deum vocat Christum qui dicit : « Pacem meam do vobis. » Eadem itaque ratione de hoc testimonio quod de reliquis judica.

Ἐκ τῆς πρὸς Κολοσσαεῖς.

« Ἐν παντὶ, φησὶν, ἔργῳ ἀγαθῷ καρποφοροῦντες καὶ αὐξανόμενοι τῇ ἐπιγνώσει τοῦ Θεοῦ. » Εἰ τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν ἐπιγινώσκοντες διὰ τῶν ἀποστολικῶν τε καὶ εὐαγγελικῶν κηρυγμάτων, οὐχ ἕν τι τῶν ποιημάτων, ἀλλ' αὐτὸν ἤδη τὸν ἐπὶ πάντων Θεὸν ἐπιγινώσκομεν, πῶς οὐκ ἔστι κατὰ ἀλήθειαν Θεὸς ὁ Υἱός, συνεισάγων μὲν ἑαυτῷ τὴν περὶ τοῦ Πατρὸς (1) γνῶσιν, ἀντεισφερόμενος δὲ αὖθις διὰ τῆς τοῦ Πατρὸς ἐπωνυμίας ὡς Υἱός ; Ἀνάγκη γὰρ θάτερον ἐν θατέρῳ· ἐπείπερ οὗτος τῶν ὡς πρός τι ἐχόντων ὀνομάτων ὁ τύπος. Καὶ αὐτὸς δέ πού φησιν ὁ Σωτὴρ ὡς πρὸς τὸν ἴδιον Πατέρα· « Ἐφανέρωσά σου τὸ ὄνομα τοῖς ἀνθρώποις, » γνωστὸν ἐμαυτὸν δηλονότι καταστήσας αὐτοῖς. Ἅμα γὰρ ἔγνωτις τί ἐστιν Υἱὸς, ἔγνω καὶ τοῦ γεγεννηκότος τὸν ὅρον, ἤτοι τὸ τί ἐστι Πατήρ. Ὅτι τοίνυν Υἱός ἐστι καὶ Θεὸς, πῶς ἂν εἴη πεποιημένος ὑπ' αὐτοῦ, καὶ οὐχὶ μᾶλλον γεγεννημένος, ὡς ἐκ Πατρός ; Ὅπερ ἐστὶ καὶ ἀληθές.

Ex Epistola ad Colossenses.

« In omni, inquit, opere bono fructificantes et crescentes per cognitionem Dei [34]. » Si, qui Dominum nostrum Jesum Christum cognoscunt per apostolicam et evangelicam prædicationem, non creaturam, sed ipsum universorum Deum cognoscunt, quomodo non sit vere Deus Filius, simul etiam secum comprehendens Patris cognitionem, unaque vicissim sub Patris appellatione comprehensus ? Necessarium enim est alterum in altero cognosci : nam hæc est ratio eorum quæ relationem inter se habent. Ipse vero Servator alicubi ad Patrem suum ita ait : « Manifestavi nomen tuum hominibus [34*], » nimirum quia me ipsis notum feci. Simul ac enim aliquis novit quid sit Filius, novit et Patris definitionem, sive quid sit Pater. Cum itaque Filius sit et Deus, quomodo sit ab ipso factus, et non potius genitus ex Patre ? Quod et verum est.

ΑΛΛΟ.

Εὐχαριστοῦντες τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ τῷ ἱκανώσαντι ἡμᾶς εἰς τὴν μερίδα τοῦ κλήρου τῶν ἁγίων ἐν τῷ φωτὶ, ὃς ἐρρύσατο ἡμᾶς ἐκ τῆς ἐξουσίας τοῦ σκότους, καὶ μετέστησεν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Υἱοῦ τῆς ἀγάπης αὐτοῦ, ἐν ᾧ ἔχομεν τὴν ἀπολύτρωσιν, καὶ τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν. » Πᾶσαν τῶν γενητῶν τὴν φύσιν τῷ κανόνι τῆς πρὸς Θεὸν δουλείας, ὑποτίθησιν ἡ θεία Γραφὴ λέγουσα, ὅτι « Τὰ σύμπαντα δοῦλα σά. » Μόνῳ δὲ τῷ Θεῷ τὸ βασιλικὸν ἀξίωμα τετήρηκεν ὡς ἐξαίρετον συνημμένως βοῶσα· « Σὺ εἶ αὐτὸς ὁ βασιλεύς μου καὶ ὁ Θεός μου, » ὡς ἑπομένου πάντως τῷ κατὰ φύσιν βασιλεῖ τοῦ εἶναι καὶ Θεόν. Οὐκοῦν εἰ μηδενὸς ἑτέρου τῶν γενητῶν εἰς τὴν βασιλίδα παραλαμβανομένου τιμὴν, κατὰ φύσιν καὶ κατὰ ἀλήθειαν βασιλεύει μετὰ Πατρὸς ὁ Υἱὸς, πῶς ἂν εἴη τῶν γενητῶν ὁ τῆς θείας τε καὶ πατρῴας οὐσίας ἔχων ἐν ἑαυτῷ φυσικῶς τὰ ἴδια καὶ ἐξαίρετα ;

Ex Epistola ad Colossenses.

« In omni, inquit, opere bono fructificantes et crescentes per cognitionem Dei [34]. » Si, qui Dominum nostrum Jesum Christum cognoscunt per apostolicam et evangelicam prædicationem, non creaturam, sed ipsum universorum Deum cognoscunt, quomodo non sit vere Deus Filius, simul etiam secum comprehendens Patris cognitionem, unaque vicissim sub Patris appellatione comprehensus ? Necessarium enim est alterum in altero cognosci : nam hæc est ratio eorum quæ relationem inter se habent. Ipse vero Servator alicubi ad Patrem suum ita ait : « Manifestavi nomen tuum hominibus [34*], » nimirum quia me ipsis notum feci. Simul ac enim aliquis novit quid sit Filius, novit et Patris definitionem, sive quid sit Pater. Cum itaque Filius sit et Deus, quomodo sit ab ipso factus, et non potius genitus ex Patre ? Quod et verum est.

ALIUD.

« Gratias, inquit, agentes Deo et Patri, qui dignos nos fecit, in partem sortis sanctorum in lumine, qui eripuit nos de potestate tenebrarum, et transtulit in regnum Filii dilectionis suæ, in quo habemus redemptionem et remissionem peccatorum [35]. » Omnem creaturarum naturam sacra Scriptura communi regula servituti Dei subjicit, dicens : « Quia omnia serviunt tibi [36]. » Soli autem Deo regiam dignitatem utpote eximiam servat, **287** simul dicens : « Tu es ipse rex et Deus meus [37], » perinde ac si necessario consequatur ut, qui natura rex sit, etiam sit Deus. Cum igitur nulla ex creaturis in regni consortium admissa, secundum naturam suam, et vere regnet cum Patre Filius, quomodo sit creatura qui divinæ ac paternæ essentiæ proprietates ac prærogativas naturaliter in se habet ?

ΑΛΛΟ.

« Ὅτι ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα ἐν τοῖς οὐρανοῖς

ALIUD.

« Quia in ipso, inquit, creata sunt omnia, quæ in

[32] Isa. xxvi, 12. [33] Philipp. iv, 8, 9. [34] Coloss. i, 10. [34*] Joan. xvii, 6. [35] Ibid. 12-14. [36] Psal. cxviii, 91. [37] Psal. xxxiii, 4.

(1) Ed. Aub., Πνεύματος ! Edit.

Digitized by Google

cœlis, et quæ in terra sunt, sive visibilia, sive invisibilia [38]. » Si omnia in eo creata sunt, certe ipse omnibus annumerari merito non poterit, quinimo extra ordinem omnium ponetur. Nam, cum dixit, « omnia, » nihil eorum omisit quæ ex nihilo ad esse traducta sunt. Si vero omnia per ipsum, et ipse est diversus ab omnibus, quomodo erit creatura, qui propter naturæ differentiam abhorret a numero et consortio omnium?

A καὶ ἐπὶ τῆς γῆς, εἴτε ὁρατὰ, εἴτε ἀόρατα. » Εἰ ἐν αὐτῷ τὰ πάντα ἐκτίσθη, οὐκ ἂν τοῖς πᾶσι συναριθμοῖτο δικαίως, πάντων δὲ μᾶλλον αὐτὸς ἔξω κείσεται. Ἐν γὰρ τῷ « τὰ πάντα » εἰπεῖν, οὐδὲν ἀφῆκεν ἐκτὸς τῶν ὅσα πρὸς γένεσιν ἐξ οὐκ ὄντων ἐνεχθέντα φαίνεται. Εἰ δὲ πάντα δι' αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς τῶν πάντων ἕτερος, πῶς ἂν εἴη κτίσμα, ὁ τὸ ἐν τοῖς πᾶσιν εἶναι διαφυγὼν διὰ τὸ τῆς φύσεως ἐξηλλαγμένον;

ALIUD.

« Volo enim, inquit, vos scire qualem sollicitudinem habeam pro vobis, et pro iis quicunque non viderunt faciem meam in carne, ut consolentur corda ipsorum, instructi in charitate, et in omnes divitias plenitudinis intellectus, in agnitionem mysterii Dei et Patris et Christi Jesu, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ et scientiæ absconditi [39]. » Si omnem sapientiæ et scientiæ mensuram excedit mysterium Dei, et omnis sapientiæ ac scientiæ fastigium in verbis ipsius conspicitur, et in mysterio Christi omnes thesauri sapientiæ et scientiæ sunt abscouditi, quomodo non erit Deus, qui omnis linguæ modum excedit, omnemque intellectum et sapientiam superat, quem nulla creatura potest comprehendere? « Generationem enim ejus quis enarrabit? » inquit propheta [40].

ΑΛΛΟ.

« Θέλω γὰρ ὑμᾶς εἰδέναι ἡλίκον ἀγῶνα ἔχων ὑπὲρ ὑμῶν καὶ τῶν ἐν Λαοδικείᾳ, καὶ πάντων ὅσοι οὐχ ἑωράκασι τὸ πρόσωπόν μου ἐν σαρκὶ, ἵνα παρακληθῶσιν αἱ καρδίαι αὐτῶν, συμβιβασθέντες ἐν ἀγάπῃ, εἰς πᾶν τὸ πλῆθος τῆς πληροφορίας τῆς συνέσεως εἰς ἐπίγνωσιν τοῦ μυστηρίου τοῦ Θεοῦ καὶ Χριστοῦ, ἐν ᾧ εἰσι πάντες οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας καὶ γνώσεως ἀπόκρυφοι. » Εἰ πάσης γνώσεως μέτρον ὑπεραίρει τὸ περὶ Θεοῦ μυστήριον, καὶ πάσης σοφίας τε καὶ συνέσεως τὸ ἀκρότατον ἐν τοῖς περὶ αὐτοῦ λόγοις ὁρᾶται, καὶ ἐν τῷ μυστηρίῳ τῷ περὶ Χριστοῦ πάντες εἰσὶν οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας, καὶ τῆς γνώσεως ἀπόκρυφοι, πῶς οὐκ ἔσται Θεὸς, ὁ πάσης μὲν γλώττης ἀναβαίνων τὸ μέτρον, πάντα δὲ νοῦν καὶ σοφίαν ἐξαλλόμενος, οὗ πρὸς κατάληψιν οὐδὲν ἐξαρκεῖν τῶν πεποιημένων φαίνεται; « Τὴν γενεὰν γὰρ αὐτοῦ τίς διηγήσεται; » καθά φησιν ὁ προφήτης.

ALIUD.

« Igitur, inquit, si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærite : ubi Christus est in dextera Dei sedens [41]. » Si ex omnibus creaturis quæ eodem throno et solio cum universorum rege sedet. « Cui enim unquam angelorum dixit : Sede a dextris meis [42]? » omnes vero potius sunt administratorii spiritus [43]; solus vero Filius ea dignitate præditus, simulque cum Patre sedet et regnat, quomodo sit unus ex creaturis qui dignitate omnem creaturam excellit, ut Deus, et regii solii cum Patre consors est?

ΑΛΛΟ.

« Εἰ οὖν συνηγέρθητε τῷ Χριστῷ, τὰ ἄνω ζητεῖτε, οὗ ὁ Χριστός ἐστιν ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ καθήμενος. » Εἰ τῶν πεποιημένων οὐδὲν τῷ βασιλεῖ τῶν ὅλων ὁμόθρονόν τέ ἐστι καὶ σύνεδρον (« Τίνι γὰρ εἶπέ ποτε τῶν ἀγγέλων· Κάθου ἐκ δεξιῶν μου; »), πάντες δὲ μᾶλλόν εἰσι λειτουργικὰ πνεύματα, εἶτα μόνος ἔχων ὁ Υἱὸς τὸ ἀξίωμα φαίνεται, καὶ συνεδρεύει καὶ συμβασιλεύει τῷ Πατρί· πῶς ἂν εἴη τῶν πεποιημένων εἷς, ὁ τὸ ὑπὲρ πᾶσαν τὴν κτίσιν ἀξίωμα φέρων, ὡς Θεὸς, καὶ τῶν βασιλικῶν θρόνων τῷ γεννήσαντι κοινωνός;

ALIUD.

« Quæ sursum sunt sapite, non quæ **288** super terram. Mortui enim estis, et vita vestra est abscondita cum Christo in Deo. Cum Christus apparuerit, et vos apparebitis cum ipso in gloria [44]. » Si omnes in Deo et vivimus, et movemur, et sumus [45], quomodo non erit Deus Filius qui est omnium vita? Nam si facultas vivificandi soli inest secundum naturam Deo, nihil eorum quæ creata sunt, vita proprie ac vere dici potest, sed potius vitæ ejus qui eam largitur particeps. Si vero in Christo nihil est falsum (veritas enim ipsa est [46]), vita igitur ex sua natura est, et per consequentiam etiam Deus.

ΑΛΛΟ.

« Τὰ ἄνω φρονεῖτε, μὴ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς. Ἀπεθάνετε γὰρ, καὶ ἡ ζωὴ ὑμῶν κέκρυπται σὺν τῷ Χριστῷ. Ὅταν ὁ Χριστὸς φανερωθῇ ὑμῖν, τότε καὶ ὑμεῖς σὺν αὐτῷ φανερωθήσεσθε ἐν δόξῃ. » Εἰ ἐν Θεῷ πάντες καὶ ζῶμεν, καὶ κινούμεθα, καὶ ἐσμὲν, πῶς οὐκ ἔσται Θεὸς ὁ Υἱὸς ἡ πάντων ζωή; Εἰ γὰρ μόνῳ τὸ δύνασθαι ζωογονεῖν πρόσεστι κατὰ φύσιν Θεῷ, τῶν πεποιημένων οὐδὲν ζωὴ κυρίως τε καὶ ἀληθῶς κληθήσεται, ζωῆς δὲ μᾶλλον τῆς τοῦ χορηγοῦντος μέτοχον. Εἰ δὲ ἐν Χριστῷ τὸ ἐψευσμένον οὐδὲν (ἀλήθεια γὰρ), ζωὴ κατὰ φύσιν ἄρα ἐστίν· εἰ δὲ τοῦτο, καὶ Θεός.

ALIUD.

« Nolite, inquit, mentiri invicem; exspoliantes

ΑΛΛΟ.

« Μὴ ψεύδεσθε εἰς ἀλλήλους, ἀπεκδυσάμενοι τὸν

[38] Coloss. I, 16. [39] Coloss. II, 1-3. [40] Isa. LIII, 8. [41] Coloss. III, 1. [42] Hebr. I, 13. [43] ibid. 14.
[44] Coloss. III, 2-4. [45] Act. XVII, 28. [46] Joan. XIV, 6.

Digitized by Google

παλαιὸν ἄνθρωπον σὺν ταῖς πράξεσιν αὐτοῦ, καὶ ἐνδυσάμενοι τὸν νέον τὸν ἀνακαινούμενον εἰς ἐπίγνωσιν κατ' εἰκόνα τοῦ κτίσαντος αὐτόν. » Εἰς Χριστὸν ἀναμορφούμεθα διὰ τῆς πίστεως. Τοῦτο γὰρ ἡμᾶς ὁ Παῦλος διδάσκει λέγων· « Τεκνία μου, οὓς πάλιν ὠδίνω, ἄχρις οὗ μορφωθῇ Χριστὸς ἐν ὑμῖν. » Καὶ πάλιν· « Ὥσπερ γὰρ ἐφορέσαμεν τὴν εἰκόνα τοῦ χοϊκοῦ· οὕτω φορέσωμεν καὶ τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου. » Ὅτε τοίνυν τὴν αὐτοῦ λαβόντες ὁμοίωσιν, κατ' εἰκόνα τοῦ κτίσαντος ἀναδεικνύμεθα· κτίζει δὲ τὸν ἄνθρωπον ὁ Θεὸς, κατὰ τὸ, « Καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον· » Θεὸς ἄρα ὁ Χριστὸς, καὶ κτίστης μᾶλλον, οὐ κτίσμα, ποιητὴς καὶ οὐχὶ ποίημα.

A vos veterem hominem cum actibus suis, et induentes novum, eum qui renovatur in agnitionem secundum imaginem ejus qui creavit illum[47]. » In Christum reformamur per fidem. Hoc enim Paulus nos docet, dicens: « Filioli, quos iterum parturio, donec Christus formatus fuerit in vobis[48]. » Et rursus: « Sicut portavimus imaginem terrestris, sic portemus et imaginem cœlestis[49]. » Cum igitur, ipsius similitudine accepta, ad imaginem Creatoris reformamur, creat vero hominem Deus, juxta illud, « Et creavit Deus hominem[50], » Deus itaque est Christus, et Creator potius quam creatura; opifex, et non opus.

Ἐκ τῆς πρὸς Θεσσαλονικεῖς α'.

« Ἀφ' ὑμῶν γὰρ, φησὶ, ἐξήχηται ὁ λόγος τοῦ Κυρίου, οὐ μόνον ἐν τῇ Μακεδονίᾳ καὶ ἐν τῇ Ἀχαΐᾳ, ἀλλὰ καὶ ἐν παντὶ τόπῳ ἡ πίστις ὑμῶν ἡ πρὸς τὸν Θεὸν ἐξελήλυθεν. » Εἰ οἱ Χριστῷ πιστεύοντες, οὐχ ἑτέρῳ τινὶ τῶν ὄντων, ἀλλ' αὐτῷ πιστεύουσι τῷ Θεῷ, πῶς οὐκ ἔσται Θεὸς ὁ Χριστός; Ἐπειδὴ δὲ τοῦτο, οὐκ ἔσται ποίημα.

Ex 1 Epistola ad Thessalonicenses.

« A vobis enim, inquit, enuntiatus est sermo Domini, non solum in Macedonia et in Achaia, sed in omni loco fides vestra, quæ est ad Deum, profecta est[51]. » Si qui in Christum credunt, non alteri cuipiam e creatis, sed ipsi Deo, credunt, quomodo non erit Christus Deus? At si Deus est, creatura non erit.

ΑΛΛΟ.

Ὥσπερ τινῶν διαλεγόμενος, « Αὐτοὶ, φησὶ, περὶ ἡμῶν ἐπαγγέλλουσιν ὁποίαν εἴσοδον ἔσχομεν πρὸς ὑμᾶς, καὶ πῶς ἀπεστρέψατε ἀπὸ τῶν εἰδώλων, δουλεύειν Θεῷ ζῶντι καὶ ἀληθινῷ. » Εἰ τὴν ἀρχαίαν διαφυγόντες πλάνην οἱ ἐξ ἐθνῶν διὰ τοῦ πιστεύειν εἰς Χριστὸν, ἐπιστρέφουσι πρὸς Θεὸν, καὶ εἰ Χριστῷ δουλεύοντα διὰ τῆς τῶν εὐαγγελικῶν κηρυγμάτων φυλακῆς δουλεύειν Θεῷ τῷ ἀληθινῷ, πῶς οὐκ ἔστι κατὰ φύσιν Θεὸς ὁ Υἱός; Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ἀληθινόν. Ὁ δὲ φύσει Θεὸς, πῶς ἔσται καὶ ποίημα;

ALIUD.

Velut per colloquium disserens, « Ipsi, inquit, de nobis annuntiant qualem introitum habuerimus ad vos, et quomodo conversi estis ad Deum a simulacris, servire Deo vivo et vero[52]. » Si gentes, relicto veteri errore, per fidem in Christum conversæ sunt ad Deum, et si Christo servientes per evangelicæ prædicationis observationem, vero Deo servire dicuntur, quomodo non erit natura sua Deus Filius? Hoc enim est verum Deum esse. Qui vero ex natura sua Deus est, quomodo erit creatura?

ΑΛΛΟ.

« Αὐτοὶ γὰρ οἴδατε, ἀδελφοὶ, τὴν εἴσοδον ἡμῶν τὴν πρὸς ὑμᾶς, ὅτι οὐ κενὴ γέγονεν· ἀλλὰ προπαθόντες καὶ ὑβρισθέντες, καθὼς οἴδατε, ἐν Φιλίπποις, ἐπαρρησιασάμεθα ἐν τῷ Θεῷ ἡμῶν λαλῆσαι πρὸς ὑμᾶς τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Θεοῦ ἐν πολλῷ ἀγῶνι. » Ἰδοὺ πάλιν, ἀναφανδὸν Θεὸν ὀνομάζει Χριστόν· αὐτοῦ γὰρ τὸ Εὐαγγέλιον.

ALIUD.

« Ipsi enim scitis, fratres, introitum nostrum ad vos, quia non inanis fuit: sed cum ante passi et contumeliis affecti, sicut scitis, in Philippis, fiduciam habuerimus in Deo nostro, loqui ad vos Evangelium Dei **289** in multa sollicitudine[53]. » Ecce quam manifeste Deum vocet Christum: nam Christi est Evangelium.

ΑΛΛΟ, *τούτῳ ὅμοιον.*

« Ἀλλ' ἐγενήθημεν νήπιοι ἐν μέσῳ ὑμῶν· ὡς ἐὰν τροφὸς θάλπῃ τὰ ἑαυτῆς τέκνα, οὕτως ἱμειρόμενοι ὑμῶν εὐδοκοῦμεν μεταδοῦναι ὑμῖν, οὐ μόνον τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ καὶ τὰς ἑαυτῶν ψυχάς. » Καὶ πάλιν εὐθὺς ἐφεξῆς· « Μνημονεύετε γὰρ, ἀδελφοὶ, τὸν κόπον ἡμῶν καὶ τὸν μόχθον· νυκτὸς καὶ ἡμέρας ἐργαζόμενοι πρὸς τὸ μὴ ἐπιβαρῆσαί τινα ὑμῶν, ἐκηρύξαμεν εἰς ὑμᾶς τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Θεοῦ. »

ALIUD, *huic simile.*

« Sed facti sumus parvuli in medio vestrum; tanquam si nutrix foveat filios suos, ita desiderantes vos, cupide volebamus tradere vobis non solum Evangelium Dei, sed etiam animas nostras[54]. » Et rursum: « Memores enim estis, fratres, laboris nostri et fatigationis: nocte et die operantes, ne quem vestrum gravaremus, prædicavimus in vobis Evangelium Dei[55]. »

ΑΛΛΟ.

« Διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς εὐχαριστοῦμεν τῷ Θεῷ ἀδιαλείπτως, ὅτι παραλαβόντες λόγον ἀκοῆς παρ' ἡμῶν τοῦ Θεοῦ, ἐδέξασθε οὐ λόγον ἀνθρώπων, ἀλλὰ, καθώς ἐστιν ἀληθῶς, λόγον Θεοῦ, ὃς καὶ ἐνεργεῖται ἐν ὑμῖν

ALIUD.

« Ideo et nos, gratias agimus Deo sine intermissione, quoniam cum accepissetis a nobis verbum auditus Dei, accepistis non ut verbum hominum, sed, sicut est vere, verbum Dei, qui operatur

[47] Coloss. III, 9, 10. [48] Galat. IV, 19. [49] I Cor. XV, 49. [50] Gen. I, 27. [51] I Thess. I, 8. [52] ibid. 9. [53] I Thess. II, 1, 2. [54] ibid. 7, 8. [55] ibid. 9.

Digitized by Google

in vobis qui credidistis [56]. » Si omnis apostolorum sermo fuit de fide in Christum, juxta ipsius Pauli dictum : « Non enim judicavi me scire aliquid inter vos, nisi Jesum Christum, et hunc crucifixum [57]; » deinde verbum Dei prædicationem ejus vocant, quisnam igitur adeo temerarius est ut audeat dicere creaturam esse eum qui ab apostolis prædicatus est Deus? aut quis iis qui per Spiritum loquuntur, occlamare non vereatur?

A τοῖς πιστεύουσιν. » Εἰ τοῖς μακαρίοις ἀποστόλοις ὁ λόγος περὶ τῆς εἰς Χριστὸν γέγονε πίστεως, κατὰ τὸ εἰρημένον παρὰ τοῦ Παύλου· « Οὐ γὰρ ἔκρινά τι εἰδέναι ἐν ὑμῖν, εἰ μὴ Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ τοῦτον ἐσταυρωμένον, » εἶτα λόγον Θεοῦ τὸ περὶ αὐτοῦ καλοῦσι κήρυγμα· τίς ἄρα οὕτως θρασὺς ὡς τολμῆσαι ποίημα λέγειν τὸν διὰ γλώττης ἀποστολικῆς Θεὸν ὀνομαζόμενον, καὶ ῥιψοκινδύνως τοῖς διὰ Πνεύματος λαλοῦσιν ἀντιφωνεῖν ;

Ex II Epistola ad Thessalonicenses.

« Fidelis autem Dominus est, qui confirmabit vos et custodiet a malo [58]. » Si fidelis est Servator, quia fideles efficit eos qui ad ipsum accedunt, confirmans per fidem : erit profecto etiam natura Deus, quia deos efficit eos qui sperant in ipsum. Fidelis enim est, fideles efficere : Dei vero, deificare, quemadmodum et luminis opus est illuminare.

Ἐκ τῆς πρὸς Θεσσαλονικεῖς β'.

« Πιστὸς δέ ἐστιν ὁ Κύριος ὃς στηρίξει ὑμᾶς καὶ φυλάξει ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. » Εἰ πιστός ἐστιν ὁ Σωτὴρ ὅτι πιστοὺς ἀπεργάζεται τοὺς προσιόντας αὐτῷ, στηρίζων διὰ τῆς πίστεως, ἔσται δηλονότι καὶ φύσει B Θεὸς, ὅτι θεοὺς ἀποτελεῖ τοὺς ἐλπίζοντας ἐπ' αὐτόν. Πιστοῦ μὲν γὰρ τὸ πιστοποιεῖν, Θεοῦ δὲ πάλιν τὸ θεοποιεῖν· ὥσπερ ἀμέλει καὶ τοῦ φωτὸς τὸ φωτίζειν ἔργον ἐστίν.

Ex Epistola ad Hebræos.

« Multifariam multisque modis olim Deus loquens patribus in prophetis, novissime diebus istis locutus est nobis in Filio, quem constituit hæredem universorum, per quem fecit et sæcula [59]. » Cum evangelicam doctrinam Testamento Mosis et propheticis prædicationibus præstantiorem esse declarare vellet Paulus, ex personarum diversitate differentiam statuit. Atque olim quidem patribus sermonem per prophetas prædicatum fuisse asserit; ultimis vero temporibus per Filium, qui ea excellentia prophetas antecedit, quod illi servile munus non excesserint, clamantes, « Hæc dicit Dominus : » hic vero herilem dignitatem gerens dicit ut Filius : « Dictum **290** est veteribus : Non mœchaberis : ego autem dico vobis, etc. [60]. » Quomodo igitur creaturis annumerabitur, qui natura sua est Deus, aut quomodo inter servos collocabitur universorum Dominus? Præterea, si est omnium hæres, diversus est ab omnibus, quorum est hæres; et, si per ipsum fecit sæcula, certe non erit creatus, qui exsistit ante sæcula; siquidem nulla creatura ante sæcula exstitit, sed in tempore creata est. Soli vero Filio convenit, ab æterno exsistere cum Patre.

Ἐκ τῆς πρὸς Ἑβραίους.

« Πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως πάλαι ὁ Θεὸς λαλήσας τοῖς πατράσιν ἐν τοῖς προφήταις, ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν τούτων ἐλάλησε ἡμῖν ἐν Υἱῷ, ὃν ἔθετο κληρονόμον πάντων, δι' οὗ καὶ ἐποίησε τοὺς αἰῶνας. » Κρείττονα τῆς διὰ Μωσέως Διαθήκης καὶ τῶν προφητικῶν κηρυγμάτων τὴν εὐαγγελικὴν ἀποδεικνύων παίδευσιν, ἀπὸ τῆς τῶν προσώπων διαφορᾶς ποιεῖται τὴν διάκρισιν. Κατὰ μὲν οὖν τὸ ἀρχαῖον διὰ τῶν προφητῶν τοῖς πατράσιν ἀνακεκηρύχθαι τὸν λόγον διισχυρίσατο· ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν καιρῶν δι' Υἱοῦ, C τοῦ τοσαύτην ἔχοντος πρὸς ἐκείνους τὴν ὑπεροχὴν, ὡς τοὺς μὲν τὸ οἰκετικὸν οὐχ ὑπερβαίνοντας μέτρον, τὸ, « Τάδε λέγει Κύριος, » ἀναφωνεῖν, τὸν δὲ τὸ δεσποτικὸν ἀξίωμα φοροῦντα λέγειν ὡς Υἱόν· « Ἐρρέθη τοῖς ἀρχαίοις· Οὐ μοιχεύσεις· ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, » καὶ ἑξῆς. Πῶς οὖν ἐν κτίσμασιν ὁ κατὰ φύσιν Θεὸς, ἢ πῶς ἐν δούλοις ὁ πάντων Δεσπότης τετάξεται; Καὶ εἰ πάντων ἐστὶ κληρονόμος, ἕτερός ἐστι παρὰ πάντα, ὧν καὶ ἔστι κληρονόμος. Καὶ εἰ δι' αὐτοῦ πεποίηκε τοὺς αἰῶνας, οὐκ ἂν εἴη τῶν γενητῶν ὁ ὑπάρχων πρὸ τῶν αἰώνων, ἐπείπερ οὐδὲν τῶν κτισμάτων προγενεστέραν τοῦ αἰῶνος ἔχει τὴν γένεσιν, ἀλλ' ἐν χρόνῳ πεποίηται. Μόνῳ δὲ πρόσεστι τῷ Υἱῷ, τὸ ἀχρόνως εἶναι μετὰ Πατρός.

ALIUD. D

« Si enim, qui per angelos dictus est sermo, factus est firmus, et omnis prævaricatio et inobedientia accepit justam retributionem mercedis, quomodo nos refugiemus, si tantam neglexerimus salutem, quæ cum initium accepisset enarrari per Dominum, ab eis qui audierunt in nos confirmata est [61]? » Hic aperte ex personarum differentia demonstrat quanto præstantior sit doctrina evangelica, quam legales umbræ. Si enim, inquit, tanta fuit auctoritas eorum quæ in lege præcepta fuerunt, ut transgressoribus gravissima pœna proposita es-

ΑΛΛΟ.

«Εἰ γὰρ ὁ δι' ἀγγέλων λαληθεὶς λόγος ἐγένετο βέβαιος, καὶ πᾶσα παράβασις καὶ παρακοὴ ἔλαβεν ἔνδικον μισθαποδοσίαν, πῶς ἡμεῖς ἐκφευξόμεθα τηλικαύτης ἀμελήσαντες σωτηρίας, ἥτις ἀρχὴν λαβοῦσα λαλεῖσθαι διὰ τοῦ Κυρίου, ὑπὸ τῶν ἀκουσάντων εἰς ἡμᾶς ἐβεβαιώθη; » Ἐνταῦθα σαφῶς ἐκ τῆς τῶν προσώπων διαφορᾶς, ὅσην ἔχει τὴν ὑπεροχὴν τὰ εὐαγγελικὰ κηρύγματα ὡς πρὸς τὰς διὰ τοῦ νόμου σκιάς, ἀποδεικνύειν πειρᾶται. Εἰ γὰρ τοῖς δι' ἀγγέλων, φησὶ, διατεταγμένοις προσῆν οὕτως τὸ ἀξιόπιστον ὡς τοῖς παραβαίνειν ἐπιχειροῦσι τὴν χαλεπω-

[56] I Thess. 2, 13. [57] I Cor. II, 2. [58] II Thess. III, 3. [59] Hebr. I, 1, 2. [60] Matth. V, 27 seqq. [61] Hebr. II, 2, 3.

Digitized by Google

« Et Verbum erat apud Deum [71]. » Beatus evangelista apertius nobis principii vocabulum explanat. Nihil enim aliud, ut videtur, principium esse dicit, quam ipsum Patrem, e quo vivus effulsit Filius : quemadmodum lumen ex sole. Quod quidem aliud ab ipso intelligitur, tamen non extra essentiam ejus a quo emittitur, positum. Principium itaque Filio est Pater, sed principium istud non temporarlis intervallis metiendum dicimus, sed tale esse atque est illud in quo et ex quo est ; quemadmodum calor ex igne principium habet ignem, sed simul etiam ex ipso et in ipso inseparabiliter intelligitur ; frigus item in aqua, principium habet aquam, sed simul et ex ipsa et in ipsa etiam inseparabiliter cognoscitur. Fieri enim non potest ut aliquid ex iis quæ dicta sunt, absque iis quæ naturaliter insunt, aut exsistat, aut appareat : nisi forte alio quopiam artificio, et vi quadam consueta ipsi ac familiaris facultas atque operatio labefactetur : quemadmodum si aqua per ignis vim ferveſiat. Divina vero atque incorruptibilis natura longe exemplorum jam allatorum vim superans, **313** semper in seipsa firma ac stabilis est, semperque eodem modo se habet : quippe quæ ab omni passione libera est. Quocirca Verbum erat in Patre, ut in principio, ut intelligas simul exsistere Patrem et Verbum quod ex ipso et in ipso est, nullo ad ipsius exsistentiam intercedente tempore. Nam hæc vox, Erat, sic intelligere cogit.

ΑΛΛΟ.

« Καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν. » Φαίνεται λοιπὸν ὁ μακάριος εὐαγγελιστὴς σαφέστερον ἡμῖν ἑρμηνεύων τὸ τῆς ἀρχῆς ὄνομα. Οὐδὲν γὰρ ἕτερον, ὡς εἰκὸς, τὴν ἀρχὴν εἶναί φησιν, ἢ αὐτὸν τὸν Πατέρα, ἀφ' οὗπερ ὁ ζῶν ἐξέλαμψε Λόγος, καθάπερ ἐξ ἡλίου τὸ φῶς. Ἕτερον μέντοι παρ' αὐτὸν εἶναι νοούμενον, οὐκ ἔξω δὲ ὅμως τῆς τοῦ ἐκπέμποντος οὐσίας κείμενον. Οὐκοῦν ἀρχὴ τῷ Υἱῷ ὁ Πατήρ. Ἀρχὴν δὲ οὐ τὴν ἐν διαστήμασι χρονικοῖς μετρουμένην φαμὲν, ἀλλὰ μᾶλλον τὴν τοιαύτην, ἐφ' ἧς τό τε ἅμα καὶ τὸ ἐξ αὐτῆς νοεῖται. Οἷον ἡ ἐκ πυρὸς θερμότης, ἀρχὴν ἔχει τὸ πῦρ· ἀλλ' ἅμα καὶ ἐξ αὐτοῦ καὶ ἐν αὐτῷ νοεῖται καὶ ἀχωρίστως· ἡ ψύξις ἡ ἐξ ὕδατος, ἀρχὴν ἔχει τὸ ὕδωρ· ἀλλ' ἅμα καὶ ἐξ αὐτοῦ καὶ ἐν αὐτῷ πάλιν ἀχωρίστως. Ἀμήχανον γάρ τι τῶν εἰρημένων δίχα τῶν προσόντων αὐτῷ φυσικῶν, ἢ εἶναι, ἢ φαίνεσθαι· εἰ γε μὴ διά τινος μηχανῆς ἑτέρας ἐκβιασθὲν, τῆς ἐξ ἔθους αὐτῷ καὶ φίλης ἐνεργείας παρασκευάοιτο· ὥσπερ ἀμέλει τὸ ὕδωρ ἐκ πυρὸς εἰς θερμότητα συνιθούμενον. Ἡ θεία καὶ ἀκήρατος φύσις πολὺ τῶν παρενεχθέντων ὑποδειγμάτων τὴν δύναμιν ἀναβαίνουσα, πάντως που στήσεται μὲν ἐφ' ἑαυτῇ, ἔχει δὲ ἀεὶ ὡσαύτως, ἐπεὶ καὶ παντὸς ἐλευθέρα πάθους ἐστίν. Οὐκοῦν ὡς ἐν ἀρχῇ τῷ Πατρὶ ἦν ὁ Λόγος, ἵνα νοῇς ἅμα τε ὄντα τὸν Πατέρα, καὶ τὸν ἐξ αὐτοῦ καὶ ἐν αὐτῷ Λόγον, οὐδενὸς μεσολαβοῦντος χρόνου τὴν ὕπαρξιν αὐτοῦ. Τὸ γὰρ, ἦν, οὕτω νοεῖν ἡμᾶς ἀναγκάζει.

ALIUD.

« Et Deus, inquit, erat Verbum. » Hic aperte tollitur occasio suspicandi recens factum esse Deum Filium. Erat enim Deus exsistens, inquit sanctus evangelista. Qui vero hoc est in principio, quomodo fiat? sed et illud insuper sciendum est : quod per gratiam deificatur, et Deus ex sua natura non est, necesse est ut per se et peculiariter aliquid omnino sit atque subsistat, atque ita quasi per incrementum illam dignitatis accessionem acquirat : quemadmodum ut nos, cum simus natura homines, per gratiam id consequimur ut vocemur dii [72]. Aut igitur dicant, quidnam antea erat Verbum ex Patre

ΑΛΛΟ.

« Καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος. » Ἐνταῦθα σαφῶς ἀναιρεῖται τὸ πρόσφατον εἶναι Θεὸν τὸν Υἱόν. Ἦν γὰρ Θεὸς ὤν, φησὶν ὁ ἅγιος εὐαγγελιστής. Ὁ δὲ τοῦτο ὢν ἐν ἀρχῇ, πῶς ἂν εἴη πεποιημένος; Ἄλλως τε κἀκεῖνο πρὸς τούτοις εἰδέναι καλὸν, τὸ ἐν χάριτος μέρει θεοποιούμενον, καὶ Θεὸς κατὰ φύσιν οὐκ ὄν, ἀνάγκη καθ' ἑαυτὸ καὶ ἰδιαζόντως ὑπάρχειν τι καὶ ὑφεστάναι, εἶθ' οὕτω προσθήκην ὥσπερ τινὰ τὴν τοῦ ἀξιώματος δέχεσθαι περιβολήν· ὥσπερ οὖν καὶ ἡμεῖς ἄνθρωποι κατὰ φύσιν ὑπάρχοντες, χάριτι πλουτοῦμεν τὸ καλεῖσθαι θεοί. Ἤ τοίνυν λεγέτωσαν τί μὲν πρότερον ἦν ὁ ἐκ Πατρὸς Θεὸς προελθὼν Λόγος, πῶς

[71] Joan. I, 1. [72] I Joan. III, 1.

Digitized by Google

δὲ καὶ ὕστερον ἐκλήθη Θεός· ἢ εἴπερ αἰσθάνονται δυσσεβοῦντες ἀμέτρως, τῆς κατὰ φύσιν θεότητος ἀπογυμνοῦντες τὸν Υἱόν, παυέσθωσαν ἀμαθῶς πεποιῆσθαι λέγοντες τὸν κατὰ φύσιν ὄντα Θεὸν, οὐδενὸς αὐτοῖς τοῦτο φρονεῖν ἐπιτρέποντος λόγου.

A procedens, et quo pacto postea sit vocatum Deus : aut, si ingentis suæ impietatis sibi conscii sunt, naturali sua divinitate Filium spoliantes, desinant imperite dicere factum esse eum qui natura sua est Deus cum nulla plane ratio ita sentire permittat.

ΑΛΛΟ.

« Οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν. » Οὐκ ἔξωθεν ὄντα τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας ἐπιδεικνύει τὸν Υἱόν, ἀλλ' ἐν αὐτῷ καὶ ἐξ αὐτοῦ κατὰ φύσιν ὑπάρχοντα. Καὶ τοῦτο πάλιν, οὐκ ἐν χρόνῳ φησὶ λαβεῖν τὸ ἀξίωμα, ἀλλ' οὕτως εἶναι ἐν ἀρχῇ. Ὁ δὲ τῆς τοῦ γεννήσαντος οὐσίας καρπὸς ἀληθὴς, κατὰ τίνα τρόπον ἑτεροφυὴς εὑρεθήσεται; Ὥσπερ γὰρ ἐξ ἀκανθῶν οὐκ ἂν τις τρυγήσαι σταφυλὰς, οὕτως ἀδύνατον ἐξ ἀμπέλου τεχθῆναι τὴν ἄκανθαν. Οὐκοῦν ἐπειδήπερ Θεὸς κατὰ φύσιν ἐστὶν ὁ Πατὴρ, οὕτως ἡμῖν ἔξει καὶ ὁ Υἱὸς, ἵνα μὴ φαίνηται τῶν ἑαυτοῦ ποιημάτων ἥττων ὁ Θεὸς καὶ Πατήρ· εἴ γε τὰ μὲν οὐκ ἔκφυλον τὸν ἐξ ἑαυτῶν ἀποτίκτει καρπὸν, ὁ δὲ τοῦτο ταῖνοιτο παθὼν διὰ τὸ γεννᾷν τὸν μὴ φύσει Θεόν. Τοῦτο γὰρ τὸ πεποιῆσθαι δίδωσι νοεῖν καθ' οὗπερ ἂν φέροιτο. Οὐ γὰρ ἂν εἴη φύσει Θεὸς ὁ πεποιημένος.

B

ALIUD.

« Hic, inquit, erat in principio apud Deum [78]. » Non extra essentiam Patris constituit Filium, sed in ipso et ex ipso secundum naturam exsistentem. Et rursum, non in tempore eam dignitatem consecutum esse dicit, sed ita esse in principio. Atqui verus paternæ essentiæ fructus, quonam modo diversæ a Patre naturæ censeri possit? Quemadmodum enim ex spinis nemo uvarum vindemiam facit, ita fieri non potest ut ex vite nascantur spinæ. Cum igitur Pater sit natura Deus, ita etiam erit et Filius; ne nimirum Pater videatur creaturis suis inferior, quæ quidem alienum a se fructum non gignunt : ipse vero diversum a se gigneret, si Filius ipsius non esset natura Deus. Hoc enim significatur per *factum* in eo de quo prædicatur : neque enim queat esse natura Deus, qui factus est.

ΑΛΛΟ.

« Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν. » Εἰ ἐν τῷ πάντα εἰπεῖν, οὐδὲν ὅλως καταλελοιπὼς εὑρίσκεται, ὃ μὴ τῷ τῶν γεγονότων ἀριθμῷ συγγράφεται, ἕτερος ἄρα ἐστὶ παρὰ πάντα λοιπὸν, ὁ πάντα πρὸς τὸ εἶναι κεκληκὼς Θεὸς Λόγος. Πῶς οὖν ἕτερος, εἴπερ ἐστὶν ὁμογενής τε αὐτοῖς καὶ συμπεποιημένος; Ἐπειδὴ δὲ ἕτερος, οὐκ ἄρα ὁμογενής. Οὐκοῦν οὐδὲ ποίημα, ποιητὴς δὲ μᾶλλον καὶ κτίστης, ὡς Θεός.

C

ALIUD.

« Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil [79]. » Si, cum dicit omnia, nihil prætermisisse censetur, quod numero eorum quæ facta sunt non comprehenditur, diversus sit ab omnibus necesse **314** est, qui omnia ad esse traduxerit Deus Verbum. Quomodo igitur erit diversus, si ejusdem generis sit, et simul cum ipsis factus? Cæterum cum sit diversus, ejusdem generis non est. Ergo nec creatura, sed potius factor et creator, ut Deus.

ΑΛΛΟ.

Γέγραπται· « Κύριον τὸν Θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις. » Πῶς οὖν, εἴπερ ἐστὶ ποίημα, κατ' ἐκείνους, ὁ Υἱὸς, προσκυνεῖται παρ' ἡμῶν τε καὶ τῶν ἁγίων ἀγγέλων; Καὶ μάρτυς ὁ Παῦλος παρέσται λέγων· « Ὅταν δὲ εἰσαγάγῃ τὸν Πρωτότοκον εἰς τὴν οἰκουμένην, λέγει· Καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι Θεοῦ. » Πῶς δὲ, εἰπέ μοι, κατὰ τῶν λελατρευκότων τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα, βαρύ τι τὸ ἔγκλημα φέρεται, εἴπερ ὧδε φύσεως ἔχοντα τὸν Υἱὸν καὶ κτίσμα τυγχάνοντα, κατ' αὐτοὺς, θεραπεύουσιν ὡς Θεὸν καὶ αἱ καθαρώταται τῶν οὐρανῶν δυνάμεις; αἷς δὴ καὶ μάλιστα τὸ μηδαμοῦ πλανᾶσθαι δοίη τις ἂν προσεῖναι δικαίως, ὅτῳ δὴ καὶ μᾶλλόν εἰσι τῶν παρ' ἡμῖν συνετῶν νουνεχέστεραι. Ἀλλ' οὐδεὶς ὁ ἔλεγχος τοῖς λατρεύουσι Χριστῷ, ἐκ δὲ τῶν ἐναντίων πολὺς ὁ μισθός. Οὐκ ἄρα ἐστὶ ποίημα, Θεὸς δὲ μᾶλλον, ἀκατηγορήτως τε καὶ ἀνεγκλήτως παρὰ πάσης ὁμοῦ τῆς κτίσεως προσκυνούμενος.

D

ALIUD.

Scriptum est : « Dominum Deum tuum adorabis, et ipsi soli servies [74]. » Quomodo igitur, si est creatura, ut illi volunt, adoratur a nobis et a sanctis angelis. Quod et Paulus testatur, dicens : « Quando autem introducit Primogenitum in orbem terrarum, dixit : Et adorent ipsum omnes angeli Dei [74a]? » At quo pacto, obsecro, eorum impietas fertur, qui creaturæ potius quam Creatori serviunt? Siquidem ita natura sua se habentem Filium, ut sit creatura, juxta ipsorum opinionem, purissimæ cœlorum potestates, ut Deum colunt, quas certe nemo merito errare dixerit, cum tanto intervallo humanam sapientiam superent. Atqui qui Christum colunt, non modo extra culpam sunt, sed contra magna præmia eis proposita sunt. Non est igitur creatura, sed potius Deus, qui citra culpam ab omni simul creatura adoratur.

ΑΛΛΟ, *ἐκ τοῦ αὐτοῦ.*

Εἰ ποίημα καὶ κτίσμα, κατ' ἐκείνους, ἐστὶν ὁ Υἱὸς,

ALIUD, *ex eodem.*

Si Filius, ut illi volunt, est opus vel creatura,

[78] Joan. I, 2. [79] ibid. 3. [74] Deut. VI, 13; Matth. IV, 10. [74a] Hebr. I, 6.

Digitized by Google

omnia vero per ipsum facta esse constat : creatura itaque seipsam creat, et frustra ac temere ut creator gloriatur dicens : « Manus mea fecit hæc omnia [76*]. » Atqui nihil quod factum est, creare potest, sed creatura omnis Deum creatorem prædicat. Non est igitur Filius creatura, neque rerum factarum ulla, juxta temerariam atque impiam hæreticorum opinionem.

A πάντα δὲ δι' αὐτοῦ γεγονότα φαίνεται, ἑαυτὴν ἡ κτίσις δημιουργεῖ, καὶ μάτην ὡς ποιητὴς ἐπικομπάζει, λέγων· « Ἡ χείρ μου ἐποίησε ταῦτα πάντα. » Ἀλλ' οὐδὲ[ν] τῶν πεποιημένων φαίνεται δημιουργοῦν, Θεὸν δὲ ἡ κτίσις ἀνακηρύττει τὸν ποιητήν. Οὐκ ἄρα κτίσμα ἐστὶν ὁ Υἱός, οὐδὲ τῶν ποιημάτων ἓν, κατὰ τὴν τῶν πλανωμένων ἀβουλίαν τε ὁμοῦ καὶ ἀσέβειαν.

ALIUD.

« Erat, inquit, lux vera [75*]. » Si, cum Pater sit vera lux, vera quoque lux est Filius, quomodo differat ratione naturæ a Patre, qui etiam hac in parte in eodem cum ipso ordine collocatur? Si vero, cum sit diversæ a Patre naturæ, juxta hæreticos, verum lumen esse potest, quænam est hæc sanctorum evangelistarum observatio? Aut quid tanquam magnum atque eximium Deo ac Patri tribuunt, quod sit lux vera, cum et Filius, qui, juxta illorum opinionem, creatus est, verum quoque lumen sit? Quocirca, si divinæ naturæ excellentia creatis inaccessibilis est, et si nulla in universum creatura essentialiter sive proprie hoc ipsum esse potest, quod **315** Deus naturaliter in sua proprietate est, illud, « Quid enim habes quod non accepisti [76]? » dicatur creaturæ duntaxat. Filio autem proprietates Patris naturaliter inesse deprehenduntur. Consubstantialis igitur Patri est, tantumque a cognatione cum creaturis distat, quantum ipse Pater. Idcirco inaccessibilem habet divinam dignitatem, atque hoc quidem non ex parte sed in integrum.

ΑΛΛΟ.

« Ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν. » Εἰ φωτὸς ὄντος ἀληθινοῦ τοῦ Πατρὸς, φῶς ἀληθινόν ἐστι καὶ ὁ Υἱός, ποίαν ἕξει τὴν διαφορὰν, κατά γε τὸν τῆς φύσεως λόγον, ὡς πρὸς αὐτὸν ὁ ἐν ἴσῃ τάξει καὶ κατὰ τοῦτο τιθέμενος αὐτῷ; Εἰ δὲ ὑπάρχων ἑτεροφυὴς, κατὰ τὴν B τῶν ἀνοσίων αἱρετικῶν ἀβουλίαν, ἀληθινὸν εἶναι δύναται φῶς, τίς ἡ ἐπιτήρησις τοῖς ἁγίοις εὐαγγελισταῖς; Τί δὲ ὡς μέγα καὶ ἐξαίρετον τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ τὸ εἶναι φῶς ἀληθινὸν ἀπονέμουσι; Φαίνεται γὰρ, καίτοι κατ' ἐκείνους γενητὸς ὢν ὁ Υἱὸς, φῶς ὑπάρχων ἀληθινόν. Εἴπερ οὖν ἄβατα τοῖς γενητοῖς ἐστι τὰ θεῖα πλεονεκτήματα, καὶ οὐκ ἄν τι τῶν πεποιημένων οὐσιωδῶς, ἤτοι κυρίως, τοῦτο ὑπάρχει ποτὲ, ὅπερ ἂν εἴη φυσικῶς κατά τι γοῦν ὁ ἐπὶ πάντων Θεός· « Τί γὰρ ἔχεις ὃ οὐκ ἔλαβες; » εἰρήσθω τῇ κτίσει. Εὑρίσκεται δὲ φυσικῶς ἐνυπάρχοντα τῷ Υἱῷ τὰ τοῦ Πατρὸς ἴδια. Ὁμοούσιος ἄρα ἐστὶν ὡς πρὸς αὐτὸν, καὶ τοσοῦτον τῆς τῶν γενητῶν ὁμογενείας ἀπῳκισμένος, ὅσον ἂν τις ἴδοι καὶ τὸν γεννήσαντα αὐτόν. Διὰ τοῦτο καὶ ἄβατον ἔχει τὸ θεοπρεπὲς C ἀξίωμα, καὶ τοῦτο οὐ μερικῶς, ἀλλ' ὁλοκλήρως.

ALIUD.

« Erat, inquit, lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum [77]. » Si lux a Patre ac Deo in mundum missa, est Verbum ex ipso procedens, juxta illud ab ipso dictum : « Ego ex Patre exivi, et veni [78]; » et rursus : « Ego lux in mundum veni [79]; » ad ipsum ergo beatus Psalmista dicit, spiritalem lyram pulsans : « Quia tu illuminabis lucernam meam, Domine Deus, lux in tenebris meis. » Cum itaque, juxta ipsius Servatoris vocem, David in Spiritu Dominum ipsum ac Deum esse profiteatur, quanam, obsecro, ratione erit creatus, qui est natura Deus?

ΑΛΛΟ.

« Ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον. » Εἰ τὸ ἀποστελλόμενον τῷ κόσμῳ φῶς παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, ὁ Λόγος ἐστὶν ὁ ἐξ αὐτοῦ προελθὼν, κατὰ τὸ εἰρημένον παρ' αὐτοῦ· « Ἐγὼ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐξῆλθον, καὶ ἥκω· » καὶ πάλιν· « Ἐγὼ φῶς εἰς τὸν κόσμον ἐλήλυθα· » πρὸς αὐτὸν ἄρα φησὶ καὶ ὁ μακάριος Ψαλμῳδὸς, τὴν πνευματικὴν ἀνακρουόμενος λύραν· « Ὅτι σὺ φωτιεῖς λύχνον μου, Κύριε ὁ Θεὸς, φῶς εἰς τὸ σκότος μου. » Ὅτε τοίνυν κατὰ τὴν αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος φωνὴν ὁ μακάριος Δαβὶδ ἐν Πνεύματι Κύριον αὐτὸν ὁμολογεῖ καὶ Θεὸν, πῶς ἔσται ποίημα, κατά τινα D δὲ τρόπον γενητὸς ὅλως ὁ φύσει Θεός;

ALIUD.

« Quotquot autem, inquit, receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri [80]. » Expendant rursus etiam hoc ita, audiantque contentiosi hæretici. Singulis creaturis suus quodammodo locus est, propria naturæ ratio, aut dignitatis quæ ipsi inest conditio. Exempli gratia, quantum ad naturæ rationem attinet, ego quidem homo, angelus vero alius. Quantum vero ad dignitatem sive conditionem attinet, alia est servilis, alia non item, sed libera. Quando autem aliquid horum copulatum illi qui

ΑΛΛΟ.

« Ὅσοι δὲ ἔλαβον αὐτὸν, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα Θεοῦ γενέσθαι. » Περιαθρείτω μοι πάλιν καὶ τοῦτο τοιῶσδε, καὶ ἀκουέτω καὶ νῦν ὁ φιλεγκλήμων αἱρετικός. Τόπος ὥσπερ οἰκεῖός ἐστιν ἑκάστῳ τῶν ὄντων, ὁ ἴδιος τῆς φύσεως λόγος, ἢ καὶ τὸ τοῦ προσόντος ἀξιώματος μέτρον. Οἷον ἐπὶ μὲν τοῦ λόγου τοῦ κατὰ τὴν φύσιν, ἐγὼ μὲν ἄνθρωπος, ἄγγελος δὲ ἕτερος. Τὸ δὲ ὅσον εἰς ἀξίωμα, τὸ μέν τοι δοῦλόν ἐστι, τὸ δὲ οὐ τοῦτο τυχὸν, ἀλλ' ἐλεύθερον. Ἀλλ' ὅταν τι τούτων τῷ βελτιοῦν εἰδότι συμπλακὴν, ἕτερόν τι

[76*] Job XII, 9. [75] Joan. I, 9. [76] I Cor. IV, 7. [77] Joan. XVI, 28. [78] Joan. XII, 46. [79] Psal. XVII, 29. [80] Joan. I, 12.

Digitized by Google

φαίνηται γεγονὸς παρ' ὅπερ ἦν ἐξ ἀρχῆς, ἐξηλλάχθη τρόπον τινὰ τοῦ οἰκείου τόπου, καὶ πρὸς τὴν τοῦ βελτιοῦντος μεταχεχώρηκε θέσιν. Τοῦτο καὶ ἡμεῖς ὑπομείναντες, εἰς υἱότητα τὴν Θεοῦ καὶ Πατρὸς μετέστημεν ἐκ δουλείας, τὸ μὲν οἰκεῖον ἐκβεβηκότες μέτρον, εἰς δὲ τὸ τοῦ χαριζομένου καὶ τοῦτο ἡμῖν μεταπηδήσαντες, εἰ καὶ μὴ τῇ φύσει κατὰ γοῦν τὸ κεκλῆσθαι τέκνα Θεοῦ. Ἆρ' οὖν οὐκ ὠφελῆσθαι τὴν ἀνθρώπου φύσιν κατὰ τοῦτο φήσομεν; Ἀλλ' ἔστιν ὁμολογούμενον. Εἶτα τίς ἔσται τῆς ὠφελείας ὁ τρόπος, εἰ μηδὲν ὅλως τὸ μεταξὺ ποιήματος καὶ Υἱοῦ; Ποία δὲ ὅλως ἐν ἡμῖν φαίνεται μετάστασις ἡ ἐπὶ τὸ ἄμεινον, εἰ μηδὲν ἐν υἱότητι τὸ πλέον παρὰ τὸ πεποιῆσθαι κείσεται; Ἢ πῶς ἂν αὐτοὶ χρηματίσαιμεν υἱοί, ὡς λαβόντες ἐν αὐτοῖς τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον, εἰ μὴ κατὰ φύσιν Υἱὸς ὑπάρχει τοῦ Πατρός; Εἰ δὲ Υἱὸς κατὰ φύσιν ἐστὶ, πῶς ἂν εἴη καὶ ποίημα, οὐκ ἐνδεχομένου μὴ πάντως ἐκ τῆς τοῦ γεννήσαντος εἶναι φύσεως, ὅπερ ἂν εἴη γεννηθὲν ὑπό τινος;

A melius id efficere potest, aliud quidpiam factum videtur, quam quod initio erat, extractum est quodammodo e proprio suo loco, et in illius qui corrigere melioresque efficere potest, conditionem translatum. Idipsum etiam in nobis usuvenit : nam e servis in filios Dei traducti sumus, nostram quidem conditionem egressi, atqué in ejus qui id nobis largitur translati, ac tametsi non natura, appellatione tamen sumus filii Dei. An non itaque humanam naturam hac in parte adjutam esse dicemus? Procul dubio. At vero quænam erit utilitatis ratio, si nihil omnino interest inter creaturam et Filium? Aut quænam in nobis mutatio in melius accidit, si in adoptione in filios nihil amplius situm est quam in creatione? Aut quomodo vocemur filii, ut qui acceperimus in nobis Verbum Dei, si non est naturaliter Filius Patris? At si est Filius **316** naturaliter, quomodo sit creatura, cum fieri non possit ut quod ex aliquo genitum est, genitoris naturam non referat?

B

ΑΛΛΟ.

« Ὅτι ὁ νόμος διὰ Μωσέως ἐδόθη, ἡ χάρις καὶ ἡ ἀλήθεια διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐγένετο. » Εἰ μὴ Θεὸς κατὰ φύσιν ἐστὶν ὁ Υἱὸς, θετὸς ἄρα καὶ διεψευσμένος. Ἀλλ' εἴπερ ἀλήθεια καὶ τῆς ἀληθείας ἐργάτης ἐστὶ, πῶς ἂν εἴη καὶ ἐψευσμένος; Οὐκοῦν κατὰ φύσιν Θεός. Ὁ δὲ τοῦτο ὑπάρχων, πῶς ἂν εἴη γενητός;

ALIUD.

« Quia, inquit, lex per Mosen data est, gratia et veritas per Jesum Christum facta est [81]. » Si Filius non est Deus secundum naturam, adoptivus itaque est et non verus. Cæterum, cum sit veritas et veritatis operator, quomodo non sit verus? Naturalis itaque Deus est. At si naturalis, quomodo sit factus?

ΑΛΛΟ.

« Ἴδε ὁ Ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. » Φησί που πρὸς τὸν τῶν ὅλων Δεσπότην ὁ μακάριος προφήτης Ἡσαΐας· « Τίς Θεὸς ὥσπερ σὺ, ἐξαίρων ἀνομίας καὶ ὑπερβαίνων ἀδικίαν; » Ὅτε οὖν Θεοῦ ταῦτα ποιεῖν λεγομένου, Χριστός ἐστιν ἐξαίρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, πῶς οὐκ ἔστι Θεός; Εἰ δὲ τοῦτο, οὐ ποίημα.

C

ALIUD.

« Ecce, inquit, Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi [82]. » Beatus propheta Isaias alicubi ad totius universi Dominum ita ait : « Quis Deus sicut tu, qui tollis iniquitates, et præteris injustitias [82*]? » Cum igitur Deo hoc ascribatur, Christus autem sit qui tollit peccata mundi, quomodo non sit Deus? At si Deus, non ergo creatura est.

ΑΛΛΟ.

« Τῇ ἐπαύριον, φησὶν, ἠθέλησεν ἐξελθεῖν εἰς τὴν Γαλιλαίαν, καὶ εὑρίσκει Φίλιππον, καὶ λέγει αὐτῷ· Ἀκολούθει μοι. » Ἀναδείκνυσιν ἐν τούτοις μαθητὴν τὸν Φίλιππον ὁ Σωτήρ. Σκόπει δὴ οὖν εἰ μὴ σοφός τις καὶ ἐπ' αὐτῷ διήρτισται λόγος, συναινεῖν ἀναπείθων, ὅτι δὴ καὶ ὑπάρχοι Θεὸς κατὰ φύσιν ὁ Υἱός. Πολλῶν ἀεὶ τῷ Σωτῆρι προσεδρευόντων, καὶ μυριάνδρου τοὺς μαθητὰς περιθέοντος πλήθους, ἐπάρας τοὺς ὀφθαλμοὺς, ἔφησεν αὐτοῖς ὁ Σωτήρ· « Ὁ μὲν θερισμὸς πολὺς, οἱ δὲ ἐργάται ὀλίγοι· δεήθητε οὖν τοῦ Κυρίου τοῦ θερισμοῦ, ὅπως ἐκβάλῃ ἐργάτας εἰς τὸν θερισμὸν αὐτοῦ· » θερισμὸν οὐδὲν ἕτερον εἶναι λέγων, ἢ τοὺς διὰ τῆς πίστεως τῆς εἰς ἑαυτὸν ἀσταχύων δίκην ἀναβλαστῶντας εἰς εὐλάβειαν. Τούτων δὲ τίς ἂν εἴη Κύριος, εἰ μὴ πάντων Θεός; Ὃ δὴ καὶ ὁ Παῦλος διὰ μετανοίας συνάπτεσθαι τοὺς ἔτι κληρονόμους παρακαλεῖ βοῶν· « Δεόμεθα ὑπὲρ Χριστοῦ, καταλλάγητε τῷ Θεῷ. » Ὅτι τοίνυν μόνος ἐστὶ τοῦ θερισμοῦ Κύριος ὁ Θεὸς, ἅτε δὴ πάντων ὑπάρχων

D

ALIUD.

« Postridie, inquit, voluit Jesus exire in Galilæam, et invenit Philippum, et dixit ei : Sequere me [83]. » Salvator in his Philippum discipulum declarat. Animadverte autem anne etiam in hoc testimonio præclara ratio subsit, persuadens Filium natura sua Deum esse. Cum multi quotidie ad Salvatorem confluerent, atque innumera turba ad discipulos concurreret, sublatis oculis ita ad discipulos dixit Salvator : « Messis quidem multa, operarii vero pauci. Rogate igitur Dominum messis, ut multos in messem suam operarios immittat [84]; » messem nihil aliud appellans quam qui per fidem in ipsum, instar spicarum, germinarent ad pietatem. Horum vero quisnam sit Dominus, nisi totius universi Deus? Cui etiam Paulus ut per pœnitentiam copulentur hæredes hortatur dicens : « Rogamus pro Christo, reconciliamini Deo [85]. » Cum igitur solus Deus sit Dominus messis, utpote omnium Dominus et creator, ipsi etiam operariorum designationem conve-

[81] Joan. I, 17. [82] ibid. 29. [82*] Isa. XLIII, 25. [83] Joan. I, 43. [84] Luc. X, 2. [85] II Cor. V, 20.

Digitized by Google

nire inquit Salvator, sed postea ipsemet hoc sua auctoritate facit. Jubet enim Philippo ut sequatur se. Deus itaque verus est, ut Dominus messis nimirum reipsa declaratus.

Δεσπότης καὶ ποιητής, αὐτῷ δὲ προσήκειν μόνῳ καὶ τὴν τῶν ἐργατῶν ἀνάδειξιν ἔφησεν ὁ Σωτήρ· εἶτα τοῦτο ποιήσας αὐτὸς ἐξ οἰκείας αὐθεντίας ὁρᾶται· ἀκολουθεῖν γὰρ αὐτῷ κελεύει τὸν Φίλιππον. Θεὸς ἄρα ἐστὶν ἀληθινὸς, ἅτε δὴ καὶ τοῦ θερισμοῦ Κύριος δι' αὐτοῦ καταληφθεὶς τοῦ πράγματος.

ALIUD.

« Tollite, inquit, ista hinc, et nolite **317** facere domum Patris mei, domum mercatus [86]. » Si Filius est creatura, ergo etiam per gratiam id consecutus est quod vocetur Deus, et Filii nomen per adoptionem illi inditum est, sicut et reliquis rationalibus creaturis, quibus non ipsa natura eam dignitatem indidit, sed gratia et beneficium ejus qui dixit : « Ego dixi : Dii estis, et filii Excelsi omnes [87]. » Si ergo non est essentialiter Filius, frater itaque est eorum qui per adoptionem filii Dei sunt. Quomodo igitur (dixerit merito aliquis), cum nihil habeat, quantum ad Filii dignitatem attinet, amplius quam nos, Patrem qui omnibus communis est, sibi soli arrogat, dicens : « Nolite facere domum Patris mei? » Oportebat enim illum, cum sit justus et bonus, ita potius negotiatoribus dicere : Nolite facere domum Patris vestri, domum mercatus. Atqui hoc non dixit, sed magna auctoritate sibi soli Patris nomen vindicat. Norat itaque se proprie ac naturaliter Filium esse, ad cujus imitationem nos a Deo ita vocati sumus. Qui vero ita natura sua est Filius, quomodo sit creatus?

ΑΛΛΟ.

« Ἄρατε ταῦτα ἐντεῦθεν, μὴ ποιεῖτε τὸν οἶκον τοῦ Πατρὸς, οἶκον ἐμπορίου. » Εἰ ποίημά ἐστιν ὁ Υἱὸς, κατὰ χάριν ἔχει δηλονότι καὶ τὸ κεκλῆσθαι Θεὸς, καὶ θετὸν αὐτῷ τὸ τῆς υἱότητος ὄνομα, καθάπερ οὖν καὶ τοῖς ἄλλοις λογικοῖς κτίσμασιν, οἷς οὐχ ἡ φύσις τὸ ἀξίωμα προξενοῦσα φαίνεται, ἀλλ' ἡ τοῦ λέγοντος χάρις· « Ἐγὼ εἶπα· Θεοί ἐστε καὶ υἱοὶ Ὑψίστου πάντες. » Εἰ τοίνυν οὐκ οὐσιωδῶς Υἱός ἐστιν, ἀδελφὸς ἄρα τῶν κεκλημένων εἰς υἱότητα Θεοῦ. Πῶς οὖν, εἴπῃ τις ἂν εἰκότως, οὐδὲν ἔχων, ὡς πρὸς ἡμᾶς τὸ πλέον εἰς τὸ τῆς υἱότητος ἀξίωμα, τὸν κοινὸν δὴ καὶ πάντων μόνος ἰδιοποιεῖται Πατέρα, λέγων· « Μὴ ποιεῖτε τὸν οἶκον τοῦ Πατρός μου; » Ἐχρῆν γὰρ δὴ τὸν ὄντα δίκαιόν τε καὶ ἀγαθὸν τοῖς ἐμπορευομένοις εἰπεῖν· Μὴ ποιεῖτε τὸν οἶκον τοῦ Πατρὸς ὑμῶν, οἶκον ἐμπορίου. Ἀλλὰ μὴν τοῦτο εἰπὼν οὐ φαίνεται, ἑαυτῷ δὲ μόνῳ τὸ τοῦ Πατρὸς ὄνομα μετὰ πολλῆς τινος ἐπιγράφει τῆς ἐξουσίας. Οἶδεν ἄρα κυρίως ὄντα ἑαυτὸν καὶ κατὰ φύσιν Υἱὸν, οὗ κατὰ μίμησιν ἡμεῖς εἰς τοῦτο παρὰ Θεοῦ κεκλήμεθα. Ὁ δὲ οὕτως ἔχων φύσεως Υἱὸς, πῶς ἂν εἴη γενητός;

ALIUD.

« Quod signum, inquit, nobis ostendis, quod hæc facis? Respondit Jesus, et dixit eis : Solvite templum hoc, et in tribus diebus suscitabo ipsum [88]. » Quod vero Christus corpus suum templum appellet, ipse evangelista nobis declarat dicens : « Ille autem dicebat de templo corporis sui [89]. » Quando autem surrexit e mortuis, recordati sunt discipuli, quod hoc erat templum de quo dixerat eis. Atqui templum vere ac proprie dici non possit, non inhabitante in ipso Deo. Quemadmodum neque in nobis nemo vocaverit corpus templum habitantis in eo animæ : templa vero tum demum vocamur, quando per fidem in Christum Spiritus sanctus in nobis habitat. Christi vero corpus merito ac vere est templum. Nam in ipso inhabitavit omnis plenitudo divinitatis corporaliter, ut Paulus inquit [90], Deus nimirum Verbum incarnatum. Quomodo igitur sit creatus, qui templum effecit, ut vere Deus, corpus quod inhabitavit?

ΑΛΛΟ.

« Τί σημεῖον δεικνύεις ἡμῖν ὅτι ταῦτα ποιεῖς; Ἀπεκρίθη Ἰησοῦς καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν. » Ὅτι ναὸν τὸ ἴδιον ἀποκαλεῖ σῶμα Χριστὸς, καὶ αὐτὸς ἡμῖν ὁ εὐαγγελιστὴς καταστήσει φανερὸν εὐθὺς ἐκάγων· « Ἐκεῖνος δὲ ἔλεγε περὶ τοῦ ναοῦ τοῦ σώματος αὐτοῦ. » Ὅτε οὖν ἠγέρθη ἐκ τῶν νεκρῶν, ἐμνήσθησαν οἱ μαθηταὶ, ὅτι τοῦτο ἦν ὃ ἔλεγεν αὐτοῖς. Ναὸς τοιγαροῦν οὐκ ἂν λέγοιτό τι κυρίως καὶ ἀληθῶς μὴ ἐνοικοῦντος ἐν αὐτῷ τοῦ Θεοῦ. Ὥσπερ οὖν καὶ ἐφ' ἡμῶν οὐκ ἄν τις ὀνομάσαι τὸ σῶμα ναὸν τῆς ἐνοικούσης ἐν αὐτῷ ψυχῆς· ναοὶ δὲ τότε χρηματίζομεν, ὅτε διὰ τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως τὸ Πνεῦμα ἡμῖν τὸ ἅγιον ἐνοικίζεται. Ναὸς δὲ τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ δικαίως τε καὶ ἀληθῶς· ἐν αὐτῷ γὰρ εὐδόκησεν ἐγκατοικῆσαι πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς, ὡς ὁ Παῦλός φησιν· ἀλλ' ἔστι δῆλον ὡς ὁ Θεὸς Λόγος ὁ ἐνοικήσας ἐστί. Πῶς ἂν οὖν ὑπάρχοι γενητὸς, ὁ ναὸν ἀποδείξας ὡς φύσει Θεὸς τὸ ἐν ᾧπερ ἦν ἅγιον σῶμα;

ALIUD.

« Cum autem, inquit, esset in Jerusalem in festo Paschæ, multi crediderunt in nomine ejus, videntes signa quæ faciebat. Ipse vero Jesus non credidit seipsum eis, quia ipse omnes cognoscebat, nec indigebat ut aliquis testaretur de homine : ipse enim

ΑΛΛΟ.

« Ὡς δὲ ἦν ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ἐν τῷ Πάσχα ἐν τῇ ἑορτῇ, πολλοὶ ἐπίστευσαν εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ, θεωροῦντες αὐτοῦ τὰ σημεῖα ἃ ἐποίει. Αὐτὸς δὲ Ἰησοῦς οὐκ ἐπίστευσε αὐτὸν αὐτοῖς διὰ τὸ αὐτὸν γινώσκειν πάντας, καὶ ὅτι οὐ χρείαν εἶχεν ἵνα τις μαρ-

[86] Joan. II, 16. [87] Psal. LXXXI, 6. [88] Joan. II, 19. [89] Ibid. 21. [90] Coloss. II, 9.

Digitized by Google

τυρήσῃ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ· αὐτὸς γὰρ ἐγίνωσκε τί ἦν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ. » Τὴν θείαν ὑπερθαυμάζων φύσιν ὁ Ψαλμῳδὸς, ὡσανεὶ μέγα τι καὶ ἀξιολογώτατον πλεονέκτημα, καὶ αὐτῇ μόνῃ κυρίως προσὸν, προΐσχεται λέγων ὡς πρὸς τὸν τῶν ὅλων Δεσπότην· « Ὁ πλάσας κατὰ μόνας τὰς καρδίας αὐτῶν, ὁ συνιεὶς πάντα τὰ ἔργα αὐτῶν. » Ἔστι δὲ, ὡς οἶμαι, δῆλον ὅτι περὶ ἀνθρώπων τὰ τοιαῦτά φησιν. Ὅτε τοίνυν μόνου τοῦ κατὰ τὴν ἀλήθειαν ὄντος Θεοῦ τὸ εἰδέναι ἐστὶ καρδίαν, καὶ πάντα συνιέναι τὰ ἐν ἀνθρώπῳ κρυπτά· συνίησι καὶ οἶδεν ὁ Υἱὸς, πῶς οὐκ ἂν εἴη φύσει τε καὶ ἀληθῶς Θεός; Εἰ δὲ τοῦτο, πῶς ἂν εἴη γενητός;

A cognoscebat **318** quid erat in homine[91]. » Psalmista divinam naturam supra modum admirans, veluti maximam quamdam atque eximiam prærogativam ipsique soli convenientem tribuens, ita ad totius universi Dominum clamat : « Qui finxit sigillatim corda eorum, qui intelligit omnia opera eorum[92]. » Manifestum vero est ipsum de hominibus hæc dicere. Cum igitur solius veri Dei sit nosse corda, omniaque intelligere quæ in homine sunt occulta, novit autem atque intelligit hæc ipsa Filius, quomodo non sit natura ac vere Deus? At si hoc est, quomodo sit creatus.

ΑΛΛΟ.

Τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ πρὸς Ναθαναὴλ εἰπόντος· « Πρὸ τοῦ σε Φίλιππον φωνῆσαι, ὄντα ὑπὸ τὴν συκῆν, εἶδόν σε· » πάλιν αὐτός φησιν, ὁ Ναθαναὴλ, ὡς Θεὸν ἀποθαυμάζων ἐξ ἑνὸς δὴ τούτου καὶ μόνου σημείου· « Ῥαββὶ, σὺ εἶ ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ· σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τοῦ Ἰσραήλ. » Εἴπερ οὖν, κατὰ τὴν ἐπ' αὐτῷ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν μαρτυρίαν, ἀληθῶς Ἰσραηλίτης ὑπῆρχεν ὁ Ναθαναὴλ, ἐν ᾧ δόλος οὐκ ἦν, πῶς ἂν αὐτὸν ἐνδέχοιτο ψεύδεσθαι περὶ τοῦ Χριστοῦ λέγοντα, ὅτι « Σὺ εἶ ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ καὶ ὁ βασιλεὺς τοῦ Ἰσραήλ; » Εἰ γὰρ οἶδεν ὅλως τὸ ψεύδεσθαι, δόλον ἐπὶ γλώττης φορεῖ. Εἰ δὲ ἀληθὴς ἡ τοῦ Σωτῆρος φωνὴ, δόλον οὐκ εἶχε, ψεύδους καὶ ἀπάτης ἐλεύθερος ὤν. Οὐκοῦν ἀληθὴς, Υἱὸν ἀποκαλῶν τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον καὶ μετὰ σαρκὸς, καὶ τὸ τῷ κατὰ φύσιν Υἱῷ πρέπον ἀξίωμα συνάψας· βασιλέα γὰρ Ἰσραὴλ ὀνομάζει. Ὁ δὲ ὑπάρχων Υἱὸς καὶ βασιλεὺς διὰ τοῦτο, πῶς ἂν εἴη δοῦλός τε ὁμοῦ καὶ πεποιημένος;

B Cum Salvator noster Christus ad Nathanaelem diceret, « Antequam Philippus vocaret te, cum esses sub ficu, vidi te, » hoc solo signo Nathanael admiratus dixit : « Rabbi, tu es Filius Dei, tu es rex Israel[93]. » Si ergo, juxta ipsiusmet nostri Salvatoris testimonium, verus Israelita erat Nathanael, in quo dolus non erat, quomodo fieri possit ut mentiatur dicens de Christo : « Tu es Filius Dei et rex Israel? » Nam si omnino mentiri novit, dolus erat in lingua ipsius. At si verus est Christi sermo, dolus in eo non erat, et a mendacio ac fraude libe rerat. Verus itaque est Filium appellans Verbum incarnatum, et dignitatem quæ naturali Filio convenit ei ascribens : regem enim Israel vocat. Qui vero Filius est atque idcirco rex, quomodo sit servus et C creatus?

ΑΛΛΟ.

Δύρίσκεταί που Χριστὸς ἀπαιδεύτως ἐρωτᾷν ἐπιχειροῦσι τοῖς Φαρισαίοις εἰπών· « Πλανᾶσθε μὴ εἰδότες τὰς Γραφάς· » ἦν γὰρ δὴ καὶ ὄντως διδασκάλῳ σοφῷ πρεπωδέστατον σπούδασμα, καὶ τοὺς οἷπερ ἦσαν ἐπερωτῶντες ἐπανορθοῦν, καὶ τοῖς οὐκ εἰδόσιν ἡγεῖσθαι τὰ κάλλιστα. Οὐκοῦν εἴπερ ὄντως τῆς ἀληθείας ὁ Ναθαναὴλ ἀπεσφάλ[λ]ετο, καὶ Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ βασιλέα τοῦ Ἰσραὴλ τὸν Χριστὸν ἀποκαλῶν, τί μὴ παραχρῆμα πρὸς τὴν εὐθεῖαν ἤγετο γνῶσιν, Ἐπλανήθης, ὦ οὗτος, ἀκούων; Ἔχει γὰρ οὐχ οὕτως, καθάπερ αὐτὸς ὑπετόπησας. Εἰ μὴ γὰρ οὐχ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ποίημα δὲ μᾶλλον· καὶ βασιλεὺς μὲν οὐδαμῶς, δοῦλος δὲ ὡς πεποιημένος. Τοῦτο γὰρ ἦν οὕτως ὠφελῆσαι μάλιστα πρὸς τὰ καιριώτατα τὸν εἰς μαθητείαν ἄρτι κεκλημένον, καὶ πρὸς τοῦτο βαδίζοντα. Ἄλλως τε καὶ τὴν αὐτῷ πρέπουσαν ἐπιστήμην ὁ διδάσκαλος ἀλοιδόρητον ἂν διεσώσατο, πρῶτον αὐτῷ καὶ σωτήριον ὥσπερ μάθημα παραθεὶς, τῆς οὐκ ἀληθοῦς διαλήψεως τὴν ἀπαλλαγήν. Ἐπεὶ δὲ τοῦτο ποιεῖν εἰθισμένος ἐπὶ τῶν ἄλλων, ἐπὶ ταῖς τοῦ Ναθαναὴλ ὁμολογίαις μονονουχὶ καὶ ἐκπλήττεται, δῆλος ἂν εἴη δήπουθεν ὡς σοφῶς τε καὶ εὐπαιδεύτως νεν[ε]κότα· τιμῶν. Εἰ δὲ τὸ εἶναι Υἱὸς Θεοῦ καὶ βασι-

ALIUD.

Christus alicubi ad Pharisæos imperite interrogantes ita ait : « Erratis nescientes Scripturas[94] : » erat enim ipsi vere sapienti magistro convenientissimum perperam interrogantes corrigere, et ignorantes veritatem docere. Quocirca si Nathanael reipsa a veritate aberrabat, Filium Dei regem Israel Christum appellans, cur non statim ipsum vera notitia sui imbuit; aut cur ei non dixit : Erras, o amice? Neque enim ita se res habet, uti censes. Nam non sum Filius Dei, sed potius creatura : neque ulla ratione sum rex, sed servus, utpote creatus. Hoc enim erat revera instruere ac juvare eum qui in discipulatum vocatus erat, et ad eum se conferebat. **319** Præterea convenientem ei scientiam magister nullis conviciis obnoxiam servasset, primum ei et salutare veluti documentum proponens, quo eum ab ejusmodi falsa præsumptione deterruisset. Verum, si in aliis rebus ita se habere solebat, in confessione vero Nathanaelis propemodum obstupescit, manifestum est utique quod sapienter nec temere locutum approbet. Quod si sit Filius Dei, et rex Israel, quomodo sit creatus vel factus, quatenus est Verbum? Neque enim id

[91] Joan. II, 23-25. [92] Psal. XXXIII, 15. [93] Joan. I, 48, 49. [94] Matth. XXII, 29. · Forte εἰρηκότα.

Digitized by Google

quod creatum est in dignitatem Filii, neque in regnum naturaliter vocabitur. Nam quæ creata sunt, creatori serviunt et quod factum est, genitum esse nequit.

λεὺς τοῦ Ἰσραὴλ καταδέχεται, πῶς ἂν εἴη γενητὸς ἢ πεποιημένος ἢ Λόγος ἐστίν; Οὔτε γὰρ εἰς υἱότητα τὸ ποιηθὲν, οὔτε μὴν εἰς βασιλείαν τὴν κατὰ φύσιν κεκλήσεται. Δοῦλα γὰρ τοῦ πεποιηκότος τὰ σύμπαντα, καὶ τὸ ποιηθὲν ὅλως, οὐκ ἂν εἴη γεγεννημένον.

ALIUD.

« Ita enim, inquit, Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam [95]. » Si magna atque adeo immensa Dei ac Patris erga mundum dilectio in hoc cognoscitur quod Filium pro ipso et propter ipsum incarnari voluerit, certe res hæc non adeo magni facienda est, si id quod a Patre pro mundi salute datum est, non fuit Filius, sed creatura. Præterea nomen Unigeniti fictum erit, non verum. Nam si Filius est ex creaturis, quomodo censeri possit unigenitus? Cum vero sit magna atque eximia Dei ac Patris dilectio, Filius itaque est qui pro mundi salute datus est. In hoc enim consistit rei dignitas. Est et unigenitus : non igitur unus ex creaturis, sed solus ex Patre genitus. Hoc enim omnino significat unigeniti nomen et res.

ΑΛΛΟ.

« Οὕτως γὰρ ἠγάπησεν ὁ Θεὸς τὸν κόσμον, ὥστε τὸν μονογενῆ αὐτοῦ Υἱὸν ἔδωκεν, ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν, μὴ ἀπόληται, ἀλλ' ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον. » Εἰ τὸ μέγα καὶ ὑπερφυὲς τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς Κύριος ἔχει περὶ τὸν κόσμον, ἐν τούτῳ διαγινώσκεται, ἐν τῷ εἶναι Υἱὸν τὸν ὑπὲρ αὐτοῦ καὶ δι' αὐτὸν σαρκὶ κινδυνεύσαντα, σμικρὸν ἄρα φαίνεται τὸ πρᾶγμα; καὶ τοῦ μηδενὸς ἄξιον, εἰ μὴ Υἱός ἐστιν, ἀλλὰ ποίημα τὸ δοθὲν ὑπὲρ αὐτοῦ. Εἴη δ' ἂν καὶ ἑτέρως τὸ τοῦ Μονογενοῦς ὄνομα πεπλασμένον τε καὶ οὐκ ἀληθές. Εἰ γάρ ἐστι τῶν ποιηθέντων ὁ Υἱὸς, πῶς ἂν νοοῖτο μονογενής; Ἐπεὶδὴ δὲ μεγάλη τε καὶ ἐξαίρετος ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, Υἱὸς ἄρα ἐστὶν ὁ ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου δοθεὶς σωτηρίας. Ἐν τούτῳ γὰρ ὄντως ἐστὶ τοῦ πράγματος τὸ ἀξίωμα. Ἔστι δὲ καὶ μονογενής· οὐκ ἄρα τῶν ποιημάτων εἷς, ἀλλ' ὡς μόνος ἐκ Πατρὸς γεννηθείς. Τοῦτο γὰρ πάντως σημαίνει τὸ τοῦ μονογενοῦς ὄνομά τε καὶ πρᾶγμα.

ALIUD.

« Non enim, inquit, misit Deus Filium suum in mundum, ut judicet mundum, sed ut mundus salvetur [96]. » Propheta Isaias magnam illam totius universi Domini personam loquentem inducens, ait : « Ego sum Deus, et non est præter me salvans justus et Salvator [97]. » Si vero hæc omnia est Filius, et salvat mundum, atque ideirco a Patre missus dicitur : ipse igitur est qui per prophetam dicit : « Ego sum Deus, et non est præter me. » Quomodo igitur, cum hoc sit, creatus esse censeri possit?

ΑΛΛΟ.

« Οὐ γὰρ ἀπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν Υἱὸν αὐτοῦ εἰς τὸν κόσμον, ἵνα κρίνῃ τὸν κόσμον, ἀλλ' ἵνα σωθῇ ὁ κόσμος. » Τὸ μέγα τοῦ πάντων Δεσπότου πρόσωπον, ἡμῖν εἰσφέρων ὁ προφήτης Ἡσαΐας, φησίν· « Ἐγώ εἰμι ὁ Θεὸς, καὶ οὐκ ἔστι πάρεξ ἐμοῦ σώζων δίκαιος καὶ Σωτήρ. » Εἰ δὲ ταῦτα πάντα ἐστὶν ὁ Υἱὸς καὶ διασώζει τὸν κόσμον, διά τε τοῦτο παρὰ τοῦ Πατρὸς ἀπεστάλθαι λέγεται· αὐτὸς ἄρα ἐστὶν ὁ διὰ τοῦ προφήτου λέγων· « Ἐγώ εἰμι ὁ Θεὸς, καὶ οὐκ ἔστι πάρεξ ἐμοῦ. » Εἶτα πῶς ἂν ὁ τοῦτο ὑπάρχων νοοῖτο καὶ γενητός;

ALIUD.

Beatus Joannes Baptista de Salvatore **320** nostro Jesu Christo ita ait : « Illum oportet crescere, me autem minui [98]. » At dicat aliquis veritatis intelligendæ studiosus, incrementum atque decrementum de corporum statura intelligi : sed quomodo non delirus censeatur, qui tale quidpiam animo concipiat? Nam incrementum quidem suscipit humanorum corporum natura; quod vero deorsum vergit, ac semel præter naturæ modum dissolvitur, impossibile est propria sponte et nullo impendio subsidere : multæ namque passiones corporibus accidunt. Absurdum igitur dictu est valde de corporibus dici, « Illum oportet crescere, me autem minui. » Quærendus itaque est sensus a Joannis mente non alienus. Crescit igitur Christus, Joannem continue minorem ostendens : non quod præstet ut homo homini, aut creatura creaturæ (exigua enim

ΑΛΛΟ.

Ἰωάννης φησὶν ὁ μακάριος Βαπτιστὴς περὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ, ὅτι « Ἐκεῖνον δεῖ αὐξάνειν, ἐμὲ δὲ ἐλαττοῦσθαι. » Ἆρ' οὖν εἴποι τις ἂν, ὅτῳ δὴ τὸ νοεῖν ἄριστα περισπούδαστον, τήν τε αὔξησιν ἐνθάδε καὶ τὴν ἐλάττωσιν περὶ τὰς τῶν σωμάτων ἡλικίας σημαίνεσθαι· καὶ πῶς οὐκ ἂν φαίνοιτο ληρῶν εἴ γέ τοι τοιοῦτον ἐκλάβοι κατὰ διάνοιαν; Αὔξην μὲν γὰρ ἐπιδέχεται τυχὸν τῶν ἀνθρωπίνων σωμάτων ἡ φύσις· τὸ δὲ κάτω πίπτον καὶ τὸ ἅπαξ ἐξυφανθὲν παρὰ τῆς φύσεως μέτρον, ἀδύνατον ὑφιζάνειν αὐτομάτως καὶ ἀπλεονέκτως· πολλὰ γὰρ τὰ τοῖς ἡμετέροις σώμασιν ἐπισυμβαίνοντα πάθη. Οὐκοῦν ἀπίθανον κομιδῇ περὶ σωμάτων εἰρῆσθαι τὸ, « Ἐκεῖνον δεῖ αὐξάνειν, ἐμὲ δὲ ἐλαττοῦσθαι. » Ἀξιόπιστον δέ τε καὶ τῆς Ἰωάννου διανοίας οὐ ξένον ἀκόλουθον ἐννοεῖν. Αὔξει τοιγαροῦν Χριστὸς ἀεὶ τὸν Ἰωάννην ἐλάττονα δεικνύς· οὐκ ἐν τῷ προφέρειν ὡς ἄνθρω-

[95] Joan. III, 16. [96] ibid. 17. [97] Isa. XLV, 21. [98] Joan. III, 30.

Digitized by Google

πον ἀνθρώπου, ἢ ὡς ποίημα ποιήματος (μικρὰ γὰρ καὶ οὐ λίαν ἀξιόχρεως ἡ διαφορὰ), ἀλλ' ἐν τῷ διὰ τῶν ἔργων αὐτὸν μὲν ὁρᾶσθαι θέλν, καὶ πρὸς τὸ ἐντεῦθεν ἀναβαίνειν ὕψος ἀεὶ, τὸν δὲ ὡς ἄνθρωπον ὑποπίπτειν τοσοῦτον ὅσον τῆς θείας οὐσίας τὸ ἀνθρώπινον ἐλαττοῦται γένος. Εἶτα πῶς οὐ λίαν ἔσται δυσσεβὴς ὁ τὸν εἰς τοῦτο τρέχοντα τὸ ἀξίωμα τῇ τοῦ πεποιῆσθαι σμικροπρεπείᾳ περιβάλλειν ἀποτολμῶν;

A hæc, neque magni momenti differentia est), sed quia ille per opera sua magis ac magis se Deum esse declarabat, semperque ad illud fastigium conscendebat : Joannes vero ut homo subsidebat, tanto intervallo quanto genus humanum divina essentia est inferius. Quo pacto igitur non sit vehementer impius, qui tanta dignitate præditum Filium ita deprimere audeat, ut creatum esse contendat?

ΑΛΛΟ.

« Ὁ ἄνωθεν ἐρχόμενος, ἐπάνω πάντων ἐστί. » Τὸ ἄνωθεν ἐν τούτοις οὐδὲν ἕτερον οἶμαι σημαίνειν, ἢ τὸ ἐκ τῆς ἀνωτάτω πασῶν οὐσίας. Οὐ γὰρ δήπου σωματικοῖς, ἵν' οὕτως εἴπωμεν, καὶ τοπικοῖς ὑψώμασιν ἐναμβρύνεσθαι τὸν Υἱὸν ἐροῦμέν τε ἡμεῖς, ἢ καὶ τὸν ἅγιον Βαπτιστὴν διισχυρίζεσθαι δώσομεν. Ὅπου τοίνυν τὸ *ἄνωθεν* οὐκ ἐκ τόπου νοεῖται σωματικοῦ, ἀλλ' οὐδὲ τὴν ἀπό τινος εἰς ἕτερόν τι κίνησιν ἔχει πραγματικῶς, τί ἂν ἕτερον εἴη λοιπὸν, ἢ ὅπερ εἴπομεν φθάσαντες, αὐτῆς ἄνωθεν οὐσίας, τῆς ἐν τῷ εἶναι, θεοπρεπῶς τὸ τοῦ ἀξιώματος ὕψος ἐχούσης; Πῶς οὖν ὁ ἐντεῦθεν προεληλυθὼς Θεὸς Λόγος τὴν μὲν ἀπογεννήσασαν αὐτὸν διαφεύσεται φύσιν, ἀνατελεῖ δὲ ἡμῖν ἑτερογενής τε καὶ ἔκφυλος, ποίημα μᾶλλον καὶ οὐχ Υἱός, δοῦλος καὶ οὐ Δεσπότης; Πῶς δ' ἂν καὶ ἐπάνω πάντων νοηθείη λοιπὸν, ὁ διὰ τὸ εἶναι τοῖς πᾶσιν ὁμογενὴς, μετὰ πάντων ὑποκεῖσθαι παρ' ἐκείνων ἀναγκαζόμενος, εἴπερ ὄντως ἐστὶ πεποιημένος; Καὶ γὰρ ἀληθεύει λέγων ὁ Ψαλμῳδὸς, ὡς πρὸς Θεὸν καὶ Πατέρα· « Ὅτι τὰ σύμπαντα δοῦλά σου. » Τοῦτο γὰρ τὸ πρέπον τῇ κτίσει μέτρον· ὁ δὲ Υἱὸς ἐπάνω πάντων ἐστίν. Οὐκ ἄρα τῶν ὑποκειμένων δουλικῶς εἰς ὑπάρχει καὶ αὐτὸς, μᾶλλον δὲ τὸ ἐναντίως ἔχον τῷ τοιῷδε σχήματί τε καὶ πράγματι.

B

C

ALIUD.

« Qui desuper, inquit, venit, super omnia est [99]. » Desuper hoc in hoc loco nihil aliud significare arbitror quam, ex suprema omnium essentia. Neque enim nos corporali, ut ita dicam, et locali celsitudine Filium gloriari dicimus, aut sanctum Baptistam id affirmare existimamus. Cum igitur *desuper* non de loco corporali intelligatur, neque de motu ex aliquo loco in alium, quid aliud restat, quam quod modo diximus, supremam omnium essentiam, summamque divinitatis sublimitatem significari : quomodo igitur qui inde venit Deus Verbum, a Patris sui natura desciscet, diversæque ab eo substantiæ apparebit, et creatura potius quam Filius erit, et servus verius quam Dominus? aut quomodo supra omnes esse existimetur is qui, idcirco quod sit ejusdem generis cum omnibus, una etiam cum omnibus subjectus esse cogatur, si modo revera creatus est? Vere enim dicit Psalmista ad Deum et Patrem loquens, « Quoniam omnia serviunt tibi [1]. » Hæc enim est propria creaturarum conditio; Filius vero supra omnes est : **321** non igitur est unus ex iis qui servili more subjecti sunt, sed potius diverso modo reipsa se habens.

ΑΛΛΟ, *ἐκ τοῦ αὐτοῦ.*

Εἰ ἐπάνω πάντων ἐστὶν ὁ Υἱὸς, οὐκ ἐν τοῖς πᾶσι τετάξεται, ἀλλ' ἕτερος ἔσται παρὰ πάντα καὶ ἐπάνω, τουτέστιν, ἐν ὑψηλοτέρᾳ τινὶ καὶ ἀῤῥήτῳ φύσει τὴν ὁμοίωσιν ὑπερκειμένῃ τὴν πρὸς τὰ γενητά. Τοῦτο γὰρ πάλιν ἡμῖν τὸ *ἐπάνω* σημαίνει, τὴν ὡς ἐν τόπῳ σωματικῶς παραιτούμενον θέσιν ἐπὶ Θεοῦ. Εἰ δὲ οὕτως ἔχει φύσεώς τε καὶ λόγων τῶν καθ' ἑαυτὸν ὁ Υἱὸς, πῶς ἂν νοοῖτο καὶ πεποιημένος;

ALIUD, *ex eodem.*

Si supra omnia est Filius, certe inter omnia non collocabitur, sed alius erit ab omnibus, utpote supra omnia : hoc est, in sublimiore atque ineffabili natura quæ omnem cum creatis similitudinem excedit. Hoc enim nobis significat, *desuper*, corporalem Dei in loco situm excludens. Atqui si ita se natura habet Filius, quomodo creatus dici possit?

ΑΛΛΟ.

Περὶ τοῦ Σωτῆρός φησιν ὁ μακάριος Βαπτιστὴς, ὅτι « Ὁ λαμβάνων αὐτοῦ τὴν μαρτυρίαν, ἐσφράγισε ὅτι Θεὸς ἀληθής ἐστιν. » Εἰ ὁ πιστεύων οἷς ἂν λέγοι καὶ διαβεβαιοῖτο Χριστὸς, ἐσφράγισε ὅτι ὁ Θεὸς ἀληθής ἐστι· Χριστὸς ἄρα ἐστὶν ὁ Θεὸς ὁ ὢν ἀληθὴς παρὰ τῶν ἀκροωμένων πιστευόμενος· Θεοῦ δὲ οὐκ ὄντος ἐν ἡμῖν προσφάτου, πῶς ἂν εἴη γενητός;

D

ALIUD.

Beatus Baptista de Salvatore nostro dicit : « Qui acceperit ejus testimonium, signavit quia Deus verus est [2]. » Si is qui credit iis quæ dicit et affirmat Christus, obsignavit quod Deus verus est; Christus itaque est qui verus Deus ab audientibus ipsum est creditus. Cum vero in nobis non sit Deus recens, quomodo sit creatus?

ΑΛΛΟ.

Φησί που πάλιν ὁ Σωτήρ· « Ἐγώ εἰμι ἡ ζωή. » Καὶ οὕτως ἔχειν περὶ αὐτοῦ πιστευτέον, εἴ γε Θεὸς οὐ ψεύδεται. Ἀλλὰ μὴν οὐ ψεύδεται· ἀληθὴς γάρ ἐστι. Ζωὴ δὲ κατὰ φύσιν ὁ Υἱὸς, οὐκ ἄρα γενητός.

ALIUD.

Salvator rursus alicubi inquit : « Ego sum vita [3]. » Atque ita omnino esse credere debemus, si modo Deus non mentitur. Atqui non mentitur : verus enim est, et vita secundum naturam suam Filius. Non

[99] Joan. III, 31. [1] Psal. CXVIII, 91. [2] Joan. III, 33. [3] Joan. XIV, 6.

Digitized by Google

igitur est creatus vel factus, sed potius vita ex vita, essentialiter habens suum esse ab æterno. Quod quidem est plane contrarium ab eo quod creatur, aut fit. Nam quod omnino factum est, id ab æterno esse nequit, sed tempore potius eductum est in ortum.

A οὐδὲ πεποιημένος, ζωὴ δὲ μᾶλλον ὡς ἐκ ζωῆς, οὐσιωδῶς ἔχουσα τὸ εἶναι διὰ παντός. Ὅπερ ἐστὶ τῷ γενέσθαι πολεμιώτατον. Τὸ γὰρ ὅλως γεγονὸς ἀνάγκη λέγειν οὐκ εἶναι μὲν διὰ παντὸς, ἦχθαι δὲ χρόνῳ μᾶλλον εἰς γένεσιν.

ALIUD.

« Pater, inquit, meus, usque modo operatur, et ego operor[4]. » Idcirco potissimum quærebant Judæi interficere Jesum, quia non solum solvebat Sabbatum, verum etiam Deum Patrem suum esse dicebat, æqualem se Deo faciens. Indignissime ferebant Judæi, graviterque Christo infensi erant, quod, cum esset homo, non communem Patrem, sed suum proprium vocet Deum, dicens: « Pater meus, usque modo operatur. » Cum vero proprium suum Patrem appellat Deum, ad naturalem ac veram contemplationem vocati, æqualitatem cum Deo eum sibi rapere dicebant. Siquidem quod naturaliter ex aliquo procedit, æquale est ratione essentiæ cum eo ex quo est. Cum itaque Judæi hanc de Christo **322** opinionem haberent, quisnam eos reprehendit, aut quis eos ita affectos, ut quia Deum proprium suum Patrem vocaret, æqualem se facere Patri crederent, falsitatis arguit, maleque sentire censuit? Cæterum neque ipse Salvator perpetuus veritatis propugnator, quique errantes ad veram cognitionem instruit, Judæorum opinionem reprehendit. Sed contra id quod animo conceperant confirmat, cum adjicit: « Quæcunque enim Pater facit, hæc et Filius similiter facit[5]. » Proprium itaque suum Patrem Deum novit: et æqualis ei est, naturalem per omnia æqualitatem cum eo habens. Qui vero talis est Filius, quomodo sit creatura?

ΑΛΛΟ.

« Ὁ Πατήρ μου ἕως ἄρτι ἐργάζεται, κἀγὼ ἐργάζομαι. » Διὰ τοῦτο οὖν μᾶλλον ἐζήτουν οἱ Ἰουδαῖοι ἀποκτεῖναι τὸν Ἰησοῦν, ὅτι οὐ μόνον ἔλυε τὸ Σάββατον, ἀλλὰ καὶ Πατέρα ἴδιον ἔλεγε τὸν Θεὸν, ἴσον ἑαυτὸν ποιῶν τῷ Θεῷ. Ἀγανακτοῦσιν οἱ Ἰουδαῖοι κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ, ὅτι φαινόμενος ἄνθρωπος, μὴ μᾶλλον Πατέρα κοινὸν, ἀλλ' ἴδιον ἀποκαλεῖ τὸν Θεὸν, λέγων· « Ὁ Πατήρ μου ἕως ἄρτι ἐργάζεται. » Ἀπὸ δὲ τοῦ λέγειν αὐτὸν ἴδιον Πατέρα τὸν Θεὸν, πρὸς φυσικήν τινα καὶ ἀληθῆ θεωρίαν καλούμενοι, καὶ τὴν πρὸς Θεὸν ἁρπάζειν ἰσότητά φασιν αὐτὸν, ἐπείπερ τὸ ἔκ τινος φυσικῶς προελθὸν, ἴσον ἐστὶ κατὰ τὸν τοῦ πῶς εἶναι λόγον τῷ ἐξ οὗπερ ἐστί. Ταύτας οὖν ἐχόντων τῶν Ἰουδαίων τὰς ὑπονοίας περὶ Χριστοῦ, τίς δὴ ὁ σφάλ[λ]εσθαι τῆς ὀρθότητο; καὶ τῆς ἀληθείας εἰπὼν τοὺς τῇδε διακειμένους, ὅτι Πατέρα ἴδιον τὸν Θεὸν, ἴσον ἑαυτὸν ἐποίει τῷ γεγεννηκότι; Ἀλλ' οὐδὲ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ, καίτοι τῆς ἀληθείας προστάτης ὑπάρχων ἀεὶ, καὶ διὰ ταύτης τοὺς προσιόντας αὐτῷ χειραγωγῶν εἰς ἁπλανῆ καὶ καθαρωτάτην διάληψιν, τῆς τῶν Ἰουδαίων ὑπονοίας ἐπιλαμβάνεται. Ἐκ δὲ τῶν ἐναντίων φαίνεται καὶ ὅπερ ὑπετόπησαν βεβαιῶν διὰ τοῦ λέγειν ἐφεξῆς· « Ἃ γὰρ ἐὰν ὁ Πατὴρ ποιῇ, ταῦτα καὶ ὁ Υἱὸς ὁμοίως ποιεῖ. » Ἴδιον ἄρα Πατέρα τὸν Θεὸν ἐπίσταται, καὶ ἴσος ἐστὶν αὐτῷ, φυσικὴν ἔχων εἰς πάντα τὴν ὁμοίωσιν. Ὁ δὲ τοιοῦτος Υἱὸς, πῶς ἂν εἴη καὶ ποίημα;

ALIUD.

« Sicut enim Pater suscitat mortuos, et vivificat, sic et Filius quos vult vivificat[6]. » Quo tandem, obsecro, se hostium Christi convertet oratio? Quidnam hæretici etiam de hoc Christi dicto sunt judicaturi? Quomodo Pater suscitat mortuos? Utrum ab altero vitæ particeps effectus, an ipsemet vita naturaliter exsistens? Atqui existimo ipsos hoc prorsus concessuros esse, illum esse vitam, atque ita vivificare posse eos qui ipsius participes fiunt. Cum igitur etiam Filius eodem modo vivificet, certe et ipse vita erit ex vita naturaliter procedens. Qui vero omnimoda similitudine Patrem refert, quomodo sit creatus, si Pater idipsum non est, ut neque est? Semper enim erat et est, ut vita. Non est igitur creatura Filius, qui semper vivit atque exsistit sicut Pater.

ΑΛΛΟ. ·

« Ὥσπερ γὰρ ὁ Πατὴρ ἐγείρει τοὺς νεκροὺς καὶ ζωοποιεῖ, οὕτω καὶ ὁ Υἱὸς οὓς θέλει ζωοποιεῖ. » Ποῖ ποτε ἄρα δραμεῖται καὶ νῦν τοῖς Χριστομάχοις ὁ λόγος; Ἢ τί καὶ πρὸς ταύτην ἐροῦσι τοῦ Υἱοῦ τὴν φωνήν; Πῶς ἀνίστησι τοὺς νεκροὺς ὁ Πατήρ; Ἆρα ζωῆς τῆς ἐξ ἑτέρου μετέχων, ἢ αὐτὸς ὑπάρχων ἡ ζωὴ κατὰ φύσιν; Ἀλλ', οἶμαι, πάντως αὐτὸν εἶναι δώσουσι τὴν ζωὴν, οὕτω τε δύνασθαι ζωογονεῖν τοὺς ἐν οἷς ἂν γένοιτο μεθεκτός. Οὐκοῦν ἐπειδήπερ οὕτω καὶ ὁ Υἱὸς ζωογονεῖ τοὺς νεκροὺς, ζωὴ πάντως ἐκ ζωῆς κατὰ φύσιν ἐστίν. Ὁ δὲ οὕτως ἔχων ἀπαραλλάκτως πρὸς τὸν Πατέρα, πῶς ἂν εἴη γενητός, εἴπερ οὐ τοῦτό ἐστιν ὁ Πατήρ; Ἀλλὰ μὴν οὐ τοῦτο. Ἦν γὰρ ἀεὶ καὶ ἔστιν ὡς ζωή. Οὐκ ἄρα ποίημα ὁ Υἱὸς, ἀεὶ ζῶν καὶ ὑπάρχων, ὡς ὁ Πατήρ.

ALIUD.

« Pater enim, inquit, non judicat quemquam, sed omne judicium dedit Filio, ut omnes honorent Filium sicut honorant Patrem[7]. » Pater citra ullam controversiam est natura Deus. Filius vero juxta

ΑΛΛΟ.

« Οὐδὲ γὰρ ὁ Πατὴρ κρίνει οὐδένα, ἀλλὰ πᾶσαν τὴν κρίσιν δέδωκε τῷ Υἱῷ, ἵνα πάντες τιμῶσι τὸν Υἱὸν, καθὼς τιμῶσι τὸν Πατέρα. » Θεὸς κατὰ φύσιν ἐστὶν ὁ Πατὴρ ὁμολογουμένως. Ὁ δὲ Υἱὸς κατὰ τὴν

[4] Joan. v, 17, 18. [5] Joan. v, 19. [6] ibid. 21. [7] ibid. 22, 23.

Digitized by Google

τῶν ἑτεροδοξούντων μανίαν, κτίσμα τε ὑπάρχων καὶ ποίημα, Θεὸς εἶναι κατὰ φύσιν οὐ δύναται. Πῶς οὖν, εἴποι τις ἄν, ἰσοστάθμῳ καὶ ἰσορρόπῳ τιμῇ καὶ τὸν Θεὸν καὶ τὸ ποιηθὲν θεραπεύσομεν, καὶ οὐχ ἁμαρτήσομεν; Ἢ πῶς αὐτὸς ἡμᾶς ὁ Πατὴρ δρᾷν ἐπιτάττει, κελεύει δὲ ὥσπερ λατρεύειν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα, καίτοι διὰ Μωσέως εἰπών· « Κύριον τὸν Θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις; » Ἀλλ' ἔστιν, ὡς φαίνεται, τῶν λίαν ἀτοπωτάτων τῇ κτίσει λατρεύειν ἡμᾶς ἐθέλειν οἴεσθαι τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα. Ἐπιτάττει δὲ οὕτω τιμᾶσθαι τὸν Υἱὸν ὥσπερ οὖν καὶ ἑαυτόν. Οἶδεν ἄρα κατὰ φύσιν ὄντα Θεὸν, καὶ τῆς οὐσίας τῆς ἑαυτοῦ καρπὸν ἀληθῆ τε καὶ γνήσιον. Εἶτα πῶς ἂν λέγοιτο γενητὸς ὁ οὕτως ἔχων φύσεως Υἱὸς, εἰ τοῦ πεποιῆσθαι μακρὰν τὸν ἐξ οὗπέρ ἐστιν ὁμολογοῦμεν Πατέρα; B

A insanam hæreticorum opinionem, cum sit creatura, Deus naturaliter esse nequit. Quomodo igitur, dixerit aliquis, æquali honore Deum et creaturam colemus, et non peccabimus? Aut quomodo Pater ipse nobis hoc præcipit, jubetque creaturam colere potius quam creatorem, cum per Mosen dicat : « Dominum Deum tuum adorabis et illi soli servies[8]? » Atqui absurdissimum certe fuerit Deum ac Patrem velle ut creaturam colamus. Filium vero ita colere jubet ac seipsum. Novit itaque illum Deum naturaliter esse, et verum essentiæ suæ fructum. **323** Quomodo itaque Filium, qui se ita naturaliter habet, creatum esse dicamus, cum is ex quo genitus est Pater, increatus sit?

ΑΛΛΟ.

« Ὥσπερ γὰρ ὁ Πατὴρ ἔχει ζωὴν ἐν ἑαυτῷ, οὕτω καὶ τῷ Υἱῷ δέδωκε ζωὴν ἔχειν ἐν ἑαυτῷ. » Εἰ οὕτως ἔχει τὴν ζωὴν ὁ Υἱὸς ἐν ἑαυτῷ, ὥσπερ ἔχει καὶ ὁ Πατὴρ, οὐσιωδῶς ἄρα, καὶ οὐ μεθεκτῶς. Οὐσιώδης γὰρ ἡ ζωὴ ἐν Πατρὶ, μᾶλλον δὲ αὐτοζωὴ κατὰ φύσιν ἐστὶν ὁ Πατήρ. Μὴ γὰρ δὴ θορυβείτω τοὺς ἀκροωμένους ὁ Υἱὸς δεδόσθαι λέγων ἑαυτῷ παρὰ Πατρὸς τὴν ζωήν. Ὅμοιον γὰρ ὡς ἂν εἰ καὶ ἡ ἐκ τοῦ πυρὸς προϊοῦσα λέγοι θερμότης· Ὥσπερ τὸ πῦρ ἔχει τὸ θερμὸν ἐν ἑαυτῷ, οὕτω κἀμοὶ δέδωκεν ἔχειν ἐν ἐμαυτῇ. Καὶ οὐ δήπου κατὰ μετοχὴν τοῦ λαμβάνοντος, ἢ κατὰ ἀπομερισμόν τινα καὶ ἀποκοπὴν τὴν ὡς ἐκ τοῦ διδόντος ἐν τοῖς τοιούτοις ἡ λῆξις νοεῖται· ἀλλ' ὡς ἐξ ἑνότητος C τῆς πρὸς τὸ ἐκπέμπον οὐσιώδους ἀποτελεῖται τοῦ πεμπομένου φορά. Ἔχων οὖν ὁ Υἱὸς οὕτω ἐν ἑαυτῷ τὴν ζωὴν ὥσπερ ἔχει καὶ ὁ Πατὴρ, καὶ τοῦτο ὑπάρχων ἀπαραλλάκτως ὅπερ ἐκεῖνός ἐστι, πῶς ἂν εἴη γενητὸς, οὐκ ἔχοντος οὕτως τοῦ γεννήσαντος αὐτόν;

ALIUD.

« Sicut Pater, inquit, habet vitam in seipso, sic dedit et Filio habere vitam in seipso[9]. » Si Filius ita habet in se vitam, sicut Pater, essentialiter ergo, non per participationem. Essentialis enim vita est in Patre, imo vero Pater est naturaliter ipsa vita. Neque enim turbetur aliquis si audiat dicentem Filium, vitam sibi a Patre datam esse. Nam perinde est ac si calor ex igne procedens dicat : Quemadmodum ignis habet in se calorem, ita et mihi dedit calorem in me habere. Neque enim per participationem accipientis aut per separationem a dante acceptio illa fieri dicitur, sed veluti ex unitate, quæ est cum eo qui emittit, in accipientem essentialiter fertur. Cum itaque Filius ita in se habeat vitam, sicut et Pater, cumque omnimodam cum eo similitudinem habeat, quomodo censeri possit creatus, cum Pater sit increatus?

ΑΛΛΟ.

« Ἐὰν ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ ἐμαυτοῦ, ἡ μαρτυρία μου οὐκ ἔστιν ἀληθής, ἄλλος ἐστὶν ὁ μαρτυρῶν περὶ ἐμοῦ, καὶ οἶδα ὅτι ἀληθινὴ αὐτοῦ ἡ μαρτυρία ἣν μαρτυρεῖ περὶ ἐμοῦ. Ὑμεῖς ἀπεστάλκατε πρὸς Ἰωάννην, καὶ μεμαρτύρηκε τῇ ἀληθείᾳ. Ἐγὼ οὐ παρὰ ἀνθρώπου τὴν μαρτυρίαν λαμβάνω. » Μεμαρτύρηκε μὲν τῇ ἀληθείᾳ καὶ ὁ μακάριος Βαπτιστὴς περὶ τοῦ Σωτῆρος D εἰπών· « Ἴδε ὁ Ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. » Ἐπειδὴ δὲ ἅπαξ φησὶν ὁ Σωτὴρ, οὐ παρὰ ἀνθρώπου τὴν μαρτυρίαν βούλεσθαι λαβεῖν, ἄλλον δὲ εἶναι τὸν ἀληθῆ μαρτυροῦντα περὶ αὐτοῦ, τίς ἄρα οὗτός ἐστιν, ὁ καὶ τῆς Ἰωάννου φωνῆς ἀξιολογώτερος; Ἢ δηλονότι πάντως πού φησι τὸν Πατέρα, τὸν Ἰωάννῃ λέγοντα· « Ἐφ' ὃν ἂν ἴδῃς τὸ Πνεῦμα καταβαῖνον καὶ μένον ἐπ' αὐτὸν, οὗτος ὁ βαπτίζων ἐν Πνεύματι ἁγίῳ· » ὅτε καὶ ἄνωθεν ἡ τοῦ Πατρὸς ἠνέχθη φωνὴ λέγοντος· « Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ εὐδόκησα. » Τοῦ Θεοῦ τοιγαροῦν καὶ Πατρὸς Υἱὸν ἀποκαλοῦντος αὐτὸν, καὶ ἀληθῆ ποιουμένου τὴν

ALIUD.

« Si ego, inquit, testimonium perhibeo de me, testimonium meum non est verum, alius est qui testimonium perhibet de me, et scio quod verum est testimonium quod perhibet de me. Vos misistis ad Joannem, et ipse testimonium perhibuit veritati. Ego autem non accipio testimonium ab homine[10]. » Perhibuit quidem testimonium veritati beatus Baptista de Salvatore dicens : « Ecce Agnus Dei, qui tollit peccata mundi[11]. » Cum vero dicit Salvator se testimonium ab homine accipere nolle, alium autem esse vere de ipso testificantem, quisnam hic est cujus auctoritas major est quam Joannis? certe constat ipsum Patrem intelligere, dicentem Joanni : « In quem videris Spiritum descendentem, et manentem in ipso, hic est qui baptizat in Spiritu sancto; » quando et vox Patris cœlitus delata est dicentis : « Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui[12]. » Cum itaque Deus ac Pater ipsum Filium vocat, verumque

[8] Deut. VI, 13; Matth. IV, 10. [9] Joan. V, 26. [10] ibid. 31-34. [11] Joan. I, 29. [12] Matth. III, 17.

Digitized by Google

hoc de ipso testimonium perhibeat, quis eum creaturam esse dicat, **324** quin manifeste notitiæ quam Pater habet de suo Filio repugnet? Is vero quomodo non merito insanire censeatur?

A τοιαύτην ἐπ' αὐτῷ μαρτυρίαν, τίς ὁ ποίημα λέγων αὐτόν, καὶ οὐ διαῤῥήδην τῇ τοῦ πάντων κρατοῦντος ἀπομαχόμενος γνώσει, ἣν ἔχει περὶ τοῦ ἰδίου γεννήματος; Ὁ δὲ τοιοῦτος πῶς ἂν ὅλως φαίνοιτο σωφρονῶν;

ALIUD.

« Ego habeo testimonium Joannis testimonio majus. Opera enim quæ dedit mihi Pater ut faciam ea, ipsa opera quæ ego facio, testimonium perhibent de me, quia Pater me misit [13]. » Christus testimonium Joannis exiguum esse dicit ad testificandum de ipso, non quod Joannes vere indignus esset qui testimonium de ipso perhiberet (venit enim omnino in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, et quidem hac de causa missus a Deo), sed quod impii Judæi eum tametsi summa virtute præditum nihili facerent. Opera itaque optime fidem factura esse ait, quod sit Deus, ex Deo Patre procedens. Nam ex majestate quæ in ipsius operibus elucet vult cognosci, ut ipse ait, quod ex Patre processit ac procedit: quippe qui nihil plane præstare posset eorum quæ soli Deo conveniunt, si esset revera diversæ naturæ a Patre. Cum itaque appareat illum eadem præstare posse quæ Pater, quomodo non sit necessarium credere ipsum esse Deum ex Deo, eos vero qui creaturam esse dicunt, impios ac blasphemos esse?

ΑΛΛΟ.

« Ἐγὼ ἔχω τὴν μαρτυρίαν μείζω τοῦ Ἰωάννου. Τὰ γὰρ ἔργα ἃ δέδωκέ μοι ὁ Πατὴρ, ἵνα τελειώσω αὐτὰ, αὐτὰ τὰ ἔργα ἃ ποιῶ, μαρτυρεῖ περὶ ἐμοῦ, ὅτι ὁ Πατήρ με ἀπέσταλκεν. » Εἰ [*fort.* εἰς] τὸ δύνασθαι μαρτυρεῖν περὶ αὐτοῦ, μικρὰν μὲν εἶναι τυχὸν τὴν Ἰωάννου φωνὴν διαβεβαιοῦται Χριστὸς, οὐχ ὡς Ἰωάννου τὸ ἀξιόχρεων ἐν τῷ μαρτυρεῖν οὐκ ἔχοντος ἀληθῶς (ἐπεί πως ἦλθεν εἰς μαρτυρίαν ἵνα μαρτυρήσῃ περὶ B τοῦ φωτὸς, καὶ τοῦτο ἀπεσταλμένος παρὰ τοῦ Θεοῦ), ἀλλ' ὅτι παρὰ τοῖς ἀνοσίοις Ἰουδαίοις ἐν τῷ μηδενὶ λελόγισται καὶ αὐτὸς, καίτοι τοσοῦτος ὑπάρχων εἰς ἀρετήν. Ἀξιολογωτάτην δ' οὖν ὅμως τὴν ἀπὸ τῶν ἔργων ἀπόδειξιν ἔσεσθαί φησιν, ὅτιπερ εἴη Θεὸς ἐκ Θεοῦ Πατρὸς προελθών. Ἀπὸ γὰρ τῆς ἐν τοῖς ἔργοις μεγαλειότητος ἀξιοῖ γνωρίζεσθαι, καθά φησιν αὐτὸς, ὅτιπερ αὐτοῦ Πατρὸς ἐξῆλθε καὶ ἥκει, ὡς οὐκ ἂν ἰσχύσας ἐργάσασθαί τι τῶν ὅσα μόνῳ πρέπει Θεῷ, εἴπερ ἦν ὄντως ἑτεροφυὴς ὡς πρὸς τὸν γεννήσαντα αὐτόν. Ὅταν οὖν φαίνηται τοσαῦτα ἰσχύων ὅσα καὶ ὁ Πατὴρ, πῶς οὐκ ἀναγκαῖον Θεὸν ἐκ Θεοῦ κατὰ φύσιν ὄντα πιστεύειν, καὶ μὴ ποίημα λέγοντας βλασφημεῖν ἀσεβῶς τε καὶ ἀμαθῶς;

ALIUD.

« Ego veni in nomine Patris mei, et non suscepistis me. Si alius veniret in nomine proprio, illum accipietis [14]. » Quomodo venit in nomine Patris Filius? certe ut Deus, ut Dominus, ut vita, ut omnipotens, ut lumen, ut potestatem suscitandi mortuos habens. Hæc enim ipsa est Pater. Atqui, si est natura sua veritas Filius, ut omnino est, nihil eorum quæ dicta sunt non vere in ipso erit. Qui vero natura sua idem est quod Pater, excepto eo solo quod non sit Pater: quomodo sit creatus, cum Pater sit increatus?

ΑΛΛΟ.

« Ἐγὼ ἐλήλυθα ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Πατρός μου καὶ οὐ λαμβάνετέ με. Ἐὰν ἄλλος ἔλθῃ ἐν τῷ ὀνόματι τῷ ἰδίῳ, ἐκεῖνον λήψεσθε. » Πῶς ἐλήλυθεν ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱός; ὡς Θεὸς δηλονότι, ὡς Κύριος, ὡς ζωὴ, ὡς παντοκράτωρ, ὡς φῶς, ὡς ζωογονεῖν τοὺς νεκροὺς δυνάμενος. Ταῦτα γάρ ἐστιν ὁ Πατήρ. Ἀλλ' εἴπερ ἐστὶν ἀλήθεια κατὰ φύσιν ὁ Υἱὸς, ἔστι δὲ πάντως, οὐδὲν τῶν εἰρημένων ἐν αὐτῷ διεψευσμένον εὑρεθήσεται· ὁ δὲ τοῦτο ὢν κατὰ φύσιν, ὅπερ ἂν εἴη καὶ ὁ Πατὴρ δίχα μόνου τοῦ εἶναι Πατὴρ, πῶς ἂν εἴη γενητὸς, οὐκ ἔχοντος οὕτως τοῦ γεννήσαντος αὐτόν·

ALIUD.

« Sicut, inquit, misit me vivens Pater, et ego vivo propter Patrem, et qui **325** manducat me, vivet propter me [15]. » Filius se a Patre missum esse dicit ratione obedientiæ et incarnationis. Exinanivit enim seipsum forma servi accepta, factusque est obediens usque ad mortem [16]: aut quemadmodum ex sole id quod ex eo gignitur atque emittitur lumen: aut calor ex igne, sine ulla separatione in eum qui particeps fit transiens: vivere quoque se propter Patrem dicit, non particeps vitæ, sicut nos, sed tanquam paterna proprietate naturaliter in ipsum transeunte: utpote qui sit Filius, atque essentialiter ex Patre processerit. Ex proprietatibus autem Patris est vivere. Hoc itaque ipsum exsistit

ΑΛΛΟ.

« Καθὼς ἀπέστειλέ με ὁ ζῶν Πατὴρ, κἀγὼ ζῶ διὰ τὸν Πατέρα, καὶ ὁ τρώγων με κἀκεῖνος ζήσει δι' ἐμέ. » Ἀπεστάλθαι φησὶ παρὰ τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱὸς, κατὰ τὸν τῆς ὑπακοῆς τε καὶ ἐνανθρωπήσεως τρόπον. Ἑαυτὸν γὰρ ἐκένωσε μορφὴν δούλου λαβὼν, καὶ γέγονεν ὑπήκοος μέχρι θανάτου· ἢ καθάπερ ἐξ ἡλίου τὸ ἐξ αὐτοῦ τικτόμενόν τε καὶ ἐκπεμπόμενον φῶς, ἢ καὶ ἐκ πυρὸς θερμότης, ἀμερίστως τε καὶ ἀδιαστάτως ἐπὶ τὸν μετέχοντα διατρέχουσα, ζῇν δὲ πάλιν διὰ τὸν Πατέρα φησὶν, οὐ ζωῆς μέτοχος, καθάπερ ἡμεῖς, γινόμενος, ἀλλ' ὡς τῆς Πατρὸς ἰδιότητος φυσικῶς διαβαινούσης εἰς αὐτὸν, ἅτε δὴ καὶ Υἱὸν ὄντα, καὶ οὐσιωδῶς ἐξ αὐτοῦ προεληλυθότα. Ἰδιότητος δὲ τοῦ Πατρὸς τὸ ζῆν. Τοῦτο δὴ οὖν ὑπάρχει καὶ ὁ Υἱὸς διὰ τὸν Πατέρα. Ἡ

[13] Joan. v, 36. [14] ibid. 43. [15] Joan. vi, 58. [16] Philipp. ii, 7, 8.

Digitized by Google

γὰρ δὴ καὶ ἀμήχανον μὴ οὐχὶ πάντως ζῆν τὸν ἐκ ζῶντος Πατρὸς, εἴπερ ἔστιν ἀπαράλλακτος εἰκὼν τοῦ γεννήσαντος αὐτὸν ὁ Υἱός. Ὥσπερ οὖν ἐκ ζῶντός ἐστι Πατρὸς, ζῶν ἐστι καὶ αὐτὸς, οὕτω τῆς φυσικῆς ὁμοιότητος ἀνασώζων τὸν χαρακτῆρα πανταχοῦ, ἐπείπερ ἐστὶν ἐξ ἀγενήτου Πατρὸς, ἀγένητος ἔσται καὶ αὐτός. Καὶ ἐπείπερ ἐκ Θεοῦ τοῦ κατὰ ἀλήθειαν, ἀληθινὸς ἔσται Θεὸς, καὶ οὐ ποιητὸς ἢ κτιστὸς ἢ πλάσματος.

A Filius propter Patrem. Fieri enim nequit ut non vivat, qui ex vivo Patre processit, siquidem Filius est omnimoda imago Patris. Quemadmodum igitur, cum sit ex vivente Patre, etiam ipse vivit : ita naturalis similitudinis characterem omni ex parte retinens, si Pater est increatus, Filius quoque est increatus. Et cum ex vero Deo verus sit Deus, creatus, aut factus, vel recens esse nequit.

ΑΛΛΟ.

« Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς· Οὔτε ἐμὲ οἴδατε, οὔτε τὸν Πατέρα μου· εἰ ἐμὲ ᾔδειτε, καὶ τὸν Πατέρα μου ἂν ᾔδειτε. » Ὅρα μοι πάλιν ἐντεῦθεν ἀκριβεστάτην ὄντα τοῦ Πατρὸς εἰκόνα τὸν Υἱόν. Εἰ γὰρ, εἴ τις αὐτὸν εἰδείη, γινώσκει πάντως καὶ τὸν Πατέρα, πῶς οὐ πρόδηλον ὡς ἀνάγκη πᾶσα τοιοῦτον εἶναι πιστεύειν, ὁποῖός περ ἂν ὑπάρχοι κατὰ φύσιν ἐκεῖνος; οὐδεμιᾶς τοιγαροῦν μεσολαβούσης παραλλαγῆς, σωζομένης τε τῆς ὁμοιότητος ἀπαραλλάκτου, πῶς ἂν εἴη γενητὸς ὁ Υἱὸς, οὐκ ἔχοντος οὕτω τοῦ Πατρός;

B

ALIUD.

« Respondit, inquit, Jesus: Neque me cognovistis, neque Patrem meum : si me nossetis, Patrem utique meum nossetis [17]. » Ex iis etiam apparet Filium esse absolutissimam Patris imaginem. Si enim cum quis Filium norit, novit omnino et Patrem : quomodo non manifestum sit necessarium plane esse, ipsum talem prorsus esse, qualis ille natura sua est? Cum itaque nulla differentia intersit, sed omnimoda potius inter eos sit similitudo, quomodo sit creatus Filius, cum Pater sit increatus?

ΑΛΛΟ.

Τὰ πρός τί πως ἔχοντα τῶν ὀνομάτων οὐ μόνα νοεῖται καὶ ἰδιαζόντως καθ' ἑαυτὰ, ὥσπερ οὖν καὶ τὰ λοιπὰ, ἀλλ' εἰσφέρει πάντως καὶ τοῦ ἑτέρου τὴν δήλωσιν, καὶ κατασημαίνει κἀκεῖνο πρὸς ὅπερ ἔχει τὴν σχέσιν. Οἷον, ἡμέραν εἰπών τις, οὐδὲ νυκτὸς ἀμνημονεῖ· δεξιὸν ὡσαύτως ὡς πρὸς ἀριστερόν· οὕτω καὶ υἱὸν ὡς πρὸς πατέρα. Οὐκοῦν οὐ ποίημα λέγων τὸν Υἱὸν, οὐκ εὐλόγως αὐτὸν ἀντιδιαστέλλει τῷ Πατρί. Ὁ δὲ Υἱὸν ὁμολογῶν, οἶδεν ὅτι καὶ Πατέρα ἔχει. Ποιήματος γὰρ ὁ ποιητὴς οὐκ ἂν νοοῖτο πατήρ· κτίστης γὰρ μᾶλλον καὶ δημιουργός. Ἐπεὶ οὖν εἰδέναι βουλόμεθα τὸν Θεὸν ὄντα Πατέρα, Υἱὸν κατὰ φύσιν ὁμολογῶμεν τὸν ἐξ αὐτοῦ, ἢ πάντη τε καὶ πάντως μετὰ τῶν ἀπαιδεύτων Ἰουδαίων ἀκουσόμεθα παρ' αὐτοῦ· « Εἰ ἐμὲ ᾔδειτε, καὶ τὸν Πατέρα μου ἂν ᾔδειτε. »

C

ALIUD.

Nomina relativa non per se et seorsim intelliguntur, ut reliqua nomina, sed omnino ea etiam quorum respectu dicuntur significant. Exempli gratia, cum quis nominat diem, noctem quoque innuit; cum dextrum, simul etiam sinistrum intelligitur : ita quando nominatur filius, pater quoque intelligitur. Quocirca qui creaturam vocat Filium, non recte illum opponit Patri. Qui vero Filium esse fatetur, scit quoque ipsum habere Patrem. Nam qui opus aliquod conficit, non potest dici pater, sed potius opifex. **326** Si ergo cognoscere velimus Deum Patrem, Filium naturaliter ex ipso esse fateamur, aut una cum Judæis audiemus : « Si me nossetis, Patrem quoque meum nossetis. »

ΑΛΛΟ.

« Ἀπεκρίθησαν, φησὶν, οἱ Ἰουδαῖοι· Ἡμεῖς ἐκ πορνείας οὐ γεγεννήμεθα, ἕνα πατέρα ἔχομεν τὸν Θεόν. Εἶπεν οὖν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Εἰ ὁ Θεὸς πατὴρ ὑμῶν ἦν, ἠγαπᾶτε ἂν ἐμέ. Ἐγὼ γὰρ ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐξῆλθον καὶ ἥκω· οὐδὲ γὰρ ἀπ' ἐμαυτοῦ ἐλήλυθα, ἀλλ' ἐκεῖνός με ἀπέστειλεν. » Οἱ τὸν ἐκ Θεοῦ Πατρὸς πεφυκότα Υἱὸν οὐκ ἀγαπήσαντες, πῶς ἂν ἀληθεύσειαν λέγοντες ἠγαπηκέναι τὸν ἐξ οὗπερ ἐστι; Καὶ οἱ τὸν καρπὸν ἀτιμάσαντες, ποίαν καὶ προσοίσουσι τῷ δένδρῳ τιμήν; Εἰ δὲ καρπός ἐστι τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ὁ Υἱός· τοῦτο γὰρ σημαίνει τό, « Ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐξῆλθον καὶ ἥκω, » πῶς ἂν εἴη γενητός; Πῶς δὲ ὅλως ἡ τῆς θεότητος ἄῤῥητος φύσις ἐκφυλόν τι καὶ ἀλλογενὲς ὡς πρὸς ἑαυτὴν ἀποτέξεται, οὐδὲ τῆς γενητῆς οὐσίας ἀνεχομένης τοῦτο παθεῖν; Ἄνθρωπος γὰρ ἐξ ἀνθρώπου, καὶ βοῦς ἐκ βοός. Οὐκοῦν ἀνάγκη Θεὸν ἐκ Θεοῦ πεφυκέναι τὸν Υἱὸν ὁμολογεῖν, ἵνα μὴ φαί-

D

ALIUD.

« Responderunt, inquit, Judæi : Nos ex fornicatione non sumus nati, unum patrem Deum habemus. Dixit eis Jesus : Si Deus pater vester esset, diligeretis utique me. Ego enim ex Deo exivi et veni : non enim veni a memetipso, sed ille misit me [18]. » Qui Filium ex Patre procedentem non dilexerunt, quomodo recte dicant se diligere eum ex quo procedit? Et qui fructum contemnunt, quem honorem deferent arbori? Si autem Filius est fructus Dei ac Patris : hoc enim significat, « Ex Deo exivi et veni, » quomodo sit creatus? Aut quomodo ineffabilis natura deitatis alienum a se genuerit, cum vel ipsa creata natura ab hoc abhorreant? Homo enim ex homine, et vacca ex vacca gignitur. Fatendum itaque necessario est Filium esse Deum ex Deo, ne Patris conditio deterior videatur, quam creaturarum. Missum vero se a Patre dicit Filius, non

[17] Joan. VIII, 19. [18] Ibid. 41, 42.

Digitized by Google

quod e loco in locum concesserit (corporum enim hoc proprium est), sed quemadmodum ex igne calor, aut sicut ex lumine illuminatio.

ALIUD.

« Pater, inquit, meus qui dedit mihi, omnibus major est, et nullus potest rapere de manu Patris mei. Ego et Pater unum sumus [10]. » Si Pater est major omnibus, divinam certe excellentiam præ creaturis habens, extra omnes et supra omnes est. Qui vero ea natura atque dignitate præditus est, unum est cum Filio. At vero, quomodo ille erit creatus, qui cum increato Patre ratione essentiæ est idem? Aut quomodo tanquam creatura omnibus annumerabitur, qui major omnibus est cum Patre, major autem ut Deus creaturis comparatus?

ALIUD.

« Multa bona opera ostendi vobis ex Patre meo. Propter quod igitur eorum lapidatis me? Responderunt Judæi: De bono opere non lapidamus te, sed de **327** blasphemia, quia tu, cum sis homo, facis teipsum Deum [10]. » Cum Salvator noster diceret: « Ego et Pater unum sumus, » indignantur Judæi, non intelligentes quis esset qui hoc diceret; solam vero carnem intuentes, lapidibus ipsum obruere volebant, blasphemiæ commissæ accusantes. Eo enim ipso, inquiunt, quod dicis, « Ego et Pater unum sumus, » Deum teipsum natura facis, recte hoc unum intelligentes. Meliores itaque Arianis sunt Judæi, quippe qui eum qui dicere audebat, « Ego et Pater unum sumus, » necessaria quadam ratione ad divinitatis dignitatem conscendere, et Deum esse affirmabant. Quo pacto enim unum sit cum eo qui natura sua Deus est, qui non sit et ipse Deus? Cum vero ipse nequaquam mentiatur, Deus itaque etiam naturaliter exsistens unum est cum Patre. At qui talis est, quomodo sit creatus vel factus?

ALIUD.

« Respondit Jesus: Nonne scriptum est in lege vestra: Ego dixi: Dii estis? Si illos dixit deos ad quos verbum Dei factum est, et non potest solvi Scriptura; quem Pater sanctificavit, et misit in mundum, vos dicitis me blasphemare, quia dixi, Filius Dei sum [11]. » Viden' quomodo manifeste se opponat iis qui sunt adoptione dii, quippe qui naturaliter est id quod ipsis per gratiam est concessum? Quomodo igitur fieri potest, ut qui essentialiter est Deus, sit creatura, cum alienum sit a divina atque incomprehensibili natura creatum esse?

ALIUD

« Si, inquit, opera Patris mei non facio, nolite credere mihi. Si autem facio, et si mihi non credi-

A νηται τῶν ἑαυτοῦ κτισμάτων ἐλάττων ὁ Πατήρ. Ἀπεστάλθαι δὲ παρ' αὐτοῦ φησιν ὁ Υἱός, οὐ τόπον ἐκ τόπου μεταμείβων (σωμάτων γὰρ τοῦτό γε), ἀλλ' ὡς ἐκ πυρὸς ἡ αὐτοῦ θερμότης, ἢ καθάπερ ἐκ φωτὸς ὁ ἐξ αὐτοῦ φωτισμός.

ΑΛΛΟ.

« Ὁ Πατήρ μου, ὃς δέδωκέ μοι, πάντων μείζων ἐστὶ, καὶ οὐδεὶς δύναται ἁρπάσαι ἐκ τῆς χειρὸς τοῦ Πατρός. Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἓν ἐσμεν. » Εἰ πάντων μείζων ἐστὶν ὁ Πατὴρ, θεοπρεπῆ δηλονότι τὴν ὑπεροχὴν ἔχων ὡς πρὸς τὰ ποιήματα, καὶ ἔξω πάντων καὶ ἐπὶ πάντων ἐστίν. Ὁ δὲ οὕτως ἔχων φύσεώς τε καὶ ἀξιώματος, ἓν ἐστι πρὸς τὸν Υἱόν. Εἶτα πῶς ἔσται γενητὸς, ὁ τῷ ἀγενήτῳ Πατρὶ κατ' οὐσίαν ὁ B αὐτός; Ἢ πῶς ἐν τοῖς πᾶσιν ὡς ποίημα λογισθήσεται, ὁ μείζων πάντων μετὰ Πατρὸς, μείζων δὲ ὡσεὶ Θεὸς πρὸς ποιήματα;

ΑΛΛΟ.

« Πολλὰ καλὰ ἔργα ἔδειξα ὑμῖν ἐκ τοῦ Πατρός μου. Διὰ ποῖον ἔργον αὐτῶν ἐμὲ λιθάζετε; Ἀπεκρίθησαν αὐτῷ οἱ Ἰουδαῖοι· Περὶ καλοῦ ἔργου οὐ λιθάζομέν σε, ἀλλὰ περὶ βλασφημίας, ὅτι σὺ, ἄνθρωπος ὤν, ποιεῖς σεαυτὸν Θεόν. » Τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν διαλεγομένου καὶ φάσκοντος· « Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἓν ἐσμεν, » ἀγανακτοῦσιν οἱ Ἰουδαῖοι, μὴ νοοῦντες τίς ὁ ταῦτα λέγων ἐστὶ, μόνην δὲ εἰς τὴν σάρκα βλέποντες, εἶτα καταλεύειν αὐτὸν ἐβούλοντό τε καὶ ἐπεχείρουν, ἤδη βλασφημίας ἐγκλήματι περιβάλλοντες. Διὰ γὰρ τοῦ C φάναι, φασὶν, « Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἓν ἐσμεν, » Θεὸν σεαυτὸν κατὰ φύσιν ποιεῖς, τοῦτο μόνον νοοῦντες ὀρθῶς. Κρεῖττους οὖν ἄρα τῶν ἀνοσίων Ἀρειανῶν Ἰουδαῖοι, τὸν ὅλως εἰπεῖν θαρρήσαντα· « Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἓν ἐσμεν, » ὥσπερ ἐξ ἀναγκαίου λόγου λοιπὸν πρὸς τὸ τῆς θεότητος ἀναβαίνειν ἀξίωμα διαβεβαιούμενοι. Πῶς γὰρ ἂν ἓν ὑπάρχοι πρὸς τὸν φύσει Θεὸν, ὁ μὴ τοῦτο ὑπάρχων; Ἐπειδὴ δὲ οὐ ψεύδεται, κατὰ φύσιν ἄρα καὶ αὐτὸς ὑπάρχων Θεὸς, ἓν ἐστι πρὸς τὸν Πατέρα. Ὁ δὲ τοιοῦτος, πῶς ἂν εἴη γενητὸς ἢ πεποιημένος;

ΑΛΛΟ.

« Ἀπεκρίθη αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Οὐκ ἔστι γεγραμμένον ἐν τῷ νόμῳ ὑμῶν· Ἐγὼ εἶπα· Θεοί ἐστε; Εἰ D ἐκείνους εἶπε θεοὺς, πρὸς οὓς ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ἐγένετο, καὶ οὐ δύναται λυθῆναι ἡ Γραφὴ, ὃν ὁ Πατὴρ ἡγίασε, καὶ ἀπέστειλεν εἰς τὸν κόσμον, ὑμεῖς λέγετε, ὅτι Βλασφημεῖς, ὅτι εἶπον, Υἱὸς τοῦ Θεοῦ εἰμι; » Ὁρᾷς ὅπως ἑαυτὸν ἀντιδιαστέλλει σαφῶς τοῖς κατὰ θέσιν θεοῖς, ὡς αὐτὸς δηλονότι κατὰ φύσιν ὑπάρχων, ὅπερ ἐκείνοις ἐν χάριτος μέρει προστίθεται; Πῶς οὖν ἐνδέχεται τὸν οὐσιωδῶς ὄντα Θεὸν μὴ οὐχὶ καὶ πάντως τὸ εἶναι ποίημα διαφεύγειν, εἴπερ ἄνω τοῦ κτίζεσθαι θήσομεν τὴν θείαν τε καὶ ἀπερινόητον φύσιν;

ΑΛΛΟ.

« Εἰ οὐ ποιῶ τὰ ἔργα τοῦ Πατρὸς, μὴ πιστεύετέ μοι. Εἰ δὲ ποιῶ, κἂν ἐμοὶ μὴ πιστεύητε, τοῖς ἔργοις

[10] Joan. x, 29, 30. [11] ibid. 32, 33. [11] ibid. 34-36.

Digitized by Google

πιστεύετε, ὅτι ἐν ἐμοὶ ὁ Πατήρ, κἀγὼ ἐν τῷ Πατρί. » Ὅτι τὰ κατὰ φύσιν τῆς ἀλλήλων ὁμογενείας διεστηκότα, διάφορον ἔχει καὶ τὴν ἐνέργειαν, σαφέστατα δὲ δεικνύει δι' ὧν ἔφησεν ὁ Σωτήρ. Εἰ γὰρ εἰς τὴν τῆς σαρκὸς εὐτέλειαν ἀποβλέποντες, οὐ πιστεύετε, φησὶν, εἰς ἐμὲ, ἀλλά γε τῶν ἔργων ἡ μεγαλειότης ἀξιόχρεώς τε καὶ ἀξιολογωτάτη πρὸς τὸ δύνασθαι πείθειν ὑμᾶς ὅτι πέρ εἰμι Θεὸς ἐκ Θεοῦ προεληλυθώς. Ὁ γὰρ ἐν ἔργοις ἴσος ὢν τῷ Πατρὶ, πῶς ἂν εἴη δευτερεύων κατὰ τὴν φύσιν αὐτοῦ; Καὶ ὁ τὴν αὐτὴν ἐνέργειάν τε καὶ δύναμιν ἐκείνῳ περικείμενος, πῶς ἂν γένοιτο πρὸς αὐτὸν ἑτερόφυής; Μᾶλλον δὲ πῶς οὐχὶ κατὰ πάντα προσεοικὼς, καὶ οὕτω πρὸς ἐμφέρειαν οὐσιώδη καλῶς ἀπηκριβωμένος, ἔχων τε ὅλον τοῦ γεννήσαντος ἐν ἑαυτῷ τὸ ἰδίωμα φυσικῶς, ὡς εἶναι μὲν αὐτὸν ἐν Πατρὶ, ἔχειν τε ὁμοίως ἐν ἑαυτῷ τὸν Πατέρα; εἶτα τίς ὁ τολμῶν ποίημα λέγειν τοῦ Πατρὸς τὴν εἰκόνα, καὶ οὐχὶ πάντως εἰς αὐτὸν ἀσεβῶν τὸν Πατέρα;

tis, operibus credite, ut cognoscatis et credatis quia in me Pater est, et ego in Patre [22]. » Quæ naturaliter a mutua inter se cognatione dissident, diversam quoque vim atque operationem habere, id vero Salvator apertissime ostendit per ea quæ dixit. Nam si ad carnem respicientes, inquit, non creditis in me, operum certe magnitudo atque præstantia fidem vobis facere deberet me esse Deum ex Deo procedentem. Qui enim effectu atque operibus est idem cum Patre, quomodo sit diversæ ab eo naturæ? Aut potius quomodo **328** non erit ei per omnia similis, qui eadem cum eo operandi virtute et facultate præditus est? Imo vero, quomodo non per omnia similis, qui tam exacte secundum essentiam ei proportionatus est, quique ita essentialem ipsius similitudinem refert, universasque Patris proprietates naturaliter in se habet, ita ut ipse quidem sit in Patre, et vicissim Patrem in seipso habeat? Quis igitur creaturam audebit dicere Patris imaginem, quin in ipsum Patrem impie delinquat?

ΑΛΛΟ.

« Ἐγώ εἰμι ἡ ἀνάστασις καὶ ἡ ζωή. » Εἰ ποίημα καὶ κτίσμα, κατά τινας, ὑπάρχων ὁ Υἱὸς, ἀνάστασίς ἐστι καὶ ζωὴ, μὴ θαυμαζέσθω ταῦτα ὢν ὁ Πατήρ. Τί γὰρ τὸ πλέον ἐν αὐτῷ παρὰ τὰ ποιήματα; Εἰ δὲ τῶν ποιημάτων τοσοῦτον, ὅσον ἴσμεν, ἀπῴκισται κατὰ τὸν τῆς φύσεως λόγον καὶ διὰ τὸ εἶναι ζωὴ, πῶς ἂν εἴη ποίημα ὁ Υἱὸς, ζωὴ καὶ αὐτὸς κατὰ φύσιν ὑπάρχων, ὥσπερ οὖν ἀμέλει καὶ ὁ γεννήσας αὐτόν; Ζωὴ δὲ ὅλως τῶν ποιημάτων οὐδέν ἐστι, ζωῆς δὲ μᾶλλον τῆς ἀπὸ τοῦ ζῶντος Θεοῦ μέτοχα. Ἐπεὶ καὶ ἐν Θεῷ κινούμεθα καὶ ἐσμὲν, ὡς ὁ Παῦλός φησιν.

ALIUD.

« Ego, inquit, sum resurrectio et vita [23]. » Si Filius, cum sit opus vel creatura, ut nonnulli volunt, est etiam resurrectio et vita; cur admiramur Patrem qui hoc ipsum quoque est? Quid enim amplius in ipso est quam in creaturis? Cæterum cum, quantum scimus, a creaturis distet ratione naturæ, et quia est vita, quomodo sit creatura Filius, qui et ipse est naturaliter vita sicut et Pater? Vita autem creaturarum prorsus nihil est, sed potius sunt vitæ a vivente Deo participes: siquidem in Deo movemur et sumus, ut Paulus dicit [23a].

ΑΛΛΟ

« Ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, οὐ πιστεύει εἰς ἐμὲ, ἀλλ' εἰς τὸν πέμψαντά με. » Εἰ τοσαύτην ἔχει τὴν ὁμοίωσιν ὁ Υἱὸς πρὸς τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα, ὡς ἀνακεκρᾶσθαι τρόπον τινὰ κατ' οὐσίαν αὐτῷ καὶ τὴν ἐκείνου φύσιν καθάπερ ἐν εἰκόνι δεικνύειν, πῶς οὐ λίαν ἐστὶ δυσσεβὴς ὁ ποίημα λέγειν αὐτὸν ἀποτολμῶν, εἰ μὴ καὶ αὐτῷ τὸ πεποιῆσθαι δίδωσι τῷ Πατρί; Εἶναι γὰρ ἀνάγκη τοιοῦτον τὸν Υἱὸν ὁποῖός περ ἂν ὑπάρχοι κατὰ φύσιν ὁ Πατήρ. Ἐπειδὴ δὲ οὐ ποίημα ὁ Πατὴρ, οὐκ ὄρα ἔσται ποίημα ὁ Υἱὸς, ἄκτιστος δὲ μᾶλλον, ὥσπερ ὁ γεννήσας αὐτόν. Οὕτως γὰρ ἕξει καὶ τὸ εἶναι κατὰ ἀλήθειαν ὁ Υἱὸς, καὶ ἐν αὐτῷ τὸν Πατέρα θεωρήσομεν.

ALIUD.

« Qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui misit me [24]. » Si tantam habet Filius cum Patre similitudinem, ut quodammodo commistus ei sit secundum essentiam, illiusque naturam velut in imagine repræsentet: quomodo non sit vehementer impius, qui ipsum creaturam facit, nisi forte ipsum etiam Patrem creatum dicat? Necessarium enim omnino est talem esse Filium qualis natura exsistit Pater. Cum vero Pater non sit creatura, neque Filius creatura erit; sed potius increatus, ut qui ipsum genuit: ita enim revera erit Filius, et Patrem in ipso cernemus.

ΑΛΛΟ.

« Πάντα ὅσα ἔχει ὁ Πατὴρ ἐμά ἐστιν. » Εἰ πάντα ὅσα ἔχει ὁ Πατὴρ, ταῦτά ἐστι καὶ τοῦ Υἱοῦ (πρόδηλον δὲ ὅτι τοῖς φυσικοῖς ἀξιώμασι τοῦ γεννήσαντος ἐναμβρύνεται), πρόσεστι δὲ τῷ Πατρὶ μετὰ τῶν ἄλλων θεοπρεπῶν ἀγαθῶν καὶ τὸ εἶναι ἀγενήτως, ἕξει τοῦτο καὶ ὁ Υἱός. Ἔστι γὰρ οὐ πεποιημένος, ἀλλ' ἦν ἐν ἀρχῇ μετὰ Πατρὸς καὶ ἐν Πατρὶ Θεός τε ὢν Λόγος, ἄρρητον δὲ καὶ ἄφραστον ἔχων τὸν τῆς γεννήσεως τρόπον.

ALIUD.

« Quæcunque habet Pater mea sunt [25]. » Si quæcunque habet Pater, illa ipsa sunt et Filii (manifestum vero est quod de naturalibus Patris proprietatibus glorietur), Patri autem proprium est, inter alia divina bona, quod sit increatus: erit idem et Filio proprium. Est enim increatus, et in principio erat cum Patre et in Patre, Deus exsistens Verbum: ineffabilem atque inenarrabilem habens suæ generationis modum.

[22] Joan. x, 37, 38. [23] Joan. xi, 25. [23a] Act. xvii, 28. [24] Joan. xii, 44. [25] Joan. xvi, 15.

Digitized by Google

329 ALIUD. A

« Exivi, inquit, a Patre, et veni in mundum; et rursum dimitto mundum et vado ad Patrem. Dicunt ipsi discipuli ejus : Ecce nunc palam loqueris, et proverbium nullum dicis : nunc scimus quia nosti omnia, nec opus est tibi ut quisquam te interroget : In hoc credimus quia a Deo existi [26]. » Maximum est sanctorum apostolorum testimonium, et quasi quoddam sigillum fidei, firmiter credentium, quod ex essentia Dei ac Patris effulsit Filius. Hoc enim arbitror significare, neque aliud quidquam, *exire a Patre*. Quærendum tamen est unde eis fides illa acciderit, aut qua occasione hanc fidem conceperint. « Nunc, inquiunt, scimus te omnia nosse, neque opus tibi est, ut ab aliquo interrogeris. In hoc credimus, quod a Deo exististi. » Ex eo quod Filius B omnia nosset, affirmarunt apostoli ipsum vere ex Deo Patre processisse. Dei enim proprium est nihil ignorare : quæ quidem proprietas in Filio erat. Atque idcirco Deum esse credunt, et e Patre effulsisse, omnia quæ habet Pater naturaliter in se habentem. Quomodo autem erit creatus is in quo proprietates Dei eluceut? Neque solum omnia novit, verum etiam alta voce exclamat, « Omnia quæ habet Pater, mea sunt [27].

ΑΛΛΟ.

« Ἐξῆλθον ἐκ τοῦ Πατρὸς, καὶ ἐλήλυθα εἰς τὸν κόσμον, καὶ πάλιν ἀφίημι τὸν κόσμον, καὶ πορεύομαι πρὸς τὸν Πατέρα. Λέγουσιν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, Ἴδε νῦν παῤῥησίᾳ λαλεῖς καὶ παροιμίαν οὐδεμίαν λέγεις. Νῦν οἴδαμεν ὅτι οἶδας πάντα, καὶ οὐ χρείαν ἔχεις, ἵνα τίς σε ἐρωτᾷ. Ἐν τούτῳ πιστεύομεν ὅτι ἀπὸ Θεοῦ ἐξῆλθες. » Ἀξιολογωτάτη λίαν ἡ τῶν ἁγίων ἀποστόλων σφραγίς τε καὶ μαρτυρία διατεθεῖσθαι φασκόντων πεπιστευκέναι τε ἤδη καὶ μάλα γοργῶς, ὅτι περ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἐξέλαμψεν ὁ Υἱός. Τοῦτο γὰρ οἶμαι σημαίνειν, καὶ οὐχ ἕτερόν τι, τὸ *ἐξελθεῖν ἐκ Πατρός*. Ζητητέον δὲ ὅμως πόθεν αὐτοῖς τὸ πιστεῦσαι συμβέβηκε, καὶ ἐπὶ τίσιν ἢ ποίαις ἀφορμαῖς ἡ τῆς συνέσεως δέδοται ψῆφος. « Νῦν, φασὶν, οἴδαμεν ὅτι οἶδας πάντα, καὶ οὐ χρείαν ἔχεις ἵνα τίς σε ἐρωτᾷ. Ἐν τούτῳ πιστεύομεν ὅτι ἀπὸ Θεοῦ ἐξῆλθες. » Ἐν τῷ εἰδέναι τὰ πάντα τὸν Υἱὸν, διετέθησαν οἱ μαθηταὶ ὅτιπερ ὄντως εἴη παρὰ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἐκφανείς. Θεότητος γὰρ ὄντως ἴδιον τὸ μηδὲν ἀγνοεῖν, ὅπερ ἦν ἐν Υἱῷ. Διὸ δὴ καὶ Θεὸν εἶναι πιστεύουσιν αὐτὸν, ἀναπεφάνθαι τε γεννητῶς ἐκ Πατρὸς, ἔχοντα τὰ ἐκείνου φυσικῶς ἐν ἑαυτῷ. Εἶτα πῶς ἔσται γενητὸς ὁ τοῖς τῆς θεότητος ἰδιώμασιν ἐκλάμπων, καὶ οὐ μόνον ἔχων τὸ πάντα εἰδέναι, ἀλλὰ γὰρ καὶ μεγάλῃ λέγων τῇ φωνῇ, « Πάντα ὅσα ἔχει ὁ Πατὴρ, ἐμά ἐστι. »

ALIUD.

« Hæc est, inquit, vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum, et quem misisti Jesum Christum [28]. » Si falsis gentium diis oppositus solus est verus Deus Pater, identitate nimirum naturæ cum Filio copulatus : videant qui ipsum creaturam esse dicunt, an non extreme impii sint, cum creatum esse contendant, cui hoc vere inest, ut simul cum Patre sit Deus.

ΑΛΛΟ.

« Αὕτη δέ ἐστιν ἡ αἰώνιος ζωὴ, ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν, καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστόν. » Εἰ τοῖς ψευδωνύμοις θεοῖς τῶν ἐθνῶν ἀντιδιαστελλόμενος, μόνος ἐστὶν ἀληθινὸς ὁ Πατὴρ, συνημμένος δηλαδὴ κατὰ τὴν ταυτότητα τῆς φύσεως τῷ Υἱῷ, ὁράτωσαν οἱ ποίημα λέγοντες αὐτὸν, εἰ μὴ πάσης ἀσεβείας ἐπέκεινα βαδιοῦνται, γενητὸν εἶναι φάσκοντες τὸν ᾧ πρόσεστι κατὰ ἀλήθειαν τὸ εἶναι Θεὸν μετὰ τοῦ γεννήσαντος αὐτόν.

ALIUD.

« Manifestavi nomen tuum hominibus [29]. » Quodnam vero nomen est, quod Christus se hominibus manifestasse affirmat? An fortasse idem est ac si dicat : Ego te prædicavi hominibus Deum? Quid vero prophetæ? nonne et hi tanto tempore ante incarnationem totius universi Dominum Deum appellarunt? D Quid amplius ergo fecit Christus? At fortassis creatorem ac totius mundi opificem illum esse annuntiavit. Atqui **330** primus Moses conscripto de creatione mundi libro, Deum simul et creatorem eum declarat, dicens : « In principio creavit Deus cœlum et terram [30]. » Quale igitur nomen est quod se manifestasse dicit? Nonne manifeste nomen Patris? Postquam enim crediderunt in Filium, aperte confessi sunt esse Patrem, cognoveruntque quis et qualis esset Pater : a naturali pulchritudine Filii ad eximiam Patris formam deducti, atque ex perfecta absolutaque imagine exemplar ipsum sive ar-

ΑΛΛΟ.

« Ἐφανέρωσά σου τὸ ὄνομα τοῖς ἀνθρώποις. » Ἆρα ποῖον ὄνομα τοῦ Πατρὸς φησὶν ὁ Σωτὴρ, ὃ δὴ καὶ φανερὸν τοῖς ἀνθρώποις καταστῆσαι διῖσχυρίζεται; Ἀλλ' ἔστιν εἰπεῖν ὅτι, Θεόν σε παρὰ ἀνθρώποις ἐκήρυξα; Τί δὲ ἄρα τῶν προφητῶν οἱ λόγοι; Θεὸν ἢ οὐχ οὕτω καλοῦσι τὸν ἁπάντων Δεσπότην τοσοῦτοις ἄνωθεν τῆς ἐνανθρωπήσεως χρόνοις; Τί οὖν τὸ πλέον διὰ Χριστοῦ; ἀλλ' ἴσως, Δημιουργὸν, φησὶ, καὶ τοῦ παντὸς κόσμου ποιητήν τε καὶ φιλοτεχνήμονα κατηγγέλλωνδιατετέλεκα. Καίτοι πρῶτος ὁ μακάριος Μωσῆς, τὸ περὶ τῆς κοσμοποιΐας συντιθεὶς βιβλίον, ὁμοῦ καὶ Θεὸν καὶ ποιητὴν αὐτὸν εἰσφέρει, λέγων, « Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. » Ποῖον οὖν ὄνομα πεφανερῶσθαί φησιν; Ἢ δῆλον ὅτι τοῦ Πατρός; Ἐπειδὴ γὰρ πεπιστεύκασιν ὡς Υἱὸν, συνωμολόγησαν δηλονότι τὸ εἶναι Πατέρα, καὶ ἔγνωσαν τίς ἐστιν καὶ ὁποῖος ὁ Πατὴρ, ἀπὸ τῆς κατὰ φύσιν ὡραιότητος τοῦ Υἱοῦ πρὸς τὸ τοῦ γεννήσαντος

[26] Joan. xvi, 28, 29. [27] ibid. 15. [28] Joan. xvii, 3. [29] ibid. 6. [30] Gen. i, 1.

Digitized by Google

κάλλος χειραγωγούμενοι, καὶ ἀπὸ τῆς ἀκριβοῦς εἰκόνος τὸ ἀρχέτυπον βλέποντες. Τί οὖν ἄρα ἐστὶν τὸ διὰ τούτων κατασκευαζόμενον; Εἰ ποίημά ἐστιν ὁ Υἱὸς, οὐκ ἂν ἐξ αὐτοῦ νοοῖτο Πατὴρ ὢν ὁ Θεός· ποίημα γὰρ ὡς πρὸς ποιητὴν, υἱὸς δὲ πρὸς πατέρα νοεῖται· τοιαύτη γὰρ ἡ θέσις ἀεὶ τῶν πρός τί πως ἐχόντων ἐστίν. Εἰ δὲ χρὴ κατὰ ἀλήθειαν ἐνεργείᾳ καὶ πράγματι Πατέρα νοεῖσθαι Θεὸν, Υἱὸν ὁμολογητέον τὸν ἐξ αὐτοῦ· ὁ δὲ αὐτὸς καὶ ἐφ' Υἱοῦ κρατήσει λόγος. Γέννημα γὰρ εἶναι καὶ οὐ ποίημα πιστευόμενος, συνεισοίσει πάντως ἑαυτῷ τὴν τοῦ γεννήσαντος γνῶσιν· καὶ οὕτως ἀληθεύει λέγων, « Ἐφανέρωσά σου τὸ ὄνομα τοῖς ἀνθρώποις. »

A chetypum cernentes [31]. Quidnam vero ex his colligitur? Si Filius est creatura, certe nequaquam ex ipso intelligeretur Pater esse Deus. Creatura enim respectu creatoris, filius respectu patris dicitur. Hujusmodi enim semper est conditio eorum quæ sunt ad aliquid. Si vero oportet revera effectu ac re ipsa Patrem intelligi Deum, Filium quoque qui ex ipso procedit confiteri oportet. Eadem autem est ratio de Filio. Nam si Filius censeatur esse genitus, non creatus, Patris quoque notitiam secum inducit. Atque ita vere dicit : « Manifestavi nomen tuum hominibus. »

ΑΛΛΟ.

Ὁ Σωτὴρ που φησὶ πρὸς τὴν Μαριὰμ, μετὰ τὸ ἐκ νεκρῶν ἀναστῆναι· « Μή μου ἅπτου, οὔπω γὰρ ἀναβέβηκα πρὸς τὸν Πατέρα μου· πορεύου δὲ πρὸς τοὺς ἀδελφούς μου, καὶ εἰπὲ αὐτοῖς, ὅτι ἀναβαίνω πρὸς τὸν Πατέρα μου, καὶ Πατέρα ὑμῶν, καὶ Θεόν μου καὶ Θεὸν ὑμῶν. » Θέα δὴ πάλιν μικρὸν ἐπιστήσας τοῖς λεγομένοις τὸν νοῦν, ὅτι πάρεστι κατὰ ἀλήθειαν ὁ Υἱὸς ὁ ἐκ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἀναλάμψας Λόγος, καὶ οὐχὶ κτίσμα, κατὰ τὴν τῶν αἱρετικῶν ἀπόνοιάν τε ὁμοῦ καὶ ἀπαιδευσίαν. Διασκευάσθω δὴ πάλιν ὁμοῦ κατὰ τόνδε τὸν τρόπον ἡ τοῦ θεωρήματος δύναμις· Εἰς τὸ τῆς ἀνθρωπότητος σχῆμά τε καὶ πρᾶγμα καταβεβηκὼς ὁ Θεὸς Λόγος, ἵνα διασώσῃ τὸν ἄνθρωπον, ἅτε δὴ λοιπὸν τοῦτο γεγονὼς ὅπερ ἡμεῖς κατὰ φύσιν ἐσμὲν, λαμβάνει μὲν εἰς ἑαυτὸν τὰ τῆς ἀνθρωπότητος ἴδια· τὰ δὲ οἰκεῖα πάλιν αὐτὸς ἀντιδίδωσιν ἡμῖν, καὶ οὕτως εἰς τὴν αὐτῷ φύσει πρέπουσαν τιμὴν ἀναφέρει τὸν ἄνθρωπον, αὐτῆς ἀρχαίας κατολισθήσαντα δόξης διὰ τὴν ἐν Ἀδὰμ παράβασιν. Ἀναμίξας τοίνυν τρόπον τινὰ καὶ ἀνακεράσας ἡμᾶς ἐν ἑαυτῷ, καὶ πάλιν ἡμῖν ἑαυτὸν, κάτεισι μὲν εἰς τὰ ἡμέτερα αὐτὸς, ἀναρπάζει δὲ ἡμᾶς εἰς τὰ ἑαυτοῦ· οἷον ἄνθρωποι μὲν κατὰ φύσιν ἡμεῖς, αὐτὸς δὲ εἰς τὸ παρὰ φύσιν διὰ φιλανθρωπίαν καταδραμὼν, γέγονεν ἄνθρωπος. Δοῦλοι Θεοῦ κατὰ φύσιν ἡμεῖς ὡς ποιήματα· δοῦλος ἐχρημάτισε καὶ αὐτὸς εἰς τὸ παρὰ φύσιν ἐνεχθεὶς, ὅτε γέγονεν ἄνθρωπος. Ἀλλὰ καὶ τὸ ἐναντίον, Θεὸς κατ' οὐσίαν αὐτός· θεοὶ καὶ ἡμεῖς εἰς τὸ παρὰ φύσιν ἀναβαίνοντες διὰ τὴν χάριν· ἄνθρωποι γάρ· Υἱὸς κατὰ φύσιν αὐτός· υἱοὶ καὶ ἡμεῖς κατὰ θέσιν, ὡς εἰς ἀδελφότητα τὴν πρὸς αὐτὸν κεκλημένοι. Πῶς οὖν εἴπερ ἡμεῖς κατὰ θέσιν υἱοὶ καὶ θεοὶ, τοῦτο πάλιν αὐτὸς ἔσται κατὰ ἀλήθειαν ὡς τοῖς κατὰ θέσιν ἀντινοούμενος. Ὁ δὲ ἀληθινὸς Υἱός τε ὑπάρχων καὶ Θεὸς, πῶς ἂν εἴη γενητὸς, οὐδαμόθεν παραδεχομένης τὸ κτίζεσθαι τῆς θείας οὐσίας;

B Salvator alicubi ad Mariam ita inquit, postquam e mortuis resurrexit : « Noli me tangere : nondum ascendi ad Patrem meum. Vade autem ad fratres meos, et dic eis, quod ascendo ad Patrem meum, et Patrem vestrum, et Deum meum et Deum vestrum [32]. » Animadverte rursum diligenter Verbum quod ex Deo ac Patre effulsit, esse revera Deum, non autem creaturam, ut hæretici opinantur. Instruatur ergo in hunc modum tota vis et efficacia argumenti : Verbum Dei forma ac re ipsa homo factum fuit, ut hominem salvet : nimirum idipsum factum, quod nos natura sumus, assumit quidem in seipsum quæ humanitatis sunt propria : suas vero proprietates contra nobis largitur. Atque ita hominem in gloriam suæ ipsius naturæ convenientem C extollit, qui per peccatum Adæ e pristina gloria exciderat. Commiscens itaque nos atque contemperans sibi, et se nobis, ipse quidem ad nostra se demittit, et nos ad sua evehit. Nos enim natura homines sumus; ipse vero pro sua benignitate, præter suam naturam factus est homo. Nos natura **331** sumus servi, utpote creaturæ : servus autem vocatus est et ipse cum præter suam naturam factus est homo. Contra ipse juxta essentiam suam est Deus. Nos vero etiam sumus dii [33], præter nostram naturam per gratiam eo evecti; homines enim sumus, ipse natura Filius. Filii etiam nos, per adoptionem, tanquam in ipsius fraternitatem vocati [34]. Quocirca si nos per adoptionem sumus filii et dii, hoc idem ipse sua D natura vere est, utpote adoptivis oppositus. Qui vero est verus Filius et Deus, quomodo sit creatus, cum creatum esse in divinam essentiam nullo modo cadat?

ΑΛΛΟ.

Ὁ Σωτὴρ πρὸς τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς φησί που πάλιν· « Εἰρήνη ὑμῖν· καθὼς ἀπέσταλκέ με ὁ Πατὴρ, κἀγὼ ἀποστέλλω ὑμᾶς. Καὶ τοῦτο εἰπὼν, ἐνεφύσησε, καὶ λέγει αὐτοῖς· Λάβετε Πνεῦμα ἅγιον. » Δημιουργικὸν κατὰ φύσιν τὸ Πνεῦμα εἰδὼς καὶ ὁ Ψαλμῳδὸς, φησὶ πρὸς τὸν ὅλων Δεσπότην Θεὸν καὶ Πατέρα·

ALIUD.

Salvator ad discipulos suos alicubi ita ait : « Pax vobis : sicut misit me Pater, et ego mitto vos. Cumque hoc dixisset, insufflavit eis, dicens : Accipite Spiritum sanctum [35]. » Cum etiam Psalmista Spiritum natura sua creatorem esse nosset, ita alicubi ad totius universi Dominum Deum ac Patrem dicit :

[31] Hebr. I, 3. [32] Joan. XX, 17. [33] Psal. LXXXI, 6; Joan. X, 34. [34] Rom. VIII, 29.. [35] Joan. XX, 21, 22.

Digitized by Google

« Emittes Spiritum tuum, et creabuntur, et renovabis faciem terræ [36]. » Cum igitur Spiritus sanctus creet, atque renovet omnia, utpote ejusmodi natura præditus, quomodo sit creatus Filius qui Spiritum creandi facultate præditum suppeditat?

A « Ἐξαποστελεῖς τὸ Πνεῦμά σου, καὶ κτισθήσονται, καὶ ἀνακαινιεῖς τὸ πρόσωπον τῆς γῆς. » Ὅτε τοίνυν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον καὶ δημιουργεῖ καὶ ἀνακαινίζει τὰ πάντα, τοιαύτην ἔχον τὴν φύσιν, πῶς ἂν εἴη γενητὸς, ἢ πῶς ἂν κτίσμα νοοῖτο κατὰ φύσιν ὁ Υἱὸς, ὁ τοῦ κτίζειν ἰσχύοντος Πνεύματος χορηγός;

ALIUD.

Beatus discipulus Thomas cum ei apostoli nuntiarent se vidisse Dominum, qui e mortuis resurrexerat, subdubitans dixit : « Nisi immisero manus meas in fixuram clavorum, non credam [37]. » Cum vero Salvator præsens esset, ipsumque a diffidentia revocaret, et manus clavorum vestigiis immittere juberet, credens clamavit : « Dominus meus et Deus meus [38]. » Quo dicto non solum apud eos, qui tum temporis una cum ipso vivebant, verum etiam apud nos, in hunc usque diem magnam laudem atque admirationem sibi conciliavit, ut nimirum recte vereque de Salvatore sentiens. Si ergo et Dominus est et Deus, quomodo unus e creaturis erit? Omne enim quod factum est, natura sua servum est, et non Deus. Salvator autem natura sua Dominus et Deus est : creatus itaque non est, cui divinæ essentiæ pulchritudo quadrat,

ΑΛΛΟ.

Θωμᾶς ὁ μακάριος μαθητὴς ἀπαγγελλόντων αὐτῷ τῶν συναποστόλων, ὅτι δὴ τεθεάμεθα τὸν Κύριον ἐκ νεκρῶν ἐγηγερμένον, ὀλίγον ἀπιστήσας φησίν· « Ἐὰν μὴ βάλω τὰς χεῖράς μου εἰς τοὺς τύπους τῶν ἥλων, οὐ μὴ πιστεύσω. » Ἐπειδὴ δὲ παρῆν ὁ Σωτὴρ καὶ αὐτὸν ἀποπείσων, καὶ δὴ καὶ τὰς χεῖρας τοῖς τύποις τῶν ἥλων ἐντιθέναι προσέταττεν, ἀνακεκλημένος εἰς πίστιν ὁ μαθητὴς λέγει πρὸς αὐτόν· « Ὁ Κύριός μου καὶ ὁ Θεός μου. » Καὶ τοῦτο εἰπὼν, οὐ μόνον παρὰ τοῖς τὸ τηνικάδε συμβιοτεύουσιν αὐτῷ, ἀλλὰ μέχρι νῦν καὶ παρ' ἡμῖν θαυμάζεται, ὡς ὀρθῶς δηλονότι καὶ ἀληθῶς περὶ τοῦ Σωτῆρος διαλαβών. Εἰ τοίνυν καὶ Κύριός ἐστι καὶ Θεὸς, πῶς ἔσται τῶν ποιηθέντων εἷς; πᾶν γὰρ τὸ πεποιημένον, καὶ δοῦλον τῇ φύσει, καὶ οὐ Θεὸς κατὰ φύσιν· ὁ δὲ Σωτὴρ φύσει Κύριος καὶ Θεὸς, οὐκ ἄρα γενητὸς, ᾧ τὰ τῆς θείας οὐσίας ἐφήρμοσται κάλλη.

ALIUD, *ex eodem.*

Si Filius est naturaliter creatura, cumque ita se habeat, juxta illorum sententiam, Thomas eum alloquitur, dicens : « Dominus meus, et Deus meus. » Idque citra **332** blasphemiam dicere potuit, quod nimirum etiam angelis ea appellatio convenit : quid obstiterit quominus etiam angelis aut cuivis sanctorum idipsum dicamus, cum illos ob rem aliquam magnam admiramur? Cæterum nemo sanæ mentis censuerit cuiquam eorum quæ diximus ejusmodi appellationem convenire, quæ soli Deo competit : longe vero ab errore abfuisse dicimus discipulum, imo potius verissime sensisse, cum Christum ac Dominum appellaret. Qui vero hoc naturaliter exsistit, atque ita vocatus est, quomodo sit creatus?

ΑΛΛΟ, *ἐκ τοῦ αὐτοῦ.*

Εἰ κτίσμα κατὰ φύσιν ἐστὶν ὁ Υἱὸς, οὕτω δὲ ἔχοντι κατ' ἐκείνους φησὶν ὁ Θωμᾶς, « Ὁ Κύριός μου καὶ ὁ Θεός μου, » καὶ τὸ ἐκ τῆς δυσφημίας ἔγκλημα διαπέφευγε, ὡς ἐξὸν καὶ κτίσματι ταῦτα καλεῖσθαι, τί κωλύσει καὶ ἀγγέλοις καὶ ἑκάστῳ τῶν ἁγίων τυχὸν τοῦτο λέγειν ἡμῶν, (1) ὅταν αὐτοὺς ἐπί τισι παραδόξοις θαυμάζωμεν; Ἀλλ' οὐκ ἂν τις εἴποι νοῦν ἔχων ἐνὶ τῶν κατειλεγμένων τὴν τοιαύτην φωνὴν, ὡς μόνῳ πρέπουσαν Θεῷ, μακράν τε εἶναί φαμεν τοῦ διεσφάλθαι τὸν μαθητήν. Οὐκοῦν ἀληθεύει Θεὸν αὐτὸν ἀποκαλῶν καὶ Κύριον· ὁ δὲ τοῦτο ὑπάρχων φυσικῶς, καὶ οὕτω κεκλημένος, κατά τινα τρόπον ἔσται γενητός;

ALIUD.

« Multa etiam, inquit, alia fecit Jesus coram discipulis suis, quæ non sunt scripta in libro hoc : hæc autem scribuntur ut credatis quod Jesus est Christus Filius Dei [39]. » Dicant nobis Ariani qui Deo repugnare non verentur, an, cum Christum, quatenus est Verbum, creaturam esse dicunt, Filium Dei ac Patris ipsum esse statuant. Cæterum arbitror eos suam ipsorum temeritatem damnaturos, si quid sit creatum, quid genitum accurate animadvertant. Nam quod creatum est, non ex essentia ipsius creatoris sumitur. Genitum vero, genitoris sui naturam deprædatur. Atque hoc quidem dicimus de corporibus, cum in Deo alia sit ratio : sed tamen

ΑΛΛΟ.

« Πολλὰ μὲν, φησὶ, οὖν καὶ ἄλλα ἐποίησε σημεῖα ὁ Ἰησοῦς ἐνώπιον τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, ἃ οὐκ ἔστι γεγραμμένα ἐν τῷ βιβλίῳ τούτῳ. Ταῦτα δὲ γέγραπται ἵνα πιστεύσητε ὅτι Ἰησοῦς ἐστιν ὁ Χριστὸς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ. » Λεγέτωσαν ἡμῖν οἱ θεομαχεῖν ἀνοήτως ἀποτολμῶντες Ἀρειανοὶ, εἰ ποίημα λέγοντες τὸν Χριστὸν, καθὸ Λόγος ἐστὶν, Υἱὸν αὐτὸν ὁμολογοῦμεν (2) τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός. Ἀλλ' οἶμαί γε σφόδρα κατηγορήσειν αὐτοὺς τῆς ἑαυτῶν ἀδουλίας, εἰς τὸν ἐπὶ τούτοις ἀναβλέποντας λογισμὸν, καὶ τί μὲν ἔστι τὸ ποιηθὲν, τί δὲ τὸ γενηθὲν ὑπό του θεωρήσαντας ἀκριβῶς. Τὸ μὲν γὰρ ποιηθὲν οὐκ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ ποιοῦντος λαμβάνεται· τὸ δὲ γεννώμενον, τὴν τοῦ

[36] Psal. cm, 30. [37] Joan. xx, 24-26. [38] ibid. 28. [39] ibid. 30, 31.

(1) Lg. ἡμᾶς.

(2) Forte legendum ὁμολογοῦσιν.

Digitized by Google

γεννῶντος φύσιν ἀποσυλᾷ. Τοῦτο δὲ φαμὲν ὡς ἐπὶ σωμάτων, ἕτερον ἔχοντος τοῦ πράγματος τύπον ἐπὶ Θεοῦ, ὅμως δ' οὖν ἐκ τῶν καθ' ἡμᾶς ἀληθεστάτην εἰσφέροντος τὴν εἰκόνα. Τοσαύτης τοίνυν μεταξὺ κειμένης διαφορᾶς, καὶ οὕτω μακροῦ διορίζοντος λόγου ποίημα καὶ Υἱὸν, ὅτου δὴ χάριν ὁ μακάριος εὐαγγελιστὴς τὰς ἐκ τοῦ Πνεύματος ἡμῖν διακονῶν ἀληθείας, πολλὰ καὶ ἀξιοθαύμαστα γενέσθαι σημεῖά φησιν, ἵνα πιστεύσωμεν ὅτι Ἰησοῦς Χριστὸς αὐτός ἐστιν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ οὐχὶ μᾶλλον εἷς τῶν ποιηθέντων παρὰ Θεοῦ, εἴπερ ἐστὶ γενητὸς, ὡς ἐκεῖνοι ληροῦντες φασίν. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὐ φησὶν, εἰς δὲ τὴν τῆς υἱότητος ἔννοιαν ἀναφέρει τῶν ἀκροωμένων τὸν νοῦν. Οὐκ ἄρα γενητὸν νοεῖσθαι βούλεται τὸν Υἱὸν, καθὸ Λόγος

A verissimam nostri afferens imaginem, quæ per exempla a nobis petita elucescit. Cum itaque tanta sit differentia inter creaturam et Filium, tantoque intervallo inter se dissideant : quamobrem evangelista, veritatem ex Spiritu nobis ministrans, multa etiam alia miracula edita esse inquit, ut credamus quod Jesus Christus sit Filius Dei, et non potius unus ex iis quæ creata sunt a Deo, si modo est creatus, ut illi delirantes opinantur. Cæterum hoc non dicit, quin potius audientium mentem ad notitiam Filii transfert. Non ergo creatum censeri vult Filium, quatenus est Verbum.

ΛΟΓΟΣ ΛΓ'.

Ὅτι Θεὸς κατὰ φύσιν τὸ Πνεῦμα, καὶ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρός· δι' Υἱοῦ δὲ τῇ κτίσει χορηγούμενον.

Πρότασις ὡς ἐκ τῶν δι' ἐναντίας.

Εἰ διὰ τὸ λέγεσθαι, φασὶ, παρὰ ταῖς θείαις Γραφαῖς ἐκ Θεοῦ τὸ Πνεῦμα, τῆς οὐσίας αὐτὸ δώσομεν τοῦ Πατρὸς, καὶ ὁμοούσιον ὁμολογήσομεν τῇ τὰ πάντα ὑπερκειμένῃ φύσει, ἔστω καὶ πάντα τὰ ἄλλα κατὰ τόνδε τὸν τρόπον· ἐπειδήπερ τὰ πάντα ἐκ Θεοῦ τῆς ἀληθείας ὁ κήρυξ ὁμολογεῖ. Τί δὴ λοιπὸν τὸ ἐντεῦθεν; Πλῆθος ἄπειρον ἡμῖν εἰσῆκται θεῶν, εἴπερ τὸ ἐξ οὗ τοῖς πᾶσι προσκείμενον, πάντα δείκνυσιν ὁμοούσια τῷ Πατρί.

B

ASSERTIO XXXIII.

333 *Quod Spiritus sanctus sit secundum naturam Deus, et ex essentia Patris, et quod per Filium creaturis donetur.*

Objectio hæreticorum.

Si quia Spiritus, inquiunt, in sacris Litteris ex Deo esse dicitur, idcirco essentiæ ipsius Patris esse concedimus, et consubstantialem supremæ omnium naturæ esse fatemur : eadem sit reliquorum etiam omnium ratio. Siquidem præco veritatis omnia ex Deo esse profitetur. Atque ita nobis infinita quædam deorum multitudo introducetur, si iis quibus ex Deo esse tribuitur, consubstantialitas cum Patre tribuatur.

C

Πρὸς τοῦτο λύσις.

Τοῖς μὲν συνιέναι τὰς θείας ἐπιθυμοῦσι Γραφὰς, χρεία τις εἰς τὸ πιστεύειν ἑτοιμότητος. « Ἐὰν γὰρ μὴ πιστεύσητε, οὐδ' οὐ μὴ συνῆτε, » φησί που λόγος προφητικός. Ἐπειδὴ δὲ ἀμαθῶς καὶ ταῦτα προτείνουσιν οἱ δι' ἐναντίας, ἀνάγκη δὴ λοιπὸν ἐπ' ἐκεῖνα χωρεῖν, δι' ὧν τὸ ἐξ ὧν δυσφημοῦσιν ἀμαθῶς ἀποκρουσθήσεται βλάβος. Οὐχ οὕτως, ὦ βέλτιστοι, τὰ πάντα φαμὲν ἐκ Θεοῦ, καθάπερ καὶ τὸ Πνεῦμα. Τὸ μὲν γάρ ἐστι φυσικῶς ἐνυπάρχον αὐτῷ, καὶ οὐσιωδῶς ἐμπεπηγὸς, ἵν' οὕτως εἴπωμεν, καὶ ἀμερίστως ἐξ αὐτοῦ προϊόν. Τὰ δὲ τῆς ἐνεργείας ἔργα καὶ ποιήματα, δι' Υἱοῦ ἐν Πνεύματι γεγονότα καὶ οὕτως ἐκ Θεοῦ νοούμενα. Εἰ δὲ τούτοις ἡμῶν οὐ πείθεσθε τοῖς λόγοις, ἐν ἴσῃ δὲ τάξει τοῖς πεποιημένοις καὶ τὸ Πνεῦμα θήσετε, διὰ τὸ ἐκ Θεοῦ καὶ αὐτὸ λέγεσθαι, καθάπερ ἐκεῖνοι, τί τὸ κωλύον καὶ ἡμᾶς ἀνθυπενεγκόντας εἰπεῖν· Εἰ ἐκ Θεοῦ τὰ πάντα ἐστὶν, ὥσπερ καὶ τὸ Πνεῦμα, καὶ τὸ ἐξαίρετον οὐδὲν ἐν αὐτῷ παρὰ τὰ ποιήματα, διατί μὴ καὶ ἕκαστον τῶν γεγονότων, ἐπειδήπερ ἐκ Θεοῦ εἶναι λέγεται, οἷδε τὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐρευνᾷ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ; Διατί μὴ διὰ πάντων ἀποκαλύπτει Θεὸς, ἀλλὰ διὰ μόνου τοῦ Πνεύματος; Ὅτι τοίνυν τὰ μὲν ἄλλα ποιήματα, διὰ τοῦ Πνεύματος τὴν ἀποκάλυψιν ἔχει· αὐτὸ δὲ τὸ Πνεῦμα ἐρευνᾷ καὶ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ, ὡς ἐξ αὐτοῦ καὶ ἐν αὐτῷ φυσικῶς ὑπάρχον, ὥσπερ καὶ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τὸ ἀν-

Solutio objectionis.

Qui sacras Scripturas recte intelligere volunt, necesse est ut parato ad credendum animo accedant. « Nisi enim credideritis, non intelligetis, » ait propheta [40]. Cæterum cum adversarii hæc objiciant, necessarium est ut damnum quod ex ipsorum blasphemiis oriri possit propulsemus. Dicimus itaque non omnia similiter, eodemque modo ex Deo esse, quemadmodum est Spiritus sanctus. Nam hic naturaliter in ipso exsistit, atque essentialiter impactus est, ut ita loquamur, citraque ullam separationem ex ipso procedit. Creaturæ vero per Filium in Spiritu factæ sunt, atque ita ex Deo esse censentur. At si nostro sermoni non creditis, sed uno ordine creaturas cum Spiritu collocatis, quia et Spiritus ex Deo esse dicitur, sicut et illæ ; quid obstabit quominus etiam nos ita inferamus, et dicamus : Si omnia ex Deo sunt, sicut et Spiritus, nihilque singulare in ipso est magis quam in creaturis : cur non et singulæ creaturæ, cum alioqui ex Deo esse dicantur, norunt quæ Dei sunt, et scrutantur arcana Dei ? Cur etiam non per omnes revelat Deus, sed tantum per Spiritum ? Cum itaque reliquis creaturis per Spiritum revelatio fiat : Spiritus autem ipse scrutatur arcana Dei [41], utpote ex ipso atque in ipso naturaliter **334** exsistens, sicut humanitas in homine : manifestum omnino est Deum esse Spiri-

[40] Isai. VII, 9. [41] I Cor. II, 10.

Digitized by Google

tum, et suum ex quo proprie atque naturaliter in Deo habere; creaturas vero abusive, utpote a creatore atque opifice ortum suum habentes ex Deo esse dici.

Testimonia dicti.

Paulus ita ait : « Nos autem Spiritum Dei accepimus, ut sciamus quæ a Deo donata sunt nobis [42]. » Et rursum : « Quis hominum novit, quæ in homine sunt, nisi spiritus hominis qui est in ipso? Sic et quæ Dei sunt, nullus novit, nisi Spiritus Dei qui est in ipso [43]. »

ALIUD.

« Nobis enim revelavit Deus per Spiritum sanctum. Spiritus enim omnia investigat, etiam profunda Dei [44]. »

ALIUD.

Si spiritus humanus, non ex revelatione alterius cujuspiam novit quæ in se sunt, sed proprie ac naturaliter suus, arcana cordis sui novit atque scrutatur, ita Spiritus sanctus in Deo ac Patre. Divinæ itaque naturæ proprius est, quemadmodum spiritus humanus homini proprius est.

ALIUD.

Paulus ad quosdam ita scribit : « Vos autem non estis in carne, sed in Spiritu : siquidem Spiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem Spiritum Christi non habet, hic non est ejus. Si autem Christus in vobis, corpus quidem mortuum propter peccatum, Spiritus autem vita propter justitiam [45]. » Hinc etiam rectam de Spiritu notitiam haurire potes, et discere illum ex Salvatoris essentia subsistere, neque ab una deitate alienum esse. Cum enim Spiritum ipsius Dei vocasset, statim subjungit esse Spiritum Christi, ut ostenderet omnia quæ Patri propria sunt, in Filium qui naturaliter ex ipso gignitur transire. Christum vero rursus Spiritum vocat, dicens : « At si Christus in vobis, » declarans non esse alienum a Verbi natura, sed ita ei unitum, tametsi propriam hypostasim habeat, ut ipse exsistat in Filio, et Filius in ipso propter essentiæ identitatem.

ALIUD.

Spiritum sanctum ex Deo esse dicimus, atque ita profitemur. Illi qui solum ad blasphemiam prompti sunt, reliqua etiam omnia ex **335** Deo facta esse contendunt, ex Paulo ita scribente : « Unus Deus Pater, ex quo omnia [46]. » Atque ita existimant se posse evincere Spiritum ex essentia Patris non esse : quia etiam ad creaturas referatur illud, *ex quo*, quod de Spiritu dicitur, declarans ipsum naturaliter de illius essentia esse : sed ad hoc respondendum est quod nomen filii proprie de Filio Dei dicatur, abusive autem etiam de hominibus dicitur. Neque vero quod per adoptionem et gratiam cuiquam

Θρώπινον, πρόδηλον δήπουθεν ὡς Θεὸς μὲν τὸ Πνεῦμα τὸ ἐξ οὗ κυρίως ἔχον καὶ φυσικῶς ἐν Θεῷ. Τὰ δ' ἄλλα ποιήματα καταχρηστικώτερον, ὡς ἐκ ποιητοῦ καὶ δημιουργοῦ πεφηνότα, τὸ ἐξ οὗ λεγόμενα.

Μαρτυρίαι τοῦ ῥητοῦ.

Ὁ Παῦλος· « Ἡμεῖς δὲ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ ἐλάβομεν, ἵνα εἰδῶμεν τὰ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ χαρισθέντα ἡμῖν. » Καὶ πάλιν· « Τίς γὰρ οἶδεν ἀνθρώπων τὰ τοῦ ἀνθρώπου, εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου τὸ ἐν αὐτῷ; Οὕτω καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ οὐδεὶς οἶδεν, εἰ μὴ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ τὸ ἐν αὐτῷ. »

ΑΛΛΟ.

« Ἡμῖν γὰρ ἀπεκάλυψεν ὁ Θεὸς διὰ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ. Τὸ γὰρ Πνεῦμα πάντα ἐρευνᾷ, καὶ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ.

ΑΛΛΟ.

Εἰ τὸ πνεῦμα τὸ ἀνθρώπινον οὐκ ἐξ ἀποκαλύψεως ἑτέρου τινὸς οἶδε τὰ ἐν αὐτῷ, ἀλλ' ὡς φυσικῶς καὶ κυρίως ὑπάρχον αὐτοῦ, τὰ τῆς καρδίας βάθη γινώσκει καὶ ἐρευνᾷ, οὕτω δὲ [f. δὴ] ἐν Θεῷ καὶ Πατρὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Τῆς φύσεως ἄρα τῆς θείας ἔσται, καθάπερ καὶ τοῦ ἀνθρώπου τὸ ἀνθρώπινον.

ΑΛΛΟ.

Ἐπιστέλλει δὲ τισὶν ὁ Παῦλος· « Ὑμεῖς οὐκ ἐστὲ ἐν σαρκὶ, ἀλλ' ἐν Πνεύματι, εἴπερ Πνεῦμα Θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν. Εἰ δέ τις Πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ. Εἰ δὲ Χριστὸς ἐν ὑμῖν, τὸ μὲν σῶμα νεκρὸν δι' ἁμαρτίαν, τὸ δὲ Πνεῦμα ζωὴ διὰ δικαιοσύνην. » Δέχου μοι πάλιν ἐντεῦθεν ὁρθὰς περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος τὰς ἐννοίας, ἵνα δὴ καὶ ἐκμάθῃς ἀπὸ τῆς τοῦ Σωτῆρος ὑπάρχον οὐσίας, καὶ τῆς μιᾶς θεότητος οὐκ ἀλλότριον. Πνεῦμα γὰρ ἀποκαλέσας αὐτοῦ Θεοῦ, εὐθὺς αὐτὸ καὶ Πνεῦμα λέγει Χριστοῦ. Δεικνύων μὲν ὅτι πάντα τὰ τοῦ Πατρὸς ἴδια, διαβαίνει ἐπὶ τὸν ἐξ αὐτοῦ φυσικῶς γεννηθέντα Υἱόν. Χριστὸν δὲ πάλιν εὐθὺς τὸ Πνεῦμα καλεῖ, λέγων· « Εἰ δὲ Χριστὸς ἐν ὑμῖν, » οὐκ ἀλλότριον αὐτὸ δεικνύων τῆς τοῦ Λόγου φύσεως. Ἀλλ' οὕτως ἡνωμένον, εἰ καὶ ἔστιν ἰδιοσύστατον, ὡς αὐτό τε ὑπάρχειν ἐν Υἱῷ, καὶ Υἱὸν ἐν αὐτῷ διὰ τὴν τῆς οὐσίας ταυτότητα.

ΑΛΛΟ.

Ἐκ Θεοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον εἶναί φαμεν, καὶ οὕτω πιστεύομεν. Ἀλλ' οἱ πρὸς μόνον τὸ δυσφημεῖν ἑτοιμότατοι, καὶ τὰ ἄλλα πάντα ἐκ Θεοῦ γενέσθαι φασὶ, τοῦ Παύλου γράφοντος· « Εἷς Θεὸς ὁ Πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα. » Εἶτα νομίζουσιν δύνασθαι ἀνατρέπειν τὸ ἐκ τῆς οὐσίας εἶναί τε τοῦ Πατρὸς τὸ Πνεῦμα, διὰ τὸ φέρεσθαι καὶ κατὰ τῶν ποιημάτων, τὸ, ἐξ οὗ, ὅπερ ἐπὶ τοῦ Πνεύματος κείμενον, ἐκ τῆς οὐσίας αὐτὸ φυσικῶς ὑπάρχον ἀποδεικνύον· ἀλλ' ἔστι πρὸς τοῦτο λέγειν, ὅτι καὶ ἐφ' Υἱοῦ κυρίως μὲν κεῖται τὸ υἱὸς ὄνομα, κεῖται δὲ καὶ ἐπ' ἀνθρώπων καταχρηστικῶς. Καὶ οὐ δή που τὸ θέσει τισὶ καὶ κατὰ χάριν

[42] 1 Cor. II, 12. [43] ibid. 11. [44] ibid. 10. [45] Rom. VIII, 9, 10. [46] I Cor. VIII, 6.

Digitized by Google

προσκείμενον, ἀνατρέψει τὸν ἔχοντα φυσικῶς· οὕτω καὶ τὸ, ἐξ οὗ, τῶν ποιημάτων κατηγορούμενον, οὐ κατοίσει πρὸς τὴν οἰκείαν ταπείνωσίν τε καὶ ὁμοιότητα τὸ τοῦ Πνεύματος ὑψηλόν τε καὶ θεῖκόν· ἀλλὰ μενεῖ μὲν αὐτῷ κυρίως τὸ, ἐξ οὗ, διὰ τὸ ἐκ τῆς οὐσίας εἶναι τοῦ Πατρός. Χωρήσει δὲ καὶ ἐπ' ἐκεῖνα, διὰ τὸ ἐκ Θεοῦ πρὸς τὸ εἶναι τὰ οὐκ ὄντα δραμεῖν, δι' Υἱοῦ δηλαδή. Εἰ δὲ τὸ πλέον οὐδὲν ἐν Πνεύματι καὶ ποιήμασι διὰ τὸ κατηγορεῖσθαι τὸ ἐξ οὗ κατ' ὀμφοῖν, λεγέτωσαν ἡμῖν ὅτου δὴ χάριν, τοῦ μὲν Πατρὸς οἰκοῦντος ἐν ἡμῖν, Χριστὸς ἐν ἡμῖν ἐστιν· ἑτέρου δέ τινος τῶν ποιημάτων ἀγγέλου τυχὸν ἢ ἀρχαγγέλου ἢ λαλοῦντος ἢ ἐνεργοῦντος ἐν ἡμῖν, οὐκ ἔτι Χριστὸς καὶ Θεὸς λέγεται κατοικεῖν· Ὅπου δὲ ταύτῃ διαφορὰ φαίνεται, πῶς οὐχὶ καὶ πάντα τὴν φύσιν αὐτῆς ὑπάρχειν ἐξηλλαγμένην ὁμολογεῖν ἀναγκαῖον, ὡς τὰ μὲν εἶναι ποιήματα, τὸ δὲ ποιητικὸν, φυσικῶς μὲν ἐνυπάρχον τῷ Ποιητῇ, φοροῦν δὲ πάλιν ἐν ἑαυτῷ τὸν ποιητὴν διὰ τῆς φύσεως ταυτότητα, καὶ τὸ τῆς οὐσιώδους ποιότητος ἀπαράλλακτον;

A tribuitur, subvertit eum qui naturaliter idipsum est: ita neque illud, *ex quo*, de creaturis prædicatum, Spiritus excellentiam atque divinitatem ad creaturarum humilitatem atque similitudinem pertrahere poterit; sed proprie quidem de Spiritu dicetur, *ex quo*, quia ex essentia Patris subsistit. Conveniet vero etiam creaturis, quia ex Deo, per Filium scilicet, ex nihilo ad esse traductæ sunt. Si vero nihil amplius aut excellentius est in Spiritu quam in creaturis, quia, *ex quo*, de utrisque prædicetur: dicant nobis quam ob causam, habitante in nobis Patre, Christus in nobis est: alia vero quapiam creaturarum, nimirum angelo vel archangelo, aut loquente aut operante in nobis, Christus et Deus in nobis habitare non dicitur. Quorum vero natura adeo est diversa, quomodo B non etiam naturam eorum magnopere inter se differre fatebimur? ita ut hæc quidem sint creaturæ, hic vero creandi facultate præditus, naturaliter inexsistens Creatori, gestansque in seipso creatorem propter naturæ identitatem, atque essentialis qualitatis omnimodam similitudinem?

ΑΛΛΟ.

Ἐπιστέλλει τισὶν ὁ Παῦλος, καὶ μάλα δὴ φρονῶν τε καὶ λέγων ὀρθῶς· « Ὅσοι γὰρ Πνεύματι Θεοῦ ἄγονται, οὗτοι Θεοῦ υἱοί εἰσιν. Οὐ γὰρ ἐλάβετε Πνεῦμα δουλείας πάλιν εἰς φόβον· ἀλλ' ἐλάβετε Πνεῦμα υἱοθεσίας, ἐν ᾧ κράζομεν· Ἀββᾶ, ὁ Πατήρ. » Οὐκοῦν εἰ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον υἱοὺς ἀποδεικνύει Θεοῦ τοὺς ἐν οἷς κατοικεῖ, καὶ θείας ἐργάζεται φύσεως κοινωνοὺς, ὡς ἐντεῦθεν ἡμᾶς ἡνωμένους ὄντας τῷ ὑπὲρ πάντα ὄντι Θεῷ, μετὰ παῤῥησίας ἀναβοᾷν· « Ἀββᾶ, ὁ Πατήρ, » οὐκ ἐν δούλοις οὐδὲ ἐν τοῖς ποιήμασι τετάξεται· φορέσει δὲ μᾶλλον φυσικῶς τὸ τῆς θείας οὐσίας ἀξίωμα, ἐξ αὐτῆς τε ὑπάρχον καὶ παρ' αὐτῆς, τοῖς ἁγίοις δι' Υἱοῦ χορηγούμενον, διά τε τοῦτο θεοποιοῦν, καὶ εἰς υἱότητα καλοῦν τοὺς ἐν οἷς ἂν γένοιτο.

ALIUD.

Paulus quibusdam ita scribit, idque sane prudenter ac sapienter: « Quicunque enim Spiritu Dei aguntur, ii sunt filii Dei. Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in timore; sed accepistis Spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus: Abba, Pater [47]. » Si ergo Spiritus sanctus efficit filios Dei eos in quibus habitat, et divinæ naturæ C participes facit, ita ut nos Deo ipsi uniti summa fiducia clamemus: « Abba, Pater: » certe inter servos et creaturas collocari non potest: sed potius divinæ essentiæ dignitatem in se gestabit, nimirum in ipsa exsistens, et ab ipsa sanctis per Filium donatus: atque idcirco deificans, et filios eos in quibus versatur efficiens.

ΑΛΛΟ.

Γέγραπται πάλιν· « Αὐτὸ γὰρ τὸ Πνεῦμα συμμαρτυρεῖ τῷ πνεύματι ἡμῶν, ὅτι ἐσμὲν τέκνα Θεοῦ. » Ὡς γὰρ ἐκ τῆς οὐσίας ὑπάρχον τῆς τοῦ χορηγοῦντος αὐτὸ τοῖς ἁγίοις, Χριστοῦ δηλαδὴ, καὶ ὡς τοῦ Θεοῦ Λόγου διὰ Πνεύματος ἡμῖν ἐνοικιζομένου καὶ ἐν ἡμῖν γινομένου, πρὸς τὸ τῆς υἱοθεσίας ἀναβαίνομεν ἀξίωμα, αὐτὸν ἔχοντες ἐν αὐτοῖς τὸν Υἱὸν, πρὸς ὃν καὶ D ἀναμορφούμεθα τῇ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ μετοχῇ, καὶ εἰς τὸ ἴσον τῆς παῤῥησίας ἀναβαίνοντες σχῆμα, τολμῶμεν λέγειν· « Ἀββᾶ, ὁ Πατήρ. » Οὐκοῦν τὸ Πνεῦμα Θεὸς, εἴπερ ἐργάζεται θεοὺς τοὺς δεχομένους αὐτό.

336 ALIUD.

Scriptum est rursus: « Ipse enim Spiritus contestatur spiritui nostro, quod sumus filii Dei [48]. » Nam tanquam ex essentia exsistens ejus qui eum sanctis largitur, nimirum Christi, et tanquam Deo Verbo per Spiritum in nobis habitante, dignitatem adoptionis in filios consequimur: ipsum in nobis habentes Filium, ad quem reformamur, Spiritus sui participes effecti, et ad eamdem cum ipso libertatem evecti, audemus dicere: « Abba, Pater. » Deus itaque est Spiritus, quippe qui participes sui deos efficit.

ΑΛΛΟ.

Ἐπιστέλλει πάλιν ὁ Παῦλός τισιν· « Ὥσπερ γὰρ ἐφορέσαμεν τὴν εἰκόνα τοῦ χοϊκοῦ, φορέσωμεν τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου· » χοϊκὸν εἶναι λέγων τοῦ ἀνθρωπίνου γένους τὸν ἀρχηγέτην Ἀδὰμ, οὗ τὴν εἰκόνα ἐπεφορέκαμεν ἐπὶ τῷ ὁμοιώματι τῆς παραβάσεως

ALIUD.

Paulus rursum ita scribit: « Sicut enim gestavimus imaginem terrestris, gestemus imaginem cœlestis [49]. » Terrenum vocat primum generis humani auctorem Adam: cujus imaginem gestavimus, in similitudine prævaricationis ejus ad mortem atque

[47] Rom. VIII, 14, 15. [48] Ibid. 16. [49] I Cor. XV, 49.

Digitized by Google

O temulentos omni amentia homines, et turpissima omnium fatuitate refertos! Neque enim ad sobrietatem paululum reversi, omissa illa cogitatione de corporibus, ad sublimitatem eorum quæ de Deo D dicuntur conscendetis, et divino more quæ de divina natura dicta sunt accipietis, tametsi humanis verbis proferantur et nostræ consuetudini accommodatis, quia ne ita quidem nisi ægre audientes intelligunt. Cæterum ut aliquid ipsorum imperitiæ simile dicamus, si Spiritus unguenti loco est, ut vos opinamini, et cum unguentum diversæ substantiæ sit ab eo qui ungit, necesse etiam fuerit Spiritum diversæ a Patre essentiæ esse. Et cum unguentum ex multis et variis rebus componatur, ab iis qui eam artem callent, necessarium quoque Spiritum sanctum ex multis et diversis partibus constitutum esse. Item cum unguentum sit rationis expers, Spi-

[5] Joan. xiv, 6. [6] Joan. xv, 26. [7] I Joan. v, 6 juxta Bibl. græc. [8] Joan. i, 9. [9] II Cor. iv, 6.

Digitized by Google

ritus etiam sanctus rationis expers erit. Hæc itaque blasphemia in illorum capita redundabit. Nos vero contra inferimus : Si Spiritus sanctus est diversæ essentiæ a Deo, qui in ipso sanctos ungit, quomodo, habitante in nobis Spiritu sancto, Christus inhabitare dicitur, qui a Patris essentia diversus non est? Quod quidem intelligens Paulus inquit : « Ut det vobis secundum divitias gloriæ suæ confortari virtute per Spiritum suum in interiori homine, et habitare Christum per fidem in cordibus vestris [10]. » Cum itaque Christus per Spiritum in interiore homine habitet, manifestum est non esse diversum ab ipsius essentia id per quod in sanctis habitat.

A ἅγιον. Ἡ μὲν οὖν ἐπὶ τούτῳ δυσφημία δραμεῖται πάντως εἰς τὰς ἐκείνων κεφαλάς. Ἡμεῖς δὲ αὐτοῖς ἀντεπάγομεν· Εἰ ἑτερούσιον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῦ ἐν αὐτῷ χρίοντος τοὺς ἁγίους Θεοῦ, πῶς τοῦ Πνεύματος οἰκοῦντος ἐν ἡμῖν, Χριστὸς οἰκῶν ἀποδείκνυται, ὁ τῷ Πατρὶ κατ' οὐσίαν οὐχ ἕτερος ὤν; Ὅπερ εἰδὼς καὶ ὁ Παῦλος ἐπιστέλλει· « Ἵνα δῷ ὑμῖν κατὰ τὸν πλοῦτον τῆς δόξης αὐτοῦ δυνάμει κραταιωθῆναι διὰ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ εἰς τὸν ἔσω ἄνθρωπον, κατοικῆσαι τὸν Χριστὸν διὰ τῆς πίστεως ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν. » Ὅτε τοίνυν διὰ τοῦ Πνεύματος εἰς τὸν ἔσω ἄνθρωπον ὁ Χριστὸς κατοικεῖ, πρόδηλον δήπουθεν ὡς οὐκ ἀλλότριόν ἐστι τῆς οὐσίας αὐτοῦ τὸ δι' οὗ τοῖς ἁγίοις ἐνοικεῖν φαίνεται.

ALIUD.

Lex Mosaica inevitabile supplicium proponit iis qui in Deum totius universi sunt blasphemi. Unde et filius Ægyptiæ in eremo lapidibus a tota multitudine jussu Dei obrutus est, quod nomine Dei abusus et aliquid lege vetitum dicere ausus fuisset [11]. Ipse etiam divinus noster Jesus Christus eumdem **349** divinæ naturæ servans honorem, inquit remittendum esse peccatum ei qui dixerit in Filium hominis: blasphemantibus vero in Spiritum sanctum, neque in hoc, neque in futuro sæculo remittendum esse [12]. Atqui si esset creatura Spiritus sanctus, et non divinæ essentiæ, ac si non una cum Patre et Filio glorificaretur : quomodo blasphemia in ipsum commissa adeo grave supplicium meretur, atque eorum qui in Deum blasphemi fuerunt? Sed manifestum est quod sit Deus ex Deo et in Deo Spiritus, cui a sacris Scripturis honor defertur ut Deo, atque ita natura sua exsistit.

B

ΑΛΛΟ.

Ἄφυκτον ἐπάγει τὴν τιμωρίαν τοῖς εἰς τὸν ἁπάντων βλασφημοῦσι Θεὸν καὶ ὁ διὰ Μωσέως νόμος. Καὶ γοῦν τὸν τῆς Αἰγυπτίας υἱὸν κατὰ τὴν ἔρημον λιθόλευστον παρὰ πάσης τῆς συναγωγῆς προστάττει γενέσθαι Θεὸς, μνημονεύσαντα τοῦ ὀνόματος, καθὰ γέγραπται, καὶ εἰπεῖν τι τῶν ἀπηγορευμένων τολμήσαντα. Οὐδὲν δὲ ἧττον καὶ αὐτὸς ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, τὴν αὐτὴν ἀποσώζων τιμὴν τῇ θείᾳ φύσει, ἀφεθήσεσθαι μὲν διϊσχυρίζεται τῷ λέγοντι λόγον κατὰ τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου· τῷ δὲ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον βλασφημήσαντι οὐκ ἀφεθήσεσθαι, οὔτε ἐν τῷ νῦν αἰῶνι τούτῳ, οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι. Ἀλλ' εἴπερ ἦν ποίημα τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ μὴ τῆς θείας οὐσίας ὑπῆρχε Πατρὶ καὶ Υἱῷ συνθεολογούμενον, πῶς ἡ εἰς αὐτὸ δυσφημία τοσαύτην ἔχει τὴν κόλασιν, ὅση κατὰ τῶν εἰς Θεὸν βλασφημούντων ὁρίζεται; Ἀλλ' ἔστι δῆλον ὅτι Θεὸς ἐκ Θεοῦ καὶ ἐν Θεῷ τὸ Πνεῦμα, τὸ ὡς Θεὸς τιμώμενον παρὰ ταῖς θείαις Γραφαῖς, καὶ οὕτως ὑπάρχον τῇ φύσει.

C

ALIUD.

Si, quemadmodum Salvator inquit, qui generatus est ex Spiritu, est Spiritus [13]; qui vero talis est, non ex sanguinibus neque ex voluntate viri, aut mulieris, sed ex Deo natus est [14] : Deus itaque est sua natura Spiritus, qui sanctos regenerat in unitatem cum Deo, quia in eis habitat, suæque naturæ participes efficit.

ΑΛΛΟ.

Εἰ, καθάπερ φησὶν ὁ Σωτὴρ, ὁ γεννώμενος ἐκ τοῦ Πνεύματος Πνεῦμά ἐστιν· ὁ δὲ τοιοῦτος, οὐκ ἐξ αἱμάτων, οὐδὲ ἐκ θελήματος ἀνδρὸς ἢ γυναικὸς, ἀλλ' ἐκ Θεοῦ ἐγεννήθη· Θεὸς ἄρα τὸ Πνεῦμά ἐστι κατὰ φύσιν τὸ τοὺς ἁγίους ἀναγεννῶν εἰς ἑνότητα τὴν πρὸς Θεὸν, διὰ τοῦ κατοικεῖν ἐν αὐτοῖς, καὶ τῆς οἰκείας φύσεως ἐργάζεσθαι κοινωνούς.

D

ALIUD.

Si Spiritus eos in quibus versatur vivificat et divinæ naturæ participes efficit : Deus itaque est, et ex divina essentia naturaliter per Filium creaturæ suppeditatur, eamque in se reformat. Nam sicut proprium luminis opus est illuminare, et nulla res in universum illuminare queat nisi sit lumen : ita etiam divini Spiritus opus est, eos qui ipsum suscipiunt deos efficere. Neque vero divinæ naturæ participem quemquam efficere posset, nisi ipse etiam divinæ essentiæ esset.

ΑΛΛΟ

Εἰ θεοποιεῖ τὸ Πνεῦμα τοὺς ἐν οἷς ἂν γένοιτο, καὶ μετόχους θείας ἐργάζεται φύσεως, Θεὸς ἄρα ἐστὶ, καὶ ἐκ τῆς θείας οὐσίας φυσικῶς δι' Υἱοῦ τῇ κτίσει χορηγούμενον, καὶ ἀναμορφοῦν αὐτὴν ὡς πρὸς ἑαυτό. Ὥσπερ γὰρ φωτὸς ἔργον οἰκεῖον τὸ φωτίζειν ἐστὶ, καὶ οὐκ ἄν τι δύναιτο φωτίζειν ὅλως, εἰ μὴ ὑπάρχοι φῶς· οὕτω καὶ θείου Πνεύματος ἔργον, τὸ θεοὺς ἐργάζεσθαι τοὺς δεξαμένους αὐτό. Καὶ οὐδ' ἂν φύσεως θείας ἐδείκνυε κοινωνοὺς τοὺς ἔχοντας αὐτὸ, εἰ μὴ τῆς θείας οὐσίας ὑπῆρχεν αὐτό.

[10] Ephes. III, 16, 17. [11] Levit. XXIV, 10-23. [12] Matth. XII, 31. [13] Joan. III, 6. [14] Joan. I, 13.

Digitized by Google

Ὅτι οὐκ ἐκ μετοχῆς τῆς τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἅγιόν ἐστι τὸ Πνεῦμα, ἀλλὰ φύσει καὶ οὐσιωδῶς ἐξ αὐτοῦ.

Ἀντίθεσις ὡς ἐκ τῶν δι' ἐναντίας.

Ἁγιαστικὸν εἶναι, φασὶ, τὸ Πνεῦμα, καὶ αὐτοὶ συνομολογήσομεν, οὐκ αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ φύσει τοιοῦτον ὑπάρχον, ἀλλ' ὥσπερ τι σκεῦος ἐκ σιδήρου τυχὸν ἢ καὶ ἑτέρας τινὸς ὕλης, τῆς ἐκ πυρὸς μετέσχον θερμότητος τὰ πυρὸς ἐργάζεται· οὕτω καὶ αὐτὸ τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ πληρούμενον ἁγιότητος μεταδίδωσι τῇ κτίσει τοῦ ἁγιασμοῦ. Καὶ ἐπὶ τούτοις μάρτυς ἡμῖν ἀψευδὴς αὐτὸς ὁ Σωτὴρ γενήσεται λέγων περὶ αὐτοῦ· « Ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται. »

Πρὸς τοῦτο λύσις.

Πανταχόθεν αὐτοῖς ἡ πρότασις ἀτοπωτάτη πάλιν ἀποδειχθήσεται, καὶ δυσφημίαν μᾶλλον ἢπερ ἀληθείας εὕρεσιν ἔχουσα. Οὐ γὰρ νοεῖν, ὡς ἔοικε, τὰς θείας Γραφὰς, παρατρέπειν δὲ μᾶλλον ἐπείγονται πρὸς τὸ ἑκάστῳ δοκοῦν. Ἰδοὺ γὰρ πάλιν καὶ τὴν τοῦ Σωτῆρος φωνὴν εἰς ὀχύρωσιν τῆς οἰκείας ψευδολογίας ἁρπάζουσιν, οὐ τὴν διάνοιαν τοῦ ῥητοῦ σαφῶς ἐκκαλύπτοντες τοῖς ἀκροωμένοις, οὔτε μὴν τὰ ἑφεξῆς τῷ λόγῳ συνείροντες· παρατομὰς δὲ τῶν στίχων δυστρόπως ἐργαζόμενοι, καὶ τὸ δοκοῦν εἶναι χρήσιμον πρὸς τὸν ἀτόπως αὐτοῖς προτεθέντα σκοπὸν, αὐτὸ δὴ καὶ μόνον πανούργως ἁρπάζοντες. Οὐ γὰρ, Ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, καὶ ἁγιάσει ὑμᾶς, φησὶν ὁ Σωτήρ· εἰ καὶ ὅτι μάλιστα καὶ εἰ κατὰ τοῦτον εἴρητο τὸν τρόπον, οὐδεμίαν τοῖς ὀρθῶς ἀκροωμένοις ἐνεποίησεν ἂν τὴν ζημίαν· πλὴν, « Ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, φησὶ, καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν. Οὐ λαλήσει ἀφ' ἑαυτοῦ, ἀλλ' ὅσα ἂν ἀκούσῃ, λαλήσει. » Ἐπειδὴ γὰρ ἔμελλε τὴν μετὰ σαρκὸς ἀποπληρώσας οἰκονομίαν ἀναβαίνειν πρὸς τὸν Πατέρα, πέμψειν δὲ ὑπέσχετο τὸν Παράκλητον τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς, ἵνα μή τις ὑπολάβῃ τὰ μὴ κατὰ γνώμην αὐτοῦ διατάξειν ποτὲ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, δεικνύς τε σαφῶς ὅτι Πνεῦμα αὐτοῦ ὑπάρχον τὰ ἐξ αὐτοῦ πάλιν διακονήσει ῥήματα· « Οὐ λαλήσει, φησὶν, ἀφ' ἑαυτοῦ, ἀλλ' ὅσα ἂν ἀκούσῃ λαλήσει, ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται. » Ὅμοιον γὰρ ὡς εἰ καὶ τὸ μέλι περὶ τῆς ἐνούσης αὐτῷ φυσικῆς ποιότητος λέγοι, Οὐκ ἐνθήσει τι ἀφ' ἑαυτῆς τοῖς ἀπογευομένοις, ἀλλ' ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, φυσικῶς διαβαινούσης τῆς ἐκ τῶν οὐσιῶν, ἵν' οὕτως εἴπω, ποιότητος ἐπὶ τὰ ἐξ αὐτῶν ἀμερίστως προερχόμενα, οἷον, καθάπερ ἤδη προείπομεν, ἐκ μέλιτος ἡ γλυκύτης, ἐκ πυρὸς ἡ θερμότης, ἐξ ὕδατος ἡ ὑγρότης. Οὐκ οὖν μετοχικῶς ἅγιον τὸ Πνεῦμα, κατὰ τὸν ἐκείνων λόγον· φυσικῶς δὲ μᾶλλον καὶ οὐσιωδῶς.

A Quod Spiritus sanctus non sit ex participatione Dei ac Patris, sed naturaliter atque essentialiter ex ipso.

Objectio hæreticorum.

Sanctificantem esse Spiritum, inquiunt, nos etiam profitemur, non quod ipse per se natura talis exsistat, sed quemadmodum vasculum aliquod ex ferro aut alia quapiam materia confectum, quando caloris ex igne particeps factum est, ipsius ignis opera facit : ita etiam Spiritus, sanctitate a Deo refertus, creaturas sanctitatis participes facit. Cujus rei verissimus testis est Salvator, ita de ipso dicens : « Quia ex meo accipiet [15]. »

Solutio objectionis.

Omni ex parte ista hæreticorum objectio **350** absurdissima est, et blasphemiam potius quam veritatem in se habens. Neque enim intelligere Scripturas, ut apparet, adnituntur, sed eas ad suam quisque libidinem detorquere. Ecce enim verba Salvatoris ad confirmanda sua mendacia abripiunt, neque dicti sensum manifeste audientibus exponunt, neque sequentia cum primis cohærenti serie connectentes, sed interpolatis susdeque versiculis, sententiam mutilantes, quidquid arriserit, ad absurdam suam opinionem accommodant. Neque enim, Ex meo accipiet, et sanctificabit vos, dicit Salvator, tametsi quamvis ita diceret, nihil damni inde recte intelligentibus oriretur; sed inquit, « Ex meo accipiet, et annuntiabit vobis. Non loquetur a seipso, sed quæcunque audierit, loquetur. » Cum enim absoluta sua administratione in carne ascensurus esset ad Patrem, promisit se missurum Paracletum suis discipulis, ne quis suspicaretur doctrinam Spiritus sancti alienam a sua fore; ostendens manifeste quod, cum Spiritus ex se esset, verba quoque ex ipso administraret. « Non loquetur, inquit, ex seipso, sed quæcunque audierit loquetur, quia ex meo accipiet. » Perinde enim est ac si mel de qualitate naturali quæ sibi inest, dicat : Nihil ex seipsa gustantium sensui immittet, sed ex meo accipiet : transeunte videlicet naturaliter substantiarum, ut ita dicam, qualitate, in ea quæ inseparabiliter ex eis procedunt : quemadmodum, ut modo diximus, dulcedo ex melle, calor ex igne, refrigeratio ex aqua. Non est igitur Spiritus ex participatione, ut hæretici opinantur : sed potius naturaliter atque essentialiter.

ΑΛΛΟ.

Τὸ ἐκ μετοχῆς ἅγιον, δοχεῖον ὥσπερ ὑπάρχον τοῦ προσγεγονότος ἁγιασμοῦ, αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ πρότερον ἐν ἰδίᾳ φύσει κείσεται, ὥσπερ οὖν καὶ ὁ ἄνθρωπος καὶ ὁ ἄγγελος τυχὸν, ἢ καί τις ἑτέρα φύσις λογική. Λεγέτωσαν τοίνυν ἡμῖν οἱ ἐκ μετοχῆς τῆς τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς τὸ Πνεῦμα τολμῶντες λέγειν ἅγιον εἶναι

ALIUD.

Quod ex participatione sanctum est, cum sit tanquam vas atque receptaculum sanctitatis quæ ei accidit, ipsum hoc per se prius in sua propria natura exstitit, quemadmodum angelus, vel homo, aut alia quæpiam rationalis natura. Dicant igitur nobis qui Spiritum ex participatione Dei ac Patris audent

[15] Joan. xvi, 14.

Digitized by Google

dicere esse sanctum, et non naturaliter : Quidnam ergo per se atque in propria sua hypostasi est Spiritus ? Sed nihil aliud esse quam sanctum Spiritum ex sacris Litteris accepimus. Non est igitur per participationem vel compositionem sanctus, sed essentia et natura sanctificans, **351** atque ipsa deitatis quæ in Deo ac Patre est, qualitas, ut ita dicam, sicut dulcedo ex melle, et bonus odor ex flore.

A καὶ οὐ φυσικῶς· Τί ποτ' ἄρα αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ καὶ ἰδιαζόντως ἐστίν ; Ἀλλ' οὐδὲν ἕτερον ἢ ἅγιον ἠκούσαμεν παρὰ ταῖς θείαις Γραφαῖς. Οὐκ ἄρα ἐκ μετοχῆς, οὐδὲ ἐκ συνθέσεως ἅγιον, ἀλλ' οὐσία καὶ φύσις ἁγιαστική, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς θεότητος, ἵν' οὕτως εἴπω, ποιότης, ὥσπερ οὖν καὶ ὁ γλυκασμὸς τοῦ μέλιτος, ἢ καὶ ἐξ ἄνθους εὐωδία.

ALIUD.

Quod ex participatione alicui inest, id quemadmodum datum est, auferri etiam potest. Sola enim illa quæ essentialiter alicui insunt, inseparabiliter inhærent. Si ergo sanctitatem quasi accidens aliquod in Spiritu collocant, necesse est ut fateantur, B eam etiam posse non accidere. Commode ergo dici poterit, juxta illorum sententiam, Spiritum etiam sine sanctitate esse posse. At hoc impium est. Non igitur ex participatione, sed ex Deo naturaliter est Spiritus sanctus.

ΑΛΛΟ.

Τὸ ἐκ μετοχῆς προσγενόμενόν τισιν, ὡς δοτὸν ἔσται καὶ ἀφαιρετόν. Μόνα γὰρ τὰ οὐσιωδῶς προσόντα τοῖς ἔχουσιν, ἀχωρίστως συμπεφυκότα φαίνεται. Εἰ τοίνυν ἐν προσθήκης τάξει καὶ συμβεβηκότος κεῖσθαί φασιν ἐν τῷ Πνεύματι τὸν ἁγιασμὸν, ὁμολογήσουσι πάντως ὅτι καὶ ἀποσυμβῆναι δυνήσεται. Ὥρα δὴ οὖν καὶ ἁγιότητος δίχα τὸ Πνεῦμα λέγειν εἶναι δύνασθαι, κατὰ τὸ ἐκείνων ἐπιχείρημα. Ἀλλὰ τοῦτο δυσσεβές. Οὐκ ἄρα ἐκ μετοχῆς ἅγιον τὸ Πνεῦμα, ἀλλ' ὡς ἐκ Θεοῦ φυσικῶς.

ALIUD.

Spiritum sanctum Scriptura sacra Spiritum ex Deo semper vocat, significans non accidens ipsius aliquod, ut hæretici opinantur, sed id quod natura sua est, quemadmodum si quis hominem definiens, quid secundum substantiam suam sit significans, dicat, quod sit animal rationale, mortale. Quomodo igitur non sit absurdissimum, hominem quia ita definitur esse omnino id quod esse solet : Spiritum C autem sanctum aliud quidpiam ab eo quod est imaginari, cum hæc ipsius appellatio, quid secundum essentiam sit significet? Sanctus enim appellatur. Proinde si est natura sanctus, nequaquam extrinsecus id consequetur, sed potius cum sit naturalis ac viva et inexsistens essentiæ Dei operatio, creaturæ semper perfectionem adjicit, per sanctificationem et participationem ipsius.

ΑΛΛΟ.

Πνεῦμα ἅγιον ἡ θεία Γραφὴ τὸ ἐκ Θεοῦ Πνεῦμα διηνεκῶς ἀποκαλοῦσα φαίνεται, οὐχ ἕν τι τῶν συμβεβηκότων αὐτῷ δηλοῦσα, κατὰ τὴν ἐκείνων ἀβουλίαν, ἀλλ' ὅπερ ἐστὶ κατὰ φύσιν τοῦτο σημαίνουσα, ὥσπερ οὖν εἴ τις καὶ ἄνθρωπον ὁριζόμενος τὸ τί ἐστι κατ' οὐσίαν σημαίνων, λέγοι, ὅτι ζῶον λογικὸν, θνητόν. Εἶτα πῶς οὐ σφόδρα ἐστὶν ἀτοπώτατον, τὸν μὲν ἄνθρωπον διὰ τὸ οὕτως ὁρίζεσθαι, εἶναι πάντως ὃ καὶ εἶναι πέφυκε, τὸ δὲ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἕτερόν τι παρ' ὅπερ ἐστὶ φαντάζεσθαί τινας, τοῦθ' ὅπερ ἐστὶ κατ' οὐσίαν τῆς προσκειμένης αὐτῷ σημαινούσης ἐπωνυμίας ; ἅγιον γὰρ ὀνομάζεται. Οὐκοῦν εἴπερ ἐστὶ κατὰ φύσιν ἅγιον, οὐκ ἔξωθεν ἔχει τὸ εἶναι τοιοῦτο, μᾶλλον δὲ αὐτὸ, τῆς θείας ὑπάρχον οὐσίας ἐνέργεια φυσική τε καὶ ζῶσα καὶ ἐνυπόστατος, προστίθησιν ἀεὶ τῇ κτίσει τὸ τέλειον δι' ἁγιασμοῦ καὶ τῆς πρὸς ἑαυτὸ μετοχῆς.

ALIUD.

Nomina quæ singulis rebus indita sunt, aut substantias ipsas significant, perfectam subjecti definitionem habentia, aut ministerii sive muneris speciem declarant, ut in his nominibus, *homo*, et *pro-* D *pheta*. Nam si *hominem* vocaro, jam prædicati vel subjecti substantiam significavi. Si vero nominem *prophetam*, ministerium sive munus atque officium ei commissum indico. Proinde si Spiritus sanctus est ex participatione sanctus, ergo appellatio illa ministerium sive officium illius potius quam essentiam declarabit ; neque ea intelligere possumus, quid naturaliter sit, sed quid muneris ei injunctum sit. Quocirca aliud quidpiam secundum essentiam est, **352** atque aliam quamdam propriam operationem habet, præter sanctificantem, quam extrinsecus, ut illi blasphemi contendunt, adjectam sibi et accidentariam a Deo habet. Imperfectus itaque est Spiritus sanctus, quippe qui impletione per sanctifica-

ΑΛΛΟ.

Τὰ ἐφ' ἑκάστῳ τῶν ὄντων κείμενα ὀνόματα, ἢ τῶν οὐσιῶν εἰσι παραστατικὰ, ὅρον ἔχοντα τοῦ ὑποκειμένου τέλειον, ἢ λειτουργίαν τινὰ καὶ ἐπιτηδεύματος εἶδος σημαίνει, ὡς ἐν τῷ *ἄνθρωπος* καὶ *προφήτης*. Ἂν μὲν γὰρ *ἄνθρωπος* εἴπω, παρέστησα τοῦ κατηγορημένου, ἢ ὑποκειμένου τὴν οὐσίαν. *Προφήτην* δὲ λέγων, διακονίαν ἤτοι ἐπιτήδευμα δοθὲν ἀνθρώπῳ δηλῶ. Οὐκοῦν εἴπερ ἅγιον ἐκ μετοχῆς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, λειτουργίας μᾶλλον ἤπερ οὐσίας ἔσται σημαντικὸν τοὔνομα αὐτῷ, καὶ οὐ τί ἐστι κατὰ φύσιν ἐκ τούτου μανθάνομεν, ἀλλ' ὅ τι τέτακται ποιεῖν. Οὐκοῦν ἕτερόν τι κατ' οὐσίαν ἐστὶ, καὶ ἑτέραν ἔχει τινὰ ἰδίαν ἐνέργειαν παρὰ τὴν ἁγιαστικὴν, ἣν ἔξωθεν, ὡς αὐτοὶ δυσφημοῦντές φασι, προστεθεμένην αὐτῷ καὶ ἐπισυμβᾶσαν ἔχει παρὰ Θεοῦ. Ἀτελὲς οὖν ἄρα τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ δεηθὲν πληρώσεως δι' ἁγιασμοῦ. Εἶτα πῶς τὸ οὕτως ἔχον, ὡς ἐκεῖνοί φασι, τὸ ἐν τελειότητι γίνεσθαι τοῖς μετόχοις αὐτοῦ γινο-

Digitized by Google

μένοις παρέχει; Τὸ ἀτελὲς ὅσον εἰς τὴν οἰκείαν φύσιν, πῶς ἁγιάζει μὲν Ἀρχὰς, Θρόνους, Κυριότητας, Δυνάμεις, Ἐξουσίας, Ἀγγέλους, ἀνθρώπους; Πῶς δὲ ἄρα φασὶν ἁγιασμοῦ πληροῦσθαι τὸ Πνεῦμα παρὰ τοῦ Πατρὸς, ἁγιαστικῆς δηλονότι δυνάμεώς τε καὶ ἐνεργείας ἐρχομένης ἐπ' αὐτό; Τοῦτο γὰρ, ὡς εἰκὸς, δυσφημοῦντες ἐροῦσι. Τίς οὖν ἡ χρεία περιόδου μακρᾶς καὶ πολυπλόκων νοημάτων; Αὐτὴν γὰρ ἐκείνην τὴν ἐκ Πατρὸς φυσικῶς προϊοῦσαν δύναμιν ἁγιαστικὴν τὴν τοῖς ἀτελέσι τὸ τέλειον παρεχομένην, φαμὲν εἶναι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Καὶ περιττὸν, ὡς φαίνεται, τὸ διὰ μέσου τινὸς ἁγιάζεσθαι τὴν κτίσιν, οὐκ ἀπαξιούσης τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας καὶ μέχρι τῶν ἐλαχίστων διῖκνεῖσθαι, καὶ ἁγιάζειν αὐτὰ διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἐπείπερ αὐτοῦ τὰ πάντα ποιήματα. A tionem egeat. Atqui quomodo id quod imperfectum est, ut illi volunt, possit perficere sui participes? Aut quomodo quod suapte natura imperfectum est, sanctificare queat Principatus, Thronos, Dominationes, Potestates, Virtutes, Angelos, homines? Quomodo vero aiunt impleri sanctitate Spiritum a Deo, sanctificante nimirum vi atque operatione in ipsum immissa? At vero hoc, ut apparet, blasphemantes dicunt. Sed quid opus est istis ambagibus et versutis commentis? Ipsam enim illam sanctificantem vim atque virtutem, quæ ex Patre naturaliter procedit, et imperfectis perfectionem tribuit, dicimus esse Spiritum sanctum. Supervacaneum enim est, ut apparet, per medium aliquod sanctificari creaturam, cum Dei benignitas non dedignetur ad minutissimas etiam res pervenire, easque per Spiritum sanctum sanctificare, siquidem ipsius sunt omnes creaturæ.

ΑΛΛΟ.

B

« Ὁ νόμος διὰ Μωσέως ἐδόθη, » φησὶν ἡ θεία Γραφὴ, « ἡ χάρις δὲ καὶ ἀλήθεια διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐγένετο. » Οὐκοῦν εἴπερ πολύ τι φαίνεται, τὸ μεταξὺ τῆς τε Μωσέως διακονίας, καὶ τοῦ μεσιτεύσαντος Θεοῦ τε καὶ ἀνθρώπου Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἀνάγκη τὸν μὲν διὰ Μωσέως νόμον ἀτελῆ συνομολογεῖν· οὐδὲν γὰρ ἐτελείωσε, φησὶν ὁ Παῦλος· τὴν δὲ διὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν χάριν ἀληθῆ καὶ τελείαν εἶναι πιστεύομεν. Τίς οὖν ἄρα ἡ χάρις, ἢ πάντως ἡ τοῦ ἁγίου Πνεύματος χύσις ἡ ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν γινομένη, κατὰ τὴν τοῦ Παύλου φωνήν; Πῶς οὖν ἀληθινὴ φανεῖται λοιπὸν ἡ ἐν ἡμῖν χάρις, εἴπερ διηκονήθη διὰ κτίσματος εἰς ἡμᾶς ὁ ἁγιασμὸς, ὥσπερ οὖν καὶ ὁ νόμος δι' ἀγγέλων; Εἰ γὰρ οὐκ αὐτουργεῖ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν ἡμῖν, οὐδὲ τοῦτό ἐστι κατὰ φύσιν ὅπερ ἀκούομεν, μετοχικῶς δὲ καὶ μεταληπτικῶς ἁγιασμοῦ πληρούμενον, παρὰ τῆς θείας οὐσίας, εἰς ἡμᾶς ἐκπέμπει τὴν δοθεῖσαν αὐτῷ χάριν, πρόδηλον ὅτι διὰ κτίσματος ἡμῖν ἡ τοῦ ἁγίου Πνεύματος διηκονήθη χάρις. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὐκ ἀληθές. Διὰ Μωσέως μὲν γὰρ ὁ νόμος, ἤτοι δι' ἀγγέλων· διὰ δὲ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἡ χάρις καὶ ἡ ἀλήθεια. Αὐτουργὸν ἄρα τὸ Πνεῦμα ἐν ἡμῖν, ἀληθῶς ἁγιάζον καὶ ἑνοῦν ἡμᾶς ἑαυτῷ διὰ τῆς πρὸς αὐτὸ συναφείας, θείας τε φύσεως ἀποτελοῦν κοινωνούς.

ALIUD.

« Lex per Mosen data est, » inquit sacra Scriptura; « gratia autem et veritas per Jesum Christum facta est [16]. » Quocirca si magna quædam est differentia inter ministerium Mosis, et mediatoris Dei ac hominum Jesu Christi, necessarium est ut legem Mosis imperfectam esse fateamur: nihil enim perfecit, ut Paulus testatur [17]: at vero Salvatoris nostri gratiam veram et perfectam esse credimus. Quænam igitur hæc gratia est? Non alia certe quam sancti Spiritus in cordibus nostris facta infusio, juxta Pauli sententiam [18]. Quomodo igitur erit vera in nobis gratia, si subministrata nobis est per creaturam sanctificatio, sicut et lex per angelos? Nam si Spiritus sanctus non operatur in nobis per se, neque C idipsum est naturaliter, quod audimus, sed per participationem sanctitate repletus a divina essentia, gratiam sibi datam in nos emittit: manifestum est gratiam Spiritus sancti nobis per creaturam conferri. At hoc falsum est. Nam per Mosen, sive per angelos lex [19]: gratia vero et veritas per Salvatorem nostrum Jesum Christum [20]. Spiritus itaque sanctus per seipsum in nobis operatur, vere sanctificans atque uniens nos **353** sibi ipsi: et per conjunctionem ac copulam nostri secum naturæ divinæ participes facit.

Ὅτι Θεὸς κατὰ φύσιν ἐστὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ οὐ κτίσμα οὐδὲ ποίημα.

Ἐκ τῆς πρὸς Ῥωμαίους Ἐπιστολῆς.

Quod Spiritus sanctus sit natura Deus, et non opus vel creatura.

Ex Epistola Pauli ad Romanos.

Ἐπιστέλλει Ῥωμαίοις ὁ Παῦλος περὶ τοῦ Σωτῆρος D ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· « Τοῦ ὁρισθέντος, φησὶν, Υἱοῦ Θεοῦ ἐν δυνάμει κατὰ τὸ Πνεῦμα ἁγιωσύνης ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν. » Εἰ τοίνυν διὰ τὸ ἐκ νεκρῶν ἀναστῆναι, καὶ τῇ ζωοποιῷ δυνάμει τοῦ ἁγίου Πνεύματος λῦσαι τὰ δεσμὰ τοῦ θανάτου, ὁ Χριστὸς εἰς Υἱὸν ἀληθινὸν ὁρίζεται τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῦτο ὑπάρχων νοεῖται, οὐκ ἂν εἴη κτίσμα ἢ ποίημα τὸ δι' οὗ τῆς θείας δυνάμεως ἡ ἐπίδειξις γίνεται, τουτέστι τὸ Πνεῦμα, ἵνα μὴ διὰ Paulus de Salvatore nostro Jesu Christo ita ad Romanos scribit: « Prædestinato, inquit, Filio Dei in virtute per Spiritum sanctificationis ex resurrectione de mortuis Jesu Christi Domini nostri [21]. » Si ergo quoniam e mortuis resurrexit, et vivifica virtute Spiritus sancti vincula mortis solvit, idcirco Christus verus Dei Filius esse cognoscitur: certe non erit opus vel creatura ille per quem divina hæc virtus ostenditur, hoc est Spiritus sanctus, ne videatur Christus quodammodo per creaturam ad-

[16] Joan. I, 17. [17] Hebr. VII, 19. [18] II Cor. I, 22. [19] Galat. III, 19. [20] Rom. VII, 25. [21] Rom. I, 4.

Digitized by Google

justus, sed potius propria sua vi ac virtute per Spiritum usus fuisse.

A

ALIUD.

Paulus rursum : « Desidero, inquit, videre vos, ut tradam vobis aliquam gratiam spiritalem ad confirmandos vos [22]. » Si Spiritus confirmat eos in quibus versatur, donorum suorum largitione : manifestum profecto fuerit iis qui recte sentire volunt, eum inter creaturas et servos collocandum non esse. Scriptum enim est : « Confirmabit justos Dominus [23]. » Cui vero naturale dominium tribuitur, et confirmandi facultas, gerit omnino etiam dignitatem domino convenientem. Servum autem est quidquid creatum est, quantum ad ortum attinet. Spiritus itaque non est creatura : dominus enim esse declaratur, non servus.

B

ALIUD.

Quantam benignitatem erga nos ostenderit totius universi Dominus, declarare volens Paulus : « Charitas, inquit, effusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis [24]. » Si ergo Deus charitas est, ut Joannes testatur, et non aliud quidpiam est ipse, aliud quod in ipso est (simplex enim est et non compositus), infusus autem est in cordibus nostris per inhabitantem in nobis Spiritum sanctum. Deus itaque est Spiritus sanctus, quippe qui instar Dei in nobis habitet, atque, ut ita dicam, ex suprema omnium essentia prodit : in propria tamen subsistentia et ex Patre intellectus, et per Filium creaturæ donatur.

C

ALIUD, *quo declaratur quod lex a Spiritu posita sit, ut a Deo.*

« Scio, inquit Paulus, quia lex spiritalis **354** est [25]. » Et post pauco subjicit : « Condelector legi Dei secundum interiorem hominem [26]. » Et rursum : « Lex enim Spiritus vitæ in Christo Jesu, liberavit me a lege peccati et mortis [27]. » Ecce cum legem vocet spiritalem, hoc est per Spiritum, statim eam legem Dei appellat. Sed apertius in sequentibus quod Deus sit Spiritus ostendit, clamans : « Lex Spiritus vitæ, » ne solummodo Spiritus leges ferre dicatur, verum etiam esse Spiritus vitæ. At quænam est vita, nisi Christus ipse dicens : « Ego sum veritas et vita [28] ? » Cum itaque Christus leges ferat, Spiritus sanctus ut in ipso et ex ipso naturaliter exsistens legislator esse dicitur.

D

ALIUD.

Paulus carnis motus damnans, et declarans quantopere voluntati Spiritus repugnent : « Caro, inquit, adversus Spiritum, et Spiritus adversus carnem. Hæc enim contraria inter se sunt [29]. » Deinde

ΑΛΛΟ.

Ὁ Παῦλος πάλιν· « Ἐπιποθῶ γάρ, φησὶν, ἰδεῖν ὑμᾶς, ἵνα τι μεταδῶ χάρισμα ὑμῖν πνευματικὸν εἰς τὸ στηριχθῆναι ὑμᾶς. » Εἰ στηρίζει τὸ Πνεῦμα διὰ τῶν οἰκείων χαρισμάτων τοὺς ἐν οἷς ἂν γένοιτο, δῆλον ἂν εἴη τοῖς ὀρθῶς ἐθέλουσι νοεῖν, ὡς οὔτ' ἐποιήμασιν, οὔτε μὲν ἐν δούλοις τετάξεται. Γέγραπται· « Ὑποστηρίξει δὲ τοὺς δικαίους ὁ Κύριος. » Τὸ δὲ ἐν κυριότητος τόπῳ φυσικῆς τεθειμένον, καὶ διὰ τοῦ στηρίζειν δύνασθαι, φέρει πάντως καὶ τὸ κυρίῳ πρέπον ἀξίωμα. Δοῦλον δὲ τὸ ποιηθὲν ὅσον εἰς γένεσιν. Οὐκ ἄρα ποίημά ἐστι τὸ Πνεῦμα· κύριον γὰρ ἀποδείδεικται καὶ οὐ δοῦλον.

ΑΛΛΟ.

Ὅσην ἡμῖν τὴν φιλανθρωπίαν ὁ πάντων ἐποιήσατο Δεσπότης, διδάσκων ὁ Παῦλος, φησὶν, ὅτι « Ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ ἐκκέχυται ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν, διὰ Πνεύματος ἁγίου τοῦ δοθέντος ἡμῖν. » Εἰ τοίνυν ὁ Θεὸς ἀγάπη ἐστὶ, κατὰ τὴν Ἰωάννου φωνὴν, καὶ οὐχ ἕτερον μέν τι αὐτὸς, ἕτερον δέ τι τὸ ἐν αὐτῷ, ἁπλοῦς γὰρ καὶ ἀσύνθετος, ἐκκέχυται δὲ ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν διὰ τοῦ ἐνοικοῦντος ἐν ἡμῖν ἁγίου Πνεύματος· Θεὸς ἄρα τὸ Πνεῦμά ἐστιν, ὡς ἐν τάξει Θεοῦ, κατοικοῦν ἐν ἡμῖν, καὶ, ἵν' οὕτως εἴπω, τῆς ἀνωτάτω πασῶν ἐξέρπον οὐσίας ἐν ἰδίᾳ τε ὑπάρξει καὶ ἐκ Πατρὸς νοούμενον, δι' Υἱοῦ τῇ κτίσει χορηγούμενον.

ΑΛΛΟ, *δηλοῦν ὅτι ὁ νόμος παρὰ τοῦ Πνεύματος ἐτέθη ὡς παρὰ Θεοῦ.*

« Οἶδα μὲν, φησὶν, ὅτι ὁ νόμος πνευματικός ἐστι. » Εἶτα βραχὺ προελθὼν ἐπιλέγει· « Συνήδομαι γὰρ τῷ νόμῳ τοῦ Θεοῦ κατὰ τὸν ἔσω ἄνθρωπον. » Καὶ πάλιν· « Ὁ γὰρ νόμος τοῦ Πνεύματος τῆς ζωῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ἠλευθέρωσέ με ἀπὸ τοῦ νόμου τῆς ἁμαρτίας καὶ τοῦ θανάτου. » Ἰδοὺ τὸν νόμον ὀνομάσας πνευματικὸν, τουτέστι τὸν διὰ Πνεύματος, εὐθὺς αὐτὸν καὶ Θεοῦ νόμον ἀποκαλεῖ. Γυμνότερον δὲ διὰ τῶν ἑπομένων ὅτι Θεὸς εἴη τὸ Πνεῦμα, δεικνύει βοῶν· « Ὁ νόμος τοῦ Πνεύματος τῆς ζωῆς, » ἵνα μὴ μόνον νομοθετοῦν εὑρίσκηται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀλλ' ἤδη καὶ Πνεῦμα ὑπάρχον ζωῆς. Καὶ τίς ἡ ζωὴ, ἢ πάντως ὁ λέγων Χριστός· « Ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια καὶ ἡ ζωή; » Νομοθετοῦντος τοιγαροῦν τοῦ Χριστοῦ, ὡς ἐν αὐτῷ καὶ ἐξ αὐτοῦ φυσικῶς ὑπάρχον τὸ Πνεῦμα αὐτὸ νομοθετεῖ.

ΑΛΛΟ·

Τοῦ σαρκικοῦ κινήματος ὁ Παῦλος κατηγορῶν, καὶ δεικνὺς ὅσην ἔχει πρὸς τὴν τοῦ Πνεύματος βούλησιν τὴν ἀνάστασιν, « Ἡ σὰρξ, φησὶ, κατὰ τοῦ Πνεύματος, τὸ δὲ Πνεῦμα κατὰ τῆς σαρκός. Ταῦτα

[22] Rom. I, 11. [23] Psal. xxxvi, 17. [24] Rom. v, 5. [25] Rom. VII, 14. [26] Ibid. 22. [27] Rom. VIII, 2. [28] Joan. XIV, 6. [29] Galat. V, 17.

Digitized by Google

γὰρ ἀλλήλοις ἀντίκειται. » Εἶτα βραχὺ προελθὼν ἐπιλέγει· « Ἄρα οὖν αὐτὸς ἐγὼ τῷ μὲν νοῒ δουλεύω νόμῳ Θεοῦ, τῇ δὲ σαρκὶ νόμῳ ἁμαρτίας· » νόμον μὲν ἁμαρτίας τὰ ἐν τῇ σαρκὶ πρὸς τὰς ἐκτόπους ἡδονὰς κενήματα λέγων· Θεοῦ δὲ νόμον, τὴν τοῦ Πνεύματος βούλησιν ἀποκαλῶν. Πρόδηλον οὖν ὅτι Θεὸς τὸ ἅγιον Πνεῦμα, τὸ καὶ νόμους ὁρίζον ἐν ἡμῖν τὸ οἰκεῖον θέλημα. Πρέπει δὲ οὐχ ἑτέρῳ νομοθετεῖν, ἀλλὰ μόνῳ Θεῷ. A

ΑΛΛΟ.

« Τῇ γὰρ ματαιότητι, φησὶν, ἡ κτίσις ὑπετάγη οὐχ ἑκοῦσα, ἀλλὰ διὰ τὸν ὑποτάξαντα ἐπ' ἐλπίδι. » Οὐκοῦν εἴπερ εἶναί φασι κτιστόν τε καὶ ποιητὸν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀνάγκη συνομολογεῖν ὑποτετάχθαι καὶ αὐτὸ τῇ ματαιότητι, καὶ συστενάζειν μὲν καὶ συνωδίνειν, εἶναί τε νῦν ὥσπερ ἐν δουλίᾳ, ἐλευθερωθήσεσθαί τε μόλις εἰς τὴν ἀπολύτρωσιν τῆς δόξης τῶν τέκνων Θεοῦ. Εἶτα ποῖ ποτε ἡμῖν ὁ Παῦλος οἰχήσεται λέγων· « Οὐ γὰρ ἐλάβετε πνεῦμα δουλείας πάλιν εἰς φόβον, ἀλλ' ἐλάβετε Πνεῦμα υἱοθεσίας, ἐν ᾧ κράζομεν· Ἀββᾶ, ὁ Πατήρ. » Ἀλλὰ τῆς μὲν δουλείας ἀπαλλάττει τοὺς ἐν οἷς ἂν γένοιτο, ἀναμορφοῖ δὲ μᾶλλον εἰς τὴν ἐλευθερίαν καὶ υἱότητα, μετόχους ἀποδεικνύων τῆς οἰκείας φύσεως. Οὐκ ἄρα δοῦλόν ἐστιν, εἰ δὲ τοῦτο, οὐ κτίσμα. Τὸ δὲ καὶ τὸ εἶναι κτίσμα καὶ τὸ ἓν δούλων τετάχθαι διαφυγὸν, τῆς θείας ἂν εἴη λοιπὸν οὐσίας δηλαδή. B

ΑΛΛΟ.

Συστενάζειν ὁ Παῦλος τὴν κτίσιν εἰπὼν, ἐπιφέρει· « Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ οἱ τὴν ἀπαρχὴν τοῦ Πνεύματος ἔχοντες ἡμεῖς. » Καὶ τί τὸ ἐν τούτοις ζητούμενον; Ἡ ἀπαρχὴ, τινός ἐστιν ἀπαρχὴ, καὶ ὁμοειδὴς ἐκείνῳ πάντως, οὗ καὶ ἔστιν ἀπαρχή· οἷον οἴνου μὲν οἶνος, σίτου δὲ ὁμοίως σῖτος. Εἰ τοίνυν ὡς ἐν τῷ αἰῶνι τῷ μέλλοντι τελειοτάτην ἔχειν μέλλουσι τῆς Θεότητος τὴν μετουσίαν, ἐν ἀπαρχῆς ἡμῖν τάξει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐχορηγήθη, ἀνάγκη δὴ πᾶσα τῆς Θείας φύσεως εἶναι λέγειν αὐτὸ, ἧς καὶ ἔστιν ἀπαρχή. Εἰ δὲ τοῦτο, οὐ κτίσμα, οὐδὲ ποίημά ἐστι, θεὸς δὲ μᾶλλον ὡς ἐκ Θεοῦ καὶ ἐν Θεῷ φυσικῶς. C

ΑΛΛΟ.

Ῥωμαίοις ἐπιστέλλει πάλιν ὁ Παῦλος· « Λέγω γὰρ διὰ τῆς χάριτος τῆς δοθείσης μοι παντὶ τῷ ὄντι ἐν ὑμῖν, μὴ ὑπερφρονεῖν παρ' ὃ δεῖ φρονεῖν, ἀλλὰ φρονεῖν εἰς τὸ σωφρονεῖν, ἑκάστῳ ὡς ὁ Θεὸς ὥρισε μέτρον πίστεως. » Εἶτα πάλιν τῇ τοῦ Πνεύματος ἐξουσίᾳ τὴν τῶν θείων χαρισμάτων διανομὴν ἀναθείς· « Ὧ μὲν γὰρ ὁ Θεὸς, φησὶ, δίδωσι Πνεῦμα σοφίας· » εἶτα τούτῳ προσθεὶς δωρεῶν εἴδη πολλὰ, « ἑτέρῳ δὲ πίστιν, » ἐπιλέγει· « Ταῦτα δὲ πάντα ἐνεργεῖ τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα, διαιροῦν ἰδίᾳ ἑκάστῳ καθὼς βούλεται. » Οὐκοῦν εἰ πρὸς τοῖς ἄλλοις ἀγαθοῖς καὶ πίστεως φαίνεται τὸ Πνεῦμα παρεκτικὸν, καὶ τὸ ἀρ- D

de post pauca infert : « Ego igitur ipse mente quidem servio legi Dei, carne autem legi peccati [30]. » Legem peccati varios in carne ad voluptatem motus appellat ; Dei vero legem vocat voluntatem Spiritus. Manifestum itaque est, Spiritum sanctum esse Deum, qui leges nobis suam voluntatem præscribat. Atqui leges aliis præscribere, nemini quam soli Deo convenit.

ALIUD.

« Vanitati, inquit, creatura subjecta est non volens, sed propter eum qui subjecit eam in spe [31]. » Proinde si Spiritum sanctum creatum esse dicunt, necesse est, ut etiam ipsum vanitati subjectum esse fateantur, unaque nobiscum gemere et dolere, utpote in servitute constitutum, atque ægre libertatem in redemptionem gloriæ filiorum Dei consecuturum. Sed quid de Paulo statuent dicente : « Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in timore ; sed accepistis Spiritum adoptionis filiorum Dei, in quo clamamus : Abba, Pater [32] ? » Liberat itaque a servitute eos in quibus versatur, eosque liberos et filios efficit, propriæ suæ naturæ participes declarans. Spiritus itaque servus non est : atque idcirco neque creatura. Qui vero alienus est a natura creaturarum et servorum, divinæ essentiæ sit oportet.

355 ALIUD.

Paulus cum una nobiscum gemere creaturam dixit, infert : « Non solum autem, sed etiam nos, qui primitias Spiritus habemus [33]. » Quid vero ex his quæritur ? Primitiæ, alicujus rei primitiæ sunt, et ejusdem speciei cum eo cujus sunt primitiæ, ut exempli gratia vini primitiæ vinum est, et similiter tritici triticum. Si ergo in futuro sæculo perfectissimam consecuturi sunt sancti divinitatis participationem, et primitiarum loco Spiritus sanctus nobis datus est : necessarium plane est, ut divinæ naturæ esse dicamus id quod primitiarum rationem habuit. Quod cum ita sit, opus certe vel creatura esse nequit ; sed potius Deus ex Deo naturaliter procedens.

ALIUD.

Ad Romanos rursus ita scribit : « Dico enim per gratiam, quæ mihi data est, omnibus qui sunt inter vos, non plus sapere, quam sapere oportet, sed sapere ad sobrietatem, unicuique sicut Deus divisit mensuram fidei [34]. » Et idem rursus Spiritus potestati divinorum donorum distributionem ascribens, inquit : « Alii enim dat Deus Spiritum sapientiæ [35] ; » deinde multis donorum generibus enumeratis, inquit : « Alii fidem. » Et, « Hæc omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens unicuique sicuti vult [36]. » Si ergo præter alia bona Spiritus sanctus etiam fidem largitur, et unicuique pro mensura sufficienti

[30] Rom. VII, 25. [31] Rom. VIII, 20. [32] ibid. 15. [33] ibid. 23. [34] Rom. XII, 3. [35] I Cor. XII, 8. [36] ibid. 11.

Digitized by Google

dispertit ut Deus : quomodo non fuerit vehementer impium eum creaturis annumerare, ac non potius profiteri ipsum a Deo procedere?

κοῦν ἑκάστῳ μέτρον ὁρίζον ὡς Θεὸς, πῶς οὐ λίαν ἀσεβὲς ἐπαριθμεῖν αὐτὸν τοῖς κτίσμασι, καὶ μὴ μᾶλλον ἐκ Θεοῦ πεφηνέναι λέγειν;

ALIUD.

Paulus de iis quæ per se in utilitatem gentium a Salvatore acta erant glorians, ita ait : « Gloriari habeo in Jesu Christo ad Deum. Nec enim audeo aliquid loqui eorum quæ per me non efficit Christus in obedientiam gentium, verbo et factis, in virtute signorum et prodigiorum, in virtute Spiritus sancti [37]. » Si ergo Christus per Paulum signa operatur in virtute Spiritus sancti, vis quædam naturalis ac vivens, atque, ut ita dicam, qualitas deitatis Filii est Spiritus sanctus. Quod si ita est, quomodo sit creatura, quod in Deo et ex Deo naturaliter est? Aut quomodo sit in creatura omnis virtus Filii sita? Cæterum hoc vel sola cogitatione impium est.

ΑΛΛΟ.

Ἐπὶ τοῖς δι' αὐτοῦ γενομένοις παρὰ τοῦ Σωτῆρος κατορθώμασιν ἐπ' ὠφελείᾳ τῶν ἐθνῶν, καυχᾶται λέγων ὁ Παῦλος· « Ἔχω οὖν καύχησιν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τὰ πρὸς τὸν Θεόν. Οὐ γὰρ τολμήσω τι λαλεῖν, ὧν οὐ κατειργάσατο Χριστὸς δι' ἐμοῦ εἰς ὑπακοὴν ἐθνῶν, λόγῳ καὶ ἔργῳ, ἐν δυνάμει σημείων καὶ τεράτων, ἐν δυνάμει Πνεύματος ἁγίου. » Οὐκοῦν εἰ σημεῖα καὶ τέρατα διὰ τοῦ Παύλου Χριστὸς ἐργάζεται ἐν δυνάμει Πνεύματος ἁγίου, ἐνέργειά τις φυσικὴ καὶ ζῶσα, καὶ, ἵν' οὕτως εἴπωμεν, ποιότης τῆς θεότητος τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιόν ἐστιν. Εἰ δὲ τοῦτο, πῶς ἔσται ποίημα τὸ ἐν Θεῷ καὶ ἐκ Θεοῦ φυσικῶς; Πῶς δὲ ἐν ποιήματι πᾶσα ἡ δύναμις τοῦ Υἱοῦ; ὅπερ ἐστὶ καὶ μόνον εἰπεῖν ἀσεβέστατον.

356 *Ex I Epistola Pauli ad Corinthios.*

Paulus cum docere vellet, prædicationem evangelicam vi orationis atque eloquentia non egere, ita Corinthiis scribit : « Et ego in infirmitate et timore multo fui apud vos; et sermo meus, et prædicatio mea non fuit in persuasione sapientiæ humanæ; sed in demonstratione Spiritus et virtutis, ut fides vestra non esset in sapientia hominum, sed in virtute Dei [38]. » Vide quomodo demonstrationem Spiritus, hoc est operationes atque effectus Spiritus, virtutem Dei esse ait. Ex hoc enim et in ipso naturaliter est Spiritus omnia operans. Quomodo igitur sit opus vel creatura id in quo Deus hoc ipsum quod est, quantum a nobis percipi potest, cognoscitur veluti in speculo atque ænigmate [39]?

Ἐκ τῆς πρὸς Κορινθίους α'.

Οὐ τῆς ἐκ λόγων δεινότητος τὸ σωτήριον δεῖσθαι κήρυγμα διδάσκων ὁ Παῦλος, ἐπιστέλλει Κορινθίοις· « Κἀγὼ ἐν ἀσθενείᾳ καὶ ἐν τρόμῳ πολλῷ ἐγενόμην πρὸς ὑμᾶς, καὶ ὁ λόγος μου, καὶ τὸ κήρυγμά μου οὐκ ἐν πειθοῖς σοφίας λόγοις, ἀλλ' ἐν ἀποδείξει Πνεύματος καὶ δυνάμεως, ἵνα ἡ πίστις ὑμῶν μὴ ᾖ ἐν σοφίᾳ ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐν δυνάμει Θεοῦ. » Ἰδοὺ τὴν τοῦ Πνεύματος ἀπόδειξιν, τουτέστι τὰ διὰ τοῦ Πνεύματος ἐνεργήματα, δύναμιν εἶναί φησι τοῦ Θεοῦ. Ἐξ αὐτοῦ γὰρ καὶ ἐν αὐτῷ φυσικῶς τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ τὸ πάντα ἐνεργοῦν. Πῶς οὖν κτίσμα ἢ ποίημα, τὸ ἐν ᾧ Θεὸς ὅπερ ἐστὶ κατὰ φύσιν γνωρίζεται, καθόσον ἡμῖν ἐφικτὸν, ἐν ἐσόπτρῳ καὶ ἐν αἰνίγματι;

ALIUD.

Paulus neminem impure viventem regni cœlorum hæredem fore dicens, enumeratis fornicatoribus et avaris ac raptoribus, statim infert : « Et hæc quidem fuistis : sed ablati estis, sed sanctificati estis, sed justificati estis in nomine Domini nostri Jesu Christi, et in Spiritu Dei nostri [40]. » Proinde si soli Deo tribuimus potestatem remittendi peccata, remittit vero et justificat Spiritus, sanctos efficiens eos in quibus versatur : Deus itaque est, divinam in se operationem naturaliter habens.

ΑΛΛΟ.

Οὐδένα τῶν ἀσχήμονα μετιόντων βίον, κληρονόμον ἔσεσθαι τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας εἰπὼν, πόρνους τε ἀπαριθμήσας καὶ πλεονέκτας καὶ ἅρπαγας, ἐπάγει παραχρῆμα· « Καὶ ταῦτά τινες ἦτε, ἀλλ' ἀπελούσασθε, ἀλλὰ ἡγιάσθητε, ἀλλὰ ἐδικαιώθητε ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἐν τῷ Πνεύματι τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. » Οὐκοῦν εἰ μόνῳ Θεῷ τὸ ἐξεῖναι συγχωρεῖν ἁμαρτίας δώσομεν, ἀφίησι δὲ καὶ δικαιοῖ τὸ Πνεῦμα, ἁγίους ἀποδεικνύον τοὺς ἐν οἷς ἂν γένοιτο, Θεὸς ἄρα τὸ τὴν θείαν ἐνέργειαν ἔχων ἐν ἑαυτῷ φυσικῶς.

ALIUD.

« An nescitis, inquit, quod qui conjungitur cum scorto, unum corpus fit? qui vero cum Domino conjungitur, unus Spiritus est [41]? » Quemadmodum igitur qui scorto copulatur, unum cum ipso fit : ita qui Spiritus sancti particeps factus est, unum cum Domino efficitur [42]. Deus itaque est Spiritus sanctus, per quem Deo copulamur, et unum cum eo efficimur, divinæque ejus naturæ participes reddi-

ΑΛΛΟ.

« Ἢ οὐκ οἴδατε, φησὶν, ὅτι ὁ κολλώμενος τῇ πόρνῃ ἓν σῶμά ἐστιν, ὁ δὲ κολλώμενος τῷ Κυρίῳ ἓν Πνεῦμά ἐστιν; » Ὥσπερ οὖν ὁ τῇ πόρνῃ κολλώμενος, ἓν ὡς πρὸς αὐτὴν γίνεται, οὕτως ὁ τοῦ ἁγίου Πνεύματος μέτοχος γεγονὼς, ἓν ὡς πρὸς τὸν Κύριον γίνεται. Θεὸς οὖν ἄρα τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, δι' οὗ τῷ Θεῷ κολλώμεθα, καὶ ἓν ὡς πρὸς αὐτὸν ἀποτελούμεθα, τῆς τε θείας αὐτοῦ φύσεως γινόμεθα κοινωνοὶ, διὰ τῆς

[37] Rom. xv, 17-19. [38] I Cor. II, 3-5. [39] I Cor. XIII, 12. [40] I Cor. VI, 11. [41] ibid. 9. [42] ibid. 15, 16.

Digitized by Google

πρὸς τὸ Πνεῦμα συναφείας τε καὶ ἑνότητος. Εἰ δὲ τὸ Πνεῦμα Θεός, πῶς ἔσται καὶ ποίημα;

mur [48], per copulam illam atque unitatem Spiritus. At si Spiritus est Deus, quomodo sit creatura?

ΑΛΛΟ.

« Ἢ οὐκ οἴδατε, φησίν, ὅτι τὰ σώματα ὑμῶν ναὸς τοῦ ἐν ὑμῖν ἁγίου Πνεύματός ἐστιν, οὗ ἔχετε ἀπὸ Θεοῦ; » Ὅτε τοίνυν ἐν ἡμῖν τοῦ ἁγίου Πνεύματος οἰκοῦντος, οἶκος Θεοῦ καὶ ναὸς χρηματίζομεν, πῶς οὐκ ἔσται τῆς θείας φύσεως, ἀλλ' ἐν τοῖς γενητοῖς ἀριθμηθήσεται, ὅτε κἀκεῖνο πρόδηλόν ἐστιν, ὡς οὐδὲν τῶν γενητῶν ἢ πεποιημένων ὡς Θεὸς ἐν ναῷ λέγεται κατοικεῖν; Μόνης δὲ τῆς θείας φύσεως καὶ τοῦτό ἐστι μετὰ τῶν ἄλλων ἐξαίρετον.

ALIUD.

« An ignoratis, inquit, quod corpora vestra templum sunt Spiritus sancti, qui in vobis est, quem habetis a Deo [49]? » Cum igitur habitante in nobis Spiritu sancto, domus Dei et templum appellamur: quomodo non sit divinæ naturæ, aut quomodo creaturis annumeretur, cum illud manifestum sit, nihil omnino ex iis quæ facta sunt vel creata, in templo, sicut Deus, habitare dici? Nam **357** id inter alias proprietates Deo soli convenit.

ΑΛΛΟ.

« Ὁ γὰρ λαλῶν, φησὶ, γλώσσῃ, οὐκ ἀνθρώποις λαλεῖ, ἀλλὰ τῷ Θεῷ. » Οὐδεὶς γὰρ ἀκούει, Πνεύματι δὲ λαλεῖ μυστήρια. Θεὸς οὖν ἄρα, καὶ ἐκ Θεοῦ τὸ Πνεῦμα, εἴπερ ὁ αὐτῷ λαλῶν, Θεῷ διαλέγεται.

ALIUD.

« Qui loquitur linguis, inquit, non hominibus loquitur, sed Deo [50]. » Nemo enim audit, Spiritu autem loquitur mysteria. Deus itaque et ex Deo Spiritus sanctus: siquidem qui Spiritu loquitur, cum Deo loquitur.

Ἐκ τῆς πρὸς Κορινθίους β'.

Τὸν περὶ τῆς ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν λόγον εἰσφέρων ὁ Παῦλος, φησί· « Καὶ γὰρ οἱ ὄντες ἐν τῷ σκήνει, στενάζομεν βαρούμενοι, ἐφ' ᾧ οὐ θέλομεν ἐκδύσασθαι, ἀλλ' ἐπενδύσασθαι, ἵνα τὸ θνητὸν καταποθῇ ὑπὸ τῆς ζωῆς. Ὁ δὲ κατεργασάμενος ἡμᾶς εἰς αὐτὸ τοῦτο Θεός, ὁ καὶ δοὺς ἡμῖν τὸν ἀρραβῶνα τοῦ Πνεύματος. » Ἀρραβῶνα ζωῆς τὸ Πνεῦμα διδόσθαι φησὶν, ὡς τοῦτο κατὰ φύσιν ὑπάρχον· τὸ γὰρ Πνεῦμα ζωοποιεῖ. Ἀλλ' εὑρίσκομεν ὅτι τὸ εἶναι κατὰ φύσιν ζωὴ, μόνῳ πρόσεστι τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, καὶ τῷ ἐξ αὐτοῦ προελθόντι Λόγῳ. « Ὥσπερ γάρ, φησὶν, ὁ Πατὴρ ἔχει ζωὴν ἐν ἑαυτῷ, οὕτω καὶ τῷ Υἱῷ δέδωκεν ἔχειν ζωὴν ἐν ἑαυτῷ. » Καὶ πάλιν· « Ὥσπερ γὰρ ὁ Πατὴρ οὓς θέλει ζωοποιεῖ, οὕτω καὶ ὁ Υἱὸς οὓς θέλει ζωοποιεῖ. » Οὐκοῦν εἰ ζωοποιοῦντος τοῦ Πατρὸς, ζωοποιοῦντος δὲ ὁμοίως καὶ τοῦ Υἱοῦ, ζωοποιεῖ καὶ τὸ Πνεῦμα, πῶς ἔσται κτίσμα ἢ ποίημα, τὸ Πατρὶ καὶ Υἱῷ προσεοικὸς, καὶ τῆς οὐσίας ἔχον τὴν ταυτότητα;

Ex II Epistola ad Corinthios.

Paulus de resurrectione mortuorum disserens, ita ait: « Nos qui sumus in tabernaculo hoc, ingemiscimus gravati, eo quod nolumus exspoliari, sed supervestiri, ut absorbeatur quod mortale est a vita. Qui autem effecit nos in hoc ipsum Deus est, qui dedit nobis arrham Spiritus [51]. » Arrhabonem vitæ Spiritum datum esse inquit, utpote qui hoc natura sit: Spiritus enim vivificat [52]. Cæterum ex sacris Litteris constat, de solo Deo ac Patre et Verbo, quod ex Patre procedit, dici posse, quod sit naturaliter vita: « Quemadmodum enim Pater, inquit, habet vitam in seipso: ita et Filio dedit habere vitam in seipso [53]. » Et rursus: « Sicut enim Pater quos vult vivificat, sic et Filius quos vult vivificat [54]. » Proinde si cum Pater vivificet, vivificat similiter et Filius, itemque Spiritus sanctus, quomodo erit opus vel creatura is qui Patri et Filio persimilis est, idemque essentia cum ipsis est?

ΑΛΛΟ, *εἰς τὸ αὐτὸ συλλογιστικῶς.*

Εἰ ποίημα καὶ κτίσμα τὸ Πνεῦμα ὑπάρχον, κατὰ τοὺς ἀνοήτως αἱρετικοὺς, ζωοποιεῖν δύναται τοὺς ἐν οἷς ἂν γένοιτο, οὐδὲν ἐν Θεῷ τὸ ἐξαίρετον ζωοποιοῦντι καὶ αὐτῷ, ἐνέργειαν δὲ πάντως τὴν αὐτὴν εἶναι δώσομεν ποιητοῦ καὶ ποιήματος. Εἶτα πῶς ἐκ διαφόρου καὶ παρηλλαγμένης οὐσιώδους ποιότητος, ἴση καὶ ἀπαράλλακτος ἂν δοθήσεται δύναμις; Τὰ γὰρ μίαν ἔχοντα τὴν ἐνέργειαν, ἕνα καὶ τὸν τοῦ πῶς ἐστι φορέσει λόγον. Ὥρα τοίνυν ἢ τὸ Θεὸν εἰς τὸν τῶν ποιημάτων κατηφέρειν ὅρον, ἢ τῷ ποιήματι τὸν τῇ Θεότητι πρέποντα λόγον ἀπονέμειν, εἴπερ, κατ' ἐκείνους, ποίημα καὶ κτίσμα τὸ Πνεῦμα ὑπάρχον, ἴσην τῷ Θεῷ τὴν ἐνέργειαν ἔχει. Καὶ συγχέχυται λοιπὸν τὰ πάντη κατὰ φύσιν ἄμικτα. Ἀλλὰ τοῦτο ἄτοπον, καὶ οὐδὲν

ALIUD, *in eamdem sententiam syllogistice.*

Si Spiritus sanctus, cum sit creatura, ut hæretici imperite opinantur, facultatem habet vivificandi eos in quibus versatur: nihil erit eximium in Deo, qui et ipse vivificat: eamdem enim vim atque operationem esse statuemus creatoris et creaturæ. At vero quo pacto in diversis essentialibus qualitatibus æqualis omnino et par facultas statuetur? Nam quæ unius atque ejusdem sunt operationis et effectus, qualitate etiam inter se conveniunt. Commode itaque aut Deum in ordinem creaturarum rediget is, aut creaturæ id quod Deo convenit tribuetis, si modo, juxta vos, cum Spiritus sanctus sit opus et creatura, æqualem cum Deo operationem habet. Atque ita deinceps confundentur inter se quæ ra-

[48] II Petr. I, 4. [49] I Cor. VI, 16. [50] I Cor. XIV, 2. [51] II Cor. V, 4, 5. [52] II Cor. III, 6. [53] Joan. V, 26. [54] Joan. V, 21.

Digitized by Google

tione naturæ dissentiunt, et commisceri nequeunt. At hoc absurdum est, et nihil eorum quæ essentialiter Deo insunt, creaturæ inest, sicut illi. Vivificat vero Spiritus, sicut et Deus ac Pater. Quomodo igitur erit creatura, qui divinæ essentiæ proprietates ac prærogativas in se habet Spiritus? Itaque ex Deo et Deus **358** est, et non creatura, quemadmodum imperite sentiunt, qui veritati repugnant.

A τῶν οὐσιωδῶς προσόντων τῷ Θεῷ, πρόσεστι ποιήματι, ὥσπερ καὶ αὐτῷ. Ζωοποιεῖ δὲ τὸ Πνεῦμα, ζωοποιοῦντος τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός. Καὶ πῶς ἔσται ποίημα τὸ ἔχον ἐν ἑαυτῷ φυσικῶς τῆς θείας οὐσίας τὸ ἴδιον καὶ ἐξαίρετον; Οὐκοῦν ἐκ Θεοῦ καὶ Θεὸς τὸ Πνεῦμα· καὶ οὐ κτίσμα, κατά τινα τῶν ἀνοήτων, οἷς ἀεὶ γλυκὺς ὁ πρὸς τὴν ἀλήθειαν πόλεμος.

ALIUD.

« Si quæ in Christo, inquit, nova creatura : vetera transierunt, ecce facta sunt omnia nova : omnia autem ex Deo [80]. » Proinde si renovante nos Christo, et in novam vitam transferente, Spiritus renovare dicitur, juxta illud Psalmistæ : « Emitte Spiritum tuum et creabuntur, et renovabis faciem B terræ [81], » necesse est fateri Spiritum ex essentia Filii esse. Nam ut ex ipso naturaliter exsistens, et in creaturam ab ipso missus renovationem operatur, plenitudo ac complementum nimirum sanctæ Trinitatis. Quod si ita est, Deus itaque et ex Deo est Spiritus, et non creatura.

ΑΛΛΟ.

« Ὥστε εἴ τις ἐν Χριστῷ καινὴ κτίσις, τὰ ἀρχαῖα παρῆλθεν, ἰδοὺ γέγονε τὰ πάντα καινά, τὰ δὲ πάντα ἐκ Θεοῦ. » Οὐκοῦν ἐπειδήπερ ἀνακαινίζοντος ἡμᾶς τοῦ Χριστοῦ, καὶ εἰς νέαν μετατιθέντος ζωήν, τὸ Πνεῦμα ἀνακαινίζον λέγεται, κατὰ τὸ ἐν Ψαλμοῖς ᾠδόμενον· « Ἐξαποστελεῖς τὸ Πνεῦμά σου καὶ κτισθήσονται, καὶ ἀνακαινιεῖς τὸ πρόσωπον τῆς γῆς, » ἀνάγκη τὸ Πνεῦμα τῆς οὐσίας ὁμολογεῖν τοῦ Υἱοῦ. Ὡς γὰρ ἐξ αὐτοῦ κατὰ φύσιν ὑπάρχον καὶ ἐπὶ τὴν κτίσιν παρ' αὐτοῦ πεμπόμενον τὸν ἀνακαινισμὸν ἐργάζεται, συμπλήρωμα τῆς ἁγίας ὑπάρχον Τριάδος. Εἰ δὲ τοῦτο, Θεὸς ἄρα καὶ ἐκ Θεοῦ τὸ Πνεῦμα, καὶ οὐ ποίημα.

ALIUD.

« Suavissime, inquit, gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Christi [82]. » Si Spiritus est qui in nobis habitat, et per ipsum Christus : vis itaque ac virtus Christi est Spiritus sanctus. Quod si ita est, quomodo sit opus vel creatura quod natura Filio inest? Nisi fortasse dicere velint Verbum Deum compositum esse, et ex creata et increata, hoc est, sua natura constare. At cum hoc absurdum sit, non est itaque factus vel creatus Spiritus : sed ex incomprehensibili et divina essentia, ut vis ac virtus ipsius, et naturalis operatio.

ΑΛΛΟ.

« Ἥδιστα οὖν μᾶλλον καυχήσομαι, φησὶν, ἐν ταῖς ἀσθενείαις μου, ἵνα ἐπισκηνώσῃ ἐπ' ἐμὲ ἡ δύναμις τοῦ Χριστοῦ. » Εἰ δὲ τὸ Πνεῦμά ἐστι τὸ ἐπισκηνοῦν καὶ κατοικοῦν ἐν ἡμῖν, καὶ δι' αὐτοῦ Χριστὸς, δύναμις ἄρα αὐτοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Εἰ δὲ τοῦτο, πῶς ἔσται ποίημα τὸ φύσει προσὸν τῷ Υἱῷ; Ὥρα γὰρ C λέγειν σύνθετον εἶναι τὸν οὐδεμίαν ἔχοντα διπλόην Θεὸν Λόγον, ἔκ τε γεννητῆς καὶ ἐκ τῆς οἰκείας συγκείμενον φύσεως. Εἰ δὲ τοῦτο ἄτοπον, οὐ κτιστὸν τὸ Πνεῦμα ἢ ποιητὸν, ἀλλ' ἐκ τῆς ἀπερινοήτου καὶ θείας οὐσίας, ὡς δύναμις αὐτῆς καὶ ἐνέργεια φυσική.

ALIUD.

« Tentate, inquit, vosmetipsos si estis in fide, vosmetipsos probate. Annon cognoscitis vos ipsos, quia Christus Jesus in vobis est, nisi forte reprobi estis? Spero autem quod cognoscetis quia nos non sumus reprobi [83]. » Cum itaque habitante in probatis Spiritu, Christus sit qui inhabitat, necessarium est divinæ essentiæ esse Spiritum, quippe qui divinæ essentiæ eos participes efficiat. Neque enim D quisquam sanæ mentis dixerit Dei participationem in nobis per creaturam; siquidem diversa prorsus dissimiliaque inter se sunt, substantia creata et increata.

ΑΛΛΟ.

« Ἑαυτοὺς πειράζετε, εἰ ἐστὲ ἐν τῇ πίστει, ἑαυτοὺς δοκιμάζετε. Ἢ οὐκ ἐπιγινώσκετε ἑαυτοὺς, ὅτι Χριστὸς Ἰησοῦς ἐν ὑμῖν ἐστιν, εἰ μή τι ἀδόκιμοί ἐστε; Ἐλπίζω δὲ ὅτι γνώσεσθε ὅτι ἡμεῖς οὐκ ἐσμὲν ἀδόκιμοι. » Οὐκοῦν ἐπειδήπερ ἐν τοῖς δοκίμοις κατοικοῦντος τοῦ Πνεύματος, Χριστός ἐστιν ὁ κατοικῶν, ἀνάγκη λέγειν αὐτὸ τῆς θείας ὑπάρχειν οὐσίας, ἧς καὶ ἐργάζεται κοινωνοὺς τοὺς μετασχόντας αὐτοῦ. Οὐ γὰρ δή που φήσειεν ἄν τις, εἴ γε νοῦν ἔχοι, διὰ κτίσματος τὴν τοῦ Θεοῦ μετοχὴν ἐν ἡμῖν ἀποτελεῖσθαι, εἴπερ ἔκφυλα παντελῶς καὶ ἀλλήλοις ἀνόμοια, καὶ πολὺ τὸ διεῖργον μεταξὺ γενητῆς τε καὶ ἀγενήτου οὐσίας.

ALIUD.

« Gratia, inquit, Domini nostri Jesu Christi et charitas Dei Patris, et communicatio sancti Spiritus, sit cum omnibus vobis. Amen [84]. » Ecce rursum hic Spiritus sanctus Trinitatem **359** complere dicitur. Quomodo vero unus, aut quomodo simplex est Deus, si cum Spiritus qui in ipso est sit crea-

ΑΛΛΟ.

« Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ, καὶ ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ, καὶ ἡ κοινωνία τοῦ ἁγίου Πνεύματος, μετὰ πάντων ὑμῶν. Ἀμήν. » Ἰδοὺ πάλιν ἐνθάδε συμπληρωτικὸν τῆς ἁγίας Τριάδος τὸ Πνεῦμα φαίνεται. Πῶς οὖν εἷς, πῶς δὲ ἁπλοῦς ὁ Θεὸς, εἴπερ τὸ ἐν αὐτῷ Πνεῦμα κτιστὸν ὑπάρχον ἢ ποιητὸν, ἕτερόν τι παρ'

[80] II Cor. v, 17. [81] Psal. ciii, 31. [82] II Cor. xii, 9. [83] II Cor. xiii, 5, 6. [84] Ibid. 13.

Digitized by Google

αὐτὸν εὑρίσκεται; Ἀλλ' εἷς ὄντως ἐστὶν ὁ Θεὸς, ἁπλοῦς καὶ ἀσύνθετος, καὶ πάσης ἑτεροειδοῦς φύσεως ἀμιγής. Ἐξ αὐτοῦ δηλονότι καὶ ἐν αὐτῷ τὸ Πνεῦμα φυσικῶς καρπὸς ὑπάρχον αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἔξωθεν εἰς ὑπόστασιν ἐνεχθὲν, οὐδὲ ἐπίκτητον ἔχον τοῦθ' ὅπερ ἐστὶ, κατὰ τὴν τῶν ἑτεροδόξων ἀβουλίαν.

A tus aut factus, diversum quid ab ipso sit? Atqui unus revera est Deus, et simplex atque compositionis expers, nullique naturæ alterius speciei mistus. Ex ipso itaque et in ipso Spiritus naturaliter est, utpote fructus ipsius, neque extrinsecus ad esse traductus, neque, ut hæretici opinantur, id quod est ascititio quodam modo habens.

Ἐκ τῆς πρὸς Γαλάτας.

« Τεκνία, φησὶ, οὓς πάλιν ὠδίνω, ἄχρις οὗ μορφωθῇ Χριστὸς ἐν ὑμῖν. » Εἰ διὰ μόνου τοῦ Πνεύματος μορφοῦται Χριστὸς ἐν ἡμῖν, καὶ τοὺς ἰδίους ὥσπερ ἐντίθησι χαρακτῆρας, ἀναζωγραφῶν εἰς τὸ τῆς θεότητος κάλλος τὴν ἀνθρώπου φύσιν, Θεὸς ἄρα τὸ Πνεῦμα Χριστοῦ, τὸ ὡς αὐτὸς ἐν ἡμῖν μορφούμενον, ἴδιον δὲ πάντων τῆς οὐσίας αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἔξωθεν ὑποστατόν.

Ex Epistola ad Galatas.

« Filioli, inquit, quos iterum parturio, quousque Christus formetur in vobis [55]. » Si per solum Spiritum formatur in nobis Christus, suosque characteres quodammodo nobis imprimit, humanam naturam divinitatis pulchritudine insigniens : Deus itaque est Spiritus Christi, qui, ut ipsemet, pro B nobis formatur, et proprietas essentiæ ipsius est, non vero extrinsecus subsistens.

ΑΛΛΟ.

« Πνεύματι περιπατεῖτε, καὶ ἐπιθυμίαν σαρκὸς οὐ μὴ τελέσητε. Ἡ γὰρ σὰρξ ἐπιθυμεῖ κατὰ τοῦ Πνεύματος, τὸ δὲ Πνεῦμα κατὰ τῆς σαρκός· ταῦτα γὰρ ἀλλήλοις ἀντίκειται, ἵνα μὴ ἐὰν θέλητε, ταῦτα ποιῆτε. Εἰ δὲ Πνεύματι ἄγεσθε, οὐκ ἔτι ἐστὲ ὑπὸ νόμον. » Εἰ διὰ τῶν θελημάτων τοῦ Πνεύματος εἰς εὐλάβειαν καὶ ὀρθότητα βίου παιδαγωγούμενοι πρὸς ἐλευθερίαν καλούμεθα, τὴν ἐν νόμῳ δουλίαν ἐκβαίνοντες, Θεὸς ἄρα τὸ Πνεῦμά ἐστι τὸ ἐλευθεροῦν δυνάμενον, καὶ δεσποτικὸν ἔχει τὸ ἀξίωμα. Ὅτι γὰρ μόνῳ τῷ Θεῷ τὸ ἐλευθεροῦν ἐφεῖται, πρόδηλον μὲν ἐκ τοῦ μηδένα δύνασθαι ἀφαιρεῖν ἁμαρτίας πλὴν αὐτοῦ. Οὐδὲν ἧττον καὶ αὐτὸς ἡμᾶς ὁ Σωτὴρ πιστώσεται λέγων· « Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ ὁ Υἱὸς ὑμᾶς ἐλευθερώσῃ, δοῦλοί ἐστε. » Ποιήματι μὲν γὰρ τὸ δύνασθαι τοῦτο πωῖν οὐ πρόσεστι, μόνῳ δὲ ὡς Υἱῷ καὶ κληρονόμῳ, τῷ ἐκ Θεοῦ καὶ Πατρὸς προελθόντι Λόγῳ. Εἰ τοίνυν μόνου πρὸς ἐλευθερίαν καλοῦντος ἡμᾶς τοῦ Υἱοῦ, φαίνεται τὸ Πνεῦμα τοῦτο ποιοῦν, πῶς οὐκ ἔσται τῆς οὐσίας αὐτοῦ τὸ ὡς αὐτὸς πάντα πράττον, μετ' ἐξουσίας καὶ δυνάμεως θεοπρεποῦς; Εἰ δὲ τοῦτο, οὐ κτίσμα ἐστὶν, οὐδὲ ποίημα τὸ Πνεῦμα Χριστοῦ. Πολλὴν γὰρ ὁ λόγος ἔχει τὴν ἀσέβειαν.

ALIUD.

« Spiritu ambulate, et desideria carnis non perficiatis. Caro enim concupiscit adversus Spiritum : Spiritus autem adversus carnem : hæc enim sibi invicem adversantur, ut non quæcunque vultis, illa faciatis. Quod si Spiritu ducimini, non estis sub lege [56]. » Si per voluntatem Spiritus ad pie recteque vivendum instructi ad libertatem vocamur, et servitute legali liberamur : Deus itaque est Spiritus, quippe qui liberandi facultatem habet, et Dominica dignitate præditus est. Quod enim soli Deo conveniat libertatem donare, ex eo patet, quia nullus potest præter Deum peccata remittere. Ipse vero Salvator ejus rei fidem facit inquiens : « Amen, amen C dico vobis, nisi Filius vos liberarit, servi estis [57]. » Creaturæ enim libertatis dandæ facultas non inest, sed soli Filio tanquam hæredi, Verbo nimirum ex Deo et Patre procedenti. Si ergo cum solus Filius nos in libertatem asserere queat, idem etiam præstat Spiritus : quomodo non erit ejusdem essentiæ cum Filio, cum omnia divina sua potentia efficiat quæ Filius? Quod si ita est, non est ergo opus vel creatura Christi Spiritus. Neque enim absque summa impietate id dici potest.

Ἐκ τῆς πρὸς Ἐφεσίους.

Illibata pulchritudo, et forma ac species, ex ipso et in ipso Deus Verbum, ad inanitionem se demisit, non ab ullo ad hoc adactus, sed beneplacito Patris secundum suam voluntatem, et factus est homo, illæsam prorsus et integram in se naturæ suæ retinens dignitatem, sed humanitatem assumens ratione incarnationis, et unus e duobus Filius intellectus, concurrentibus et collatis in unum natura divina et humana, modoque ineffabili et arcano et quod mente capi nequit in unitatem conjunctis. Neque vero dicimus Dei Verbum in terrenæ carnis naturam mutatum aut in ipsius Verbi carnem : extremæ enim dementiæ morbum hunc esse faterer : sed utroque in suo veluti manente termino et ratione, perfectissimum et indivulsum ad unitatem concursum ejus quem hic dicimus congressus nomen significat. Deus enim est simul et homo idem : neque vero, cum Deum dixeris, humanitatem ei detrahes post unionem : neque, si hominem nominaveris, deitatis dignitatibus eum privabis, si tibi recte sentiendi cura est. Et Unigenitus quidem est ac Verbum, in quantum ex Patre prodiit ac genitus est, ac vicissim primogenitus, quando factus est homo, et in multis fratribus [29]. Et quemadmodum nomen illud *Unigenitus*, proprium cum sit Verbi, manet rursus in ipso etiam cum unitus est carni : sic illud, *Primogenitus*, cum illius proprie non esset, factum est ejus proprium cum carne. Mediator igitur hoc pacto etiam censetur esse, ea quæ natura multum sunt dissita et immenso disjunguntur intervallo, deitatem nimirum et humanitatem, conjuncta et unita ostendens in seipso, et nos per seipsum Deo et Patri conjungens. Ejusdem enim est cum Deo naturæ, quia ex ipso est, et in ipso ; et ejusdem quoque nobiscum est naturæ : nam ex nobis etiam est et in nobis. Non enim quod ad humanitatem attinet, diversus est a nobis, sed per omnia similis, excepto solo peccato, Emmanuel.

Β. Ὀρθότατα ἔφης. Ἥκει δὲ ἤδη πρὸς τοῦτο ἀνάγκης ἡμῖν ὁ λόγος, ὡς καὶ ὁμοούσιον τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ εἶναι φάναι τὸν Υἱόν.

B. Rectissime. Eo autem jam adacta est oratio, ut etiam consubstantialem Deo et Patri Filium esse necessario dicendum sit.

Α. Ὁμοούσιον γάρ, εἴπερ ἔστιν ἀληθῶς ἐξ αὐτοῦ τε καὶ ἐν αὐτῷ κατὰ φύσιν καὶ οὐσιωδῶς. Ὥσπερ γὰρ, οὐκ ἀληθῶς καὶ ἐξητασμένως, ἀλλ' οὐδὲ ἐν τάξει τῇ πρεπούσῃ, νοοῖτ' ἂν ἢ λέγοιτο πρὸς ἡμᾶς ὁμοούσιος, εἰ μὴ γέγονεν ἄνθρωπος, οὕτως οὐκ εἴη ποτ' ἂν ἐκ Θεοῦ τε καὶ ἐν Θεῷ, μὴ φυσικοῖς εἰς ἑνότητα τὴν πρὸς αὐτὸν συνδούμενος λόγοις· ἀλλ' οὐδ' ἂν ἑτέρως ἡ ἀνθρωπότης θείας εἴη φύσεως μέτοχος, εἰ μὴ πεπλούτηκε τοῦτο διὰ μεσίτου τοῦ Υἱοῦ, φυσικὸν ὥσπερ τινὰ τὸν τῆς συναφείας λαχοῦσα τρόπον. Ἀταλαίπωρον δὲ κομιδῇ διαπυθέσθαι λέγοντος τοῦ Υἱοῦ, πρὸς τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς Πατέρα· « Ἵνα πάντες ἓν ὦσι, καθὼς σὺ, Πάτερ, ἐν ἐμοὶ, κἀγὼ ἐν σοὶ, ἵνα καὶ αὐτοὶ ἐν ἡμῖν ἓν ὦσιν, ἵνα πιστεύσῃ ὁ κόσμος, ὅτι σύ

Α. Consubstantialem certe : siquidem vere est ex ipso et in ipso secundum naturam, et consubstantialiter. Sicut enim non vere et exquisite, sed neque eo gradu quo par est intelligeretur aut diceretur nobis consubstantialis, nisi homo factus esset : ita non **406** esset ex Deo et in Deo, nisi naturalibus rationibus esset in unitatem cum ipso colligatus : sed neque aliter humanitas divinæ esset naturæ particeps, nisi hoc haberet per mediatorem Filium, naturalem quemdam veluti conjunctionis modum consecuta. Licet autem audire Filium Patrem cœlestem sic alloquentem : « Ut omnes unum sint, sicut tu, Pater, in me, et ego in te, ut et ipsi in nobis unum sint, ut credat mundus quia tu me

[29] Rom. VIII, 29.

(1) Desunt hic nonnulla.

Digitized by Google

misisti. Et ego claritatem quam dedisti mihi, dedi eis, ut sint consummati in unum [40]. »

B. At si dicant unitatem Filii illam cum Patre, talem forsan esse, qualis etiam de nobisipsis intelligitur, quidnam demum censebimus? Scriptum est enim : « Multitudinis autem credentium erat cor unum et anima una [41]. » Cum enim plurimæ essent in omnibus animæ, unam tamen omnium esse dicebat, unitatis nomen et rem non utique de ipsa natura statuens, sed potius individuis voluntatum propensionibus tribuens, quod unum et idem propositum ac voluntatem haberent. Et quoniam Filius idem sentit ac vult quod Pater in omnibus, idcirco unum est etiam cum ipso. Hæc enim illi passim personant, miseri.

A. Atqui comperientur etiam hac in re mentem suam implesse extrema stultitia. Nulla enim est tam absurda cogitatio, ut videtur, tamque infirma et abjecta, quæ non levium hominum mentem depopuletur, idque facillime. « Stultus enim stulta loquetur, et cor ejus vana intelliget, ad loquendum ad Deum errorem, » ut scriptum est [42]. Nunquid enim stultitiæ et temeritatis cumulum implesse non censebitur, quod dicere et contendere solent, non quidem naturalem, sed voluntatis potius illam esse Filii cum Patre et Deo unionem? Nam si res ita se habet, nullo modo ab iis, opinor, discrepabit qui adoptione sunt filii, et in deitatis appellationem voluntate Patris asciti, quique virtutis splendore insignem hanc ac tam illustrem gloriam sibi compararunt. Dicant autem illi quid porro prohibeat quominus unusquisque sanctorum, cui animus sit ea sentire et facere quibus oblectetur Deus, et qui Domini voluntatem suam quodammodo **407** faciat, tam supernaturali Filii voce utatur, Patremque his verbis compellet : « Quemadmodum ego et tu unum sumus [43]. » Istiusmodi vocem igitur a sancto quodam ostendant esse prolatam. Sed non facient : multum abest. Contrarium enim videre licet in iis, opinor, qui pietatis summum fastigium assecuti, se tamen peccatores multifariam clamitant, et suæ naturæ conscios. Ac difficile quidem forsan non esset innumeras voces e sacris Scriptis collectas coacervare; sed exercitationis campum studiosis relinquere, abs re non alienum duxerim. Ad ea autem quæ illi tradunt me convertam (id enim satius demum fuerit), et oratione repetita de nostra unitate verba faciam. In unitatem quippe per fidem, procul dubio collecti et congregati sumus, nequaquam vero differimus inter nos diversitate essentiæ, licet unusquisque quodammodo scindatur in propriam hypostasim. Ejusdem enim sumus speciei, et ratio ac definitio una est essentiæ omnium quæ de omnibus ex æquo prædicatur. Unitatem vero cum Deo, non in nudis ac solis voluntatum propensionibus assequimur, sed alia nos

A με ἀπέστειλας. Κἀγὼ τὴν δόξαν, ἣν δέδωκάς μοι, δέδωκα αὐτοῖς, ἵνα ὦσιν ἕν, καθὼς ἡμεῖς ἕν ἐσμεν· ἐγὼ ἐν αὐτοῖς, καὶ σὺ ἐν ἐμοί, ἵνα ὦσι [τε]τελειωμένοι εἰς ἕν. »

B. Εἰ δὲ δὴ λέγοιεν τὴν ἑνότητα τοῦ Υἱοῦ τὴν πρὸς τὸν Πατέρα, τοιαύτην εἶναι τυχόν, οἵαπερ ἂν νοοῖτο καὶ ἐφ' ἡμῶν αὐτῶν, τί δὴ ἄρα λογιούμεθα; Γέγραπται γάρ· « Τοῦ δὲ πλήθους τῶν πιστευσάντων ἦν καρδία μία, καὶ ψυχὴ μία. » Πλείστων γὰρ ὄντων ἐν ἅπασιν οὖσῶν ψυχῶν, μίαν ἔφη τὴν ἁπάντων γενέσθαι, τὸ τῆς ἑνώσεως ὄνομά τε καὶ χρῆμα, οὔ τί που πάντως αὐτῆς καθορίζων τῆς φύσεως, ἀπονέμων δὲ μᾶλλον ταῖς ἐκ θελημάτων ἀδιασπάστοις ῥοπαῖς, καὶ τὸ μίαν ἔχειν καὶ τὴν αὐτὴν σκέψιν τε καὶ βούλησιν. Καὶ ἐπειδήπερ ἐστὶ συνευδοκητὴς καὶ ὁμόφρων ἐν ἅπασιν ὁ Υἱὸς τῷ Πατρὶ, ταύτῃ τοι καὶ ἓν ἐστι πρὸς αὐτόν. Ταυτὶ γὰρ ἐκεῖνοι περιβομβοῦσιν οἱ δείλαιοι.

A. Ἀλλ' ἠλιθιότητος τῆς εἰς ἄκρον ἠκούσης ἤδη καὶ ἀνωτάτης τὸν οἰκεῖον εὐθὺς ἀναμεστώσαντες νοῦν κἀν τούτῳ δὴ πάλιν ἀλοῖεν ἄν. Οὐδὲν γὰρ τῶν ἐκτόπων, ὡς ἔοικεν, ἔστι νοημάτων ἀδρανές τε οὕτω καὶ κατερρῳμμένον, εἰ μὴ τὸν τῶν ἀσυνθέτων καταλήξεται νοῦν, καὶ τοῦτο ἀμογητί. « Ὁ γὰρ μωρὸς μωρὰ λαλήσει, καὶ ἡ καρδία αὐτοῦ μάταια νοήσει, τοῦ λαλεῖν πρὸς Κύριον πλάνησιν, » κατὰ τὸ γεγραμμένον. Πῶς γὰρ οὐχὶ μωρίας τε καὶ εἰκαιότητος τῆς ἁπασῶν ἐσχάτης οἰηθείη τις ἂν ἀναπεπλῆσθαι λοιπὸν τὸ φάναι τε καὶ διατείνεσθαι φιλεῖν, ἥκιστα μὲν φυσικὴν, προαιρετικὴν δὲ μᾶλλον τὴν ἕνωσιν εἶναι τοῦ Υἱοῦ τὴν πρὸς τὸν Πατέρα καὶ Θεόν; Διοίσει γὰρ, οἶμαι, κατ' οὐδένα τρόπον, εἴπερ ὧδέ τε ἔχει καὶ ἔστιν ἀληθὲς, τῶν εἰς υἱότητα κεκλημένων, καὶ εἰς τὸ τῆς θεότητος ὄνομα διὰ βουλῆς τοῦ Πατρὸς εἰσποιηθέντων, οἳ καὶ τοῖς ἐκ τῆς ἀρετῆς αὐχήμασι τὴν οὕτως εὐκλεᾶ καὶ περίοπτον ἐξεπρίαντο δόξαν. Τί δὲ δὴ τὸ ἀπεῖργον ἔτι, λεγόντων ἐκεῖνοι, καὶ τῶν ἁγίων ἕκαστον τὰ ἐφ' οἷσπερ ἂν ἡσθείη Θεὸς φρονεῖν τε καὶ δρᾷν ἠρημένον, καὶ τὸ τῷ Δεσπότῃ δοκοῦν, ἴδιον ὥσπερ ποιησάμενον θέλημα, τὴν οὕτως ὑπερφυᾶ τοῦ Υἱοῦ φθέγξασθαι φωνὴν, ἀνακραγεῖν τε πρὸς τὸν Πατέρα· « Καθὼς ἐγὼ καὶ σὺ ἕν ἐσμεν. » Παρακομιζόντων δὴ οὖν τοιάνδε τινὸς ἡμῖν ἁγίου φωνήν. Ἀλλ' οὐκ ἂν ἔχοιεν, πολλοῦ γε καὶ δεῖ. Τοὐναντίον γὰρ, οἶμαι, καταθρήσαι τις ἂν, καίτοι τῆς εἰς λῆξιν εὐσεβείας ἐπειλημμένους, ὅτι τε εἶεν ἁμαρτωλοὶ πολυτρόπως ἐξῳδόντας, καὶ τῆς οἰκείας φύσεως οὐκ ἐν ἀγνοίᾳ κειμένους. Καὶ ἦν μὲν ἴσως χαλεπὸν οὐδὲν, μυρίας μὲν ὅσας καταῤῥωσθῆναι φωνὰς, ἐκ τῶν ἱερῶν ἀναλεξαμένους Γραμμάτων· τό γε μὴν ἐφεῖναι τοῖς φιλομαθέσι διαγυμνάζεσθαι, λογισαίμην ἂν οὐκ ἀπὸ σκοποῦ τοῦ πρέποντος. Τετράφομαι δὲ πρὸς τὰ παρ' ἐκείνων· ἄμεινον γὰρ ἤδη τοῦτί· καὶ δὴ καὶ ἐρῶ, τὸν τῆς καθ' ἡμᾶς ἑνότητος ἀνακυκλήσας λόγον. Πρὸς ἑνότητα μὲν γὰρ τὴν διὰ πίστεως συγκεκομισμένοί τε καὶ συνηνέχθημεν ὁμολογουμένως, διοίσομεν δὲ κατ' οὐδὲν ἀλλήλων ἑτερότητι τῆς οὐσίας, καὶ εἰ τέμνεταί πως ἕκαστος εἰς ἰδίαν ὑπόστασιν. Ἐσμὲν

[40] Joan. xvii, 21-23. [41] Act. iv, 32. [42] Isa. xxxii, 6. [43] Joan. xvii, 21.

Digitized by Google

γὰρ ὁμοειδεῖς, καὶ τῆς ἁπάντων οὐσίας ὅρος τε καὶ λόγος εἷς, ὁ πάντων ἐν ἴσῳ κατηγορούμενος. Ἑνότητα δὲ τὴν ὡς πρὸς Θεὸν, οὐκ ἐν ψιλαῖς καὶ μόναις ταῖς ἐκ θελημάτων πλουτοῦμεν ῥοπαῖς, ἀλλά τις καὶ ἕτερος εἰς τοῦτο συνείρει λόγος, ἀπόῤῥητός τε καὶ ἀναγκαῖος. Ὡς γὰρ ὁ θεῖος ἡμᾶς μεμυσταγώγηκε Παῦλος, « Ἓν σῶμά ἐσμεν οἱ πολλοὶ, διὰ τὸ ἐκ τοῦ ἑνὸς ἄρτου μετέχειν. » Ἦ γὰρ οὐκ οἶσθα, ὅτι σύσσωμα γενέσθαι Χριστοῦ καὶ τὰ ἔθνη φησὶ, τὴν πρὸς αὐτὸν ἑνότητα λαχόντα διὰ τῆς πίστεως, δῆλον δὲ ὅτι καὶ μυστικῆς εὐλογίας ;

A quoque ratio in hoc conjungit arcana et necessaria. Ut enim nos divinus Paulus docuit : « Unum corpus multi sumus, ex eo quod de uno pane participamus [46]. » Nunquid enim intelligis ab eo dici gentes etiam Christo concorpores factas esse [47], unitatem cum ipso per fidem nempe et per mysticam benedictionem adeptas ?

B. Κομιδῇ μὲν οὖν.

B. Prorsus quidem.

A. Οὐκοῦν, φυσικήν τε ἅμα καὶ προαιρετικὴν τὴν ἕνωσιν σφισιν (1) καὶ τὴν ἐν Χριστῷ διοψόμεθα.

A. Igitur naturæ simul et voluntatis unitas in nobis : dispicianus autem num talis sit nostra, qualis ea quæ in Christo est.

B. Πῶς λέγεις ; Ἕπομαι γὰρ οὐ λίαν.

B. Qui tu istud ais ? Non enim assequor.

A. Καὶ μὴν οὐδὲν εἶναί φημι τὸ ἄναντες ἓν γε δὴ τούτοις, ὦ τᾶν· ἀναμάθοι δ' ἂν ὃ φημι καὶ λίαν εὐκόλως ἀπαστισοῦν, οἶμαι, σοφὸς καὶ ἀρτίφρων ἀνὴρ, ἐννενοηκὼς ὅτι, πρῶτον μὲν εἰς ταυτότητα τὴν πρὸς ἀλλήλους οἱ τελοῦντες ἐν ἀνθρώποις θεσμῷ φυσικῷ διεσφίγμεθα, συνενούμεθα δὲ καὶ καθ' ἕτερον τρόπον. Διατετμημένοι γὰρ ὥσπερ εἰς ὑπόστασιν ἰδικὴν, τὴν καθ' ἕκαστον λέγω, καθ' ἣν ὁ μέν τίς ἐστι Πέτρος ἢ Ἰωάννης, ὁ δὲ Θωμᾶς ἢ Ματθαῖος, σύσσωμοι γεγόναμεν ἐν Χριστῷ, τὴν μίαν σάρκα τρεφόμενοι, καὶ ἑνὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι πρὸς ἑνότητα κατεσφραγισμένοι, καὶ εἴπερ ἐστὶν ἀμέριστος ὁ Χριστός· μεμέρισται γὰρ οὐδαμῶς· ἐν οἱ πάντες ἐσμὲν ἐν αὐτῷ. Τοιγάρτοι καὶ ἔφασκε πρὸς τὸν ἐν οὐρανοῖς Πατέρα· « Ἵνα ὦσιν ἓν, καθὼς ἡμεῖς ἕν. » Ἄθρει γὰρ ὅπως ἓν τε τῷ Χριστῷ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι οἱ πάντες ἓν ἐσμεν, καὶ κατὰ τὸ σῶμα, καὶ κατὰ τὸ πνεῦμα. Ἐπαιτιατέον οὖν ἄρα τοὺς ἕτερα ἅττα φρονεῖν λοιμοὺς, ὡς μηδὲ ἐκεῖνα συνέντας ὀρθῶς τὰ περὶ ἡμῶν γεγραμμένα.

B [48] C

A. Nihil est in his ardui, amice ; sed quod dico, citra negotium intelliget, opinor, quisquis recte sentit ac sapit, si animo reputaverit, primum quidem nos, quotquot homines sumus, lege naturali in mutuam identitatem constrictos esse, sed et alio quoque modo nos simul unitos esse. Secti enim quodammodo in propriam seu singularem subsistentiam secundum quam hic quidem est Petrus aut Joannes, ille Thomas aut Matthæus, concorpores facti sumus in Christo, una carne pasti, et uno sancto Spiritu ad unitatem obsignati, et cum Christus sit indivisibilis (neutiquam 408 enim divisus est), unum omnes sumus in ipso. Ideoque ad Patrem cœlestem dicebat : « Ut unum sint, sicut et nos unum sumus [49]. » Vide enim ut in Christo et sancto Spiritu omnes unum sumus, tum secundum corpus, tum secundum spiritum. Arguendi sunt igitur qui secus sentiunt, quod neque illa recte intelligant quæ de nobis scripta sunt.

B. Ἐπαιτιατέον μὲν οὖν· ἔφης γὰρ ὀρθῶς. Φιλοπυστήσας γε μὴν οὐδὲν ἧττον ἐρῶ, πότερα τὸν Υἱὸν ἑνῶσθαι παραδεξόμεθα τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἡμᾶς ἀλλήλοις, ἢ καὶ ὑπὲρ τοῦτο δοίη τις ἂν ἐπ' αὐτῶν τὴν ἕνωσιν ;

B. Arguendi quidem : recte quippe dixisti. Nihilominus ego vel id ex te sciscitabor, utrum admittere debeamus Filium unitum esse Deo ac Patri, quemadmodum et nos invicem, an ultra hanc, concedemus aliquam esse aliam unitatem ?

A. Ἡνῶσθαί φαμεν καὶ τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν, καθ' ἡμᾶς. Ἔστι μὲν γὰρ ὁμολογουμένως τῷ γεγεννηκότι πάντως που καὶ ὁμοούσιος, εἴπερ ἐστὶν ἀληθῶς Υἱός τε καὶ ἐξ αὐτοῦ. Ἐν ἰδίᾳ δὲ ὢν ὑποστάσει, τῇδέ τε ἔχειν εὖ μάλα πεπιστευμένος, οὐ καθάπερ ἡμεῖς ἀλλήλων, ἤτοι κατὰ νόμον σωμάτων, διεστήξει καὶ αὐτὸς τοῦ Πατρὸς, τὴν εἰσάπαν ἔχων διατομὴν. εἰς ἑτερότητα δὲ τὴν καθέκαστον λέγω, φυσικὴν δὲ ἄῤῥητον ἔχει τὴν ἕνωσιν, οὐ κατάχυσίν τινα τὴν εἰς ἀλλήλας παθουσῶν τῶν ὑποστάσεων, κατά γε τό τισι δοκοῦν, ὡς τὸν αὐτὸν εἶναι Πατέρα καὶ Υἱὸν, ἀλλ' ὄντως [ἴσ. ὄντος] τε καὶ ὑφεστηκότος ἑκατέρου, καὶ ἰδίαν ἔχειν λεγομένου τὴν ὕπαρξιν, ἡ τῆς οὐσίας ταυτότης βραβεύει τὴν ἕνωσιν.

A. Unitum esse dicimus etiam Patri Filium sicuti nos. Est enim procul dubio Genitori plane consubstantialis, siquidem vere est Filius et ex ipso. Cum autem in propria exsistat hypostasi, atque ita se habere utique credatur, non quemadmodum nos ab invicem, seu lege corporum, ipse etiam distinguitur a Patre omnimoda distinctione, cujusmodi nimirum diversitas est in singularibus : sed naturalem et ineffabilem habet unitatem, non confusionem quamdam hypostaseon quæ altrinsecus afficiantur, sicuti nonnullis placet, ut idem sit Pater ac Filius : sed cum sit et subsistat uterque, et propriam habere dicatur hypostasin, essentiæ identitas unitatem constituit.

B. Ἐν ἰδίᾳ φῂς οὖν εἶναι τὸν Υἱὸν ὑποστάσει [ἢ] οὐσίᾳ παρὰ τὴν τοῦ Πατρός ;

B. In propria igitur dicis Filium esse hypostasi, vel essentia alia quam Patris ?

A. Οὐκ ἐν οὐσίᾳ μᾶλλον ἑτέρᾳ παρὰ τὴν ὡς Θεοῦ, ἀλλ' ἐν ὑποστάσει τῇ ὡς Υἱοῦ.

A. Non in alia essentia quam ea quæ est ut Dei, sed in hypostasi quæ ut Filii.

[46] I Cor. x, 17. [47] Ephes. III, 6. [48] Joan. XVII, 22.

(1) Desunt hic nonnulla in Græco exemplari.

Digitized by Google

B. Quid ergo? Aliudne est essentia, aliud hypostasis?

A. Etiam. Multum enim est inter illa discriminis ac intervalli, siquidem essentia singularia complectitur.

B. Quo pacto inquis? Sum enim ego in his, ut constat, paulo tardior.

A. Nescis mihi quoque minus tritum et usitatum esse de his rebus disserere? In disquisitionem tamen quoad ejus est crassiore typo vocanda est divinæ excellentiæ sublimitas. Itaque essentiæ significatio ad aliquid commune videtur pertinere, nomen autem de singularibus hypostasis quæ subsunt huic universali prædicatur ac dicitur : illud autem me nunc ostendere putato.

B. Cujusmodi illud?

A. Definimus hominem, animal rationale, mortale, ratione illi convenienti : et hanc substantiæ definitionem esse dicimus, quæ ad omnes singulariter subsistentes pertinet. Sub hoc igitur universali, nimirum homine, **409** sive hominis definitionem, cadit, opinor, Thomas et Marcus, aut, si ita vis, Petrus et Paulus. Et substantia quidem hoc pacto significabitur : nondum tamen clara et manifesta erit eorum quæ singulariter intelliguntur significatio. Homo enim simpliciter, nondum est Petrus et Paulus : sed Thomam aut Petrum si dixeris, a definitionibus quidem substantiæ id quod significatur non removebis (homo enim est nihilominus), sed in tali puta specie exsistere, et in propria et particulari hypostasi esse ostenderis. Substantia igitur etiam de omni homine, maxime cum communem generis rationem parturiat : hypostasis autem de uno convenientius intelligetur, neque a communitate separans id quod significatur, neque porro confundens et obscuritate permiscens demum id quod singulare est ac particulare.

B. Intelligo jam : nec enim inscite mihi videtur istud expositum.

A. Consubstantialem ergo Deo et Patri Filium esse cum fatemur, in propria hypostasi conjunctim simul et discretim unitum esse dicimus, identitatis rationibus necessario admodum conjungentes personarum aut nominum distinctionem, et hypostaseon diversitatem, quæ ut est in Patre, sic in Filio ob hoc ipsum ac solum est, ut ne essentiæ omnimoda similitudo, et illa identitas et per omnia incommutabilitas quæ est cum in Patre, tum in Filio, deleat aliquo pacto differentiam, efficiatque ut ægre admodum discerni possit id quod singulariter proprium est utriusque. Hic enim Pater est ac non Filius : ac vicissim ille Filius, non autem Pater.

B. Itaque, si placet, dicamus essentias esse duas : unam quidem Patris, alteram autem Filii. Sic enim distinctior quodammodo et manifestior cuivis erit differentia.

A. Non erit certe. Cave enim ne illorum sermonibus abripiaris in sensum reprobum, et regia quo-

A B. Ἕτερον γάρ τι οὐσία, καὶ ἕτερον ὑπόστασις;

A. Ναί· πολὺ γὰρ τὸ διεῖργον καὶ διὰ μέσον χωροῦν, εἴπερ ἐστὶν ἡ οὐσία, τῶν καθέκαστα περιεκτική.

B. Τίνα φῄς τρόπον; βραδὺς γάρ, ὡς ἔοικεν, ἔν γε τοῖς τοιούτοις, ἐγώ.

A. Ἦ γὰρ οὐκ οἶσθα, ὅτι κἀμοί πως οὐκ ἐντριβὴς καὶ περὶ τούτων λόγος; Ἰτέον δ' οὖν ὅμως ἐπὶ τὴν ἐγχωροῦσαν βάσανον, ὡς ἐν εἰκόνι τυχὸν ἐν ὑπερτάτοις οὔσης ὑψώμασι τῆς θείας ὑπεροχῆς. Οὐκοῦν τῆς οὐσίας ἡ δήλωσις, κατὰ κοινοῦ τινος ἔοικεν εἶναι πράγματος· τὸ δὲ τῆς ὑποστάσεως ἑκάστου τυχὸν ὄνομα, τῶν ὑπὸ τοῦτι τὸ κοινὸν κατηγορεῖται καὶ λέγεται· οἷον δέ με νῦν ἐκεῖνο δηλοῦν.

B B. Τὸ ποῖόν τι δή;

A. Ὁριζόμεθα τὸν ἄνθρωπον, ζῷον λογικὸν, θνητὸν, κατὰ τὸν αὐτῷ πρέποντα τιθέμενοι λόγον, καὶ τοῦτο, οὐσίας ὅρον εἶναί φαμεν, κατὰ παντὸς ἰοῦσαν τῶν κατὰ μέρος ὑφεστηκότων. Ὑπὸ οὖν τὸ κοινὸν δὴ τοῦτι, τουτέστι, τὸν ἄνθρωπον, ἤτοι τοῦ ἀνθρώπου τὸν ὅρον, πίπτει μὲν, οἶμαι, Θωμᾶς τε καὶ Μάρκος, ἢ φέρε εἰπεῖν, Πέτρος τε καὶ Παῦλος. Καὶ τὴν μὲν οὐσίαν ὧδὶ κατασημα[ί]ναι τις ἂν, τῶν δὲ καθέκαστον νοουμένων, οὔπω σαφῆ τε καὶ ἐναργῆ τὴν δήλωσιν ἐποιήσατο. Οὐ γὰρ ἔτι ἄνθρωπος ἁπλῶς, τοῦτό ἐστι Πέτρος καὶ Παῦλος· Θωμᾶν δὲ ἢ Πέτρον εἰπών, τῶν μὲν τῆς οὐσίας ὅρων οὐκ ἐξοίσει [*al.* ἐκκομίσει] τὸ δηλούμενον· ἄνθρωπος γὰρ οὐδὲν ἧττόν ἐστιν· ἐν εἴδει δὲ ὄντα τῷ τοιῷδε τυχὸν καὶ ἐν ὑποστάσει τῇ C ἰδικῇ καὶ μεμερισμένως ὑπέδειξεν. Ἡ οὐσία τοιγαροῦν καὶ κατὰ ἀνθρώπου παντὸς, ἅτε δὴ τὸν κοινὸν τοῦ γένους ὠδίνουσα λόγον· ἡ δὲ ὑπόστασις, καθ' ἑνὸς ἂν νοοῖτο πρεπωδέστερον, οὔτε τῆς κοινότητος ἐξιστᾶσα τὸ δηλούμενον, οὔτε μὴν ἀναχέουσά τε καὶ ἀνακιρνῶσα πρὸς τὸ ἀσυμφανὲς ἔτι τὸ καθέκαστόν τε καὶ ἰδικῶς.

B. Συνίημι νῦν· εἰρῆσθαι γὰρ οὔ μοι λίαν ἀκόμψως δοκεῖ.

A. Ὁμοούσιον τοίνυν τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ τὸν Υἱὸν ὁμολογοῦντες ὑπάρχειν, ἐν ἰδίᾳ τε ὑποστάσει, συναφῶς τε ἅμα καὶ διωρισμένως ἡνῶσθαί φαμεν, τοῖς τῆς ταυτότητος λόγοις ἀναγκαιοτάτως εὖ μάλα συναπτοντες τῶν προσώπων ἤτοι τῶν ὀνομάτων τὴν διαD στολὴν, καὶ τὴν τῶν ὑποστάσεων ἑτερότητα, τὴν ὡς ἐν Πατρὶ καὶ Υἱῷ κατ' αὐτὸ δὴ τοῦτι καὶ μόνον· ἵνα μὴ τὸ τῆς οὐσίας εἰς πᾶν ὁτιοῦν ἐμφερὲς, καὶ τὸ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχον ἀπαραλλάκτως ἔν τε τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ, καταλεαίνῃ τρόπον τινὰ τὴν διαφοράν, καὶ δυσδιάκριτον κομιδῇ τὸ ἀναμέρος ἴδιον ἑκατέρου κατεργάσαιτό πως. Ὁ μὲν γάρ ἐστι Πατὴρ, καὶ οὐχ Υἱός· ὁ δὲ αὖ, Υἱὸς, καὶ οὔ τί που Πατήρ.

B. Οὐκοῦν, εἰ δοκεῖ, λέγωμεν οὐσίας εἶναι δύο· μίαν μὲν τοῦ Πατρὸς, μίαν δὲ τοῦ Υἱοῦ. Εὐκρινεστέρα γὰρ οὕτως καὶ οἱονείπως εὐσαφεστέρα παντὶ τῳ γένοιτ' ἂν μᾶλλον ἡ διαφορά.

A. Οὐκ εὐκρινεστέρα ποθέν· μὴ γὰρ τοῖς ἐκείνων ἀποκομίζου λόγοις εἰς κίβδηλον νοῦν, καὶ τοῖσιν

Digitized by Google

ὥσπερ ἀφεὶς τὴν ἀμαξητὸν, τὰ ἀστιβῆ καὶ δυσπόρευτα διαστείχειν ἀνέχου.

B. Πῶς ἢ τίνα τρόπον;

A. Εἰ γὰρ μία μὲν ἡ τοῦ Πατρὸς ἔσται φύσις, μία δὲ αὖ καὶ ἑτέρα παρ' αὐτὴν ἡ τοῦ Υἱοῦ, πῶς οὐκ ἀναγκαῖον, καὶ τὸν εἰς δύο τὰ ἀλλήλοις ἀνισοφυῆ διιστάντα τε καὶ διατειχίζοντα συνεπινοεῖσθαι λόγον; Πῶς γὰρ ἂν ἡ αὐτὴ μία, καίτοι μία [καὶ μία], οὖσα νοηθείη ἄν; Οὐ γὰρ θέμις ἐπ' ἀνθρώπων, ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν τὸν τῆς ὁμοουσιότητος λαχόντων λόγον, μίαν καὶ μίαν οὐσίαν εἰπεῖν, καὶ ἑκάστῳ τῶν ὄντων καθάπερ ἰδιόν τινα λόγον τὸν τῆς κοινότητος ἀπονέμειν. Εἰ γὰρ τοῦτο δρώημεν, καὶ καθάπερ ἀναγκαίου διαφορᾶς τρόπον, ἐπεισφοράν τινα ποιοίμεθα ταῖς οὐσίαις τὸ, μίαν τε καὶ μίαν, διοιχήσεται τὸ σύμπαν εἰς τὸ μηδέν. Ἢ οὐχ ἑτερότητα μὲν ἡ οὐσιώδης διαφορὰ, τὸ δέ γε ἀλλοίως ἔχον ἐν ὅρῳ τῷ κατὰ φύσιν ἡ ἑτερότης ἐν τούτοις ἀποφανεῖ τε καὶ τέξεται;

B. Οἶμαί γε.

A. Περιέσται τοιγαροῦν καὶ οὐχ ἑκοῦσιν εἰπεῖν, ὁμοούσιον μὲν οὐκ ἔτι τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ τὸν Υἱὸν, ἑτεροῖον δὲ μᾶλλον καὶ ἑτεροφυᾶ, καὶ τῶν τῆς θεότητος ὅρων ἐξῳκισμένον, εἴπερ ἐν ἰδίῳ κείσεται λόγῳ, τῆς τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς οὐσίας ἐξεστηκότι.

B. Ἑτεροίως γὰρ ἔχειν ἢ ὥσπερ ἂν νοοῖτο ὑπάρχειν κατὰ φύσιν ὁ Πατὴρ, διατείνονται τὸν Υἱόν. Τοιγάρτοι παρέντες τοῦ ὁμοουσίου τὴν δήλωσιν, καὶ τὸ ξένον αὐτῇ καὶ ἀσύνηθες ἐπιπλέκοντες, φασὶ δεῖν ὁμοιούσιον ὁμολογεῖν ὑπάρχειν αὐτὸν, ἀναθέντες ὥς τι τῶν ὅτι μάλιστα σεπτῶν καὶ πρεπωδεστάτων αὐτῷ, καὶ τὸ τῆς μεσιτείας ὄνομα.

A. Καὶ τί δὴ ἕτερον ἢ λῆρος ἔσται ταυτὶ, καὶ γραοπρεπὲς ἀληθῶς μυθάριον; Εἰ γάρ τινα μέσην ἐπινοοῦσιν αὐτῷ, διά τε τοῦτο μεσίτην ὀνομάζεσθαι δεῖν ἀσυνετώτατα λέγουσι, τί δὴ ἄρα τὸ ἐντεῦθεν, ἢ ποδαπὸς ἡμῖν θεωρίας εἰσκρίνεται λόγος, ἐγὼ μὲν οὐχ ὁρῶ· φράσαις δ' ἂν αὐτὸς, ὡς ἥδιστά γε μανθάνειν ἐθέλοντί μοι.

B. Τί ἂν φράσαιμι πρὸς ταῦτα;

A. Ἔρου τοιγαροῦν καὶ μανθάνειν ἐπείγου, πότερα γεννητὸς ἢ ἀγέννητος ὁ μεσίτης ἐστὶ, Θεὸς ἀληθῶς, ἢ τελεῖ γε καὶ αὐτὸς ἐν κτίσμασιν. Ὃ γάρ ἐστι, κατ' ἐκείνους, οὔτε Θεὸς καθαρῶς, οὔτε ποίημα σαφῶς, ποῖον ἂν ἐκδέξαιτο παρ' αὐτῶν ἐν τοῖς οὖσι τόπον, οὐδ' ὅσον εἰπεῖν ἐν ψιλαῖς ἐννοίαις, κἂν γοῦν ἐλεῖν μόνον, οἷός τ' ἂν εἴην ἐγώ.

B. Τὸν ἀμφοῖν ἀναμέσον, Θεοῦ τέ φημι καὶ κτίσεως· ταύτῃ γάρ τοι καὶ μεσίτην αὐτὸν κεκλῆσθαί φασιν.

A. Ἀσυμφανέστατά τε ἐροῦσι καὶ ἀμαθέστατα διακείσονται, φρονοῦντες ὧδέ. Οὐ γάρ ἔστιν, οὐκ ἔστιν, ἄνω τε καὶ κάτω τὸν νοῦν περιστρέφοντα, καὶ τὴν τῶν ὄντων ἅπασαν τὸ ὅπως ἂν ἔχοι πολυπραγμονοῦντα φύσιν, κἂν γοῦν ἐν ἐννοίαις καὶ λόγῳ λεπτὴν τοιαύτην τινὰ φύσιν ἰδεῖν, ἢ καὶ τῶν τῆς ἀληθοῦς θεότητος ἔξω βέβηκεν ὅρων, καὶ τοὺς τοῦ πεποιῆσθαι λόγους διανήξεται, καὶ ἀμείνω τοῦ κε-

A dammodo via relicta, per devia et inaccessa ferri te sinas.

B. Quo pacto?

A. Si enim una quidem sit Patris natura, alia vero et ab ipsa diversa, Filii: annon necesse erit rationem insuper excogitari quæ dividat ac separet duo inter se naturæ inæqualis? Quomodo enim eadem substantia alia et alia esse concipiatur? Non enim licet de hominibus qui unam et eamdem consubstantialitatis nacti sunt rationem, aliam et aliam substantiam dicere, et unicuique rei 410 tribuere veluti propriam quamdam ac peculiarem rationem eam quæ ad communitatem pertinet. Si enim hoc faciamus, et quasi quemdam necessariæ differentiæ modum substantiis invehamus, quod nimirum B aliæ sint atque aliæ, in nihilum abibit universale. Annon diversitatem quidem substantialis differentia: alterationem autem in definitione naturali, illa diversitas in his proferet ac pariet?

B. Opinor.

A. Supererit igitur dicere vel invitis, non jam consubstantialem quidem esse Deo ac Patri Filium, sed diversum potius, et alterius naturæ et a deitatis rationibus alienum, siquidem in propria ratione constituatur, quæ ab Dei et Patris substantia sit aliena.

B. Enimvero aliter se habere Filium contendunt, quam quo pacto censetur exsistere secundum naturam Pater. Idcirco ὁμοουσίου significatione relicta peregrinam et insolentem ei affingunt, fatenduinque C aiunt ipsum esse ὁμοιούσιον, et mediatoris nomen ei quoque tribuunt velut augustissimum omnium eique convenientissimum.

A. Quid vero? Num aliud hæc sunt quam nugæ et aniles fabulæ? Nam, si mediam quamdam naturam de eo concipiunt, atque idcirco mediatorem nominandum esse stultissime aiunt, quidnam inde sequatur, aut qualis demum contemplationis ratio afferatur, equidem non video, sed dic tu ipse mihi alioquin discendi percupido.

B. Quid ad hæc dixerim?

A. Interroga itaque et urge utrum genitus aut ingenitus mediator sit vere Deus, an ipse quoque creaturis annumeretur. Quod enim ex eorum sententia neque mere Deus est, neque manifeste creatura, ecquem locum ab ipsis inter ea quæ sunt accepturum sit, ac ne quidem nudis notionibus tenus dicere non possum, etiamsi velim.

B. Quod medius sit inter duo, Deum videlicet et creaturam, idcirco vocatum esse mediatorem ipsum aiunt.

A. Obscurissime loquentur et magnam præ se ferent imperitiam, si ita sentiant. Licet enim omnem in partem verses animum et cunctam rerum naturam penitius scruteris, nequaquam tamen istiusmodi naturam comperies, notione sola aut ratione perceptibilem, quæ sit a veræ deitatis terminis aliena, et rei creatæ rationes excedat, ac præstantiorem quam si in ortum educta esset præ se ferat

Digitized by Google

exsistentiam. An est aliquid medium inter genitum et **411** ingenitum, increatum et creaturam?

B. Non concesserim equidem; recte enim ais.

A. Duas igitur in rebus universis consideramus naturas: unam quidem ejus qui semper et eodem modo se habet et est; alteram eorum quæ per creationem in ortum producta sunt. Et increati quidem naturam excellere et præstare omnibus, et omni excellentiæ ac sublimitatis ratione eminere: hanc autem subjectam ac veluti subditam esse pedibus Domini. Hoc autem clarissime intelliges dicente Christo Judæorum turbis: « Vos de deorsum estis: ego de supernis sum [47]. » De supernis autem ad nos venire Unigenitum sapiens quoque Joannes declaravit, dicens: « Qui desursum venit, super omnes est [48]. » Existimabat enim substantialiter esse tribuendum naturali Deo, Deique secundum naturam Filio, supremam et eminentissimam excellentiam. Illud enim « de supernis, » locorum altitudinem non designare, sed ipsam Dei ac Patris substantiam indicare, annon certissimum est, cum unus sanctorum discipulorum clare dixerit: « Omne datum optimum, et omne donum perfectum desursum est, descendens a Patre luminum, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio [49]? » Sive ergo angelos, sive his superiora, et quæ intermedia sunt omnia percurrens, ad ipsa quis Seraphim perveniat, supremasque glorias consideret, rerum creatarum naturam non transiliet. Aut enim superne quiddam est, hoc est, a Patre luminum, ac propter hoc Deus: solus autem unus superne est Filius: aut aliquid infra ac inferne censetur, hoc est creatura, et quod a creatura est: intermedium vero plane nihil est. Et sane si quis adversarios interroget urgeatque hoc pacto: Ecquid demum nobis obtruditis, amici, utrum genitus est istiusmodi, ut vultis, Filius et mediator, an ingenitus? nihil enim inter ista medium esse videtur: quid responsuri sunt?

B. Hæsitaturos puto, nec sine causa.

A. Hæsitaturi equidem. Vivit enim veritas ac vincit, ut scriptum est [50]. Nos autem viam in utrumque tendentem investigantes, age, nos de isto probabiliter disseramus. Si enim concesserint eum qui hoc pacto mediator est increatum esse, eique, quod solius deitatis secundum naturam proprium est tribuerint, mediationis limites longe prætervehi significabunt, et **412** ampliorem demum dignitatis locum tenere quam oporteat. Nam quod supra omnia positum est, gloria et natura Deus est, cui tanquam proprium bonum inest, increatum esse. Proindeque istiusmodi natura in rerum creatarum et corruptibilium loco et ordine minime censeatur. Sin autem, hoc prætermisso, creatum esse dicunt, quomodo censebitur id quod ejusdem generis est cum creatura, diversum esse ab ipsa? Quomodo

κλῆσθαι πρὸς γένεσιν τὴν οἰκείαν ἡμῖν ἐπιδείξειεν ὕπαρξιν. Ἆρ' ἔστι τι τὸ μεταξὺ γεννητοῦ τε καὶ ἀγεννήτου, ἀποιήτου καὶ ποιήματος;

B. Οὐκ ἂν δοίην ἔγωγε· λέγεις γὰρ ὀρθῶς.

A. Δύο τοιγαροῦν ἐν ὅλοις τοῖς οὖσι καταθεώμεθα φύσεις· τὴν μὲν τοῦ ἀεί τε καὶ ὡσαύτως ὄντος τε καὶ ἔχοντος· ἑτέραν δὲ αὖ, τὴν τῶν εἶναι λαχόντων δημιουργικῶς· καὶ τὴν μὲν τοῦ ὄντος ἀγεννήτως, ὑπερκεῖσθαί τε καὶ ἀνακύπτειν τὰ πάντα, καὶ ταῖς εἰς τὸ ἄνω καὶ μεῖζον ὑπεροχαῖς ἀναπήγεσθαι· τὴν δὲ ὑποπίπτουσάν τε καὶ οἱονεὶ καταβεβλημένην ὡς ὑπὸ πόδας Δεσπότου. Εἴσῃ δὲ δὴ τοῦτο καὶ μάλα σαφῶς, φάσκοντος τοῦ Χριστοῦ ταῖς Ἰουδαίων ἀγέλαις· « Ὑμεῖς ἐκ τῶν κάτω ἐστέ· ἐγὼ ἐκ τῶν ἄνω εἰμί. » Ἄνωθεν δὲ ἥκειν ὡς ἡμᾶς τὸν Μονογενῆ, καὶ ὁ σοφὸς Ἰωάννης διεσάφει, λέγων· « Ὁ ἄνωθεν ἐρχόμενος, ἐπάνω πάντων ἐστίν. » Ἅπαξ γὰρ δεῖν ἀπονέμειν οὐσιωδῶς τῷ γε ὄντι κατὰ φύσιν Θεῷ, καὶ Θεοῦ τοῦ κατὰ φύσιν ἐκπεφυκότι, τὴν εἰς ἄκρον ὑπεροχὴν, καὶ εἰς λῆξιν οὖσαν τὴν ἀνωτάτω. Ὅτι γὰρ τὸ « ἄνωθεν » οὐχ ὑψωμάτων ἐστὶ τοπικῶν σημαντικὸν, ἀλλ' αὐτὴν ὑποδηλοῖ τὴν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς οὐσίαν, πῶς οὐκ ἀναμφίλογον ἑνὸς τῶν ἁγίων μαθητῶν διειπόντος σαφῶς· « Πᾶσα δόσις ἀγαθὴ, καὶ πᾶν δώρημα τέλειον, ἄνωθέν ἐστι, καταβαῖνον ἀπὸ τοῦ Πατρὸς τῶν φώτων, παρ' ᾧ οὐκ ἔνι παραλλαγὴ, ἢ τροπῆς ἀποσκίασμα; » Εἴτε γὰρ ἀγγέλους, εἴτ' οὖν ἔτι τὰ ἀνωτέρω, καὶ τὰ διὰ μέσου πάντα διελθραμών, ἐπ' αὐτά τις ἴοι τὰ Σεραφὶμ, καὶ τὰς ἀνωτάτω κατασκέψαιτο δόξας, τὴν τῶν γεννητῶν οὐχ ὑπεραλεῖται φύσιν. Ἢ γὰρ ἄνωθέν τί ἐστι, τουτέστιν ἐκ τοῦ Πατρὸς τῶν φώτων, καὶ δὴ τοῦτο Θεός· μόνος δὲ εἷς ἄνωθεν ὁ Υἱός· ἦγουν κάτω τι νοεῖται καὶ κάτωθεν, τουτέστι, κτίσις τε καὶ ἀπὸ κτίσεως· διὰ μέσου δὲ τὸ σύμπαν οὐδέν. Εἰ δὲ δή τις ἔροιτο τοὺς διεναντίας καὶ φιλοπευστοίη λέγων· Τί δὴ ἄρα ἡμῖν, ὦ οὗτοι, φατέ; Πότερα γεννητός ἐστιν ὁ τοιόσδε καθ' ὑμᾶς Υἱὸς καὶ μεσίτης, ἢ ἀγέννητος; Ἄμεσα γὰρ ἀεί πως ὁρᾶται τουτί· τί δὴ ἄρα φαῖεν ἄν;

B. Ἀπορήσειν οἶμαι, καὶ μάλα εἰκότως.

A. Ἀπορήσειν γὰρ οὖν. Ζῇ γὰρ ἡ ἀλήθεια καὶ νικᾷ, κατὰ τὸ γεγραμμένον. Ἡμεῖς δὲ αὐτοὶ, τὴν ἐπ' ἄμφω διακομίζουσαν διερευνώμενοι τρέβον, τὰ εἰκότα περὶ τούτου φέρε διενθυμώμεθα. Ἀγέννητον μὲν γὰρ εἰ δοῖεν εἶναι τὸν οὕτω μεσίτην, τὸ μόνης ἴδιον τῆς κατὰ φύσιν θεότητος ἀνατιθέντες αὐτῷ, τῶν τῆς μεσότητος ὅρων ἐπέκεινα παραδείξουσι, καὶ ἐν μείζοσιν ἢ χρὴν ὄντα λοιπόν. Τὸ γὰρ πάντων ἀνωτάτω, δόξῃ τε καὶ φύσει Θεὸς, ᾧ πάντη τε καὶ πάντως παρέποιτο ἀνὼς ἴδιον ἀγαθὸν, τὸ ἀγέννητον· ταύτῃ τοι, καὶ τοῖς ὑπὸ γένεσιν καὶ φθορὰν, ἀσυντελὴς, ἀσύντακτος εἴη ἂν ἡ τοιάδε φύσις. Εἰ δὲ δὴ παρέντες τοῦτο, γενητὸν εἶναί φασι, πῶς ἂν νοοῖτο πρός τινος, ἀσυμφυὲς τῇ κτίσει τὸ ὁμογενὲς αὐτῇ; Πῶς οὖν ἔτι μεσίτης μείων μὲν ἢ Θεὸς κατὰ φύσιν, μείζων δὲ αὖ ἢ κατὰ ποιήματος δόξαν τε καὶ φύσιν, Εἰ

[47] Joan. VIII, 23. [48] Joan. III, 31. [49] Jac. I, 17. [50] Jerem. IV, 2.

Digitized by Google

διὰ μὲν τοῦ ἀγενήτου πρὸς τὴν τῆς θεότητος δόξαν ἀναφοιτᾷ, καὶ τῶν τῆς μεσιτείας ἀναθρώσκει μέτρων ἐπὶ τὸ ἐπέκεινα πολὺ, διὰ δὲ τοῦ γενητοῦ πρὸς τὸ κάτω βαδιεῖται, καὶ τὸν τῆς τοιᾶσδε μεσότητος ὑφιζήσει τόπον, ἐν τοῖς γεγονόσιν ἀναμετρούμενος· εἴπερ ἐστὶν ὁμογενὲς παντὶ γενητῷ τὸ γενητὸν, κατά γε τὸν τοῦ γεγονέναι λόγον· τί τὸ ληρῶδες τουτὶ καὶ ἀσοφώτατον σόφισμα, τὸ ἀνέφικτον ὡς ἐφικτὸν εἰσφέρον, καὶ φύσεως ἡμῖν ἀναπλάττον τόπους, ὧν οὐκ ἂν, οἶμαι, τις ἐφίκοιτο νοῦς; Καινὸς γὰρ ὁ λόγος καὶ ἀσυμφανής· γενέσθαι δὲ δεῖν ἐναργῆ τὴν ἀπόδειξιν τοῖς περὶ τούτων λόγοις, ἀναγκαῖον εἶναί φημι. Εὐμήχανον δὲ, καὶ εἰς ἀπάτην αὐτοῖς ἀστείως διεξεσμένον κατίδοι τις ἂν τὸ κακούργημα. Ἐπειδὴ γὰρ δρῶντες ἀνοσιώτατα καὶ φρονοῦντες ἀλογώτατα, πεπαρψήκασιν εἰς τὸν Υἱὸν, τῆς πρὸς τὸν Πατέρα Θεὸν ὁμοουσιότητος ῥιψοκινδύνως ἐκπέμποντες· ὑποκλέπτουσί πως ἐξ ἀναισχυντίας βραχὺ δοξάριον αὐτῷ, καὶ ἀνακομίζουσι μὲν ἠρέμα τῆς τῶν γενητῶν σμικροπρεπείας· ἀποκλείοντες δὲ ὥσπερ τῆς εἰς τὸ ἄνω διαδρομῆς, ἐρῶ [ἴσ. ἵνα] μὴ νοοῖτο κατὰ φύσιν Θεοῦ, τὸν μέσον αὐτῷ κληροδοτοῦσι τόπον, τοσαύτην ἐπιμετροῦντες ὅσην ἕτερ [ἴσ. εἴπερ] ἂν ἕλοιντο δόξαν αὐτῷ· νομοθέται δὲ ὥσπερ τῶν τοιούτων καθεστηκότες καὶ ὁρισταὶ, τὸ ἐν τίσιν ἂν εἶναι πρέποι, διασκέπτονταί τε καὶ ὁρίζουσι τὸν Υἱόν. Ὅνπερ γὰρ, οἶμαι, τρόπον οἱ τῶν ἀγαλμάτων δημιουργοὶ, καὶ φιλοτεχνίας τῆς ἔν γε τούτῳ λαχόντες τὴν δόξαν, ξύλῳ τυχὸν ἢ λίθῳ τὸ τῆς ἀνθρωπείας μορφῆς ἐντορνεύσαντες εἶδος, ταῖς εἰσποιήτοις αὐτὸ μετὰ τοῦτο κομψείαις καταχαλλύνουσιν, ἢ χρυσῷ διατάττοντες, ἢ γοῦν ἑτέραις τισὶν εὐχροίαις καθωραΐζοντες· οὕτω τε τὸν τῶν θεωμένων κατακηλήσαντες νοῦν, ἐπιμειδιᾷν μὲν ταῖς ὕλαις ταῖς εἰς τὸ εἴσω καὶ κεκρυμμένον οὐκ ἐφιᾶσιν ἐκ τέχνης, ἐπαγάλλεσθαι δὲ μᾶλλον ταῖς ἐπικήροις καὶ ἐξωφανεστέραις τοῦ κόσμου μαρμαρυγαῖς μονονουχὶ περισαίνοντες ἀναπείθουσι· τὸν αὐτὸν, οἶμαι, καὶ τουτονὶ τρόπον, ἀστείως εὖ μάλα τὸ τοῦ μεσίτου σκιαγραφοῦντας εἴδωλον, τὸν τῶν ἁπλουστέρων καταληΐζεσθαι νοῦν, καὶ ἐν δορυκτήτων ποιεῖσθαι μοίρᾳ τοὺς ἐξακριβοῦν οὐκ ἔχοντας τὰ φιλοκακούργως ἐξηρτυμένα, καὶ διὰ τῆς αὐτῶν μοχθηρίας ἐξευρημένα.

igitur mediator minor est quam Deus secundum naturam : ac major vicissim quam creaturæ gloria ferat, vel natura ? Si ex eo quod est increatus, ad deitatis gloriam attollitur, et ultra mediationis conditionem longe evehitur : ex eo vero quod creatus est, ad inferiora descendet, et mediationis ejuscemodi locum tenebit, ad rerum creatarum conditionem revocatus (siquidem simile est creato creatum, quatenus factum est) : quænam ista est delira et ineptissima cavillatio, quæ quod assequi non possis, id veluti captu facile obtrudit, et naturæ nobis modos comminiscitur, quos nullus, opinor, intellectus assequatur ? Novum enim et ænigmaticum est loquendi genus, cum in his opus sit clara demonstratione. Ingeniosum vero et ad fraudem scite compositum videre licet eorum scelus. Postquam enim impiis suis factis et absurdissimis cogitatis in Filium petulanter deblaterarunt, eumque a consubstantialitate cum Deo Patre audacter excludentes, tenuem ei gloriolam quodammodo suffurantur, sensimque ab rerum creatarum humilitate abducunt ; excludentes autem eum a supremi gradus aditu, ne videlicet intelligatur secundum naturam Deus, medium illi locum assignant, tantam ei gloriam impertientes quantam voluerint, et quasi harumce rerum constituti sint moderatores et arbitri, intra quem modum contineri par sit Filium, constituunt atque decernunt. Quemadmodum enim periti statuarii ligno aut lapidi in hominis effigiem exsculptis decus et elegantiam addunt, sive illa auro evariantes, seu aliis quibusdam coloribus ornantes, atque ita spectatorum animo delinito, arte efficiunt, ut internas et abditas materias non rideant, sed eos blande quodammodo adigunt, ut fluxis et externis ornamentorum **413** fulgoribus oblectentur : sic ego arbitror istos, mediatoris imaginem scite adumbrantes, simpliciorum animum deprædari, et veluti captivos abducere eos qui non possunt perscrutari quæ malitiose ab illis instituta et nequiter adinventa sunt.

Β. Ἄριστα ἔφης.

Α. Ἔδει δὴ οὖν αὐτοὺς, εἰ λόγου τινὸς ἀξιοῦν ἐδόκει τὸ φρονεῖν ὀρθῶς, καὶ δόξαν ἔχειν οὐ διαβεβλημένην, μὴ τὰ ἀνέφικτα περὶ αὐτοῦ φαντάζεσθαι καὶ ἀναπλάττειν ἐπιχειρεῖν, ἃ μηδεὶς οἷδε λόγος, ἀπίθανον δὲ κομιδῇ καὶ ἐν ψιλαῖς ἐννοίαις καὶ μόναις ἔχειν τὴν ἔκφασιν, ἐπιτρέπειν δὲ οὕτως ἀτεχνῶς ἐν τοῖς φυσικοῖς ὑψώμασι τῆς θεότητος νοεῖν τὸν Υἱὸν, ὑπολογισαμένους, ὅτι γεννηθεὶς ἐκ τοῦ Πατρὸς, τουτέστιν, ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ, καὶ τὸν τῆς πρὸς αὐτὸν ὁμοουσιότητος ἀκριβῆ καὶ ἀπαραποίητον ἕξει λόγον, ἐπεί τοι καὶ Υἱὸν ἀληθῶς διωμολόγηκε τὸν Υἱὸν, καὶ οὐχ ἕτερόν τινα παρὰ τοῦτον, φάσκων ὁ Θεὸς καὶ Πατήρ· « Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ ηὐδόκησα. » Καίτοι τί μὴ μᾶλλον ὁρᾶται

Β. Recte dicis.

Α. Decebat igitur eos, si recte vereque sentire pensi aliquid haberent, non imaginari de ipso quæ comprehendi nequeunt, et comminisci quæ nulla ratio capere potest, atque incredibilem ac in nudis solisque cogitationibus ejus expressionem habere, atque hoc pacto velle plane ut in naturali deitatis sublimitate Filius esse censeatur, reputantes quod, cum sit ex Patre genitus, hoc est, ex ejus substantia exactam ideo et simplicem consubstantialitatis etiam habiturus est cum ipso rationem, quandoquidem Filium revera Filium, nec alium præter hunc esse confessus est Deus ac Pater, dicens : « Hic est Filius meus dilectus, in quo bene mihi complacui [81]. » Nam quidni potius clamare videtur : Hic

[81] Matth. xvii, 5.

Digitized by Google

est mediator, si, ut ipsi volunt, mediatorem illum esse noverat, quanquam recte sane etiam hoc pacto locutus esset. Nam factum jam mediatorem ostendisset, et ejuscemodi vocem de Filio incarnato merito edidisset Deus ac Pater. Sed istud mihi, quæso, clare eloquere, num eo prolapsi sunt amentiæ, ut neque Filium prorsus ipsum esse fateantur?

A βοῶν, Οὗτός ἐστιν ὁ μεσίτης, εἰ μεσίτην ὄντα κατ' αὐτοὺς ἠπίστατο; εἰ καὶ ὅτι μάλιστα καλῶς ἂν ἔφη καὶ οὕτως. Γεγονότα γὰρ ἤδη μεσίτην παρέδειξεν ἄν, ἐνανθρωπήσαντι δὲ τῷ Υἱῷ, καὶ τὴν τοιαύτην ἂν εἰκότως ἐπεφθέγξατο φωνὴν ὁ Θεὸς καὶ Πατήρ. Φράζε δὲ δή μοι καὶ τόδε σαφῶς, μῶν ἠλιθιότητος εἰς τοῦτο παρώλισθον, ὡς μηδὲ Υἱὸν ὅλως ὁμολογεῖν αὐτόν;

B. Filium quidem et genitum esse dicunt, erubescentes, ut mihi videtur, palam et aperta impudentia omnibus, ut uno verbo dicam, sanctis Scripturis obluctari : verumtamen nolunt ex ipsa Patris prodire substantia, neque adeo generationem ipsam admittere, et intelligere volunt naturaliter.

Β. Υἱὸν μὲν εἶναι καὶ γεγεννῆσθαί φασι, κατερυθριῶντες, ὥς γέ μοι φαίνεται, τὸ ἀναφανδὸν καὶ μετὰ γυμνῆς ἀναισχυντίας ἁπάσαις, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ταῖς ἁγίαις ἀντιφέρεσθαι Γραφαῖς, πλὴν οὐκ ἐξ αὐτῆς ἡμῖν ἥκειν τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας, οὔτε μὴν τὸ τῆς γεννήσεως χρῆμα παραδέχεσθαί τε καὶ νοεῖν ἀξιοῦσι φυσικῶς.

A. Fictitium igitur quodammodo filiationis et generationis nomen esse sibi persuadent, et cæteros ad ita sentiendum adigunt. Nam, ut vides, ab Dei et Patris essentia ipsum excludunt, cum verum generationis modum convellunt, adeoque Filium esse secundum naturam, Unigenito detrahunt. Sed cum acuti sint illi ac subtiles, ut sibi persuadent, dictisque suis efferantur, quonam pacto illud quoque præteriere? Non enim, ut apparet, subsentiunt se ipsi naturæ Dei ac Patris hic quoque contumeliam inferre, si fecunditate eam privant, et 414 gignendi facultate eam spoliant, cujus typos in semet expressit, cum parturiendo, tum fructus edendo, rerum creatarum natura.

Β. Κατάπλαστον οὖν ὥσπερ τό τε τῆς υἱότητος καὶ τὸ τῆς γεννήσεως ὄνομα σφᾶς τε αὐτοὺς ἀναπείθουσι καὶ ἑτέρους φρονεῖν. Ἀποφέρουσι γὰρ, ὡς ὁρᾷς, τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, τὸν ἀληθῆ τῆς γεννήσεως κατασείοντες τρόπον, καὶ μὴν καὶ τὸ εἶναι κατὰ φύσιν Υἱὸν παραιρούμενοι τὸν Μονογενῆ. Πικροὺς δὲ ὄντας αὐτοὺς καὶ ἰσχνολόγους, ὥσπερ οὖν οἴονται, καὶ φιλοκομποῦντας οἷς φασι, πῶς δὴ ἄρα κἀκεῖνο παρελάσαν ᾠχετο; Οὐ γὰρ ὑπαισθάνονται, κατὰ τὸ εἰκὸς, ὅτι καὶ αὐτὴν ἐν τούτῳ τὴν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς συνατιμάζουσι φύσιν, εἴπερ οὐκ ἔχειν αὐτὴν διατείνονται τὸ καρποτόκον, καὶ τοῦ δύνασθαι τεκεῖν ἀπογυμνοῦσιν αὐτὴν, ἧς τοὺς τύπους εἰς ἑαυτὴν ἀνεμάξατο, κύουσά τε καὶ καρποφοροῦσα τῶν γενητῶν ἡ φύσις.

B. Sed forsan ad hoc etiam, inquient, quod si generationis vocabulum usquequaque verum sit de iis de quibus usurpatur ac dicitur, infinitos necesse sit admittere, et concipere ex Deo ac Patre genitos. Alicubi enim dictum est etiam de Israelitis : « Filios genui et exaltavi [83]. »

Β. Ἀλλ' ἴσως καὶ πρός γε τοῦτο ἐροῦσιν, ὡς εἴπερ ἐστὶ τὸ τῆς γεννήσεως ὄνομα πάντῃ τε καὶ πάντως ἀληθὲς, καθ' ὧν ἂν τάττοιτό τε καὶ λέγοιτο, μυρίους ἀνάγκη παραδέξασθαι καὶ φρονεῖν γεννηθέντας ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός. Εἴρηται γάρ που καὶ περὶ τῶν ἐξ Ἰσραήλ· « Υἱοὺς ἐγέννησα καὶ ὕψωσα. »

A. Excusare excusationes in peccatis et in verba malitiæ declinare ipsos comperiemus, juxta id quod beatus David canit in Psalmis [83]. Nam si aliud quiddam esset secundum naturam profecto Filius quam id quod est et a nobis creditur, et præterea filiationis ac generationis appellationem nobiscum sortitus esset, nihil jam obstaret quominus abusive hæc de ipso dicta essent atque posita. Cum autem veritati vim faciendo, et, quantum in se est, ipsum in aliam naturam transferendo, mediatorem nominent, fabulamque de ipso stulte confinxisse arguantur : cur non cessant ab insita et substantiali eminentia ipsum excludere, et spuriis veluti quibusdam honoribus non gravantur miseri contumeliose illudere ei qui vere est ex Patre? Non enim eodem loco et numero quo nos sumus, neque juxta atque res creatæ in adoptionis gloriam vocatus est Unigenitus, nec ascititiam ei excellentiam appellatio ista conciliat; multum abest. Adoptivus enim esset, ac inter filios secundum gratiam, si hoc modo se habe-

Α. Προφασιζομένους προφάσεις ἐν ἁμαρτίαις, καὶ εἰς λόγους πονηρίας ἐκκεκλικότας αὐτοὺς εὑρήσομεν, κατὰ τὸ ἐν Ψαλμοῖς ᾀδόμενον τῷ μακαρίῳ Δαβίδ. Εἰ μὲν γὰρ ἦν ἕτερόν τι κατὰ φύσιν ὁμολογουμένως ὁ Υἱὸς, ἢ ὅπερ ἐστὶ καὶ πεπίστευται πρὸς ἡμῶν, εἶτε μεθ' ἡμῶν τὴν κλῆσιν διέλαχε τῆς τε υἱότητος ὁμοῦ καὶ τῆς γεννήσεως, ἦν ἔτι τὸ ἐμποδὼν οὐδὲν, καταχρηστικώτερον εἰρῆσθαι καὶ ἐπ' αὐτοῦ διακεῖσθαι ταυτί. Ἐπειδὴ δὲ παραβιασάμενοι τἀληθὲς, καὶ φιλοκακούργως αὐτὸν ὑφ' ἑτέραν τινὰ φύσιν, τό γε ἧκον ἐπ' αὐτοὺς, μεταστήσαντες, μεσίτην ὠνόμαζον, εἶτα φληνάφως τὸν ἐπ' αὐτῷ δὴ τούτῳ πλαστουργήσαντες μῦθον οὐ μετρίως ἐλέγχονται· τί τῆς ἀνούσης τε καὶ οὐσιώδους ὑπεροχῆς ἐξωθοῦντες οὐ καταλήγουσι, καὶ νόθοις ὥσπερ τισὶν ἀξιώμασιν ἐξυβρίζοντες εἰς τὸν ἐκ Πατρὸς ἀληθῶς, οὐ καταναρκῶσιν οἱ δείλαιοι; Οὐ γὰρ ἐν μοίρᾳ καὶ τάξει τῇ καθ' ἡμᾶς, ἀλλ' οὐδὲ ἐν ἴσῳ τοῖς πεποιημένοις εἰς τὴν τῆς υἱοθεσίας ἐκκέκληται δόξαν ὁ Μονογενὴς, οὔτε μὴν εἰσποιητὴν αὐτῷ τὴν ὑπεροχὴν καὶ ἡ ἐπωνυμία προξενεῖ, πολλοῦ γε καὶ

[83] Isa. I, 2. [83] Psal. CXL, 4.

Digitized by Google

δεῖ. Θετὸς γὰρ ἂν εἴη, καὶ ἐν τοῖς κατὰ χάριν υἱοῖς, εἴπερ ὧδέ τε ἔχοι καὶ τοῖς τῆς κτίσεως περισχοινίζοιτο μέτροις. Ἀλλὰ ταυτὶ μὲν, ὕθλος τέ ἐστι καὶ βαττολογία, καὶ δυσφημιῶν ὄχλος, καὶ ἕτερον οὐδέν. Ὡς δὲ ἐν τοῖς κατὰ θέσιν υἱοῖς ἑαυτὸν καταμετρεῖν οὐκ ἠξίωσεν ὁ Μονογενὴς, ἀλλ' οἶδεν ἔχοντα θείαν τε καὶ ἄῤῥητον τὴν κατὰ πάντων ὑπεροχὴν, καὶ τὸ τῆς υἱοθεσίας ἀληθὲς ἀξίωμα, μάθοις ἂν εὐκόλως, Ἰουδαίοις λέγοντος Μωσέως τε πέρι καὶ προφητῶν ἁγίων· « Εἰ ἐκείνους εἶπε θεοὺς, πρὸς οὓς ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ἐγένετο, καὶ οὐ δύναται λυθῆναι ἡ Γραφὴ, ὃν ὁ Πατὴρ ἡγίασε καὶ ἀπέστειλεν εἰς τὸν κόσμον, ὑμεῖς λέγετε, ὅτι Βλασφημεῖς, ὅτι εἶπον· Υἱός εἰμι τοῦ Θεοῦ; » Εἰ γὰρ ἐπεί τοι παρ' ἐκείνοις γέγονεν ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, θεοὺς ἀπέδειξε καὶ υἱοὺς, πῶς οὐκ ἂν μᾶλλον αὐτὸς Υἱός τε εἴη καὶ Θεὸς ἄμεινόν τε καὶ ἀληθέστερον, ὁ δι' ὃν ἐκεῖνοι θεοὶ καὶ υἱοί; Οὐκ ἐπακτὸν οὖν ἄρα τῷ Μονογενεῖ τὸ, *Υἱὸς*, ἀλλὰ τοῦ εἶναι τοιῶσδε σημαντικὸν ἂν εἴη τὸ ὄνομα αὐτῷ, καθάπερ ἀμέλει καὶ αὐτῷ τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, τὸ *Πατήρ*. Πατὴρ μὲν γὰρ ὁ Πατὴρ, ὅτι τέτοκε τὸν Υἱόν· Υἱὸς δὲ αὖ ὁ Υἱὸς, ὅτι γεγέννηται παρὰ τοῦ Πατρός. Ταύτης τοι τῆς αἰτίας, ὡς ἐγῷμαι, χάριν, καίτοι παμπόλλαις τε ὅσαις καὶ διαφόροις λέξεσι τὰ προσόντα τῇ θείᾳ φύσει διερμηνεύοντες ἀγαθὰ, κἂν γοῦν εἰς μετρίαν τὴν περὶ αὐτῆς ἥκομεν γνῶσιν, ἀλλ' οὐκ ἐκείναις συντεταγμένον ἐρῶ, τό τε τῆς υἱότητος, καὶ τὸ τῆς πατρότητος ὄνομα, καίτοι τῶν ἄλλων ὀρθῶς τε καὶ ἀνεγκλήτως ἐπ' ἀμφοῖν λεγομένων.

A ret, et creaturæ modulis contineretur. Verum isthæc nugæ quidem sunt, importunaque loquacitas, et nihil aliud quam blasphemiarum molesta congeries. Quod autem inter adoptivos filios collocare se noluerit Unigenitus, sed divinam et ineffabilem supra omnes habere se excellentiam agnoverit, et adoptionis veram dignitatem, facile disces ex eo quod Judæis de Mose et sanctis prophetis ait : « Si illos dixit deos, ad quos sermo Dei factus est, et non potest solvi Scriptura : quem Pater sanctificavit, et misit in mundum, vos dicitis : Quia blasphemas, quia dixi, Filius Dei sum [46]? » Si enim propterea quod ad illos factus est Dei sermo, significavit deos esse et filios : qui non potius Filius sit ac Deus, meliusque ac verius, **415** is per quem illi dii sunt ac filii? B Illud ergo, *Filius*, adventitium non est Unigenito, sed nomen quo talis esse significatur, sicuti nimirum ipsi quoque Deo ac Patri illud nomen, *Pater*. Pater enim ideo Pater est, quia genuit Filium : Filius autem rursus est Filius, quoniam est a Patre genitus. Hanc, opinor, ob causam, licet quamplurimis et variis vocibus bona quæ naturæ divinæ insunt explicantes, ad mediocrem saltem ejus notitiam veniamus, dico tamen filiationis et paternitatis nomen inter illas non esse collocatum, tametsi alia recte et citra reprehensionis periculum de utroque dicantur.

B. Πῶς ἔφης;

A. Φράσαιμ' ἂν ὡς ἥδιστα φιλοπευστοῦντί σοι· Κατὰ διττὸν, οἶμαι, τρόπον τὰ οὐσιωδῶς προσόντα τῇ θείᾳ φύσει πλεονεκτήματα δηλοῦν εἰθίσμεθα. Ἢ γὰρ ἀφ' ὧν ἐστιν, ἢ ἀφ' ὧν οὐκ ἔστιν, ἀεὶ πρὸς ἡμῶν ἐπιγινώσκεται. Ζωὴν μὲν γὰρ εἶναι λέγοντες, καὶ φῶς αὐτὴν ὀνομάζοντες, ἀφ' ὧν εἶναι πεπίστευται, φαμὲν ἀληθεύοντες. Φθαρτὴ δὲ ὅτι μή ἐστι, μήτε μὴν ὁρατὴ, ἀφ' ὧν οὐκ ἔστι λαλοῦμεν. Ὅτι γὰρ φθορᾶς ἀμείνων καὶ τοῦ καθορᾶσθαι πρός τινος, ἡ τῶν λέξεων ἡμῖν ὑποφαίνει δύναμις· ἦ γάρ;

C

B. Quî tu istud ais?

A. Sciscitanti tibi libentissime dicam. Duplici, ut reor, modo eas quæ naturæ divinæ insunt prærogativas significare solemus. Aut enim ex iis quæ est, aut ex iis quæ non est, a nobis agnoscitur. Nam cum vitam esse dicimus, et lumen ipsam nuncupsmus, ex iis quæ esse creditur, istud vere loquendo dicimus. Cum autem corruptibilem non esse, neque visibilem dicimus, ex iis quæ non est loquimur. Verborum enim vis nobis indicat et corruptionis immunem esse, nec oculis cujusquam patere : nonne?

B. Ἀληθές.

B. Ita est.

A. Εἴ τις οὖν ἄρα λέγοι, ζωὴν εἶναι καὶ φῶς, τὸν Πατέρα καὶ Θεὸν, καὶ μὴν ὡς ἔστι πρὸς τούτοις ἄφθαρτος καὶ ἀόρατος, οὐκ ἐν κόσμῳ τι δρᾷν οἰησόμεθά που τὸν τοιοῦτον ἡμεῖς, εἴπερ ἔλοιτο φρονῶν ὀρθῶς, καὶ τῇ τοῦ Υἱοῦ φύσει προσάπτειν αὐτὰ, ὡς καὶ τοῖς ἴσοις ὀνόμασιν ἀποσεμνύειν εὖ μάλα τὸν ἐκ Πατρὸς Θεὸν Λόγον;

A. Si quis ergo dicat vitam esse et lumen Patrem ac Deum, ac præterea incorruptibilem et invisibilem, nunquid rite et ordine illum facere putabimus, si recte sentiendo ea quoque naturæ Filii tribuat, ita ut iisdem certe nominibus Deum ex Patre Verbum insigniat? D

B. Ναί.

B. Ita plane.

A. Εἰ δὲ δὴ καὶ βασιλέα λέγοι, καὶ ταῖς εἰσάπαν εὐκλείαις βούλοιτο τιμᾷν, δι' ὧνπερ ἂν ἡμῖν ἡ θεία φύσις καταγεραίροιτο, ἆρ' οὐχὶ μετεῖναί φαμεν καὶ αὐτῶν τῷ Υἱῷ;

A. Quod si regem etiam dicat, et honoribus quibus naturam divinam prosequimur, prorsus afficere velit, annon etiam Filium illorum participem dicemus?

B. Πῶς γὰρ οὔ;

A. Quidni vero.

A. Ἀμαθὲς οὖν ἄρα παντελῶς κἂν γοῦν ἐνδοιάζειν ὅλως, ὅτι κοινὰ μὲν ἀμφοῖν τὰ πλεονεκτήματα, τά τε

A. Stultum igitur est prorsus, vel solum dubitare quin divinitatis insignia, et quæcunque ad gloriam

[46] Joan. x, 35, 36

Digitized by Google

et excellentiam ejus pertinent, utrique sint communia. Neque vero mentitur veritas, id est Christus, eum ad Patrem qui est in cœlis ait : « Omnia mea tua sunt, et tua mea sunt, et clarificatus sum in eis [48]. » Si ergo dignitatis ordine ac loco quemadmodum et cætera inesse dicimus, Patri quidem, quod Pater sit ; Filio, quod Filius : quid, quæso, impediet aut vetabit quominus e medio tollamus nominum illorum differentiam, amboseque vocemus Patres et Filios, si communia et æqualia **416** decora sortiti sint, et dignitatum eminentia æqualiter sint redimiti ?

A εἰς δόξαν καὶ ὑπεροχήν. Διαψεύσεται δὲ οὐδαμῶς ἡ ἀλήθεια, τουτέστι Χριστὸς, πρὸς τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς Πατέρα λέγων, ὅτι « Πάντα τὰ ἐμὰ σά ἐστι, καὶ τὰ σὰ ἐμὰ, καὶ δεδόξασμαι ἐν αὐτοῖς. » Εἴπερ οὖν ἐν ἀξιώματος νόμῳ, καθάπερ καὶ τὰ λοιπὰ, προσεῖναί φαμεν, τῷ μὲν Πατρὶ τὸ Πατὴρ, τῷ δὲ Υἱῷ τὸ Υἱός· τί τὸ ἐμποδὼν, εἰπέ μοι, καὶ τί τὸ ἀπεῖργον ἐκ μέσου ποιεῖσθαι τοῖν ὀνομάτοιν τὴν διαφοράν, ἄμφω τε Πατέρας καὶ Υἱοὺς ἀποκαλεῖν, κοινὰ καὶ ἐν ἴσῃ τάξει λαχόντας τὰ γέρα, καὶ ταῖς τῶν ἀξιωμάτων ὑπεροχαῖς ἰσομέτρως κατεστεμμένους ;

B. Atqui dictu aut cogitatu incredibile istud est prorsus. Nec enim aliter se habiturus est Pater quam quod est, id est, Pater : et Filius, similiter : manet enim Filius, nec censebitur esse Pater.

B. Καὶ μὴν τοῦτό γέ ἐστι παντελῶς ἀπίθανον εἰπεῖν ἢ νοεῖν. Εἴη γὰρ ἂν οὐχ ἑτέρως ἔχων ὁ Πατὴρ, ἢ ὅπερ ἐστὶ, τουτέστι, Πατήρ· καὶ ὁ Υἱὸς, B ὁμοίως· μένει γὰρ Υἱὸς, καὶ οὐκ ἂν νοοῖτο Πατήρ.

A. Rectissime quidem ac vere, Hermia. Annues igitur et suffragaberis clare demonstranti paternitatis vocabulum, Patri non esse dignitatis significativum (sic enim debere nos loqui arbitror, necessariam rei significationem decoro præferentes) ; neque porro Filio filiationis appellationem, sicuti sunt vita, lux, et alia ejusdem notæ quæ de utroque dicuntur : sed proprium utrique nomen esse, quod quo pacto se uterque habeat ostendit.

A. Ὀρθότατά γε καὶ ἀληθῶς, ὦ Ἑρμεία. Συναινέσεις οὖν ἄρα καὶ συναθλήσεις τῷ λόγῳ, παραδεικνύντι σαφῶς, ὡς οὐκ ἀξιώματος ἔσται σημαντικὸν τῷ Πατρὶ τὸ τῆς πατρότητος ὄνομα· δεῖν γὰρ οἶμαι καὶ ὧδε λέγειν, προτετιμηκότας τοῦ πρέποντος τὴν ἀναγκαίαν τοῦ πράγματος δήλωσιν· οὔτε μὴν τῷ Υἱῷ ἡ τῆς υἱότητος κλῆσις, καθάπερ ἦν ἐπ' ἀμφοῖν λεγόμενα, τὸ ζωὴ, τὸ φῶς, καὶ τὰ τούτοις συντεταγμένα· ἀλλ' ἴδιον ἑκατέρῳ τοὔνομα, τὸ, ὅπως ἂν ἔχοι, παραδηλοῦν.

B. Omnino.

B. Καὶ μάλα.

A. Quod enim vis et ratio nominum quodammodo confusionem amovet, ac stabilem in se veluti sedem quærit, tribuit utrique ut immutabiliter sit talis. Pater enim Pater est, ac non Filius, quoniam genuit : Filius autem rursus est Filius, ac non Pater, quoniam genitus est. Age enim, si placet, paulisper intellectu et cogitatione removentes a Patre, Patris nomen, adeoque a Filio, Filii appellationem, perpendamus, quæso, quo pacto sigillatim alterutrius persona significetur. An Deum forte dicendo, aut vitam, aut corruptionis expertem, aut invisibilem, aut regem ? Atqui non satis hinc discerni poterit id quod significatur. Quod enim de utroque verum est, quomodo clare demonstret id quod alteri peculiariter inest ? Singulariter autem et vere Pater significatur, ex eo quod genuisse intelligitur : singulariter autem et vere Filius, ex eo quod intelligitur esse genitus. Proprium igitur est alterutri quod D suum ac singulare est, tametsi alia indistincte de utroque dicuntur. Illa enim inter naturales dignitates numerantur, hæc vero non item ; sed, hunc quidem genitorem, illum autem genitum significant.

A. Τὸ γὰρ ἀποσείεσθαι τρόπον τινὰ τὴν ἀνάχυσιν τῶν ὀνομάτων τὴν δύναμιν, μόνιμον δὲ ὥσπερ ἑξαιτεῖν ἐφ' ἑαυτῇ τὴν ἕδραν, ἀπαραποίητον ἑκατέρῳ τὸ εἶναι τοιῶσδε προσνέμει. Πατὴρ γὰρ ὁ Πατὴρ, καὶ οὐχ Υἱὸς, ὅτι γεγέννηκεν· Υἱὸς δὲ αὖ πάλιν ὁ Υἱὸς, καὶ οὐ Πατὴρ, ὅτι γεγέννηται. Φέρε γὰρ, εἰ δοκεῖ, βραχὺ τοῦ Πατρὸς, ὡς ἐν ἐννοίαις καὶ λόγῳ, τὸ Πατὴρ ἀποστήσαντες, καὶ μὴν καὶ τοῦ Υἱοῦ τὸ Υἱὸς, ἐννοῶμεν, ὦ τᾶν, τὸ, ὅπως ἂν ἡμῖν ἀναμέρος τὸ ἑκατέρου πρόσωπον κατασημήναι τις ἄν. Ἆρα τῷ φάναι Θεὸν, ἢ ζωὴν, ἢ ἄφθαρτον, ἢ ἀόρατον, ἢ βασιλέα τυχόν; Ἀλλ' οὐκ εὐδιάκριτον ἐντεῦθεν εἴη ἂν τὸ δηλούμενον. Τὸ γὰρ ἐπ' ἀμφοῖν ἀληθὲς, τοῦ ἑκατέρῳ προσόντος ἰδικῶς πῶς ἂν ἐναργῆ ποιοῖτο τὴν δήλωσιν ; Μόνως δὲ καὶ ἀληθῶς ὁ Πατὴρ σημαίνεται διὰ τοῦ νοεῖν ὡς τέτοκε· μόνως δὲ καὶ ἀληθῶς ὁ Υἱὸς διὰ τοῦ νοεῖσθαι γεγεννημένος. Ἴδιον οὖν ἑκατέρῳ τὸ αὐτοῦ καὶ μόνου, καίτοι τῶν ἄλλων οὐ διωρισμένως ἐπ' ἀμφοῖν λεγομένων. Παρελήφθη μὲν γὰρ ἐν τῇ τῶν φυσικῶν ἀξιωμάτων ἐκεῖνα τάξει· τὰ δὲ οὐχ οὕτως ἔχει, ἀλλὰ τὸν μὲν γεννήτορα, τὸν δὲ τεχθέντα παρέδειξεν.

[48] Joan. xvii, 10.

Digitized by Google

ΛΟΓΟΣ Β'.

Ὅτι καὶ συναΐδιος τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, καὶ ἐξ αὐτοῦ κατὰ φύσιν γεννητὸς ὁ Υἱός.

DIALOGUS II.

Quod coæternus item sit Deo ac Patri, et quod ex ipso secundum naturam genitus sit Filius.

Α. Ἆρ' οὐκ ἀληθὲς εἰπεῖν, ὦ Ἑρμεία, ὡς ἁπλοῦς Α τε ἔφυ τῆς ἀληθείας ὁ μῦθος, καὶ ἀρίστην ὅτι μάλιστα τὴν ἕδραν ἐν καρδίαις ἔχει ταῖς ἁπλαῖς, παρὰ πολὺ δὲ ἡδίων ἢ μελιττῶν ἐστι πόνος; Ἀληθὲς δὲ ὅτι τὸ χρῆμά ἐστιν, ἀναπείσει λέγων ὁ θεῖος Δαβὶδ πρὸς τὸν τῶν ὅλων Σωτῆρα Θεόν· « Ὡς γλυκέα τῷ λάρυγγί μου τὰ λόγιά σου, ὑπὲρ μέλι καὶ κηρίον τῷ στόματί μου. »

Β. Ναί. Τῆς ἀληθείας κομιδῇ μὲν ἁπλοῦν καὶ κηρίων αὐτῶν ἡδίονα συμφήσαιμ' ἂν εἶναι καὶ αὐτὸς τὸν λόγον· ἁπλότητος δὲ τῆς ἔν γε τουτοισὶ ποδαπὸς ἂν νοοῖτο πρὸς ἡμῶν ὁ τρόπος;

Α. Τί γὰρ ἕτερον ἁπλοῦν ἡμῖν ὄντα τῆς ἀληθείας τὸν μῦθον παραδείξειεν ἄν, ἢ τὸ πολυπλόκων μὲν ἀπηλλάχθαι διασκεμμάτων, καὶ οἱονεὶ βλοσυρόν τι καὶ ἀμειδὲς ὁρώσης ἐννοίας, καὶ φιλοκακούργων Β [ἴσ. φιλοκακούργως] συντεθειμένης, καὶ τῆς ἐνούσης εὐσθενείας αὐτῇ ποιουμένης τὴν ἔνδειξιν, οὐκ ἐφ' οἷς ὀνήσει πρὸς ἀληθείας εὕρεσιν, ἀλλ' ἐφ' οἷς ἂν οὐ μετρίως καταλωβήσαιτο τοὺς ἀκροωμένους. Πάρα δὲ, εἴ σοι δοκεῖ, καθάπερ ἐν πίνακι λαμπρῶς καθιδεῖν τὸν ἐμὸν τοῦ πρέποντος οὐχ ἡμαρτηκότα λόγον, εἰ τὴν Ἀρείου τε καὶ τῶν ἀμφ' αὐτὸν καταθρήσεις αἱρεσιν, οἷς καὶ εὖ ἔχειν εἰπεῖν οἰήσομαι δεῖν· « Εἰ ἀλλάξεται Αἰθίοψ τὸ δέρμα αὐτοῦ, καὶ πάρδαλις τὰ ποικίλματα αὐτῆς, καὶ ὑμεῖς δυνήσεσθε εὖ ποιεῖν, μεμαθηκότες τὰ κακά. » Παρδάλεως γὰρ οἶμαι διενεγκεῖν οὐδὲν τῶν διεναντίας τὸν νοῦν. Ἡ μὲν γὰρ ποικίλως κατεστιγμένη, παμμιγῆ καὶ πάμμορφον χρωμάτων συνδρομὴν ἐπὶ νῶτα φέρει· οἱ δὲ ἀνόμιόν τε καὶ ἀσυναφῆ καὶ αὐτὸν ἔχουσι τὸν νοῦν, καὶ τὸν C ἐκ καρδίας ἴησι πρὸς τὸ ἄνω λόγον μόλις τιτρώσκουσα ἡ γλῶσσα αὐτῶν, κατὰ τὸ γεγραμμένον· « Δόλια τὰ ῥήματα τοῦ στόματος αὐτῶν. Τῷ πλησίον αὐτοῦ λαλεῖ εἰρηνικὰ, καὶ ἐν ἑαυτῷ ἔχει τὴν ἔχθραν. » Ἐπιπλάττονται μὲν γὰρ κατ' οὐδένα τρόπον τῇ τοῦ Μονογενοῦς ἀντιφέρεσθαι δόξῃ· τιτρώσκουσι δὲ καθάπερ ὀξείᾳ βολίδι, παλίμφημά τε καὶ δυσαχθῆ τὰ ἀπὸ γλώττης ἰέντες ῥήματα.

Β. Τὰ ποῖα ἄττα φῄς;

Α. Ὀρθῶς γὰρ δὴ λίαν Υἱὸν ὀνομάζοντες τὸν μονογενῆ τοῦ Θεοῦ Λόγον, καὶ μὴν καὶ ὡς εἴη γεγεννημένος συνομολογεῖν οὐ παραιτούμενοι, τὸν τῆς ἀληθείας παραδιάζονται λόγον, περιτρέποντες ἀνοσίως εἰς πᾶν τοὐναντίον τὴν ἐπ' αὐτῷ δόξαν, καὶ εἰς ἑτέραν τινὰ μεθιστάντες φύσιν, παρὰ τὴν ἐν Πατρὶ νοουμένην, ὡς ἐξούσιόν τε εἶναι καὶ ἑτεροφυᾶ,

417 A. Annon dictu verum est, Hermia, simplicem esse natura sua veritatis sermonem, et præcipuam sibi sedem in simplicibus cordibus statuere, et melle suaviorem esse? Hoc autem verum esse divinus David persuadebit, ad omnium Salvatorem Deum dicens: « Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel et favum ori meo [87]. »

B. Ita prorsus. Veritatis sermonem simplicissimum vel favis ipsis suaviorem esse ipse quoque fateor: at simplicitatis quodnam genus hic a nobis debet intelligi?

A. Quidnam aliud simplicem esse veritatis sermonem ostenderit, quam versutis carere argutiis, et quæ ab ingenio torvo et aspero quodammodo proficiscantur, atque ad malitiam composito, quodque suam vim exserat non ad verum inveniendum, sed ad summam auditorum perniciem? Potes autem, si juvat, tanquam in tabula clare perspicere meam a vero non aberrare sententiam, si Arii ejusque sectatorum hæresim consideres, in quos illud recte cadere posse arbitror: « Si mutabit Æthiops pellem suam, et pardus maculas suas: et vos poteritis benefacere, cum didiceritis mala [88]. » Nihil enim a pardo adversariorum indolem discrepare arbitror. Pardus enim notis variegatus, mistis atque diversis coloribus sparsum tergum habet; hi vero discordi et inconstanti sunt ingenio, et ex corde ipsorum eructat verbum vulnerans lingua eorum, ut scriptum est: « Dolosa verba oris eorum. Proximo suo loquitur pacifica, et in seipso habet inimicitiam [89]. » Simulant enim se **418** nullo modo Unigeniti gloriæ repugnare, sed eam veluti sagitta acuta vulnerant, infamia et intoleranda verba ex ore mittentes.

B. Quænam?

A. Cum enim recte admodum Filium nominent unigenitum Dei Verbum, adeoque genitum esse nobiscum fateri non abnuant, veritati vim faciunt, ejus gloriam impie vertentes in contrarium et in aliam quamdam transferentes naturam, quam quæ intelligitur in Patre, ita ut alienus sit ab illius substantia alteriusque naturæ, imo vero plane remotus

[87] Psal. cxviii, 103. [88] Jerem. xiii, 23. [89] Jerem. ix, 8.

Digitized by Google

ab habitudine naturali ejus qui gignere dicitur, sed nondum tamen, ut ipsi volunt, genuit. Eo autem insaniæ ferri non aliam ob causam dixerim, quam istam.

B. Ecquam, obsecro?

A. Quod elato valde sunt supercilio, et abstrusius quiddam quam cæteri sentire se ac loqui posse sibi persuasum habent, et argutiunculis exercitati ac vanis artibus innutriti sunt, ratiuncularumque versutiis incautos ac simplices expugnare queunt, et arundinea virga mentibus suis quodammodo supposita sæcularem sapientiam et adulterinorum sensuum paleas colligentes, nihil certe pensi habent a recta dogmatum ratione deflectere. Non enim animadvertunt sacrum illud par filiorum Aaron conflagrasse, quod Dei placitum violassent et alienum ignem admovissent altari, neque auscultare demum volunt legem clamantem: « Et non inferes abominationem in domum tuam, et anathema eris, sicut istud. Detestatione detestaberis, et abominatione abominaberis, quia anathema est [66]. » Ignis enim certe alienus, Deoque minus acceptus, est fervidus mentis impetus, diabolica sapientia plenus, nec Scripturis sacris succensus. Abominatio autem statua est in Dei formam efficta. Talem vero illi Filium confingunt, honore quidem et illustri gloria conspicuum et pro eo ac Deum decet: sed non verum, imo spuriis veluti nominibus, et Deo dignis vocibus in Dei speciem conflictum. Dicere enim quod genitus sit, et Filium quidem nominare ipsum, neque tamen censere ipsum esse genitum, et Filium secundum naturam esse, quid aliud est quam istud? **419** Nobis autem est thesaurus in vasis fictilibus, et expers mundanæ sapientiæ fraudisque diabolicæ veritas amica.

B. Amica certe. Recte dicis. Sed agedum, ad eorum disquisitionem quoque te conferas, quæ illi de Patre et Filio astruunt. Hoc enim auditoribus magno usui fore concesserim.

A. Erit quidem, sat scio, magno istud usui. Et quoniam optimum tibi factu videtur, age soluto rudente, ut Græci poetæ aiunt, et, littore ac portu quodammodo relicto, disputationis nostræ navim mittamus in altum.

B. Eundum ergo.

A. Proprium certe Dei ac Patris nomen et rem esse illud, Pater, ex iis quæ jam disceptata sunt, confirmavimus, neque vero aliam causam esse, quam quod ex seipso Filium genuit. Proprium item Filii nomen esse illud, Filius, causamque attulimus, quod sit a Deo ac Patre genitus. Videtur autem nobis hæc sententia longe extra omnem reprehensionem posita.

B. Utique videtur: verumtamen illud monebo:

[66] Deut. VII, 26.

μᾶλλον δὲ εἰσάπαν ἐξεστηκότα τῆς τοῦ λεγομένου τεκεῖν σχέσεως φυσικῶς, οὐκ ἔτι δὲ κατ' αὐτοὺς καὶ γεγεννηκότος. Τὸ δὲ δὴ πρὸς τοῦτο ἠλιθιότητος καθικνεῖσθαι φιλεῖν, φαίην ἂν ἔγωγε προξενεῖν αὐτοῖς ἕτερον οὐδέν, ἢ ἐκεῖνο.

B. Τὸ ποῖον δή;

A. Τὸ κατωφρυῶσθαι λίαν, οἴεσθαι δέ τι τῶν ἄλλων εἰδέναι, φρονεῖν καὶ λέγειν ἀπορρητότερον, ἐπισκῆσθαί [γρ. ἐπησκῆσθαί] τε καὶ λόγων ἀμίλλας καὶ μὴν καὶ δοκησισόφοις ἐντεθράφθαι τέχναις, καὶ ταῖς τῶν ἐννοιῶν πρὸς πᾶν ὁτιοῦν εὐκόλοις περιστροφαῖς κατὰ κράτος ἐλεῖν δύνασθαι τοὺς ἁπλῇ συνέσει διαβιοῦν ἐλομένους, καλαμίνην δὲ ὥσπερ ταῖς ἑαυτῶν ψυχαῖς ὑποστήσαντες ῥάβδον, τὴν ἐν κόσμῳ σοφίαν, νενοθευμένων ἐννοιῶν συρφετοὺς συλλέγοντες, τῆς τῶν δογμάτων ὀρθότητος τὸ μὴ χρῆναι διαμαρτεῖν, οὐδέν, οἶμαι, καταλογίζονται. Οὐ γὰρ ἐνοοῦσιν, ὅτι ξυνωρὶς μὲν ἱερὰ τῶν Ἀαρὼν κατεφλέχθη παίδων, ἐπεί τοι τὸ Θεῷ δοκοῦν ἐβιάζετο, καὶ ὀθνεῖον τῷ θυσιαστηρίῳ προσεκόμιζε πῦρ, οὔτε μὴν ἐπαΐειν τάχα που λοιπὸν ἀνέχονται, διακεκραγότος τοῦ νόμου· « Καὶ οὐκ εἰσοίσεις βδέλυγμα εἰς τὸν οἶκόν σου, καὶ ἀνάθεμα ἔσῃ, ὥσπερ καὶ τοῦτο. Προσοχθίσματι προσοχθιεῖς, καὶ βδελύγματι βδελύξῃ, ὅτι ἀνάθεμά ἐστι. » Πῦρ γὰρ ἀληθῶς ἀλλότριον, καὶ ἀπάδον Θεῷ, θερμὸν διανοίας κίνημα, τῆς δαιμονιώδους σοφίας ἐκμεμεστωμένον, καὶ οὔ τί που τῶν ἱερῶν Γραμμάτων ἐκκεκαυμένον. Βδέλυγμα δὲ αὖ, τὸ εἰς Θεοῦ τύπον πλαστουργούμενον ἄγαλμα. Τοιοῦτονδὲ κἀκεῖνοι διαπλάττουσι τὸν Υἱόν, τιμῇ μὲν καὶ δόξῃ λαμπρᾷ κατηγλαϊσμένον καὶ θεοπρεπῶς, πλὴν οὐκ ἀληθῆ, νόθοις δὲ ὥσπερ ὀνόμασι καὶ θεοπρεπέσι φωναῖς, εἰδοποιηθέντα Θεόν. Τὸ γάρτοι φάναι μὲν ὅτι γεγέννηται, καὶ Υἱὸν μὲν ὀνομάζειν αὐτόν, μὴ μὴν ἔτι καὶ οἴεσθαι γεγεννῆσθαί τε καὶ Υἱὸν εἶναι κατὰ φύσιν, τί ἂν εἴη λοιπόν, ἢ τοῦτο; Ἡμῖν δὲ ὁ θησαυρὸς ἐν ὀστρακίνοις σκεύεσι, καὶ γυμνὴ σοφίας κοσμικῆς καὶ δαιμονιώδους ἀπάτης, ἡ ἀλήθεια φίλη.

B. Φίλα γὰρ, καὶ ἁριστά γε ἔφης. Ἀλλ' ἴοις ἂν ἤδη καὶ πρὸς βάσανον τῶν ἐκείνοις ὑπειλημμένων περί τε τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ. Τὸ γὰρ δὴ μάλιστα τελοῦν εἰς δνησιν τοῖς ἐντευξομένοις τουτὶ δοίην ἄν.

A. Ὀνήσειεν ἂν οἶδ' ὅτι μάλιστά γε τουτί. Καὶ ἐπείπερ ὧδε ἔχειν ἁριστά σοι δοκεῖ, φέρε καθάπερ Ἑλλήνων οἱ ποιηταί φασι, πεῖσμ' ἀπολυσάμενοι, καὶ οἷάπερ ἀκτῆς καὶ ὁρμητηρίων ἐπαίροντες, ἀφῶμεν εἰς πέλαγος ὁλκάδα ὅπως τὸν λόγον.

B. Ἰτέον δὴ οὖν.

A. Ἴδιον μὲν δὴ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, τὸ Πατὴρ ὄνομά τε καὶ χρῆμα διὰ τῶν ἤδη προεξεσμένων διεβεβαιούμεθα, καὶ οὐχ ἑτέρου του χάριν, ἢ ὅτι γεγέννηκεν ἐξ ἑαυτοῦ τὸν Υἱόν. Ἴδιον δὲ αὖ τοῦ Υἱοῦ, τὸ Υἱὸς ὄνομα, τὴν αἰτίαν ἐπάγοντες, ὅτι γεγέννηται παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός. Ἐδόκει δὲ ὑμῖν ἡ τοιαύτη φαίνεσθαι δόξα διαβολῆς ἁπάσης ὡς ἀπωτάτω.

B. Ἐδόκει γὰρ οὖν καὶ μάλα· πλὴν ἐκεῖνο ἐρῶ-

Digitized by Google

Δέδια γὰρ δὴ καὶ τετάραγμαι καθορῶν ὅποι ποτὲ ἡμῖν ἡ τῶν νοημάτων ἐκτελευτήσει διεκδρομή. Οἷον γὰρ ὅτι πάντως που φήσειεν ἂν ὁ διεστραμμένος· Εἰ τῷ Θεῷ Πατρὶ τὸ Πατὴρ ἴδιον ὄνομά τε καὶ χρῆμά ἐστιν, ὅτι γεγέννηκε· τῷ γε μὴν Υἱῷ, τὸ Υἱὸς, ὅτι γεγέννηται· καὶ ἀληθὲς εἰπεῖν, ὅτι τὴν εἰς ἄλληλα μεταβολὴν ἀνεπίδεκτον ἕξει τὰ δηλούμενα· ἔσται γὰρ ἀεὶ Πατὴρ ὁ Πατὴρ, εἰς Υἱὸν οὐ μεταπλαττόμενος· καὶ μὴν καὶ ὁ Υἱὸς, Υἱὸς, εἰς Πατέρα μὴ μεθιστάμενος· ἴδιον ἔσται τοῦ Πατρὸς τὸ ἀγέννητον, ἐπείπερ ἴδιον τοῦ Υἱοῦ τὸ γεννητόν. Καὶ ἐπείπερ ἐστὶν ἕτερον ἀληθῶς, τὸ ἀγεννήτως εἶναι παρὰ τὸ γεννητῶς, ἑτερίως ἕξουσι καὶ αὐτοὶ, καὶ οὐκ ἔν γε τοῖς ὁμοίοις ἀπαραλλάκτως ὄντες νοηθεῖεν ἄν. A

A. Εἶτα τί ὁρῷεν ἂν οἵ γε τοιοῦτοι πάλιν, ἢ τὸ τῆς ἐν Χριστῷ νοουμένης ἁπλότητος παρασημαίνειν τὸ κάλλος, καθὰ καὶ οἱ τὸ χρυσοῦν νόμισμα κιβδηλεύοντες; Ἄθρει γὰρ, ὅπως τὸν ὀρθὸν τῆς ἀληθείας παρευθύνουσι λόγον, καὶ νόθου σοφίας εὑρήμασιν ἐπαγάλλονται· λαλοῦντες δὲ τὰ ὑπέρογκα, καταποιεῖν [γρ. καταπιεῖν] οἴονται τὴν συναγωγὴν Κυρίου, κατὰ τὸν ἀλαζόνα Γολιάθ. B

B. Ἔχει μὲν ὧδε. Πλὴν ἴσθι τοῦτο ἐροῦντας, καὶ οἷς ἔφην ἀρτίως ἐνστησομένους.

A. Ἀλλ' ἔξεστι δή που παντί τῳ λοιπὸν ἐκκεκρουσμένους ὁρᾷν, καὶ λογισμοῦ τοῦ καθήκοντος, καὶ φρενὸς ἀγαθῆς, καὶ αὐτοὺς ταῖς σφῶν ἀμαθίαις ἐποικτίζειν ὀφείλοντας, εἰ ταυτί τε ἔχειν ἐροῦσιν ὀρθῶς, καὶ κατ' ἐκείνους ἔσονται τοὺς οἷσπερ ἐδόκει λέγειν· « Ἐθέμεθα ψεῦδος τὴν ἐλπίδα ἡμῶν, καὶ τῷ ψεύδει σκεπασθησόμεθα. » Ἠγνοήκασι γὰρ, ὡς ἐγῷμαι, πρῶτον μὲν, ὅτι οὐ ταυτόν ἐστιν, οὔτε τὴν ὁμοίαν ἔχον δήλωσιν, ἀγέννητος καὶ πατήρ. Οὐ γὰρ εἴ τι πατὴρ, ἔσται δή που καὶ ἀγέννητον πάντη τε καὶ πάντως· οὔτε μὴν εἴ τε ἀγέννητον, τοῦτό ἐστι καὶ πατήρ. Ἢ εἴπερ οὐχ ὧδε ἔχει, πολλὰ μὲν ἀγέννητα, πολλοὶ γὰρ πατέρες. Μυρίοι δὲ ὅσοι πατέρες, τοσαῦτα δὲ εἶναι καὶ τὰ ἀγέννητα, παραδείξειεν ἂν ἡμῖν τῶν νοημάτων ἡ βάσανος. Τὴν γάρτοι τῶν ὄντων εἰ διασκεψαίμεθα φύσιν, καὶ τὸν ἐφ' ἑκάστῳ λόγον ὡς ἔνι διαγινώσκοιμεν, οὐ πάντα διὰ γεννήσεως παρενηνεγμένα πρὸς ὕπαρξιν καταθρήσαιμεν ἄν. Εἰ καὶ ὅτι μάλιστα ψυχρός τε καὶ ἄναλκις τῶν διεστραμμένων ὁ λόγος, οὐχ ἕν τι κυρίως τοῦ ἀγεννήτου σημαίνοντος· πολλὰ γὰρ ἀγέννητα, καὶ ταῖς κατ' εἶδος διαφοραῖς ἕτερα κατὰ τὴν φύσιν. Τί δὴ οὖν ἄρα φαῖεν ἄν, εἴ τις ἔροιτο τυχόν· Τὸ πατὴρ ὄνομα τί ἂν βούλοιτο δηλοῦν; Πότερα τὸ μὴ γεγεννῆσθαι πρός τινος, ἢ μᾶλλον, ὅτι γεγέννηκεν; C D

B. Τὸ, οἶμαι, ὅτι γεγέννηκεν.

A. Ὀρθῶς. Εἰ μὲν οὖν ὁ τῆς πατρότητος νόμος πάντη τε καὶ πάντως πρὸς τὸ ἀγεννήτους εἶναι τοὺς πατέρας μεμελέτηκεν ὑφοῦν, τί μὴ καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ, πρὸς τὸ ἀγεννήτως εἶναι διάττομεν, ἀναδεδειγμένοι πατέρες; Εἰ δὲ ὁ τῆς φύσεως θεσμὸς ἐπ' ἐκεῖνο μὲν οὐδαμῶς, ἀποφέρει γε μὴν ἐπὶ τὸ ἔχειν ἐξ ἑαυτῶν

Hæreo ac perturbor, dum considero quonam abiturus sit ille rationum excursus. Finge enim dicturum forsan hæreticorum aliquem : Si Deo Patri Pater proprium nomen atque res est, quia genuit : Filius vero, Filius proprie dicitur et est, quia genitus est ; et dictu verum sit, quod ea quæ significantur, mutationem alterius in alterum non capiunt (Pater enim semper futurus est Pater, nec transmutabitur in Filium, adeoque Filius semper erit Filius, nec in Patrem convertetur), proprium erit Patris tò ingenitum, quandoquidem Filii proprium est tò genitum. Cumque aliud sit revera citra generationem exsistere, quam per generationem, ipsi quoque diversi erunt inter se, nec incommutabili ratione iidem esse censebuntur.

A. At quid aliud isti porro faciant, quam simplicitatis decus quæ in Christo intelligitur corrumpere, non secus ac ii qui auream monetam adulterant? Cerne enim quo pacto rectum veritatis sermonem detorqueant, et nothæ sapientiæ commentis exsultent, et superbe loquendo putent se, non secus ac tumidus Goliath, oppressuros Domini congregationem [61].

B. Ita prorsus. Verum scito hoc illos dicturos, et iis quæ modo dixi instituros.

A. At quivis certe videre potest eos de recta ratione et sana mente deturbatos, et **420** suæ ipsos ignorantiæ misereri debere, si hæc recta esse contenderint, et similes sint iis qui dicunt : « Posuimus mendacium spem nostram, et mendacio protegemur [62]. » Ignorant enim, opinor, primum quidem non esse idem, nec eamdem significationem habere ingenitum et patrem. Non enim si quid pater est, continuo erit etiam usquequaque ingenitum : neque vero si quid est ingenitum, hoc etiam est pater. Aut nisi hoc ita se habet, multa quidem sunt ingenita, multi quippe sunt patres. At innumeri sunt patres : totidem ergo esse quoque ingenita has rationes perpendentibus patebit. Nam si rerum naturam consideremus et uniuscujusque rationem, quoad ejus est, dispiciamus, non omnia per generationem producta videbimus. Quanquam frigida est admodum et imbecilla hæreticorum oratio, cum ingenitum unum quid proprie non significet : multa enim sunt ingenita etiam differentiis specificis secundum naturam diversa. Quid ergo responsuri sunt, si quis forsan interroget quid significet nomen illud, pater? Utrum non esse genitum ab aliquo, an potius genuisse?

B. Genuisse, ut reor.

A. Recte. Si ergo paternitatis lex utique patres eo attollere curavit, ut sint ingeniti, quidni etiam nos ipsi, patres facti cum simus, ad eam prærogativam tendimus, ut simus ingeniti? Sin autem naturæ lex eo non fertur, sed ad suscipiendam sobolem, neque res aliter esse potest : cur veritate corrupta pro-

[61] I Reg. xvii, 4 seqq. [62] Isa. xxviii, 15.

Digitized by Google

prium esse aiunt Dei ac Patris illud, ingenitum, siquidem patris appellatio nihil aliud in nobis ipsis significare potest, nisi hoc unum, nempe quod genuerit?

A τὰ τικτόμενα, καὶ οὐκ ἂν ἑτέρως ἔχοι, τί τὴν ἀλήθειαν παραφθείροντες, ἴδιον εἶναί φασι τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς τὸ ἀγέννητον; καίτοι τῆς πατρὸς ἐπωνυμίας, καὶ ἐφ' ἡμῶν αὐτῶν ἕτερον οὐδὲν καταδηλοῦν δυναμένης, ἢ μόνον, ὅτι γεγέννηκεν;

B. Ecquid vero censes nobis respondendum, si quis interroget, utrum genitus an ingenitus sit Deus ac Pater?

Β. Οἴει δὲ δή τι χρῆναι λέγειν ἡμᾶς, εἴ τῳ καὶ ἔρεσθαι δοκοίη, πότερα γεννητὸς ἢ ἀγέννητος, ὁ Θεὸς καὶ Πατήρ;

A. Dixerim eum, si recte sentire volumus, ingenitum quidem esse, verumtamen ex eo quod pater est, non continuo esse ingenitum, sed quoniam ab ullo genitus non est, sed est citra generationem, per generationem habens ex seipso et in seipso proprium Filium. Idcirco enim etiam Pater nominatur.

Α. Φαίην ἂν ὅτι, κατά γε τὸν ἀμωμήτως ἔχοντα νοῦν, ἀγέννητος μὲν, πλὴν οὐχ ὅτι πατὴρ, διὰ τοῦτο πάντως καὶ ἀγέννητος, ἀλλ' ὅτι μὴ ἐγεννήθη πρός τινος, ἀλλ' ἔστιν ἀγεννήτως, γεννητῶς ἔχων ἐξ ἑαυτοῦ καὶ ἐν ἑαυτῷ τὸν ἴδιον Υἱόν. Ταύτῃ γὰρ δή τι καὶ Πατὴρ ὀνομάζεται.

B. Esto vero, inquiunt: verumtamen citra generationem esse, et per generationem, inter se differrent, neque idem esse censebuntur. Nam si alterum ab altero non differt, sed idem utrumque **421** esse existimas, invicem promiscue mutabuntur, et proprietas nominum perinde erit Patris ac Filii, quemadmodum et illud, incorruptibilis, et invisibilis, et cætera.

B Β. Καὶ ἔστω ταῦτα, φησὶ, πλὴν τὸ, ἀγεννήτως εἶναι παρὰ τὸ γεννητῶς, ἑτεροίως ἔξει, καὶ οὐ ταὐτὸν ἂν νοοῖτο. Εἰ γὰρ μὴ ἕτερόν ἐστι καὶ ἕτερον, οἴει δὲ εἶναι ταὐτὸν, χωρεῖτω πάλιν ἐπ' ἀμφοῖν ἀδιάκριτος ἡ μεταβολὴ, καὶ ἡ τῶν ὀνομάτων ἰδιότης, ὁμοίως ἔστω τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ, καθὰ καὶ τὸ ἄφθαρτος καὶ ἀόρατος, καὶ τὰ λοιπά.

A. Indubitatum utique et in confesso est apud omnes, diversum esse citra generationem exsistere, ab eo quod per generationem est: recti enim verique ordinem non pervertemus. Verumtamen in his nominum differentia non innuit diversitatem Dei, in quantum Dei, sed significat solum talem non esse, hoc est, non genitum. Quid igitur ad hoc respondebunt qui omnia simul confundunt ac permiscent, quamvis hæc subtiliter et acute perspiciant, superciliosi cumprimis et elati?

Α. Ἕτερον μέντοι τὸ ἀγεννήτως εἶναι παρὰ τὸ γεννητῶς ἀνενδοιάστως καὶ ὁμολογουμένως· τὴν γὰρ τοῦ πρέποντός τε καὶ ἀληθοῦς τάξιν οὐ παραλύσομεν. Πλὴν ἔν γε τοῖς τοιούτοις ἡ τῶν ὀνομάτων διαφορὰ, οὐχ ἑτερότητα ὡς Θεοῦ, καθὸ Θεοῦ, ὑπεμφήνειεν ἄν, σημαίνει δὲ μόνον, ὅτι μὴ τοιόσδε ἐστὶ, τουτέστι, μὴ γεγεννημένος. Τί δὴ γοῦν ἄρα πρὸς τοῦτό φασιν οἱ πάντα φύρδην ἀλλήλοις συναναχέοντες, καίτοι δεινὸν ἔχοντες περὶ ταῦτα τὸν νοῦν, ἐξωφρυωμένοί τε ἅγαν, καὶ ἀναφυσῶντες μέγα;

C

B. Accidit ergo Deo ac Patri ingenitum.

Β. Συμβέβηκενοῦν τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ τὸ ἀγέννητον.

A. Minime vero: nam simul ac intelligitur Deus, etiam omnia quæ illius sunt intelliguntur, neque ullum accidens in ipso potest concipi. Neque mireris, cum idem in nobis ipsis propemodum videre liceat. Quamvis enim in tempore producamur, simul tamen cum omnibus quæ substantialiter insunt, et inseparabiliter inhærent, nascimur. Nullum igitur accidens in Deo jure cogitabitur. Et siquidem accidentia, quæ etiam naturaliter insunt quorumdam substantiis, non utique per se exsistentiam habent propriam ac determinatam, quemadmodum in homine intelligimus, aut in alia quapiam re, sed potius circa rerum substantias cernuntur aut in ipsis: ecquem habere locum in Deo putandum est illud, ingenitum? Si enim est aliquid per se ingenitum, et exsistentiam propriam habet (hoc autem est, ut illi asserunt, proprium Dei ac Patris), aliud erit ab eo cujus est proprium. Quod enim est, alicujus est, ac per se subsistit, aliud utique est ab eo cujus est. Atque ita demum simplex illa Patris natura geminata est, ex patre et ingenito composita. Attendendum autem est non vanæ illorum sapientiæ persuasioni, sed vocibus Salvatoris qui suam et Patris naturam recte admodum

Α. Ἥκιστά γε· ἅμα γὰρ νοεῖται Θεὸς, καὶ σὺν αὐτῷ πάντα τὰ αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἂν νοοῖτό τι συμβεβηκὸς ἐπ' αὐτοῦ. Καὶ μὴ θαυμάσῃς, ἐπεί τοι καὶ ἐφ' ἡμῶν αὐτῶν οὕτω ἔχον κομιδῇ τοῖς ἐθέλουσιν ἀταλαίπωρον ἰδεῖν. Καίτοι γὰρ ἐν χρόνῳ τὸ εἶναι λαχόντες, ὁμοῦ τοῖς οὐσιωδῶς ἐνυπάρχουσι, καὶ ἀχωρίστως προσπεφυκόσιν ἀπογεννώμεθα. Οὐδὲν οὖν ἄρα νοοῖτ' ἂν εἰκότως ἐπὶ Θεοῦ τὸ συμβεβηκὸς αὐτῷ. Καὶ εἴπερ ἐστὶ τὰ συμβεβηκότα, ἃ καὶ φυσικῶς ἐνόντα ταῖς τινων οὐσίαις, οὐκ ἐν ὑπάρξει δὴ πάντως αὐτὰ καθ' ἑαυτὰ τῇ ἰδίᾳ καὶ διωρισμένῃ, καθάπερ ἐπ' ἀνθρώπου νοοῦμεν, ἢ γοῦν ἐφ' ἑτέρου τῶν ὄντων τινὸς, ὁρᾶται δὲ μᾶλλον περὶ τὰς τῶν ὄντων οὐσίας, ἤγουν ἐν αὐταῖς, ποῖον ἔχειν ἐν Θεῷ τόπον τὸ ἀγέννητον ὑποτοπητέον; Εἰ γάρ ἐστί τι τὸ ἀγέννητον αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ, καὶ ἐν ὑπάρξει τῇ ἰδίᾳ κείμενον· ἔστι δὲ τοῦτο, καθάπερ ἐκεῖνοί φασιν, ἴδιον τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός· ἕτερον ἂν εἴη παρὰ τὸν οὗ ἔστιν ἴδιον. Τὸ γάρ τινος ὄν, καὶ ὑπάρχον ἰδιοσυστάτως, ἕτερόν που πάντως ἐστὶ παρὰ τὸν οὗ ἐστι. Καὶ δεδίπλωται λοιπὸν ἡ ἁπλῆ τοῦ Πατρὸς φύσις, ἐκ πατρὸς ἡμῖν καὶ ἀγεννήτου συντεθειμένη. Προσεκτέον δὲ, οὐχὶ ταῖς ἐκείνων δοκησισοφίαις, ἀλλὰ ταῖς τοῦ Σωτῆρος φωναῖς, οὗ μάλα διαγινώσκοντος τήν τε ἑαυτοῦ καὶ

Digitized by Google

τοῦ τεκόντος φύσιν. Ἀγέννητον μὲν γὰρ οὐδαμῶς, Πατέρα δὲ ἡμῖν ὠνόμαζεν αὐτόν.

B. « Ἄμελγε γάλα, καὶ ἔσται βούτυρον, » ὁ τοῦ Σολομῶνος ἡμῖν ἐξάδει λόγος, καὶ σοφὸν, ὥς γέ μοι δοκεῖ, τὸ χρησμῴδημα. Τὸ γάρτοι κατερεθίζειν ἐπὶ τὸ χρῆναί τι τῶν ἀναγκαίων εἰπεῖν, τὸν ἀπορρήτοις ἐννοίαις μεθύοντα νοῦν καὶ μαθήμασι τοῖς θείοις μεμεστωμένον, εἴη ἄν, κατά γε τὸ αὐτῷ μοι δοκοῦν, ἕτερον οὐδὲν, ἢ ἐκεῖνο ὁρᾷν, τῶν εἰς εὐσέβειαν ἡκόντων οἷά τινος γάλακτος ἐμφορεῖσθαι λόγων, οὐ μετρίως ἐρᾷν. Οὐκοῦν, ἢν ἐφίης, ἔσομαι τοιοῦτος, πρόσκλησιν ὥσπερ τινὰ ταῖς εἰς τὸ νοεῖν προθυμίαις τὸ ἀντιφέρεσθαι δοκοῦν, ἀεί πως παρεντιθείς. Ἀπόκριναι δὴ οὖν ἐρομένῳ καὶ τόδε. Ἆρ' οὐκ οἶδε, φησὶν, ἀγέννητον ὄντα ὁ Υἱὸς τὸν Πατέρα ;

A. Ναὶ, καταρνήσομαι γὰρ οὐδαμῶς, ἀλλ' οὐδ' ἂν ἀλοίην πώποτε τοῖς ἐναργέσι φιλονεικῶν· πλὴν οἶδεν ὄντα ἀγέννητον, ὡς ἄφθαρτον, καὶ ἀθάνατον, καὶ ἀόρατον· ἀλλ' ἐμέμνητο μὲν τῶν τοιούτων οὐδενὸς, κατωνόμαζε δὲ Πατέρα, λέγων· « Πάτερ ἅγιε, τήρησον αὐτοὺς ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου. » Καὶ αὖ· « Ἐξομολογοῦμαί σοι, Πάτερ, Κύριε τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς. » Καὶ μήν καί· « Ἐγὼ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐξῆλθον καὶ ἥκω. » Τί δέ; Οὐχὶ καὶ τὸν ἐπὶ τῷ ἁγίῳ βαπτίσματι θεσμοθετήσας ὅρον, καὶ τῆς ἀμωμήτου πίστεως τὴν ἐν ἀρχαῖς ὑποβάθραν τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν ὑφ' ἥλιον κατατιθεὶς, οὐ παρεὶς ἐκεῖνα, καὶ παριππεύσας, τό τε ἄφθαρτόν φημι καὶ τὸ ἀγέννητον, καὶ τἄλοιπὰ, βαπτίζειν ἐκέλευσεν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος; τὰ, οἶμαι, δι' ὧν μὲν ἥκιστ' ἐχρῆν τὴν ἁγίαν ἡμῖν Τριάδα καταδῆλοῦν, προμηθέστατα παρωθούμενος, ἀπολεξάμενος δὲ καὶ προθεὶς τῶν ἄλλων τὰ τῶν ὀνομάτων εὐκρινεστάτην ἡμῖν καθιστάντα τὴν ἑκάστου τῶν στμαινομένων ἰδίαν ὕπαρξιν. Κοινὰ γὰρ, ἵν' οὕτως εἴπω, τῆς ὅλης θεότητος λέγοιτ' ἄν, τὰ τῇ οὐσίᾳ τῇ ἀνωτάτῳ προσπεφυκότα, καὶ τὴν θείαν μέν τις εἰ κατονομάσαι φύσιν, ὁλόκληρον ἡμῖν ὡς ἐν ἑνὶ τῷ στμαινομένῳ παρέδειξεν εὐθὺς τὴν ἁγίαν Τριάδα, τὴν ἐν μιᾷ θεότητι νοουμένην, πλὴν οὔπω διεσταλμένως τὸ ἑνὸς πρόσωπον ἰδικῶς. Πατέρα δὲ, καὶ Υἱὸν, καὶ Πνεῦμα ἅγιον λέγων, οὐκ ἀφ' ὧν ἐστιν ἀδιακρίτως ἡ πᾶσα τῆς θεότητος φύσις, ποιεῖται τὴν δήλωσιν, ἀλλ' ἐξ ὧν τὸ τῆς ἁγίας Τριάδος διαγινώσκεται ταυτὸν εἰς οὐσίαν ἐν ὑποστάσεσιν ἰδικαῖς, ἑκάστῳ τῶν νοουμένων ἀποκρίνοντος τοῦ λόγου, τὸ αὐτῷ προσῆκον ὄνομα, καὶ ἐν ἰδικαῖς τιθέντος ὑποστάσεσι τὰ οὐσιωδῶς ἡνωμένα. Τὴν μὲν γὰρ ἀνωτάτω ῥίζαν, ἧς ἐπέκεινα τὸ σύμπαν οὐδὲν, ἐννοήσεις τὸν Πατέρα, τὸν δέ γε τῆς ἀνωτάτω ῥίζης ἐκπεφυκότα καὶ γεγεννημένον, παραδέξῃ τὸν Υἱὸν, οὐκ ἐν ἴσῃ τάξει τοῖς πεποιημένοις τὴν ἐν χρόνῳ λαχόντα γένεσιν, οὔτε μὴν ἐν ἐλάττοσιν ἢ ἐν οἷς ὁ Πατὴρ, τὸ τῆς ἰδίας φύσεως ἐκφαίνοντα κάλλος, ἀλλ' ἅμα τε καὶ συναΐδιον, καὶ κατὰ πᾶν ὁτιοῦν ἰσομέτρως ἔχοντα, δίχα μόνου τοῦ τεκεῖν· προσήκοι γὰρ ἂν τοῦτο μόνῳ τῷ Θεῷ καὶ Πατρί. Ἅγιον δὲ Πνεῦμα προσερεῖς τὸ

discernit. Nusquam enim ingenitum, sed Patrem nobis ipsum nominavit.

B. « Mulge lac, et erit butyrum [63], » occinit nobis Proverbium, et sapiens, ut equidem existimo, Salomonis oraculum. Incitare quippe eum cujus animus arcanis sententiis ebrius divinisque doctrinis refertus sit ut aliquid utile proferat, **422** nihil aliud fuerit, meo judicio, quam sermonibus ad pietatem pertinentibus ceu lacte satiari vehementer velle. Proinde, si per te licet, talem me præstabo, teque sæpiuscule, dum quid opponendum sit adversariis scire avet animus, interpellabo, et urgebo. Responde ergo etiam istud sciscitanti mihi. Numquid Filius novit, inquiunt, ingenitum esse Patrem ?

A. Novit : neque enim inficias ibo; sed neque rebus manifestis pugnare deprehendar unquam ; verumtamen novit esse ingenitum, sicuti incorruptibilem, et immortalem, ac invisibilem : atqui nullius horum mentionem fecit, sed Patrem nominavit dicens : « Pater sancte, serva eos in veritate tua [64]. » Item : « Confiteor tibi, Pater, Domine cœli ac terræ [65]. » Quinetiam : « Ego a Patre exivi et veni [66]. » Quid vero? Cum de sancto baptismate legem posuit, et inculpatæ fidei primum fundamentum universis terræ gentibus statuit, annon, iis prætermissis, incorruptibili nimirum, et ingenito, et cæteris, baptizare jussit in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti [67], ea meo judicio consultissime præteriens, per quæ nobis sanctam Trinitatem declarari non oportebat, ea vero nomina seligens, aliisque anteponens, quæ distinctissimam nobis uniuscujusque rei significatæ propriam exsistentiam ostenderent. Communia enim, ut ita dicam, toti divinitati dicuntur ea quæ supremæ substantiæ insunt, et divinam quidem naturam si quis nominaverit, integram nobis velut uno in significato statim ostenderit sanctam Trinitatem, quæ in una deitate intelligitur, verumtamen nondum distincte unius personam peculiariter ac seorsim. Patrem autem dicendo, et Filium, et Spiritum sanctum, non ex iis quæ est indistincte tota deitatis natura explicatur, sed ex iis quibus sanctæ Trinitatis dignoscitur identitas quoad essentiam in propriis hypostasibus, sermone unicuique rei perceptæ congruum nomen distribuente, et in peculiaribus ac propriis hypostasibus ea collocante, quæ sunt substantialiter unita. Supremam etenim radicem ultra quam omnino nihil est, Patrem esse censebis, eum autem qui ex suprema radice prodiit ac genitus est, Filium esse fateberis, non perinde ac res creatas in tempore productum : neque porro minus quam **423** Patris natura suæ naturæ decus exserentem, sed simul coæternum, et in omnibus Patri æqualem, excepto hoc uno, quod genuit : hoc enim soli Deo ac Patri convenit. Sanctum porro Spiritum dices eum qui ex Deo Patre per Filium promanat naturaliter, et, in-

[63] Prov. xxx, 33. [64] Joan. xvii, 11. [65] Matth. xi, 25. [66] Joan. xvi, 28. [67] Matth. xxviii, 19.

Digitized by Google

stiar spirationis quæ prodit ex ore, suam nobis exsistentiam manifestat : atque ita claram et inconfusam trium hypostaseon in propriis ac peculiaribus exsistentiis servans proprietatem, unam et consubstantialem universorum reginam adorabis naturam.

B. Præclare : neque enim aliter hæc esse unquam crediderim. Verumtamen aiunt per vocem illam, ingeniti, Dei ac Patris naturam peculiariter definiri, atque ita nullo demum negotio patefactum iri alterius esse naturæ Filium, siquidem non est idem cum ingenito genitum.

A. At, o miseri (sic enim illos merito compellem), si Filii naturam definit genitum, diversæ autem idcirco naturæ et alienum esse a substantia Patris dicitis, quid tum inde? Gravissima quidem sunt vesanæ mentis argumenta : sed sinistræ opiniones Unigeniti substantiam audacter invadunt, supremum ad inferiora decutientes, tametsi diserte dicat nobis quidem ceu creatis : « Vos de deorsum estis : » de sua autem hypostasi : « Ego de supernis sum [68]. » Quomodo autem ille qui supernus est, ac de supernis, descendet ad id quod inferius est, et alienum ab se, facile cuivis patebit, si in illud diligenter inspexerit. Annon enim sicut ingenitum omne cum omni ingenito communem habere rationem concesseris, in eo nimirum quod citra generationem exsistit, ita certe argumenti certa consecutione omni quoque genito genitum est æquale ac simile?

B. Qui potest illud esse dubium? Una enim est ac simplex in utroque ratio.

A. An igitur, Hermia, obscuram adhuc impietatem esse dices, aut latere posse adversariorum imposturam, quæ fucatam quidem speciem habet, et voculis Deo convenientibus ornatam, quæ simpliciorum animos abripit, alioquin blasphemiam detestandam parit. Deus enim deductus est in creaturam, et inter ea quæ corruptioni et generationi sunt obnoxia connumeratus est tandem is, in quo vivimus, movemur, et sumus [69]. Nam si geniti nomen filii definitio est, ut illi sentiunt, **424** eamque vocem substantiam significare concesserimus, eamdem rationem habebit, in quantum genitus intelligitur, cum omni genito. Innumera autem sunt isthæc, et usque ad culicem nimirum, et murem, et his adhuc viliora extenduntur.

B. Recte dicis.

A. Quam ob causam vero Filium quoque nominant, aut Patrem Deum esse credunt, nisi revera genuit ex sua substantia Filium? Igitur neque Patrem, neque Filium nominent amplius; amant enim Christiani veritatem. Itaque adversus illorum vomitus numquid silere præstiterit? « Ne enim respondeas stulto juxta stultitiam suam [70], » inquit Salomon. Sed ne in exercitatione dicendi præsidio constituto, plerosque tanquam vadimonio deserto

A ἐκ Θεοῦ Πατρὸς δι' Υἱοῦ προχεόμενον φυσικῶς, καὶ καθάπερ ἐν τύπῳ τῆς ἐκ στομάτων διεκπνοῆς, τὴν ἰδίαν ἡμῖν κατασημαίνον ὕπαρξιν, οὕτω τε σαφῆ καὶ ἀσύγχυτον τὴν τῶν τριῶν ὑποστάσεων ἐν ὑπάρξεσιν ἰδικαῖς ἰδιότητα τηρῶν, μίαν τε καὶ ὁμοούσιον τὴν ἁπάντων βασιλίδα προσκυνήσεις φύσιν.

B. Κάλλιστα ἔφης· οὐ γὰρ ἔσθ' ὅπως ἂν οὐχ ὧδε ἡμῖν ταῦτ' ἔχοι. Φασὶ δ' οὖν ὅμως διὰ τῆς τοῦ ἀγεννήτου φωνῆς, τὴν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἰδικῶς ὁρίζεσθαι φύσιν, οὕτω τε ἀμογητὶ διαφανεῖσθαι λοιπὸν ἑτεροφυᾶ τὸν Υἱόν, εἴπερ ἐστὶν οὐ ταὐτὸν τῷ ἀγεννήτῳ, τὸ γεννητόν.

A. Οὐκοῦν, ὦ βέλτιστοι, φαῖμεν ἂν αὐτοῖς καὶ ἡμεῖς εἰκότως, εἰ τὴν τοῦ Υἱοῦ φύσιν ὁρίζει τὸ γεννητὸν, ἑτεροφυᾶ δὲ ταύτῃ τοι καὶ ἀλλότριον εἶναί B φασι τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς, τὸ ἐντεῦθεν ἤδη τί; Δεινὰ μὲν ἀποπληξίας ἐγκλήματα, παλίμφημοι δὲ τῆς τοῦ Μονογενοῦς οὐσίας καταθρασύνονται δόξαι, κατασείουσαι πρὸς τὸ κάτω τὸν ἀνωτάτω, καίτοι λέγοντα σαφῶς πρὸς ἡμᾶς μὲν ὡς πεποιημένους· « Ὑμεῖς ἐκ τῶν κάτω ἐστέ· » ὑποστάσεως δὲ τῆς ἰδίας πέρι· « Ἐγὼ ἐκ τῶν ἄνω εἰμί. » Ὅπως δὲ ἡμῖν ὁ ἄνω τε καὶ ἄνωθεν κατοιχήσεται πρὸς τὸ κάτω καὶ ἀλλότρια αὐτοῦ, παντί τῳ συνιέναι ῥᾴον ἐκεῖνο διεσκεμμένῳ. Ἆρα γὰρ οὐχ ὥσπερ ἀγέννητον ἅπαν, ἀγεννήτῳ παντὶ δοίη τις ἂν κοινὸν ἔχειν λόγον, κατά γε τὸ ἀγεννήτως εἶναί φημι, οὕτως ἂν εἴη, κατά γε τὸν τοῖς διαλογισμοῖς ἑπόμενον λόγον, καὶ παντὶ τῷ γεννητῷ τὸ γεννητὸν, ἴσον τε καὶ ὁμοίως ἔχον·

C B. Εἶτα πῶς τοῦτο ἀμφίλογον; Ὅμοιος γὰρ δι' ἀμφοῖν, καὶ ἀπαραποιήτως ἔχων ὁ συλλογισμός.

A. Ἆρ' οὖν, ὦ Ἑρμεία, δυσκάτοπτον ἔτι τὸ δυσσέβημα ἐρεῖς, ἤγουν οἷει διαλήσειν δύνασθαι τὸν ἀπατεῶνα λόγον τῶν διεναντίας, κατάπλαστον μὲν ἔχοντα τὸν ὡραϊσμὸν, καὶ θεοπρεπέσι λεξειδίοις κατηγλαϊσμένον, ὡς ἂν ἀποφέρειν δύναιτο τῶν ἁπλουστέρων τὸν νοῦν, ἀκαλλεστάτην δὲ σφόδρα τὴν δυσφημίαν ὠδίνοντα. Κατεκομίσθη γὰρ ἡμῖν ὁ Θεὸς εἰς ποίημα, καὶ ἐν τοῖς ὑπὸ γένεσιν καὶ φθορὰν κατελογίσθη λοιπὸν, ὁ ἐν ᾧ ζῶμεν, καὶ κινούμεθα, καί ἐσμεν. Εἰ γὰρ ὅρος ἔσται τοῦ Υἱοῦ κατ' ἐκείνους τὸ γεννητὸς ὄνομα, καὶ τῆς οὐσίας σημαντικὴν παραδεξαίμεθα τὴν φωνὴν, τὸν αὐτὸν ἕξει λόγον, καθὸ νοεῖται γεννητὸς παντὶ γεννητῷ. Μυρία δὲ ταῦτα, καὶ ἀριθμοῦ κρείττονα, καὶ μέχρις αὐτῶν διήκοντα τῶν εὐτελεστάτων, D ἐμπίδος λέγω καὶ μυίας καὶ τῶν αἰσχιόνων ἔτι.

B. Ὀρθῶς ἔφης.

A. Ἀνθ' ὅτου δὲ δὴ καὶ Υἱὸν ὀνομάζουσιν, ἤγουν οἴονται Πατέρα ὑπάρχειν τὸν Θεὸν, εἰ μὴ τέτοκεν ἀληθῶς ἐξ ἰδίας ἡμῖν οὐσίας τὸν Υἱόν; Οὐκοῦν μήτε Πατέρα, μήτε μὴν Υἱὸν ὀνομαζόντων ἔτι· φίλη γὰρ ἀεὶ Χριστιανοῖς ἡ ἀλήθεια. Πρὸς μὲν οὖν τοὺς παρ' ἐκείνων ἐμέτους, πῶς; οὐκ ἀμείνων ἡ σιωπή; « Μὴ ἀποκρίνου γὰρ ἄφρονι, φησὶ, κατὰ τὴν ἀφροσύνην αὐτοῦ. » Ἀλλ' ἵνα μὴ ὥσπερ οἱ τὴν ἐρήμην διώκοντες, ἀκρατέστερόν τε καὶ ἀπηνέστερον ἐπιςύωνται

[68] Joan. VIII, 23. [69] Act. XVII, 28. [70] Prov. XXV,

Digitized by Google

τοῖς πολλοῖς, ἐπιτείχισμα ποιούμενοι τὸ ἐν λόγοις ἐντριβὲς, οἰόμενοί τε ὑπάρχειν δυσανάτρεπτον κομιδῇ τὸν οὐκ οἶδ' ὅπως αὐτοῖς ἐκπορισθέντα λόγον, καὶ συλλογισμοῖς ἀθλίοις ἐπικουρούμενον· φέρε δὴ, φέρε τοὺς ταῖς ἐξ ἀπάτης καὶ δόλου παντευχίαις ἐνηρμοσμένους ψιλοί τινες ὥσπερ καὶ ἀθώρηκτοι πολεμισταὶ, ταῖς ἀπὸ κοινῶν ἐννοιῶν ἀνθυποφοραῖς, Χριστοῦ συνόντος τε καὶ συνασπίζοντος, ὡς ἔνι καταδῃώσωμεν, ἀναμελψοῦντες εὐκαίρως τὸ διὰ φωνῆς τοῦ Δαβίδ· « Οὐ γὰρ ἐπὶ τῷ τόξῳ μου ἐλπιῶ, καὶ ἡ ῥομφαία μου οὐ σώσει με. Ἔσωσας γὰρ ἡμᾶς ἐκ τῶν θλιβόντων ἡμᾶς, καὶ τοὺς μισῶντας ἡμᾶς τε καὶ σὲ, κατῃσχυνας. »

A impotentius et acerbius invadant, everti non posse rati orationem nescio quam, et miseris suffultam argumentis : agedum illos fraudis et doli armis instructos, nudi veluti milites ac inermes ducta a communibus argumentis refutatione, Christo præsente et propugnante, nos pro virili sternamus, commodum occinentes illud Davidicum : « Non enim in arcu meo sperabo, et gladius meus non servabit me. Salvasti enim nos de affligentibus nos, et qui oderunt nos et te, confudisti [71]. »

B. Ἴθι δὴ οὖν εὖ μάλα γεννικῶς· συναντιτάξεται γὰρ, καὶ σύνοπλος ἡμῖν ὁ πάντων ἔσται Δεσπότης.

B. Perge itaque audacter : nobiscum enim stabit in acie, et simul arma capiet universorum Dominus.

A. Εἶμι μὲν δὴ, καὶ μάλα προθύμως· ὀκνητέον γὰρ ἥκιστά γε· οἶμαι δὲ δεῖν καὶ πρὸ τῶν ἄλλων ἐκεῖνο εἰπεῖν.

B. Τὸ ποῖον δή;

A. Ὡς ἀνούστατά τε καὶ ἀτεχνέστατα ὅρον εἶναί φασιν ἐπὶ Θεοῦ τὸ ἀγέννητον· ὅρον δὲ εἶναί φημι, τὸ ὁριστικοῦ δύναμιν ἔχον. Ἦ οὐχὶ τοιοῦτος ὁ παρ' αὐτοῖς ἔφυ λόγος, καὶ ἀναισχυντίας εἰς τοῦτο διεληλακότες ἁλοῖεν ἄν;

A. Pergo vero sane quam alacriter : neque enim cunctandum est : sed illud primum omnium dicendum puto.

B. Ecquidnam?

A. Stulte eos et imperite dicere illud, ingenitum, definitionem esse in Deo. Ego vero definitionem esse statuo, id quod definitionis vim et rationem habet. Annon id genus loquendi apud eos primum natum est, et eo impudentiæ venisse deprehendentur?

B. Ναί. Καταδείσαντες γὰρ οὐδὲν, ὧδέ τε ἐροῦσι, καὶ μὴν καὶ ἐνστήσονται.

B. Ita prorsus. Sic enim loqui minime verebuntur, instabuntque porro.

A. Οὐκ ἂν διαψεύσαιο. Θρασὺ γάρ τι χρῆμα καὶ αἰδοῦς ἁπάσης ὡς ἀπωτάτω βεβηκὸς, ἀμαθία, ὄκνον τε περφροντικὸς οὐδ' ὁπωστιοῦν. Ἥκιστα γὰρ δὴ δεδιέναι φιλεῖ καὶ τὸ αὐτῆς, εἰ τύχοι, τῆς ὄντως ὀρθῆς τε καὶ ἀμωμήτου καταψηφίζεσθαι δόξης, καταθεῖ δὲ μᾶλλον ἀπεριεργάστως πρὸς πᾶν τὸ δοκοῦν, καὶ εἰ φαίνοιτό τι τῶν λίαν ἀπηχεστάτων. Θέα δὲ δὴ οὖν τοῖς ἐξ ἀμαθίας ἁλόντας βρόχοις, ἔν γε τούτῳ μάλιστα δεινῶς. Τοὺς γάρτοι τῶν οὐσιῶν ὅρους, οὐκ ἐν ὀνόματι καὶ λέξει μιᾷ ποιουμένους εὑρήσομεν τοὺς οἵ γε ταῦτά εἰσιν ὅτι μάλιστα σοφοὶ, καὶ οἷς ἐν λόγῳ τὸ ἐν τούτοις εὐδοκιμεῖν, καὶ ἐξακριβοῦν ἐπείγεσθαι ταυτὶ, ἁπάξοὺ εὑρήσομεν. Καὶ οὔ τί που τὸ ἐν λέξει μιᾷ ποιεῖσθαι τοὺς ὅρους, ἀλλ' εἰ καί τις ἴοι διὰ δυοῖν, οὐκ εἰσάπαξ γὰρ καὶ τελείως καταδηλοῦσθαί φασιν, ἀλλ' ἐν τρισί που μᾶλλον ἢ καὶ ἔτι πλείοσιν· ἀριδηλότατα γὰρ εἶεν ἂν οὕτω τὰ ὁριζόμενα.

A. Non falleris. Est enim audax et inverecunda plane ignorantia, nec quidquam metuit. Ipsam quippe rectam et inculpatam opinionem, si ita res tulerit, condemnare non veretur, quinimo temere arripit quodcunque arridet, quamvis absurdissimum appareat. Vide ergo quam sint illi hac in re gravibus imperitiæ **425** laqueis impliciti. Substantiarum enim definitiones non uno vocabulo aut dictione sola fieri a philosophis inveniemus, idque rejici ab iis comperiemus qui hoc potissimum nomine clarent, et definitiones accurate vestigant. Neque porro una dictione fieri definitiones, sed ne si duas quidem adhibeas, non in totum ac plene manifestari aiunt, sed in tribus saltem aut etiam pluribus. Sic enim manifestissima sunt quæ definiantur.

B. Οἷον δὴ τί;

B. Cedo exemplum.

A. Εἰ γὰρ ἐξαιτοῖτό τις ἀποφήνασθαι τυχὸν τὸ, τί ἐστιν ἄνθρωπος· εἶτα ποιοῖτο τὴν ἀπόκρισιν στενοτάτην ὥσπερ καὶ ἐν λέξει μιᾷ, καὶ ὁρίσαιτο λέγων, ζῷον· ἀσημότατα ἐρεῖ. Ὁμολογουμένως μὲν γὰρ ζῷον ὁ ἄνθρωπος, πλὴν οὐ μόνως τε καὶ ἰδικῶς, ἀλλὰ συνωνύμως ἑτέροις. Πλεῖστα γὰρ ὅσα καὶ ἕτερα ζῶα. Καὶ γὰρ καὶ κύων καὶ βοῦς, καὶ πάρδαλις, ζῶα. Εἰ δὲ δὴ καὶ δευτέραν τῇ πρώτῃ λέξει προσθεὶς, ζῷον εἶναι διορίσαιτο θνητὸν, οὐδὲν ἧττον ἀτονήσει περὶ τὴν ἀκριβῆ καὶ ὁλοκλήρως ἔχουσαν ἔνδειξιν, καίτοι λέγων τἀληθές. Ζῶα γὰρ εἶναί φαμεν θνητὰ, κύνα τε καὶ βοῦν, καὶ τὰ λοιπά. Εἰ δὲ δὴ προήκοι καθεξῆς διὰ

A. Si quis forsan rogetur uti definiat quid sit homo, et uno vocabulo brevissime respondeat, definiatque dicens, animal : obscurissime loquetur. Homo enim animal est procul dubio, sed non solum et seorsim, sed univoce cum aliis. Animalia quippe sunt etiam alia quamplurima. Canis enim, et bos, et panthera animalia sunt. Sin autem addita voce altera, definierit, animal esse mortale, nihilosecius ab accurata et perfecta rei demonstratione excidet, quamvis verum dicat. Animalia enim dicimus esse mortalia, canem, et bovem, et cætera istiusmodi. Quod si deinceps omnia complectatur

[71] Psal. XLIII, 7, 8.

Digitized by Google

quæ homini substantialiter insunt, generatim ac specifice, simulque animal rationis compos, mortale item, intelligentiæ et scientiæ capax, definitionem proferet, cui nihil deest ad perfectam rei demonstrationem. Intelligis igitur demum, recte nos ac vere loqui?

B. Intelligo; quidni enim?

A. Cum igitur putidum sit et absurdum, et ab ea quam profitentur arte alienum, uno vocabulo definitionis vim circumscribere, ecquid demum dicturi sunt, licet persuasione sapientiæ mirum in modum inflati, si quis Dei ac Patris substantiæ definitionem asserat esse τὸ ingenitum? Sed videntur in hos sermones nimis inconsiderate prolapsi, quamvis ingenio sint, ut sibi persuadent, subtili et limato. Hoc enim, opinor, etiam illos fugit.

B. Quidnam istud ais, aut quale?

A. Substantiarum quippe definitiones si proprie atque ut earum natura postulat proferantur, a genere quidem incipiunt, sed cum genere simul inferunt uniuscujusque rei significatæ substantialem differentiam aut differentias; cæterum illud me rursus velle putato.

B. Explica. Hoc enim pacto de hisce rebus disserendum nobis censeo.

A. Enimvero si quis te adeat, percunctaturque quid sit **426** canis, quid hos item: quid diceres, Hermia?

B. Animalia esse dicerem.

A. Sed, obsecro, si tu istud solum dixeris, num rem satis explicare tibi videbere?

B. Non sane. Addam enim si probabiliter loqui velim, etiam utrique convenientes naturales differentias.

A. Verissime quidem ac recte. Non jam itaque obscurum est, sed liquet in substantiis definiendis primum quidem a genere, tum per convenientem unicuique specificam differentiam esse procedendum.

B. Non aliter se habet.

A. Considera itaque, imo vero exponant nobis qui τὸ ingenitum, ad definitionem significandam stulte transferunt, utrum vocabulum illud, genus significare velint, an differentiam. Sane si tanquam genus esse aiunt, nihil significabit separatum ab aliis, ne deprehendamur specificæ differentiæ vim et rationem generi tribuere, et ipsum a propria virtute excludere. Sin autem hoc prætermisso differentiam esse dicunt, ostendant porro nobis, cujus futura sit differentia, si in oratione certum genus non sit positum? Quomodo vero substantiæ definitio etiam sufficeret, et secundum propriam suamque rationem cerneretur, si constaret sola differentia? Annon risu digni erunt illi, si id ita esse urgeant?

B. Digni utique, siquidem nihil istud dubitationis habet.

A. Si quis porro addiderit eorum dogma extremæ plenum calumniæ ineptum prorsus visum iri, annon verissime dicet?

πάντων ὁ λόγος τῶν ἀνθρώπῳ προσόντων οὐσιωδῶς, γενικῶς τε καὶ ἰδικῶς, ὁμοῦ μὲν ζῶον λογικὸν, ὁμοῦ δὲ θνητὸν ἀποκαλῶν, νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικόν, οὐδενὸς τῶν ἀναγκαίων ἐπιδεᾶ πρὸς δήλωσιν τὸν ὅρον ἐξηνέγκατο. Συνίης οὖν ἄρα λοιπὸν, ὡς ὀρθός τε ἡμῖν καὶ ἀληθὴς ὁ λόγος;

B. Συνίημι· πῶς γὰρ οὔ;

A. Ὅτε τοίνυν ἀτεχνές τε καὶ ἀκαλλὲς, καὶ τῆς φιλαιτάτης αὐτοῖς ἐπιστήμης ἀμοιροῦν, τὸ ἓν μᾶ λέξει τὴν ὁρισμοῦ γράφεσθαι δύναμιν, τί δὴ ἄρα φαῖεν ἄν, καίτοι δοκησισοφοῦντες λίαν, εἴ τις τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς οὐσίας ὅρον εἶναι διαβεβαιώσαιτο τὸ ἀγέννητον; Ἐοίκασι δὲ τοῖς τοιούτοις ἐπιθρώσκειν λόγοις ἀπερισκέπτως ἄγαν, καίτοι καὶ ἰσχὺν, ὡς οἴονται, καὶ κατερρινημένον ἔχοντες νοῦν. Παριτπεύει γὰρ, οἶμαι, καὶ διαθεῖ καὶ τοῦτο αὐτούς.

B. Τὸ τί δὴ φῄς, ἢ ποῖον;

A. Οἱ γάρ τοι τῶν οὐσιῶν ὅροι, εἰ κατὰ λόγον ἐκφέροιντο τὸν οἰκείως ἔχοντα καὶ φίλως αὐτοῖς, ἄρχονται μὲν ἀπὸ γένους· συνεισκομίζουσι δὲ τῷ γένει τὴν ἑκάστου τῶν σημαινομένων οὐσιώδη διαφορὰν, ἤτοι διαφοράς· οἷον δέ με πάλιν ἐκεῖνο θέλειν εἰπεῖν.

B. Διασάφει. Χρῆναι γὰρ ὧδέ φημι τόν γε ἐπὶ τούτοις ἡμῖν ἰέναι λόγον.

A. Ἆρα γὰρ, εἴ τίς σε ἔροιτο προσιών, βούλοιτό τε φράζειν αὐτῷ, τί μὲν δὴ κύων, τί δὲ καὶ βοῦς, τί ἔφησθα ἄν, ὦ Ἑρμεία;

B. Ἔφην ἄν, ὅτι ζῶα.

A. Εἶτα, εἰπέ μοι, τοῦτ' καὶ μόνον εἰπὼν, ἀποχρῶσαν οἰήσει ποιεῖσθαι τὴν δήλωσιν;

B. Οὐ πάνυ· προσθείην γὰρ εἴπερ οὖν ἐλοίμην τὰ εἰκότα λέγειν, καὶ τὰς ἑκατέρῳ πρεπούσας φυσικὰς διαφοράς.

A. Ἀληθέστατά τε καὶ εὖ ἔχει. Οὐκοῦν ἀμφίμαχον μὲν οὐδαμῶς, εἴη δ' ἂν μᾶλλον οὐκ ἀσυμφανὲς, ὅτι τοῖς τῶν οὐσιῶν ὅροις, διὰ γένους μὲν πρότερον, ἔπειτα δὲ διὰ τῆς ἑκάστῳ πρεπούσης εἰδοποιοῦ διαφορᾶς ἰτέον.

B. Οὐχ ἑτέρως ἔχει.

A. Ἄθρει δὴ οὖν, μᾶλλον δὲ ἀποφηνάσθων ἡμῖν οἱ τὸ ἀγέννητον ἀμαθῶς εἰς ὅρου δύναμιν ἀποφέροντες, πότερα γένους εἶναι βούλονται τὴν λέξιν, ἢ διαφορᾶς σημαντικήν. Εἰ μὲν οὖν ὡς γένος εἶναί φασι, σημαινέτω μηδὲν τῶν ἄλλων ἐξῃρημένον, ἵνα μὴ ἀλισκοίμεθα τῆς εἰδοποιοῦ διαφορᾶς τὴν δύναμιν τῷ γένει προσάπτοντες, αὐτό τε τῆς ἰδίας ἰσχύος ἐξωθούμενοι. Εἰ δὲ δὴ παρέντες τοῦτ', διαφορὰν εἶναι λέγοιεν, προσαποδεικνύντων ἡμῖν, τίνος ἔσται διαφορὰ, μὴ προῦπτου κειμένου τῷ λόγῳ τοῦ γένους; Πῶς δ' ἂν καὶ ὅρος ἡμῖν οὐσίας ἀποχρώντως τε ἔχοι, καὶ κατὰ τὸν ἴδιον ὁρῷτο λόγον, ἀπὸ μόνης διαφορᾶς συγκείμενος; Ἆρ' οὖν γέλωτα ὄφλειν ἀναγκαῖον αὐτοὺς, εἰ τῇδε ἔχειν ἐνστήσονται;

B. Ὀφλήσουσι γὰρ, ἐπεί τοι τοῦτό ἐστιν οὐκ ἀμφίβολον.

A. Εἴπερ οὖν τις βούλοιτο πρὸς τούτοις εἰπεῖν, ὅτι καὶ αὐτὸ τῆς ἐσχάτης διαβολῆς ἐκμεμεστωμένον εἰσάπαν ἀσχημονήσει τὸ δόγμα αὐτοῖς, πῶς οὐκ ἀληθέστατα ἐρεῖ;

Digitized by Google

B. Τί παραδείξας ; εἰπέ.

A. Ὡς γὰρ ἔφην φθάσας, ἀπὸ μόνης διαφορᾶς ὁ ἡσυνοτοῦν οὐσίας ὅρος οὐκ ἂν ὑγιῶς γένοιτό ποτε. Προεπινοεῖται γάρ πως ἀεὶ τῆς ἰδίας διαφορᾶς τὸ γένος, ἐξ οὗ καθάπερ ἀπὸ βαλβίδος ἐπιτροχάδην ἰὼν ὁ λόγος, καὶ τοῖς καθεξῆς ἐνδιακρίτως ἐμβάλλων, ὀρθὴν καὶ ἀνενδοιάστως ἔχουσαν ποιεῖται τὴν δήλωσιν. Εἰ τοίνυν ὅρου δύναμιν ἀποπληροῦν τὸ ἀγέννητον ἀμαθῶς διατείνονται, διαφορὰ μὲν οὐκ ἔσται, σημαίνει γὰρ ἡμῖν, ὅτι μὴ γεγέννηται, ἀλλ' οὐδὲ δύναμιν ἔχειν τοιαύτην τῇ λέξει παραχωρήσομεν· παραληφθείη δ' ἂν μᾶλλον τό γε ἦκον ἐπ' αὐτοῖς, ὡς γένος ἁπλῶς καὶ ἀδιακρίτως, εἰ καὶ ὅτι μάλιστα λογισμοῦ τοῦ καθήκοντος ἀμοιρήσειεν ἂν καὶ μάλα εἰκότως, τὸ γένος ἐθέλειν ὀνομάζειν ἐπὶ Θεῷ, εἴπερ ἐστὶ κατ' αὐτὸν ἢ τοῦν πρὸ αὐτοῦ, τῶν ὄντων οὐδέν. Πλὴν ὑποκείσθω γένος ἐπ' αὐτοῦ τὸ ἀγέννητον, κατά γε τὸ ἐκείνοις ἀπεριμερίμνως συνδοκοῦν, γένος δὲ ὅλως ἡμῖν ὑποσημαῖνον οὐδέν, ἵνα μὴ διαφορᾶς ἐπέχοι τόπον τε καὶ δύναμιν. Οὐκ εἰσκομιζούσης οὖν ἔτι τῆς τοῦ ἀγεννήτου φωνῆς, τοῦ μὴ γεγεννῆσθαι τὴν δήλωσιν, ποίαν ἂν ἡμῖν ἐπιδείξειε τὴν διαφορὰν Πατρὸς πρὸς Υἱόν, ἢ πῶς ἂν ἔχοι τὸ μεῖον κατά τι γοῦν ὅλως, κἂν εἰ ὑπάρχειν νοοῖτο γεγεννημένος, συνίημι μὲν οὐ σφόδρα ἐγώ· σὺ δὲ τί φῂς, ὦ Ἑρμεία ;

B. Τί ἂν ἔχοιμι πρὸς τοῦτο εἰπεῖν ;

A. Ἀλλ' ὅτι μὲν δὴ τὸ ἀγέννητον, τὴν ὅρου δύναμιν οὐκ ἂν ὑγιῶς ἐπιδέξαιτο καὶ ἐπιστημόνως, σαφῶς τε καὶ διαρκέστατα διηλέγξαμεν, καθάπερ ἐγῷμαι. ἄηθες μὲν ἔχοντες τὸ διὰ τῶν τοιούτων ἰέναι λόγων, χαριζόμενοι δὲ ταῖς ἀνάγκαις τὸ παρὰ βούλησιν, καὶ τῶν ἐπιστήμης καὶ τριβῆς ἐπέκεινα, χρειωδῶς ἁπτόμενοι. Ἑτέρας δ' οὖν ὅμως ταῖς ἤδη προευρημέναις ἐπισωρεύειν ἐννοίας οὐκ ἀταλαίπωρον μέν, πλήν, ὡς ἂν οἷός τε ὦ, πειράσομαι. Φασὶ τοιγαροῦν οἱ σφόδρα δεινοί τε καὶ ἀκριβεῖς καὶ σχολαῖοι περὶ ταῦτα, παντὶ πρέπειν ὅρῳ, τὴν καλουμένην ἀντιστροφήν.

B. Καὶ τί δὴ τοῦτό ἐστιν, ἥδιστα ἂν σου διαπυθοίμην.

A. Οὐκοῦν διὰ τῶν αὐτῶν εἶμι δὴ τῶν λόγων, καὶ ἀνακυκλήσας ἐρῶ. Ὁριζόμεθα γὰρ ἄνθρωπον μὲν τῷ τοιῷδε λόγῳ, ζῷον λογικὸν θνητόν· ἵππον δὲ αὖ τῷ τοιῷδε, ζῷον χρεμετιστικόν. Ποιησόμεθα δὲ καὶ ἑτέρως τῶν προκειμένων τὴν δήλωσιν, καὶ οὔτι που πάντως ἀπὸ τῶν πρώτων, ἀλλ' ἐκ τῶν τελευταίων φωνῶν, ἀνόπιν ἰόντες ἐπὶ τὰς τῶν ὅρων ἀρχάς. Εἰ γάρ τίς ἐστι θνητόν τε καὶ λογικὸν ζῷον, τοῦτον νοήσεις ἄνθρωπον, καὶ αὖ εἴ τι χρεμετιστικὸν ζῷον, τοῦτο τὴν ἵππου παραδείξει φύσιν. Ὅρος οὖν εἴπερ ἐστὶ τὸ ἀγέννητον, τί μὴ δέχεται τὴν ἀντιστροφήν ; μὴ γὰρ κατοκνούντων ὁμολογεῖν, ὡς εἴ τί ἐστιν ἀγέννητον, τοῦτο καὶ ὅρος ἐστὶ καὶ οὐσία τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός. Ἀλλ' οὐκ ἀληθὴς ὁ λόγος. Μυρία γὰρ ὅσα ταυτί, καὶ ἀριθμοῦ κρείττονα, καὶ ὀχληρὸν οἶμαι τὰ καθέκαστα λέγειν. Αἰσθάνῃ δὴ οὖν, εἰς ὅσην αὐτοῖς διώλισθεν ἀτοπίαν ὁ λόγος ;

B. Ναί, δεινή γε σφόδρα.

A. Ὅρος δὲ καὶ ἑτέρως οὐκ ἂν εἶναι δύναιτο τὸ

A B. Quo pacto, quæso, id ostenderis?

A. Nam, ut antea dixi, cujuslibet substantiæ definitio non potest a sola differentia recte fieri. Genus enim ante suam differentiam quodammodo semper statuitur, a quo, velut a carceribus oratio erumpens et distincte iis quæ sequuntur sese inferens, rectam et indubitatam rei facit explicationem. Si ergo stulte contendunt τὸ ingenitum implere vim definitionis, differentia quidem non erit, significat enim nobis non esse genitum : sed neque talem vim esse vocabulo concedemus. Quin sumetur potius quantum ad eos attinet, ut genus, simpliciter ac citra discrimen : tametsi a recta ratione longe alienissimum est genus de Deo nominare, cum nulla res sit cum ipso aut ante ipsum. Verumtamen supponatur in B **427** ipso genus esse τὸ ingenitum, ut temere illi sentiunt, genus autem nobis omnino nihil significare, ne differentiæ locum et vim obtineat. Cum ergo vox ingeniti nondum expositionem afferat τοῦ genitum non esse, ecquam nobis demum Patris cum Filio differentiam ostenderit? aut quomodo aliqua saltem in re sit inferior, licet genitus esse censeatur, equidem haud valde assequor : tu vero quid ais, Hermia?

B. Quid ad hoc, quæso, dicere possem?

A. Atqui satis superque, opinor, et clare demonstravimus τὸ ingenitum definitionis vim non recte sciteque capere, minus quidem in his tractandis C exercitati, sed necessitati potius quam voluntati parentes, eaque utiliter attingentes quorum usu et scientia caremus. Et quanquam facile non est prius inventis novas rationes addere, tamen id præstare, quoad potero, enitar. Aiunt igitur qui hanc artem maxime callent, et in ea multum tempus triverunt, omni definitioni convenire, ut vulgo dicitur, conversionem.

B. Sane quid istud sit ex te libens audierim.

A. Eo itaque revertor unde sum digressus, et quæ jam dixi repetam. Definimus hominem in hunc modum : animal rationale mortale; equum vero, hoc pacto : animal hinnibile. Ea vero aliter quoque D significabimus, non utique a primis, sed ab ultimis vocibus retro conversi ad definitionum initia. Si quis enim est, mortale et rationale animal, hunc hominem esse intelliges; et vicissim, si quid est hinnibile animal, hoc equi naturam ostendet. Si ergo τὸ ingenitum, definitio est, quidni admittit conversionem? Ne enim confiteri graventur quod, si quid est ingenitum, hoc etiam definitio est, et substantia Dei ac Patris. Atqui vere istud non dicitur. Innumera enim ista sunt, quæ molestum esset, opinor, sigillatim percensere. Intelligis ergo quantam in absurditatem eorum prolabatur oratio?

B. Utique longe maximam.

A. Sed et alia ratio est ob quam τὸ ingenitum

Digitized by Google

non possit esse definitio, si hoc modo nimirum ipsum rursus consideremus. Unamquamque rem enim definimus ex iis quæ esse creditur et revera est, non ex iis quæ non est, et quibus orbari quodammodo contigit.

B. Qui ais?

A. Quippe **428** si explicare velimus, exempli gratia, quid sint ignis aut aqua, aut sane cujus naturæ, de igne quidem dicimus, corpus esse calidum ac siccum : de aqua vero, esse corpus humidum et frigidum. Atque illud est, opinor, ex iis quæ sunt ea definire. Quod si dixerimus explicantes ignis naturam, quod neque frigidus sit, neque humidus : emittentes dicere calidum esse ac siccum : de aqua vero, quod neque calida sit, neque sicca, cum frigidam et humidam dicere oporteat : undenam tibi videremur ea demonstrare?

B. Ex iis quæ non sunt, et quibus haud dubie privata sunt.

A. Itaque, si quis de quavis re ita sentire ac loqui statuerit, an distincte ac citra errorem, quid veri sit in unoquoque explanaverit?

B. Nequaquam.

A. Si ergo in Deo ac Patre τὸ ingenitum, solum nobis demonstrat non esse genitum, quo pacto definitionis vim habebit, cum quid sit non significet, sed quid non sit?

B. Utique genitum non esse, inquis?

A. Ita prorsus : istud enim parit vis dictionis. Quid autem comminiscentur demum, si addiderimus, substantiarum definitiones nulli plane rei esse contrarias, neque vero inter relata censeri, quorum unum si quis nominaverit, alterius omnino necesse est faciat mentionem? Alterum enim alterius significationem simul importat.

B. Non admodum mihi plana sunt quæ dicis.

A. At nihil obstat quominus a te clare intelligantur. Si quis enim patrem, exempli gratia, dixerit, auditorum mentem quodammodo inducet ad cogitandum de filio, aut certe genimine. Et vice versa verum est dicere, una cum geniminis significatu genitorem etiam concurrere. Eodem vero modo se habent dextrum ac sinistrum : simul enim atque unum horum nominatum est, prodit et alterum. Qui vero hominis, verbi gratia, substantiæ definitionem attulit, aut cujusvis alterius animalis, nihil ei simul adjunxit distinctum, aut necessario oppositum, quemadmodum nempe dextro sinistrum, aut patri filius est, aut genitori, ut simpliciter dicam, genitum. Homo enim homo est, et lapis lapis, nulli rei opposita, sed sua sunt illis et peculiaria nomina. Vox autem ingenitus, cum non esse genitum **429** significet, una etiam subinnuit quodammodo τὸ genitum, cujus qualitatem hæc effugiens, ad sua se recipit. Jam, quomodo vox ingenitus, definitio foret, cum similitudinem non habeat cum genito, quantum spectat ad utriusque significatum?

A. Aperta et plana est semita quæ recte sentientes ad veritatem perducit. Attende igitur, amice. Per gratiam accipere nomen quod est super omne nomen, illud est quod dicitur exinanitio, et Verbi per incarnationem ad nos usque demissio. Quod si in conditione inanitionis reperitur illud, accipere, utique ea quæ inanitionem præcedunt accipere non potuit, præterea quod naturaliter erat id quod est, hoc est, in forma Dei ac Patris. Et, si demisit seipsum e suprema et præcellenti quadam re ad inferiorem, utique ad id quod erat, rursus evehetur, non alienum honorem et gloriam repetens, sed propriam ac pristinam. Quod si permagni æstiment asserere Filium velut ad inusitatum honorem et gloriam pervenisse, cum nomen super omne nomen, tanquam a Patre datum accepit, nihil jam prohibet, opinor, quominus opposito modo capiamus Incarnationis mysterium, et res plane conversa sit in contrarium. Quo pacto, dicam. Nam si accipere, non est inanitio Filio, sed illi potius exinanito contigit ea reperire quæ neutiquam ei substantialiter inerant, inanitio quidem erit, si vere æstimare volumus, tempus illud quod inanitionem præcessit, præcellentiæ autem et gloriæ, illud, quo nescio quomodo exinanitus esse dicitur, quamvis ea possideat quæ naturam ejus et modum **486** excedunt, et repente invadat ea quæ incomparabiliter superant priorem, in quo erat statum. Constat igitur ex tua recteque sentientium opinione putandum, tunc certe datum esse Filio nomen, quod est super omne nomen, cum etiam forma nostra assumpta velut unus e nobis, in Filium ascriptus est Dei, adoptatus nobiscum, et propter nos, ille verus ac germanus, ut et nos, propter ipsum filii, supernaturalis gloriæ simus participes. Nunquid rite et ordine procedit oratio?

B. Procedit sane.

A. Atqui cum nobis propositum sit meliora sentire quam sit illorum stulta temeritas, illæsam quidem servabimus Unigeniti gloriam, consilia autem destruemus, et omnem altitudinem extollentem se, ut scriptum est, et in captivitatem redigemus

[69] Philipp. II, 6-11.

ρον ἡμῖν τῆς θεοπνεύστου διοριζούσης Γραφῆς, ἢ ἐκεῖνον αὐτὸν, καθ' ὃν « Ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων ὁ Μονογενὴς, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, καθὰ γέγραπται, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβών, ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος, καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος, ταπείνωσεν ἑαυτὸν, γενόμενος ὑπήκοος μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ. Τότε γὰρ δὴ καὶ ὁ Θεὸς αὐτὸν ὑπερύψωσε, καὶ ἐχαρίσατο αὐτῷ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα, ἵνα ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ πᾶν γόνυ κάμψῃ ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσηται, ὅτι Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς δόξαν Θεοῦ Πατρός. »

B. Τί οὖν τοῦτό γε;

A. Οἷμος ἂν εἴη ψιλή τε καὶ ὁμαλὴ τοῖς ἐθέλουσιν ὀρθῶς νοεῖν, ἀναφέρουσα πρὸς τὸ ἀληθές. Σύνες οὖν, ὦ τᾶν, τὸ ὡς ἐν χάριτος τάξει λαβεῖν τὸ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα, τουτέστιν ἡ λαλουμένη κένωσις, καὶ ἡ πρὸς ἡμᾶς οἰκονομικὴ τοῦ Λόγου ταπείνωσις. Εἰ δὲ ἐν τοῖς τῆς κενώσεως μέτροις εὑρίσκεται τὸ λαβεῖν, ἐξεστηκότα που πάντως τοῦ χρῆναι λαβεῖν τὰ πρὸ τῆς κενώσεως ὁρᾶται λοιπὸν, διά γέ τοι τὸ κεκτῆσθαι φυσικῶς ὅπερ ἦν, τουτέστι, τὸ ἐν μορφῇ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός. Καὶ εἰ τεταπείνωκεν ἑαυτὸν, ἐξ ἀνῳκισμένου τινὸς καὶ ὑπερανέχοντος πράγματος ἐπὶ τὸ μεῖον ἐλθών, ὑπονοστήσει που πάντως εἰς ὅπερ ἦν ὑψούμενος, οὐκ εἰς ἀλλοτρίαν ἀναθρώσκων τιμήν τε καὶ δόξαν, ἀλλ' ὡς εἰς ἰδίαν ἐν ἀρχαῖς. Εἰ δὲ δὴ ποιοῖντο περὶ πολλοῦ τὸ ἰσχυρίζεσθαι δεῖν, ὡς εἰς ἀσυνήθη τιμήν τε καὶ δόξαν ἀναπεφοίτηκεν ὁ Υἱὸς, τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα λαβὼν ὡς δοτὸν παρὰ τοῦ Πατρὸς, οὐδὲν ἔτι τὸ ἀντιτεῖνον, κατά γε τὸν ἐν εἰκότι λόγον, ἀντίστροφον ἤδη πειρᾶσθαι νοεῖν τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας τὸ μυστήριον, καὶ μετατετράφθαι τὸ χρῆμα πρὸς πᾶν τοὐναντίον. Ἐρῶ δὲ καὶ ὅπως. Εἰ γὰρ μή ἐστι κένωσις τῷ Υἱῷ τὸ λαβεῖν, εὕρημα δὲ μᾶλλον αὐτῷ τῶν οὐδαμῶς προσπεφυκότων, οὐσιωδῶς κενωθέντι συμβέβηκε, κένωσις μὲν εἴη ἂν κατά γε τὸ ἀληθέστερον, ὁ πρὸ τῆς κενώσεως καιρὸς, ὑπεροχὴς δὲ καὶ δόξης, ὁ καθ' ὃν οὐκ οἶδ' ὅπως κεκενῶσθαι λέγεται, καίτοι κατακτώμενος τὰ ὑπὲρ φύσιν τε καὶ μέτρον τὸ ἐνὸν αὐτῷ, καὶ τοῖς ἀσυγκρίτως ὑπερκειμένοις ἢ πρότερον ἦν, ἀδοκήτως ἐπιπηδῶν. Ἆραρεν οὖν, ὅτι κατά γε τὸ ὀρθῶς ἔχειν καὶ αὐτῷ σοι δοκοῦν, πρέποι ἂν δὴ τότε δεδόσθαι νομίζειν τὸ ὄνομα τῷ Υἱῷ τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα, ὅτε καὶ σχῆμα τὸ καθ' ἡμᾶς ὑποδὺς, ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν, εἰς Υἱὸν ἐγράφετο Θεοῦ, θετὸς μεθ' ἡμῶν καὶ δι' ἡμᾶς, ὁ γνήσιος, ἵνα καὶ ἡμεῖς δι' αὐτὸν, υἱοὶ τῆς ὑπὲρ φύσιν εὐκλείας ἐπιδραττόμενοι κοινωνοί. Ἢ οὐκ οἶει κατευθὺ τοῦ πρέποντος διαστείχειν ἡμῖν τὸν ἐπὶ τῷδε λόγον;

B. Εἶσι γὰρ οὖν.

A. Καίτοι τῆς ἐκείνων δυσβουλίας τὰ ἀμείνω εὖ μάλα φρονεῖν διεσκεμμένοι, ἀλώβητον μὲν τὴν τοῦ Μονογενοῦς τηρήσομεν δόξαν, λογισμοὺς δὲ καθαιρήσομεν, καὶ πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον, καθὰ γέγραπται, καὶ πᾶν αἰχμαλωτιοῦμεν νόημα εἰς τὴν ὑπακοὴν

Digitized by Google

αὐτοῦ. Εἰ δὲ δὴ τοῦτο δρᾶν οὐκ ἀνεξόμεθα, παραχωρήσομεν δὲ τὸ χρῆναι νικᾶν ταῖς ἐκείνων συκοφαντίαις, καὶ τοῦ εἶναι Θεὸν ἀληθῶς ἐκπέμψομεν τὸν Μονογενῆ, ἐροῦμέν τε οὕτω παρ' ἡμᾶς οὐδὲν κεκτῆσθαι τὸ πλεῖον.

B. Φράσαις ἂν ὅπως, ἢ κατοκνήσεις εἰπεῖν.

A. Καὶ μὴν ἔγωγε προθύμως ἐρῶ, κατοκνήσαιμι γὰρ ἄν, ἔν γε τούτοις, οὐδαμῶς. Ἢ γὰρ οὐκ ἀληθὲς εἰπεῖν, ὡς εἴπερ αὐτῷ κεχάρισται τὸ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα, καὶ δοτὸν ἤδη πως, τὸ διακεκλῆσθαι Θεὸς, ἀπολισθήσειεν ἂν αὐτοῦ κατά γε τὸ ἐγχωροῦν; Τὸ γάρτοι δοτὸν, οὐκ εἰσάπαν ἐρηρεισμένον. Κατακινδυνεύσειε δ' ἄν καὶ αὐτὸς ὁ Πατὴρ, ὅσον ἧκεν εἰς λογισμοὺς, εἰς ἃ μὴ θέμις εἰπεῖν. Ἔσται γὰρ μείων ἢ καθ' Υἱὸν, καὶ τὴν τοῦ γεγεννηκότος ὑπερκείσεται φύσιν ὁ κατ' αὐτοὺς ἐν ἐλάττοσι, μᾶλλον δὲ, ὁ τὴν τῆς θεότητος δόξαν παράσημον ἔχων, καὶ νενοθευμένοις ἀξιώμασιν ἐπαυχήσας μόλις, εἴπερ ἐστὶν ἀληθῶς ἐν ψιλῷ καὶ μόνῳ τῷ κεκλῆσθαι Θεός.

B. Ὡς δεινά γε ὁ λόγος ἡμῖν εἰσφέρει τὰ ἄτοπα!

A. Δεινὰ γάρ, ὡς ἀληθῶς, πλὴν ἀναγκαῖα ἔχοντα τὴν παράθεσιν. Μετασοβεῖ γὰρ ἔσθ' ὅτε τὸ μὴ ὀρθῶς ἔχειν ὑπειλημμένον, ἐπὶ τὸ χρῆναι φιλοθηρεῖν τὸ νενευκὸς εἰς ἀλήθειαν. Εἴπερ οὖν, ὡς οἴονται, μεμισθοφόρηκεν ὁ Υἱὸς, καὶ ἀντέκτισιν ὥσπερ τινὰ τῆς κενώσεως ἐκομίσατο παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς τὸ ὄνομα, πρὸ τῶν τῆς κενώσεως χρόνων, καὶ αὐτοῦ δὲ τούτου τητώμενος νοοῖτ' ἂν εἰκότως, εἴπερ ὁρᾶται πεπλουτηκὼς ἐν χρόνῳ κατ' αὐτὴν, τὴν εἰσποίητον ταυτηνὶ καὶ εὐαπόβλητον χάριν. Εἶτα, πῶς ἦν ἐν μορφῇ καὶ ἰσότητι τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, κένωσιν μὲν οὔπω τὴν ἑκούσιον ὑποστάς, μορφὴν δὲ καὶ μέτρον τὸ δουλοπρεπὲς οὐκ ἀξιώσας ἑλεῖν; Οὐ γὰρ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, καίτοι τοῦτο ἔχειν ἐξόν. Εἴπερ οὖν εἶναί φαμεν, καὶ πρὸ τῶν τῆς κενώσεως χρόνων, ἐν μορφῇ καὶ ἰσότητι τοῦ Πατρὸς τὸν Υἱὸν, ἐκτετίμηται δὲ κενωθεὶς, καὶ ἀναπεφοίτηκεν εἰς μέτρον τῆς ἐνούσης αὐτῷ δόξης τὸ ὑπερτεροῦν, ὑπερήλατό που τάχα καὶ αὐτὸν τὸν Πατέρα.

B. Ὡς δριμὺς ὁ λόγος!

A. Ἀληθὴς δ' οὖν ὅμως, τό γε ἧκον εἰς λογισμούς. Καὶ εἰ μὲν δή τι τὸ ἄμεινον ἀποκεκέρδακεν ὁ Υἱὸς, τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα λαβὼν, ὑπερανεστήξει που πάντως ἔν γε τοῖς καθ' ἑαυτὸν, καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς πλεονεκτήσει φύσιν. Τουτὶ γὰρ ἡμῖν ὁ δριμὺς ἀρτίως κατέδειξε λόγος. Εἰ δὲ ἥκιστα μὲν ἐν ἀμείνοσιν ἦπερ ἦν, κἂν εἰ νοοῖτο λαβὼν, κατίδοι τις ἂν αὐτὸν, προσετίθει δὲ τὸ σύμπαν ἡ χάρις οὐδὲν, οὐκ ἀσύφηλοι καὶ ψευδοεπεῖς ἁλοῖεν ἄν, οἱ θράσους εἰς τοῦτο προήκειν οὐ παραιτούμενοι, ὡς ἤδη φάναι τολμᾷν, ὅτι μικρὰ τὴν κτίσιν, ἵνα μὴ λέγοιμι παντελῶς οὐδὲν, ἡ τῆς ἀῤῥήτου θεότητος πλεονεκτήσει φύσις; Ὀνήσειε δ' ἂν ἥκιστά γε πρὸς τὸ λαμπρότερον ἀναφέρουσα, καὶ εἴ τῳ τυχὸν τῶν ὄντων περιθείη τὰ ἑαυτῆς. Ἀλλ' ὧδε νοεῖν, ἀπόπληκτον· ἀξιόπιστα δὲ τὰ Θεοῦ, καὶ εἰς λῆξιν ἀναφέρει τὴν ἀνω-

A omnem intellectum in obsequium ejus [70]. Sin autem id facere non sustinebimus, sed illorum calumniis cedemus, et Unigenitum revera divinitate privabimus, et hoc pacto nihil amplius quam nos habere dicemus.

B. Quo pacto expones, opinor, neque id gravate.

A. Ego vero libens dicam, nec enim hic hærebo. Nonne dictu verum est, si datum est ipsi nomen quod est super omne nomen, et ex munere habet Dei appellationem, ea dejectum iri cum se dabit occasio? Quod enim datum est, non usquequaque firmum est. Sed et ipsi Patri, quantum ratione consequi possumus, ea contingent quæ dictu nefas. Minor enim erit quam Filius, et Genitoris naturam B superabit, qui secundum ipsos minor est, imo vero qui deitatis gloriam adulterinam habet, et spuriis honoribus vix gloriatur, siquidem nuda et sola appellatione Deus est.

B. Quam graves absurditates nobis proponis!

A. Graves utique, sed necessario proferendas. Quod enim rectum non esse putatur interdum nos adigit ut studiosius indagemus id quod ad verum tendit. Si ergo, ut existimant, mercedem tulit Filius, et remunerationem veluti quamdam inanitionis reportavit a Deo et Patre nomen illud, ante inanitionis tempus etiam illo ipso carere merito censebitur, si tempore illius obtinuisse videtur ascititiam hanc et facile perituram gratiam. Jam quomodo esset in forma et æqualitate Dei ac **487** Patris C inanitionem quidem voluntariam nondum perpessus, sed nec formam et statum servilem accipere dignatus? Non enim rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, licet istud habere liceret. Si ergo esse dicimus etiam ante inanitionis tempus in forma et æqualitate Patris Filium: postquam autem est exinanitus, auctus est honoribus, et in statum evectus innata sibi gloria præstantiorem, ipsum utique Patrem etiam superavit.

B. Quam acuta oratio!

A. Vera tamen, si recte philosophamur. Et sane si quid præstabilius lucratus est Filius, accepto nomine quod est super omne nomen, in sua natura omnino præpollebit, et Dei ac Patris superabit na- D turam. Hoc enim nobis acris illa mox demonstravit oratio. Sin autem nihilo præstantior ipse quam erat videatur, licet accepisse intelligatur, et nihil prorsus adjecerit gratia: annon stolidi et mendaces erunt, qui eo progredi audaciæ non recusant, ut jam dicere audeant, paulo, nedum nihilo prorsus, creatura superiorem fore ineffabilem deitatis naturam? Nihil autem profuerit ad nobiliorem statum rem aliquam evehere, licet ei sua tribuat. At stupidorum est in animum istud inducere, divinæ quippe res spectatissimæ sunt, et ad summam perfectionem evehunt, adeoque seipse

[70] II Cor. x, 5.

Digitized by Google

quodammodo melior tandem Deus ac Pater videbitur, et meliorum quam ea in quibus est, largitor.

B. Quonam pacto?

A. Cum enim Filio dedit nomen, eum summum et excelsum fecit, qui in forma et æqualitate cum ipso erat, etiam ante inanitionis tempus, quique innata ei gloria nullo modo inferior erat. Annon igitur quisquiliæ sunt isthæc demum, et blasphemiarum atrocitas, et absurditas rationum quæ extremam ignorantiam olet?

B. Ita prorsus.

A. Est et alia ratio qua eorum absurditatem jure merito condemnes, opinor, si hoc in animum induxeris. Nam si Filius novit se solius nominis deitatis usuram habere, idque sibi naturæ fructum non esse, quid illum adigit ut aperte clamet: « Ego sum veritas [71] ? » Nam quod adulterinum est, verum non est, et quod externis et ascititiis ornamentis apparet esse id quod non est secundum naturam, vi quidem ingreditur et irrumpit audacter in opinionem veritatis, cum ita revera se non habeat, et rationum indagine manifestatur absurditas. Quidni **488** vero fictitiis diis seipsum annumerandum putavit, qui non est natura Deus, sed seorsim a sanctorum turba, in peculiarem veluti quemdam locum, nullique aliorum pervium concessit, dicens: « Si illos dixit deos, ad quos sermo Dei factus est, et non potest solvi Scriptura: quem Pater sanctificavit et misit in mundum, vos dicitis: Quia blasphemas, quia dixi: Filius Dei sum [72] ? » Si enim illi, inquit, vocati sunt dii, propterea quod Dei sermonem admiserunt, et animo susceperunt, quomodo non erit Deus, is, propter quem illi sunt dii ? Deus enim erat Verbum, ut ait Joannes [73]. Illud autem, « erat, » non recentiorem ei gloriam tribuit, sed omni tempore antiquiorem. Quo enim demum evadet illud, « erat, » aut ad quem finem perveniet, cum semper ulterius procedat, et irrevocabili cursu feratur, et tempori prioritatem cedere nesciat, et quodammodo cogitationem omnem ultra tempus præcurrat?

B. Recte dicis; tempore enim prius utique semper est illud, « erat. »

A. Porro divus Paulus non spuriis quidem dignitatibus conspicuum Filium, sed natura potius Deum illum esse novit, unitate substantiali et naturali cum Patre et Deo ipsum conjungens.

B. Quonam modo?

A. Sic enim scribit: « Nam etsi sunt qui dicantur dii multi et domini multi, in cœlo et in terra, nobis tamen unus Deus, Pater ex quo omnia, et unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia [74]. » Si norat igitur ipsum esse inter eos numerandum qui dii sunt per gratiam, quidni promiscue cum cæteris eum collocans, unum et solum nobis de-

A τάτω· ἑαυτοῦ πως ἤδη, καὶ ἀμείνων ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ ὀφθήσεται, καὶ τῶν ἀμεινόνων ἢ ἐν οἷς ἐστι δοτήρ.

B. Τίνα τρόπον;

A. Ἐν μορφῇ γὰρ ὄντα καὶ ἐν ἰσότητι τῇ πρὸς αὐτὸν, τὸν Υἱὸν καὶ πρό γε τῶν τῆς κενώσεως χρόνων, καὶ κατ' οὐδένα τρόπον τῆς ἐνούσης αὐτῷ δόξης μειονεκτούμενον, ἄνω που καὶ ὑψηλὸν ἐτίθει, τὸ ὄνομα δοὺς τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα αὐτῷ. Ἆρ' οὖν οὐχὶ συρφετός τε ἤδη ταυτὸ, καὶ δυσφημιῶν ἀγριότης, καὶ λογισμῶν ἀτοπία, τῆς ἁπασῶν ἐσχάτης ἀμαθίας ἐξόζουσα;

B. Πάνυ μὲν οὖν.

A. Καὶ ἑτέρως δ' ἄν τις τῆς ἐκείνων ἀτοπίας δικαιοτάτην ἄν, οἶμαι, ποιήσαιτο τὴν κατάῤῥησιν, κἀκεῖνο διεσκεμμένος. Εἰ γὰρ οἶδεν ἑαυτὸν ψιλῷ διακεχρημένον ὀνόματι τῷ τῆς θεότητος ὁ Υἱός, καὶ οὐ φύσεως ἔχοντα τὸ χρῆμα καρπὸν, τί τὸ ἀναπεῖθον ἀναφανδὸν ἤδη βοᾷν· « Ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια; » Τὸ γάρτοι νόθον, οὐκ ἀληθὲς, καὶ τὸ τοῖς ἔξωθεν καὶ εἰσκεκριμένοις ὡραΐσμοῖς, οὐχ ὅπερ ἐστὶ κατὰ φύσιν ὁρώμενον, εἰσβιάζεται μὲν καὶ εἰσδύνειν ἀποτολμᾷ τῆς ἀληθείας τὴν δόξαν, ἔχοι δ' ἂν οὐχ ὧδε κατὰ ἀλήθειαν, καὶ βασάνοις ταῖς ἐκ λογισμῶν, ἀκαλλὲς ἐξελέγχεται. Τί δὲ οὐχὶ τὸ κατὰ θέσιν θεοῖς ἑαυτὸν ἐπαριθμεῖν ὁ μὴ φύσει Θεὸς ὤετο δεῖν, τῆς δὲ τῶν ἁγίων ἀπαλλάξας πληθύος, καὶ εἰς τόπον ἴδιον ὥσπερ τινὰ καὶ οὐδενὶ τῶν ἄλλων βατὸν, ἀνεφοίτα, λέγων· « Εἰ ἐκείνους εἶπε θεοὺς πρὸς οὓς ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ἐγένετο, καὶ οὐ δύναται ἡ Γραφὴ λυθῆναι, ὃν ὁ Πατὴρ ἡγίασε, καὶ ἀπέστειλεν εἰς τὸν κόσμον, ὑμεῖς λέγετε, ὅτι Βλασφημεῖς, ὅτι εἶπον· Υἱὸς Θεοῦ εἰμι; » Εἰ γὰρ ἐκεῖνοι, φησὶ, διακέκληνται θεοὶ, τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον εἰσοικισάμενοι, καὶ εἰσδεδεγμένοι κατὰ ψυχὴν, πῶς οὐκ ἂν εἴη Θεὸς, ὁ δι' ὃν ἐκεῖνοι θεοί; Θεὸς γὰρ ὁ Λόγος ἦν, κατὰ τὴν Ἰωάννου φωνήν. Τὸ δὲ, « ἦν, » οὐ νεωτέραν αὐτῷ τὴν δόξαν, ἀλλὰ παντὸς δὴ χρόνου πρεσβυτέραν ἀνάπτει. Διαπέσοι γὰρ ἂν ὅποι ποτὲ ἄρα τὸ, « ἦν, » ἢ πρὸς ποῖον ἡμῖν ἀφίξεται τέλος, ἀεὶ προσωτέρω χωροῦν καὶ ἀσχέτῳ ὁρόμῳ πεμπόμενον, καὶ χρόνῳ χαρίζεσθαι τὸ πρεσβύτερον οὐκ εἰδὸς, προαναθρώσκειν δὲ ὥσπερ ἐννοίας ἁπάσης τῆς ἐπέκεινα καιροῦ μεμελετηκός;

B. Εὖ λέγεις· χρόνου γὰρ ἄμεινον ἀεί πώς ἐστι τὸ, « ἦν. »

A. Ὁ δὲ δὴ θεσπέσιος Παῦλος, νόθοις μὲν οὐχὶ κατηγλαϊσμένον ἀξιώμασι τὸν Υἱὸν, φύσει δὲ μᾶλλον οἶδεν ὄντα Θεὸν, ἑνώσει συνδέων τῇ πρὸς Πατέρα καὶ Θεὸν, οὐσιώδει καὶ φυσικῇ.

B. Τίνα τρόπον;

A. Γράφει γὰρ ὧδε· « Καὶ γὰρ εἴπερ εἰσὶ λεγόμενοι θεοὶ πολλοὶ καὶ κύριοι πολλοὶ ἔν τε οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς, ἀλλ' ἡμῖν εἷς Θεὸς ὁ Πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα. » Εἴπερ οὖν ἠπίστατο τοῖς κατὰ χάριν θεοῖς ἐναριθμεῖσθαι πρέπειν αὐτὸν, τί μὴ τοῖς ἄλλοις ἐφιεὶς ἀναμίξ, ἕνα καὶ μόνον ἡμῖν κατεδείκνυ Θεὸν

[71] [illegible] XIV, 6. [72] Joan. x, 35, 36. [73] Joan. I, 1. [74] I Cor. VIII, 5, 6.

Digitized by Google

καὶ Κύριον τὸν Πατέρα, ἀναμέρος δὲ ὥσπερ ἑκάτερον τιθεὶς, τὸ μὲν τῆς θεότητος ὄνομα, τῷ Πατρὶ, τὸ δὲ τῆς κυριότητος, ἀπονέμεσθαι δεῖν ἐδοκίμαζε τῷ Υἱῷ; Ἀλλ', οἶμαί που, σοφὸν ἂν νοοῖτο καὶ ἀναγκαῖον, οὔτε τῆς κατὰ φύσιν καὶ ἀληθοῦς θεότητος τὴν τοῦ δύνασθαι κρατεῖν, καὶ κυριεύειν τῶν ὅλων ἐκμοχλεύεσθαι δόξαν, οὔτε μὴν τῆς ἀληθοῦς κυριότητος ἔξω πέτεσθαι φιλεῖν τὴν τῆς θεότητος φύσιν· προσείη δ' ἂν μᾶλλον ἀμφοῖν τὸ ἑκάτερον, καὶ ἀναμέρος εἶναι δοκοῦν. Φύσεως δὲ μιᾶς ἀπόδειξις ἐναργὴς, τὸ οἱονεὶ κατεστέφθαι τελείως, οἷς ἂν ἑκάτερον ἔχοι φυσικοῖς ἰδιώμασι, καὶ τὸ δι' ἀμφοῖν ἐν ἅπασιν ἰσοφυὲς, καὶ ἀδιαβλήτῳ ταυτότητι μαρτυρούμενον, κατά τι γοῦν ὅλως ὀθνεῖον οὐκ εἰσδέξεται.

B. Πῶς γὰρ ἄν;

A. Ἐρομένῳ δέ τῳ πότερα τὴν οὐσιώδη καὶ φυσικὴν περιθείης ἂν υἱότητα τῷ Υἱῷ, ἤγουν τὴν ἐν μόνῃ θελήσει τοῦ Πατρὸς, καθάπερ ἀμέλει δοίη τις ἂν καὶ ἐφ' ἡμῶν αὐτῶν, τί ἂν ἔφης αὐτὸς, ὦ Ἑρμεία;

B. Οὐσιώδη μὲν ἔγωγε φαίην ἄν, δόξαιμι δ' ἂν ἥκιστά γε τοῖς διεναντίας ἀληθὴς εἶναί τις.

A. Δόξειας γὰρ ἄν. Προσθεῖεν δ' ἄν, ὅτι καὶ φρενὸς ἐκκεκρούσμεθα, καὶ παρατετράμμεθα λογισμοῦ τοῦ βλέποντος εἰς εὐθύ. Τίνα γὰρ, εἰπέ μοι, τῶν οὐ συμφρονεῖν ἑλομένων αὐτοῖς, οὐκ ἂν κατασκώψειαν, οἵ γε τοσοῦτον διαλελυττήκασι, καὶ μανίας ἀκράτου πρὸς τοῦτο ἥκουσι μέτρον, ὡς εἰσποίητον εἶναι δεῖν οἴεσθαι τὸν Υἱὸν, καὶ συντετάχθαι τοῖς ἄλλοις, εἰ καὶ τοῖς ἰδίοις εὑρήμασιν ἐπερυθριῶντες, καὶ λελυπημένην ὥσπερ καταγοητεύοντες τὴν ἀλήθειαν, δόξαν αὐτῷ περιπλάττουσι τὴν ἐξαίρετον, καὶ τοῖς ἄλλοις ἀστιβῆ, καὶ τοσαύτην αὐτοὶ καθ' ἑαυτοὺς ἐπινοοῦσι τὴν εὔκλειαν, ὅσηνπερ ἂν βούλοιντο κατ' ἐξουσίαν ἐπιμετρεῖν. Ἀλλ' ὡς ἥδιστα ἂν ἠρόμην αὐτοὺς, τῆς ἐπ' ἀμφοῖν νοουμένης υἱοθεσίας τὸν τρόπον, τίνα δὴ ἄρα πεπρᾶχθαί φασι. Κεκλήμεθα μὲν γὰρ εἰς υἱοὺς ἡμεῖς, τὸ δὲ ὅπως, οὐχ ἡμεῖς ἐροῦμεν, μυσταγωγήσει δὲ γράφων ὁ Παῦλος· « Ὅτι δέ ἐστε υἱοὶ, ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν κρᾶζον· Ἀββᾶ, ὁ Πατήρ. » Οὐκοῦν, ἐπειδήπερ ἡμῖν ἀῤῥήτως ἐνῴκισται διὰ τοῦ ἰδίου Πνεύματος ὁ Υἱὸς, πρὸς υἱότητα τὴν πνευματικὴν ἑαυτοὺς εἰσκεκλῆσθαί φαμεν. Ἢ οὐχ ὧδε πεπρᾶχθαι τοῦτο ἐρεῖς;

B. Καὶ μάλα. Μεμνήσομαι γὰρ καὶ τοῦ σοφωτάτου διακεκραγότος ἡμῖν Ἰωάννου περὶ τοῦ Θεοῦ· « Ὅσοι δὲ ἔλαβον αὐτὸν, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα Θεοῦ γενέσθαι. »

A. Ἄθρει δὴ οὖν, ὦ φιλότης, ὅποι ποτὲ ἡμῖν ὁ περὶ τοῦ Μονογενοῦς ἐκτελευτήσει λόγος, εἰ τοῖς εἰς υἱότητα κατακεκλημένοις ἰσοτρόπως συντετάξεται. Εἴη γὰρ ἂν οὐχ ἑτέρως ἐν Υἱοῦ τάξει τὸ ποιηθὲν, εἰ μὴ δι' Υἱοῦ ἐν Πνεύματι. Καὶ μαρτυρήσει λέγων ὁ Παῦλος· « Ὅτι δέ ἐστε υἱοὶ, ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ, εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν κρᾶζον· Ἀββᾶ, ὁ Πατήρ. » Ἐν τίνι δὴ οὖν εἰς Υἱὸν ἔσται

monstrabat Deum ac Dominum esse Patrem, sed seorsim utroque quodammodo posito, deitatis quidem nomen Patri, dominationis autem appellationem tribuendam esse Filio putabat? Sed consultum et utile fuerit, neque naturali et veræ deitati gloriam imperandi rebus omnibus, dominandique detrahere, neque a vera dominatione deitatis naturam excludere; utrique vero potius infuerit utrumque, etiamsi seorsim esse putetur. Unius autem naturæ manifestum est argumentum, quod naturalibus proprietatibus quæ sunt in utroque perfecte quodammodo redimitus est uterque: et quod illa in utroque per omnia naturæ æqualitas, veraque et pura identitas rem vel tantulum quidem alienam non est admissura.

B. Qui enim istud fieri posset?

489 A. Si quis autem interroget, utrum substantialem et naturalem Filio tribuas filiationem, aut in sola Patris voluntate positam, sicuti nimirum in nobis etiam ipsis esse concedatur, quid responderes, Hermia?

B. Substantialem quidem ego dixerim; sed non videbor adversariis vere loqui.

A. Ita plane. Sed adjicient delirare nos et recta ratione destitui. Quis enim, quæso, istiusmodi sententiis astipulari nolens eorum cachinnos effugiet, qui rabie sic efferati sunt, et eo intemperiarum venerunt, ut cogitandum putent ascititium esse Filium, et in aliorum ordine positum, quamvis suis commentis erubescentes, et veritatem male habitam astute quodammodo delinientes, gloriam ei affingant eximiam, et cæteris inaccessam, tantumque decus apud se excogitent, quantum voluerint ei arbitratu suo tribuere? Sed ex iis libens quæsierim, quænam ratio sit ejus quæ in utrisque censetur esse filiationis, quonam videlicet modo factam esse dicant. Vocati enim nos sumus in filios: quomodo vero, non dicemus, sed explanabit Paulus scribens: « Quoniam autem estis filii, misit Deus Spiritum Filii sui in corda vestra, clamantem: Abba, Pater [75]. » Itaque cum ineffabiliter in nobis habitet per suum Spiritum Filius, ad filiationem spiritalem nos vocatos esse dicimus. Annon hoc modo factum istud fatebere?

B. Maxime quidem. Memini enim illius quod sapientissimus Joannes nobis de Deo prædicat: « Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri [76-77]. »

A. Adverte igitur, amice, quonam demum nostra de Unigenito evasura sit disputatio, si in eorum numero qui ad filiationem vocati sunt æqualiter reponatur. Nam quod factum est, non aliter filii locum obtinebit, quam per Filium in Spiritu. Idque testimonio patebit Pauli dicentis: « Quoniam autem estis filii, misit Deus Spiritum Filii sui in corda vestra clamantem: Abba, Pater. » In

[75] Galat. IV, 6. [76-77] Joan. I, 12.

Digitized by Google

quonam igitur erit ipse quoque in Filium? Non enim dixerint, opinor, in seipso fore, et per seipsum, quamvis inter adoptivos numeretur, siquidem, ut illi volunt, natura et vere Filius non sit.

B. At si dicant quod nos quidem Filium, ipse vero Patrem in se suscipit, quid ad hoc respondere poteris?

A. Dicam certe, si divinam **490** nobis naturam suo arbitratu definiant, eique quas velint temere leges imponant, angustam plane, imo, ut apparet, nullam eorum qui semel eo venerint prorsus fore rationem, quandoquidem eructant quæ de corde suo sunt, de ore autem Domini loquuntur nihil [75]. Quod si rectum iter sinceræ Dei cognitionis sua placita tenere putant, divinæ Scripturæ testimoniis illud confirment.

B. Ita fiet, inquiunt. Dixit enim Filius Philippo: « Non credis quia ego in Patre, et Pater in me est [76]? »

A. Ergone sanctificat Filium Pater in ipso exsistens?

B. Concedent prorsus.

A. An sanctus secundum naturam exsistens, et a se habens sanctificationem, potestatemque sanctificandi eos in quibus forte fuerit, an ab alio istud adeptus?

B. Sanctus nimirum ipse secundum naturam exsistens.

A. Igitur, o miseri, et ad quævis absurdissima proclives, naturali quidem sanctitate orbatus est Filius, nec peccandi liberam aut prorsus immunem obtinuit naturam, quantum certe ad eam attinet. Si ergo aliquid ipsam juvari concesserint ex eo quod sanctificata est a Patre, et stabilimentum ac gloriam earum rerum, propter quas illum colimus accepisse, nulla re ex eo quod sanctificatus est addita Filio; vanum est, opinor, dicere, deinceps diversari et habitare in ipso Deum et Patrem. Et certe quænam sit hujus ratio, aut quomodo se res habeat, optime dispiciemus in hunc modum. Filius enim, ut soli isti forsan impiissime sentiunt, intro suscipit Patrem, sanctificationis egens. Quid autem adeptus esse Pater censebitur, Filium habens in seipso? Si ergo dicant hunc esse modum sanctificandi ejus quod natura comparatum est ut sanctificetur, quidni etiam nos accepto Spiritu in ipsum transivimus, ut ille quidem in nobis, nos autem rursus in ipso habitemus? Sin autem hos nimium illa turbet absurditas (Spiritus enim in nobis est, non nos in ipso secundum naturam), qui fieri potest ut non vanis fluitent rationibus, dum nos existimant substantiæ tribuendum identitati, quod in Patre Filius, Pater autem vicissim in Filio conscribitur, sed instar bonorum externorum et fortuitorum Patrem habitare in Filio, et contendunt ac sentiunt? Alioqui **491**

[75] Jerem. XXIII, 16. [76] Joan. XIV, 11.

A καὶ αὐτός; Οὐ γὰρ, οἶμαι, φαῖεν ἄν, ὡς ἐν ἑαυτῷ τε καὶ δι' ἑαυτοῦ, καίτοι τοῖς κατὰ θέσιν ἐναρίθμιος ὤν, εἴπερ ἐξοίχοιτο κατ' αὐτοὺς τοῦ κατὰ φύσιν καὶ ἀληθῶς.

B. Ἀλλ' εἰ φαῖεν, ὅτι τὸν μὲν Υἱὸν ἡμεῖς, αὐτός γε μὴν εἰσοικίζεται τὸν Πατέρα, τί ἂν ἔχοις πρὸς τοῦτο εἰπεῖν;

A. Φαῖεν [γρ. Φαίην] ἄν, ὅτι εἰ μὲν αὐτοὶ κατὰ σφᾶς αὐτοὺς τὴν θείαν ἡμῖν ὅπως ἔχει διορίζουσι φύσιν, καὶ νόμους ἐπ' αὐτῇ κατὰ τὸ ἀδασανίστως δοκοῦν ἐκφέρουσι, βραχὺς κομιδῇ, μᾶλλον δὲ ὅλως οὐδεὶς γένοιτ' ἂν εἰκότως τῶν γε ἅπαξ εἰς τοῦτο ἡκόντων ὁ λόγος, ἐπείπερ ἐρεύγονται μὲν, τὰ ἀπὸ καρδίας αὐτῶν, τῶν δὲ ἀπὸ στόματος Κυρίου λαλοῦσιν οὐδέν. Εἰ δὲ δεῖν οἴονται τὴν τῆς ἀκραιφνοῦς B θεογνωσίας διαστείχειν ὁδὸν, ὃ φρονεῖν ἐγνώκασι, ταῖς ἀπὸ τῆς θείας Γραφῆς κατασφραγιζόντων φωναῖς.

B. Ναὶ, φασίν. Ἔφη γὰρ ὁ Υἱὸς πρὸς Φίλιππον· « Οὐ πιστεύεις, ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί ἐστιν; »

A. Ἆρ' οὖν ἁγιάζει τὸν Υἱὸν ὁ Πατὴρ ἐν αὐτῷ γεγονώς;

B. Ἐροῦσί που πάντως.

A. Ἅγιος ὢν κατὰ φύσιν, καὶ οἰκοθεν ἔχων τὸν ἁγιασμὸν, καὶ τὸ ἁγιάζειν δύνασθαι τοὺς ἐν οἷς ἂν γένοιτο τυχὸν, ἢ γοῦν παρ' ἑτέρου τοῦτο τὸ χρῆμα πεπλουτηκώς;

B. Ἅγιος δηλονότι κατὰ φύσιν αὐτὸς ὤν.

A. Οὐκοῦν, ὦ γεννάδαι, καὶ πρὸς πᾶν ὁτιοῦν εἴ- C κολοι τῶν ἀπηχεστάτων, ἁγιότητος μὲν φυσικῆς ὁ Υἱὸς ἐστέρηται, καὶ τοῦ πλημμελεῖν οὐκ ἐλευθέραν, ἤγουν εἰσάπαν ἀπηλλαγμένην τὴν φύσιν διεκληρώσατο, τό γε ἧκον εἰς αὐτήν. Εἴπερ οὖν ἀπόνασθαί τι δοῖεν ἂν αὐτὴν, ἐκ γε τοῦ ἡγιάσθαι παρὰ τοῦ Πατρὸς, καὶ τὴν ἐφ' οἷς τεθαύμασται πρὸς ἡμῶν ἴδρυσίν τε καὶ δόξαν ἐλεῖν, προστιθέντος δὲ τῷ Υἱῷ τοῦ ἡγιάσθαι μηδὲν, εἰκαῖον, οἶμαί που, τὸ φάναι λοιπὸν ἐνηυλίσθαι τε καὶ ἐνοικεῖν αὐτῷ τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα, [καὶ ὁ Πατὴρ ἐν αὐτῷ.] Καὶ τίς ἂν γένοιτο τυχὸν ὁ τοῦδε τρόπος, ἢ ὅπως ἂν ἔχοι τὸ χρῆμα, ἄριστα ἂν ὧδε διασκεψαίμεθα. Ὁ μὲν γὰρ Υἱὸς, κατά γε τὸ αὐτοῖς τάχα που καὶ μόνοις ἀνοσιώτατα δοκοῦν, εἰσοικίζεται τὸν Πατέρα δεδεημένος ἁγια- D σμοῦ. Τί δ' ἂν νοοῖτο πεπλουτηκὼς καὶ αὐτὸς ὁ Πατὴρ, τὸν Υἱὸν ἔχων ἐν ἑαυτῷ; Εἰ μὲν οὖν ὡς ἔστιν ἐροῦσι τρόπος οὑτωσὶ [ἴσ. οὐτοσὶ] τοῦ τελείως ἁγιάζεσθαι δεῖν, τὸ ἁγιάζεσθαι πεφυκὸς, τί μὴ καὶ ἡμεῖς τὸ Πνεῦμα δεχόμενοι μετακεχωρήκαμεν εἰς αὐτὸ, ὡς ἐκεῖνο μὲν ἐν ἡμῖν, ἡμᾶς δὲ αὖ κατοικεῖν ἐν αὐτῷ; Εἰ δὲ θορυβοίη τούτους τὸ λίαν ἀπρεπές (τὸ γὰρ Πνεῦμα ἐν ἡμῖν, καὶ οὐχ ἡμεῖς ἐν αὐτῷ κατὰ φύσιν)· πῶς οὐχ ἑώλοις ἐπινήχονται λογισμοῖς, οὐχὶ τῇ ταυτότητι τῆς οὐσίας ἀπονέμεσθαι δεῖν οἰόμενοι, τὸ ἐν Πατρὶ μὲν Υἱὸν, Πατέρα δὲ αὖ καταγράφειν ἐν Υἱῷ, ἀλλ' ἐν μοίρᾳ τῶν θύραθεν καὶ συμβεβηκότων ἀγαθῶν ἐνοικίζεσθαι τῷ Υἱῷ τὸν γεγεννηκότα, διατεί-

Digitized by Google

νεσθαί τε καὶ φρονεῖν ἠρημένοι; Ἄλλως τε, κἀκεῖνο γὰρ, οἶμαι, δεήσει λέγειν· οὐχὶ τῇ πρὸς Υἱὸν ἑνότητι τῇ διὰ τοῦ Πνεύματος ἐν τοῖς θέλουσιν ἐνεργουμένῃ, πρὸς υἱότητα διαμορφούμεθα, πρὸς δόξαν ὥσπερ ἰδίαν ἀναπλάττοντος ἡμᾶς τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοὺς τῆς ἰδίας μορφῆς χαρακτῆρας ἐνσημαινομένου, καὶ οἱονεί πως ἐγγράφοντος ταῖς τῶν δεχομένων ψυχαῖς;

B. Καὶ πάνυ.

A. Ἀνακείσεται δὴ οὖν ὡς ἐνέργεια φυσικὴ τὸ υἱοποιεῖν δύνασθαι τῷ Υἱῷ, καὶ οὐχ ἑτέρου του χάριν, καθάπερ ἐγῷμαι, καλῶς τε καὶ ἀμωμήτως ἔχειν, ἢ ἐπείπερ ἐστὶν Υἱός;

B. Ἔστω. Τί δὴ οὖν ἐντεῦθεν;

A. Ὅτι τὴν Πατρὸς ἐνοίκησιν κατά γε τὸν εἰκότα καὶ ἀκριβῆ λογισμὸν, οὐχ ἑτερουργὸν εἶναι δώσομεν, ἐπιτελεῖσθαι δὲ οὕτως ὡς ἂν νοοῖτο καὶ ἐφ' Υἱοῦ, τὸ δι' αὐτοῦ πληρούμενον. Πατέρα γὰρ πάντως καὶ οὐχ Υἱὸν διαδείξειεν ἂν ὁ Πατὴρ, τὸν ἐν ᾧπερ ἂν ἕλοιτο κατοικεῖν, καὶ εἰς ἰδίαν αὐτὸν εἰκόνα διαμορφοῦν.

B. Ἆρ' οὖν, εἰπέ μοι, τὸν θεῖον ἐν ἡμῖν ἐξεικονισμὸν, ὃν ἡ τοῦ ἀνθρώπου φύσις καταπλουτῆσαι λέγεται (πεποίηται γὰρ κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν Θεοῦ), πρὸς μόνην ἐμφέρειαν τὴν εἰς Υἱὸν εἶναι δώσομεν, ἢ καὶ εἰς τοῦτο συνεισδεξόμεθα τῷ Υἱῷ τὸν Πατέρα, καὶ πρὸς ὅλην ἐροῦμεν τὴν θείαν ἡμᾶς μεμορφῶσθαι φύσιν, καίτοι χρηματίζοντας υἱοὺς, καὶ τεταγμένους ἐν τέκνοις;

A. Εἶτα, ὦ φιλότης, οὐκ οἴει χρῆναι νοεῖν, ὡς ὁ σύμπας ἡμῖν τῆς πίστεως ἓν γε τοῦτῳ λόγος εἰς μίαν μὲν βλέπει θεότητος φύσιν, τὴν ἐν τρισὶν ὑποστάσεσιν ἰδικαῖς, αἳ σύμμορφοι καὶ ταυτοειδεῖς ἀλλήλαις, εἰς ἓν τι τὸ ἀνωτάτω συνθέουσι κάλλος, πρὸς ὃ καὶ ἡμεῖς μεμορφώμεθα, κατὰ τὰς Γραφὰς, κατεσφραγίσμεθα δὲ πρὸς υἱότητα δι' Υἱοῦ ἐν Πνεύματι; Εἴη γὰρ ἂν εἰκὼν Υἱοῦ μὲν υἱότης, Πατρὸς δὲ πατρότης· οὐκοῦν υἱοὶ υἱότης, εἰκὼν δὲ Θεοῦ καὶ ὁμοίωσις ἡμεῖς, πρὸς ὅλην οὕτω τὸ ἐν ἀρχαῖς πεπλαστουργημένοι τὴν φύσιν, δῆλον δὲ ὅτι τὴν ἀνωτάτω.

B. Εὖ λέγεις.

A. Ἀδολεσχία τοιγαροῦν, τὸ τελοῦν εἰς ὄνησιν οὐδὲν ἔχουσα παντελῶς, τὸ ὑπερτείνεσθαι φιλεῖν εἰς τὴν τοῦ πρέποντος ἐπέκεινα ζήτησιν. Χρῆμα δὲ οἶμαι σοφὸν τὸ διασκέπτεσθαι καὶ φρονεῖν, τὰ οἷσπερ ἂν ἔποιτο πάντη τε καὶ πάντως τὸ λυσιτελές.

B. Κομιδῇ μὲν οὖν.

A. Ὕθλοι δὴ οὖν τὰ ἐκείνων, καὶ διερρίφθω μακρὰν πρὸς αὐτό που τὸ λοίσθιον ἥκοντα τῶν κακῶν. Ἥκιστα δὲ ἡμεῖς οἰηθείημεν ἄν ποτε, νόθον μὲν εἶναι Θεὸν, καὶ ἀρτιφανῆ τὸν Υἱὸν, ἁγιάζεσθαί τε, ἧγουν εἰς υἱότητα διακεκλῆσθαι παρὰ Θεοῦ, καὶ δόξαν ἀλεῖν τὴν εἰσποίητον σὺν ἡμῖν, φύσεως δὲ μᾶλλον διακεκτῆσθαι νόμῳ τοῦθ' ὅπερ ἐστίν. Υἱοποιηθείη δ' ἂν οὔ τί που διὰ τοῦ ἰδίου Πνεύματος. Ὅτι γὰρ ἴδιον τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμά ἐστι, καθάπερ ἀμέλει καὶ τοῦ Πατρὸς, ἀναμάθοι τις ἄν, καὶ λίαν ἀμογητὶ, αὐτοῦ

A (nam et illud, opinor, dicere oportebit), nunquid, unitate spiritali cum Filio in volentibus operante, ad filiationem conformamur, dum nos ad suam veluti gloriam Filius effingit, et suæ formæ characteres imprimit, ac suscipientium animabus quodammodo insculpit?

B. Ita plane.

A. Adoptare igitur posse filios, veluti vis quædam naturalis Filio tribuetur, nec aliam ob causam, opinor, recte et inculpate se habere, nisi quod est Filius?

B. Esto. Quid tum inde?

A. Patris inhabitationem nimirum, si recte et accurate ratiocinari velimus, aliud operari non B concedemus, sed quod per ipsum impletur perinde perfici atque de Filio etiam concipitur. Patrem enim utique ac non Filium exhibebit Pater eum in quo statuerit habitare et ad suam imaginem conformare.

B. An igitur, obsecro, divinam illam quæ in nobis est effigiem, qua natura hominis prædita dicitur (facta enim est ad imaginem et similitudinem Dei [80]), ad solam Filii similitudinem expressam concedemus, an ad hoc etiam Patrem cum Filio suscipiemus, et ad totam nos naturam divinam formatos esse dicemus, licet filii dicamur et inter filios collocati simus?

A. At, o charum caput, nonne concipiendum existimas, hic omnem fidei nostræ rationem ad C unam spectare deitatis naturam, illam in tribus hypostasibus, quæ conformes et uniformes inter se in unam concurrunt summam pulchritudinem, ad quam et nos conformati sumus, secundum Scripturas [81], consignatos autem nos esse ad filiationem per Filium in Spiritu? Est enim imago Filii filiatio, Patris autem, paternitas: idcirco nos filii per filiationem, imago vero Dei et similitudo nos sumus ad totam sic initio formati naturam illam, nempe supremam.

B. Recte dicis.

A. Stultum igitur et inane est in disquirendis iis omne studium ponere quæ sunt absurdissima. Consultum vero fuerit, opinor, ea dispicere ac D quærere quæ utilitatem necessario conjunctam habent.

B. Ita prorsus.

A. Nugæ itaque sunt quæ illi tradunt, et procul amandentur, utpote quæ ipsam malorum metam attigerint. Nos autem nequaquam putabimus Filium nothum esse Deum, et recens editum, et sanctificatum, aut in filiationem **492** vocatum esse a Deo, et gloriam ascititiam accepisse nobiscum, sed potius naturæ lege adeptum id quod est. Neque vero per suum Spiritum in Filium adoptatus fuerit. Nam proprium esse Filii Spiritum, quemadmodum nempe et Patris, nullo negotio cuivis discere

[80] Gen. I, 26. [81] Rom. VIII, 29.

Digitized by Google

licet, ipso dicente: « Si ergo vos, cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris; quanto magis Pater vester cœlestis dabit bona petentibus se [81]? » Et rursus: « Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis [83]. » Quin et Paulus fidelibus in hunc modum scribit: « Vos autem in carne non estis, sed in Spiritu: si tamen Spiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem Spiritum Christi non habet, hic non est ejus. Si autem Christus in vobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatum; Spiritus vero vita propter justitiam [84]. » Qui ergo nos mortales filiationis gloria ornat, Spiritus nimirum, cum sit Filii, in aliis quidem adoptionem præstabit, nihil autem prorsus aget in eo cujus est, non ascititius, neque extrinsecus inductus, sed substantialiter ejus est, et per ipsum Patris voluntate effunditur in eos qui ipso digni reperti fuerint. Annon tibi hæc recte dicta cogitataque videntur?

A μὲν λέγοντος· « Εἰ οὖν ὑμεῖς πονηροὶ ὄντες, οἴδατε δόματα ἀγαθὰ διδόναι τοῖς τέκνοις ὑμῶν, πόσῳ μᾶλλον ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, δώσει ἀγαθὰ τοῖς αἰτοῦσιν αὐτόν; » Καὶ πάλιν· « Οὐ γὰρ ὑμεῖς ἐστε οἱ λαλοῦντες, ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα τοῦ Πατρὸς ὑμῶν τὸ λαλοῦν ἐν ὑμῖν. » Ὡδὶ δὲ καὶ Παύλου τοῖς πιστεύουσιν ἐπιστέλλοντος· « Ὑμεῖς δὲ οὐκ ἐστὲ ἐν σαρκὶ, ἀλλ' ἐν Πνεύματι, εἴπερ Πνεῦμα Θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν. Εἰ δέ τις Πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ. Εἰ δὲ Χριστὸς ἐν ὑμῖν, τὸ μὲν σῶμα νεκρὸν διὰ τὴν ἁμαρτίαν, τὸ δὲ Πνεῦμα ζωὴ διὰ δικαιοσύνην. » Τὸ τοίνυν ἡμᾶς τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς, τῇ τῆς υἱότητος δόξῃ καταχρυσοῦν, φημὶ δὴ τὸ Πνεῦμα, ἐπείπερ ἐστὶ τοῦ Υἱοῦ, ἐνεργήσει μὲν εἰς ἑτέρους τὴν υἱοποίησιν, ἀπράκτησει δὲ παντελῶς περὶ τὸν οὗπέρ B ἐστιν, οὐκ εἰσκεκριμένον, οὔτε μὴν ἔξωθεν εἰσπεφοιτηκὸς, ἀλλ' οὐσιωδῶς ὑπάρχον αὐτοῦ, καὶ δι' αὐτοῦ προχεόμενον τοῖς ἐλεῖν ἀξίοις ἐν εὐδοκίᾳ Πατρός. Ἢ οὐκ ὀρθῶς σοι ταῦτα φάναι τε καὶ ἐννενοῆσθαι δοκοῦν;

B. Prorsus quidem.

B. Παντάπασι μὲν οὖν.

A. Cum autem divinorum mysteriorum antistes Joannes in medium prodit, de Deo et nobis clamans: « In hoc cognoscimus quoniam in nobis est, quoniam de Spiritu suo dedit nobis [85]; » annon facile patet omnibus Deum esse verum, et ex Dei ac Patris substantia processisse Filium, siquidem est Deus, et non aliud, ille habitans in nobis Spiritus ejus? Ad hæc, si Spiritus Dei ac Patris, in quo naturam rerum creatarum vivificat atque C sanctificat, proprius est quoque Filii, quis in tantam mentis perturbationem veniet unquam, ut sentiat aut dicat cum consubstantialitate cum Deo Patre orbatum esse, et in creaturarum numero censeri, et non ea quæ propria sunt et eximia divinæ naturæ suis finibus emota creaturæ non largiatur, ut jam nullum sit discrimen, sed perinde illustris sit creatura atque natura illa quæ rerum omnium dominatum obtinet?

A. Ὁ δὲ δὴ τῶν θείων ἡμῖν μυστηρίων ἱερουργὸς Ἰωάννης, ὅταν εἰς μέσον ἥκει βοῶν περί τε Θεοῦ καὶ ἡμῶν· « Ἐν τούτῳ γινώσκομεν, ὅτι ἐν ἡμῖν ἐστιν, ὅτι ἐκ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ ἔδωκεν ἡμῖν, » πῶς οὐ παντελῶς ἀταλαίπωρον ἰδεῖν ὅτι Θεὸς ἀληθινὸς, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς οὐσίας ἐκπεφοίτηκεν ὁ Υἱὸς, εἴπερ ἐστὶν ὡς Θεὸς, καὶ οὐχ ἕτερόν τι, κατοικοῦν ἐν ἡμῖν, τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ; Καὶ πρός γε τούτῳ φημὶ, εἰ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, ἐν ᾧ τὴν τῶν εἰς τὸ εἶναι παρεννηνεγμένων ζωοποιεῖ τε καὶ ἁγιάζει φύσιν, ἴδιόν ἐστι καὶ τοῦ Υἱοῦ, τίς ἂν εἰς τοῦτο πρόηκοι χυδαιότητος λογισμῶν ὡς νοεῖν ἢ φράσαι, τῆς πρὸς Πατέρα Θεὸν ὁμουσιότητος ἐκπεφοιτηκέναι, καὶ τελεῖν ἐν κτίσμασι, καὶ οὐχὶ τὰ τῆς θείας φύσεως ἴδια καὶ ἐξαίρετα τῶν ταύτης ὅρων ἐξοίσει τε καὶ χαριεῖται τῇ κτίσει, ὡς ὁρᾶσθαι λοιπὸν τὸ παραλλάττον οὐδὲν, ἰσομέτρως δὲ εἶναι λαμπρὰν, κτίσιν τε καὶ φύσιν, ᾗ τὸ κατὰ πάντων ἔνεστι κράτος;

B. Lubrica res profecto. Nonne?

B. Σφαλερὸν τὸ χρῆμα. Πῶς γὰρ οὔ;

A. Igitur cum Patris proprietatibus conspicuum apud **493** sacras Scripturas videre sit Unigenitum, agedum, aliis præterea collectis rationibus infirmam et stupidam adversariorum sententiam D expugnemus, et in medium afferamus ea per quæ appareat et æque operari et æque pollere ac Deus et Pater, quippe cum sit Deus, non ex eorum ordine qui eo per gratiam veniunt, neque extrinsecus acceptis honoribus conspicuus, sed verus potius, quique ne vel minimum quidem inferior est Genitoris eminentia omnem creaturam superante.

A. Οὐκοῦν, ἐπειδήπερ τοῖς τοῦ Πατρὸς ἰδιώμασιν ἐκλελαμπρυσμένον παρά γε τοῖς ἱεροῖς Γράμμασι καταθρήσαι τις ἂν εὖ μάλα τὸν Μονογενῆ, φέρε δὴ, φέρε, καὶ ἑτέρας ἐννοίας τοῖς εἰρημένοις ἐπισυλλέγοντες, τὸν ἀδρανῆ καὶ ἀπόπληκτον τῶν διεναντίας ἐκπολιορκῶμεν λόγον, καὶ παραθῶμεν εἰς μέσον τὰ, δι' ὧν ἂν φαίνοιτο καὶ ἰσουργὸς καὶ ἰσοσθενὴς τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, καὶ μὴν, καὶ Θεὸς, οὐ τοῖς κατὰ χάριν εἰς τοῦτο ἰγμένοις ἐναρίθμιος ὤν, οὔτε μὴν εὐκλείαις ταῖς ἔξωθεν κατηγλαϊσμένος, ἀληθινὸς δὲ μᾶλλον, καὶ τὸ, κατά τι γοῦν ὅλως μειονεκτεῖσθαι φυγὼν τῆς τοῦ τεκόντος ὑπεροχῆς, ἥσπερ ἀνέχειν νοοῖτο κατὰ παντὸς γεννητοῦ.

B. Magni certe, o bone, imo plurimi faciendum istud ego dixerim.

B. Ὡς πολλοῦ γε, ὦ τᾶν, μᾶλλον δὲ τοῦ παντὸς ἄξιον, φαίην δ' ἂν ἔγωγε τουτί.

A. Existimasne igitur, amice, licere alicui rei

A. Οἴει δὴ οὖν, ὦ ἑταῖρε, μετεῖναί τινι τῶν κεκλη-

[81] Matth. VII, 29. [83] Matth. X, 20. [84] Rom. VIII, 9, 10. [85] I Joan. IV, 13.

Digitized by Google

μένων εἰς ὕπαρξιν τὸ ἐνεργεῖν δύνασθαι καὶ διαπεραίνειν εὐκόλως, ἅπερ ἂν αὐτὴ καὶ μόνη κατορθώσειεν ἥ γε τῶν ὅλων κατάρχουσα φύσις;

B. Οὐδενί.

A. Ὀρθῶς ἔφης. Ἀνάπτει δὴ οὖν ὁ ἱερώτατος Παῦλος, ὡς ὑπερφυὲς καὶ ἐξαίρετον, καὶ τοὺς ὅρους ὑπερτρέχον παντὸς, οἶμαι, τοῦ πεποιημένου τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, τὸ ζωογονεῖν δύνασθαι τοὺς νεκρούς. Ἔφη δὲ οὕτως· « Οὗ δὲ οὐκ ἔστι νόμος, οὐδὲ παράβασις. Διὰ τοῦτο ἐκ πίστεως, ἵνα κατὰ χάριν εἰς τὸ εἶναι βεβαίαν τὴν ἐπαγγελίαν παντὶ τῷ σπέρματι, οὐ τῷ ἐκ τοῦ νόμου μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ ἐκ πίστεως Ἀβραὰμ, ὅς ἐστι πατὴρ πάντων ἡμῶν, καθὼς γέγραπται, ὅτι « Πατέρα πολλῶν ἐθνῶν τέθεικά σε, κατέναντι οὗ ἐπίστευσε Θεοῦ τοῦ ζωογονοῦντος τοὺς νεκροὺς, καὶ καλοῦντος τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα. » Ἴθι δὴ οὖν, εἰ δοκεῖ, καὶ ἐπ' αὐτὴν τὴν τοῦ Υἱοῦ δόξαν. Ἥκιστα μὲν γὰρ ἐν μείοσιν ἢ ἐν οἷς ὁ Πατὴρ, ἰσομέτροις δὲ μᾶλλον ταῖς ἐνεργείαις κατεστεμμένον κατόψει δὴ πάλιν. Ὁ αὐτὸς γὰρ ἡμῖν ἔφη Παῦλος· « Ὥσπερ γὰρ ἐν τῷ Ἀδὰμ πάντες ἀποθνήσκουσιν, οὕτως ἐν τῷ Χριστῷ πάντες ζωοποιηθήσονται. » Ζωὴ γάρ ἐστιν, οὐχ ἑτεροίως ἔχων ἔν γε τοῖς καθ' ἑαυτὸν, ἢ ὥσπερ ἂν εἴη καὶ αὐτὸς ὁ Πατήρ. Διεπύθου γάρ που λέγοντος αὐτοῦ· « Ὥσπερ γὰρ ὁ Πατὴρ ἐγείρει τοὺς νεκροὺς καὶ ζωοποιεῖ, οὕτω καὶ ὁ Υἱὸς οὓς θέλει ζωοποιεῖ. » Τοιγάρτοι τὸ θεοπρεπὲς εἰς ἐνέργειαν μήνυσιν ἐναργῆ τῆς ἑαυτοῦ φύσεώς τε καὶ δόξης ἐποιεῖτο, λέγων· « Εἰ οὐ ποιῶ τὰ ἔργα τοῦ Πατρός μου, μὴ πιστεύετέ μοι· εἰ δὲ ποιῶ, κἂν ἐμοὶ μὴ πιστεύητε, τοῖς ἔργοις πιστεύετε. » Ἢ γὰρ οὐχὶ διὰ τούτων, ὅτι Θεὸς κατὰ φύσιν ἐστὶν ἠξίου γνωρίζεσθαι; Ὡς εἴπερ τῳ φαίνοιτο προσὸν τὸ ἰσουργεῖν δύνασθαι τῷ Θεῷ, ἰσοκλεὴς πάντως που, καὶ ἕτερον οὐδὲν εἴη ἂν, ἢ Θεός. Ἄγει γὰρ, οἶμαι, πρὸς τοῦτο ἡμᾶς ὁ λόγος.

B. Ἔοικεν. Οὐ γὰρ ἂν ᾠήθη δεῖν τοῖς ἴσοις ἀπαραλλάκτως ἐπαυχεῖν κατορθώμασι, μὴ οὐχὶ τῆς ἴσης μεταποιούμενος δόξης.

A. Ἱεροῦ δὲ ἡμῖν ἐπιφωνοῦντος Γράμματος· « Πᾶσα δόσις ἀγαθὴ, καὶ πᾶν δώρημα τέλειον ἄνωθέν ἐστι καταβαῖνον ἐκ τοῦ Πατρὸς τῶν φώτων, παρ' ᾧ οὐκ ἔστι παραλλαγὴ, ἢ τροπῆς ἀποσκίασμα, » πόθεν ἂν ᾠήθης αὐτὸς, τὴν τῶν θείων ἡμῖν χαρισμάτων πράττεσθαι διανομήν;

B. Ἐκ Θεοῦ Πατρὸς δηλονότι.

A. Καὶ μὴν τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις ἐπ' ἐξουσίας ἐδίδου τὴν κατὰ πνευμάτων ἀκαθάρτων εὐσθένειαν ὁ Χριστὸς, ὥστε ἐκβάλλειν αὐτὰ, καὶ θεραπεύειν πᾶσαν νόσον, καὶ πᾶσαν μαλακίαν ἐν τῷ λαῷ. Καὶ τὸ ἔτι τούτων ὑπερτεροῦν, καὶ αὐτοῦ δύνασθαι καταθλεῖν θανάτου διεκελεύετο, θεοπρεπέστατα λέγων· « Ἀσθενοῦντας θεραπεύετε, λεπροὺς καθαρίζετε, νεκροὺς ἐγείρετε, δαιμόνια ἐκβάλλετε. » Διωμολόγηκέ τε καὶ μάλα σαφῶς ὁ θεσπέσιος ἡμῖν Ἰωάννης λέγων· « Ὅτι ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ πάντες ἡμεῖς ἐλά-

A creatæ præstare facile quæ ipsa et sola dominatrix universi natura perfecerit?

B. Nulli.

A. Recte dixisti. Sanctissimus ergo Paulus mortuos excitandi potestatem, veluti rem supernaturalem, et eximiam, et cujusvis creaturæ fines transcendentem, tribuit Deo ac Patri. Sic autem infit: « Ubi enim non est lex, nec prævaricatio. Ideo ex fide, ut secundum gratiam firma sit promissio omni semini: non ei qui ex lege est solum, sed et ei qui ex fide est Abrahæ, qui pater est omnium nostrum, sicut scriptum est, quia « Patrem multarum gentium posui te, ante Deum, cui credidit, qui vivificat mortuos, et vocat ea quæ non sunt
B tanquam ea quæ sunt [86]. » Jam ergo ad ipsam quoque Filii gloriam progredere. Rursus enim eum videbis nequaquam Patre inferiorem, sed æquali operandi vi præditum. Ipse enim Paulus nobis ita dixit: « Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita et in Christo omnes vivificabuntur [87]. » Vita enim est, nec secus se habet in se quam ipse Pater. Audisti enim ipsum alicubi dicentem: « Sicut enim Pater suscitat mortuos, et vivificat, sic et Filius quos vult vivificat [88]. » Itaque divinam in operando vim argumentum evidens suæ naturæ et gloriæ faciebat, dicens: « Si non facio opera Patris mei, nolite credere mihi: si autem facio, etsi mihi non vultis credere, operibus credite [89]. » Numquid enim per hæc innotescere voluit se esse
C Deum secundum naturam? Si quis enim æquali cum Deo operandi vi polleat, **494** æquali utique gloria præditus erit, nec aliud erit quam Deus. Eo enim nos ratio ducit, opinor.

B. Ita est. Non enim gloriandum putasset æqualibus operibus, nisi æqualem sibi gloriam vindicaret.

A. Cum autem Scriptura sacra nobis inclamet: « Omne datum optimum, et omne donum perfectum desursum est descendens a Patre luminum, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio [90], » undenam ipse putaveris illam nobis divinarum gratiarum largitionem fieri?

D B. Ex Deo Patre nimirum.

A. Atqui sanctis apostolis Christus vim ac potestatem dedit in spiritus impuros, ita ut illos ejicerent, et omnem morbum sanarent, et omnem infirmitatem in populo [91]. Et quod his præstantius est, ipsam mortem expugnare jussit, auctoritate maxime divina dicens: « Infirmos curate, leprosos mundate, mortuos suscitate, dæmones ejicite [92]. » Quinetiam divinus noster Joannes confessus est clare admodum, dicens: « Quia de plenitudine ejus nos omnes accepimus [93]. » Datum

[86] Rom. IV, 15-17. [87] I Cor. XV, 22. [88] Joan. V, 21. [89] Joan. X, 37, 38. [90] Jac. I, 17. [91] Matth. IX, 35. [92] Matth. X, 8. [93] Joan. I, 16.

Digitized by Google

autem optimum et donum perfectum, aliudne quidam erit, tuo judicio, quam Spiritus sancti participatio?

B. Nequaquam.

A. Animadverte ergo vel hinc, Filium de sua plenitudine fundere suum sanctum et inseparabiliter innatum Spiritum, per quem omne datum optimum [94]. Cum enim, corruptione destructa et mortis vinculis valere jussis, revixisset, ad sanctificationem nos reducens, et pristinum naturæ decus apostolis tanquam primitiis generis indens, insufflavit in faciem illorum, dicens: « Accipite Spiritum sanctum [95]. » At si desursum est, atque a Patre donum omne perfectum, idque largitur Filius non ministratorio modo, sed cum potestate potius Deo convenienti, quonam demum pacto desinet esse secundum naturam id quod est Genitor ipsius, verus nempe Deus, ac non adulterinis quibusdam velut in tabula fucatus honoribus.

B. Nullo, ut opinor, modo.

A. Ratio porro fidei nonne sufficiet ad perfectissime demonstrandum Filium esse Deum secundum naturam?

B. Qui tu ais?

A. Quod Christo credentes ad Deum naturalem et verum hoc pacto accedimus, et cultu **495** multiplicium deorum liberati sumus, adoratione creaturæ relicta, eoque crimine soluti. Et certe vocatis per gratiam ad veritatis agnitionem sapiens scribit Paulus, alicubi quidem: « Propter quod memores estote, vos gentes in carne, qui dicimini præputium ab ea quæ dicitur circumcisio in carne, manufacta, quod eratis illo in tempore sine Christo, alienati a conversatione Israel, et hospites testamentorum, promissionis spem non habentes, et sine Deo in mundo [96]. » Et alibi rursus inquit: « Sed tunc quidem ignorantes Deum, iis qui natura non sunt dii serviebatis: nunc autem cum cognoveritis Deum, imo cogniti sitis a Deo, quomodo convertimini iterum ad infirma et egena elementa quibus denuo servire vultis [97]? » Si autem Dei expertes erant qui sine Christo erant, et Deum tandem agnoverunt fidem amplexati, et assensi Filio dicenti: « Qui credit in Filium, non judicatur, quia credidit in nomine unigeniti Filii Dei [98]; » quomodo non intelligetur esse Deus, qui non fictitiis et externis laudibus a nobis ipsis et angelis ornatur, sed substantialiter exsistit id quod est, vere Deus nimirum et ex Deo secundum naturam? Quid enim, obsecro, concedes Paulum sensisse, cum de ipso scribit, et ait: « Quoniam quidem Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum, et posuit in nobis verbum reconciliationis. Pro Christo ergo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per

A δομεν. » Δόσις δὲ ἀγαθὴ καὶ δώρημα τέλειον, εἴτι ἂν ἕτερόν τι, κατά γε τὸ αὐτῷ σοι δοκοῦν, πλὴν ὅτι τοι τὸ μεταλαχεῖν ἁγίου Πνεύματος;

B. Οὐδαμῶς.

A. Ἄθρει δὴ οὖν καὶ διὰ τούτων ἡμῖν, ὦ φιλότης, ἐξ ἰδίου πληρώματος προϊέντα τὸν Υἱὸν τὸ ἴδιον αὐτοῦ καὶ ἀναποβλήτως ἐμπεφυκὸς ἅγιον Πνεῦμα, δι' οὗ πᾶσα δόσις ἀγαθή. Ἐπειδὴ γὰρ ἀνεβίω καταλύσας τὴν φθοράν, καὶ τοῖς τοῦ θανάτου δεσμοῖς ἐῤῥῶσθαι φράσας, ἀνακομίζων ἡμᾶς εἰς ἁγιασμὸν, καὶ τὸ ἀρχαῖον τῆς φύσεως κάλλος καθάπερ ἐν ἀπαρχῇ τοῦ γένους τοῖς ἀποστόλοις ἐντιθεὶς, ἐνεφύσησεν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτῶν λέγων· « Λάβετε Πνεῦμα ἅγιον. » Ἀλλ' εἴπερ ἐστὶν ἄνωθέν τε καὶ παρὰ Πατρὸς πᾶν δώρημα τέλειον, ἐνεργεῖ δὲ τὴν B τούτων διανομὴν οὐ διακονικῶς ὁ Υἱὸς, ἐν ἐξουσίᾳ δὲ μᾶλλον τῇ θεοπρεπεῖ, κατὰ τίνα δὴ ἄρα λοιπὸν ἀφεστήξει τρόπον τοῦ μὴ εἶναι κατὰ φύσιν τοῦθ' ὅπερ ἐστὶν ὁ γεννήσας αὐτὸν, ἀληθινὸς δηλονότι Θεὸς, καὶ οὐ νόθαις τισὶ καθάπερ ἐν πίνακι κατακεχρωσμένος τιμαῖς,

B. Κατ' οὐδένα, καθάπερ ἐγᾦμαι.

A. Ὁ δὲ δὴ τῆς πίστεως λόγος, οὐκ ἂν διαρκέσαι πρὸς ἔνδειξιν τὴν τελεωτάτην τοῦ κατὰ φύσιν εἶναι Θεὸν τὸν Υἱόν;

B. Πῶς φῄς;

A. Ὅτι Χριστῷ πιστεύοντες, πρόσιμεν οὕτω Θεῷ τῷ κατὰ φύσιν καὶ ἀληθινῷ, καὶ τῆς πολυθέου πλάνης ἀπηλλάγμεθα, τὸ κτίσει λατρεύειν ἐκβεβληκότες, καὶ τῆς ἐπὶ τούτων γραφῆς ἐλευθέραν ποιούμενοι τὴν C προσκύνησιν. Καὶ γοῦν τοῖς κεκλημένοις διὰ τῆς πίστεως εἰς τὴν τῆς ἀληθείας ἐπίγνωσιν, ὁ σοφὸς γράφει Παῦλος, πῇ μὲν ὅτι, « Διὸ μνημονεύετε ὑμεῖς, τὰ ἔθνη ἐν σαρκὶ, οἱ λεγόμενοι ἀκροβυστία, ὑπὸ τῆς λεγομένης περιτομῆς ἐν σαρκὶ χειροποιήτου, ὅτι ἦτε τῷ καιρῷ ἐκείνῳ χωρὶς Χριστοῦ, ἀπηλλοτριωμένοι τῆς ἐλπίδος τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ ξένοι τῶν διαθηκῶν τῆς ἐπαγγελίας, ἐλπίδα μὴ ἔχοντες, καὶ ἄθεοι ἐν τῷ κόσμῳ. » Καὶ ἑτέρωθι δὲ πάλιν φησίν· « Ἀλλὰ τότε μὲν οὐκ εἰδότες Θεὸν, ἐδουλεύσατε τοῖς φύσει μὴ οὖσι θεοῖς, νυνὶ δὲ γνόντες Θεὸν, μᾶλλον δὲ γνωσθέντες ὑπὸ Θεοῦ, πῶς ἐπιστρέφετε πάλιν ἐπὶ τὰ ἀσθενῆ καὶ πτωχὰ στοιχεῖα οἷς πάλιν ἄνωθεν δουλεύειν θέλετε; » Ἄθεοι δὲ εἴπερ ἦσαν οἱ δίχα Χριστοῦ, καὶ Θεὸν ἐπεγνώκασι λοιπὸν διὰ τοῦ προσήκασθαι τὴν D πίστιν, καὶ συγκατανεῦσαι λέγοντι τῷ Υἱῷ· « Ὁ πιστεύων εἰς τὸν Υἱὸν οὐ κρίνεται, ὅτι πεπίστευκεν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, » πῶς οὐκ ἂν νοοῖτο Θεὸς, οὐ ταῖς καταπλάστοις καὶ ἔξωθεν εὐφημίαις πρός τε ἡμῶν αὐτῶν καὶ ἀγγέλων τιμώμενος, ἀλλ' οὐσιωδῶς εἶναι πεπιστευμένος, ὅπερ ἐστὶν, ἀληθῶς Θεὸς δηλονότι, καὶ ἐκ Θεοῦ, κατὰ φύσιν; Τί γὰρ, εἰπέ μοι, δοίης ἂν ἐννενοηκέναι τὸν Παῦλον, γεγραφότα περὶ αὐτοῦ καὶ λέγοντα· « Ὅτι Θεὸς ἦν ἐν Χριστῷ, κόσμον καταλλάσσων ἑαυτῷ, μὴ λογιζόμενος αὐτοῖς τὰ παραπτώματα αὐτῶν, καὶ θέμενος ἐν ἡμῖν τὸν λόγον τῆς καταλλαγῆς. Ὑπὲρ

[94] Jac. I, 17. [95] Joan. XX, 22. [96] Ephes. II, 11, 12. [97] Galat. IV, 8, 9. [98] Joan. III, 18.

Digitized by Google

Χριστοῦ οὖν πρεσβεύομεν, ὡς τοῦ Θεοῦ παρακαλοῦντος δι' ἡμῶν, δεόμεθα ὑπὲρ Χριστοῦ· καταλλάγητε τῷ Θεῷ. » Ὅτε τοίνυν εἰ Χριστῷ τις ἵλεως πρὸς καταλλαγὴν, Θεῷ καταλλάσσεται, καὶ ἐν Χριστῷ τὴν σύμπασαν κόσμος ἔχει πρὸς Θεόν· ἆρ' οὐκ ἂν γελῷτο, καὶ σφόδρα εἰκότως, τὸ δεῖν οἴεσθαι τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας ἀπολισθεῖν, τὸν ἐξ αὐτοῦ φύντα τε καὶ ἐν αὐτῷ Λόγον;

A nos : obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo "? » Cum ergo reconcilietur aliquis Deo si Christo reconcilietur, cumque mundus in Christo concilietur cum Deo, annon merito ridetur, qui censet a substantia Patris Verbum excidisse, ex ipso genitum et in ipso?

B. Παντελῶς.

B. Ita prorsus.

A. Τὸ δὲ δὴ χρῆναι κατάρχειν τῶν ὅλων, καὶ τὸ ἐκπρεπὲς ἐν ὑπεροχῇ κατὰ παντὸς τοῦ πεποιημένου καὶ κεκλημένου πρὸς γένεσιν, ἀναθείης ἂν ὅτῳ μάλιστα τῶν ὄντων, καὶ οὐκ ἂν ἁμάρτοις λογισμοῦ τοῦ καθήκοντος;

A. Jam vero universitatis imperium et supra creaturas omnes eminentiam cuinam rei tribues, citra erroris et absurditatis periculum?

B. Θεῷ δηλονότι. Ψάλλει γάρ που Δαβίδ· « Ὅτι τὰ σύμπαντα δοῦλα σά. » Καὶ μὴν ὅτι· « Δεῦτε, προσκυνήσωμεν καὶ προσπέσωμεν αὐτῷ, ὅτι αὐτὸς ἐποίησεν ἡμᾶς, καὶ οὐχ ἡμεῖς. Ἡμεῖς δὲ, λαὸς νομῆς αὐτοῦ, καὶ πρόβατα χειρὸς αὐτοῦ. »

B. Deo nempe tribuam. Psallit enim alicubi David, « Quia omnia serviunt tibi [1]. » Et præterea: « Venite, adoremus, et procidamus ipsi, quia fecit nos, et non ipsi nos. Nos autem populus pascuæ ejus, et oves 496 manus ejus [2]. »

A. Εὖγε, ὦ ἑταῖρε· Θεὸς γὰρ ἡμῖν ἔν γε τουτοισὶ διαῤῥήδην ὁ ὑμνούμενος. Μέτεστι δὴ οὖν τῶν πεποιημένων οὐδενὶ τὸ ὡς ἐν ἰδίοις εἶναι τοῖς κτήμασιν, ἤγουν ἑαυτοῦ τὰ ὄντα λέγειν, καὶ σκήπτροις ἰδίοις ὑποφέρειν ἀποτολμᾷν· ἢ εἴπερ ἔλοιτο τοῦτο δρᾷν τῇ τῆς βασιλείας δόξῃ μὴ κατεστεμμένος, οὐκ ἂν ὑπαίτιον εἶναι φήσομεν ἐγκλήματος καὶ γραφῆς;

A. Euge, obsecro. Deus enim est qui hic palam et aperte prædicatur. Itaque nulli creaturæ licet sibi vindicare, aut res creatas suas dicere, et suo imperio subjicere audere: aut si quis hoc fecerit imperii majestate minime præditus, numquid eum crimini et culpæ obnoxium dixerimus?

B. Ὧδε ἔχει.

B. Ita res est.

A. Εἶτα τί μαθὼν ὁ Υἱὸς, οὔτί που μᾶλλον ἔφη Πατρὸς, ἑαυτοῦ δὲ πρόβατα τοὺς πεπιστευκότας; Τὰ γὰρ πρόβατα τὰ ἐμὰ, φησὶ, τῆς φωνῆς μου ἀκούουσι, κἀγὼ γινώσκω αὐτὰ, καὶ ἀκολουθοῦσί μοι· κἀγὼ δίδωμι αὐτοῖς ζωὴν αἰώνιον, καὶ οὐ μὴ ἀπόλωνται εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ οὐχ ἁρπάσει τις αὐτὰ ἐκ τῆς χειρός μου. » Ἀφῖχθαί γε μὴν εἰς τὰ ἴδιά φησιν αὐτὸν ὁ θεολόγος ἡμῖν Ἰωάννης, ἴδια λέγων αὐτοῦ τὴν ἐπὶ γῆς ἀνθρωπότητα, καὶ πᾶν, οἶμαι, τὸ ποιούμενον. Ἐνεργεῖ δὲ καὶ εἰς ἡμᾶς τὴν Πατρὸς ἐνέργειαν, οὐχ ὑπεσταλμένως, καὶ τὴν τῆς κυριότητος δόξαν, οὐκ ὀθνείαν ἔχων ὁρᾶται, ποιεῖται δὲ μᾶλλον ἰδίαν τῇδέ τε ἔχειν ἀξιοῖ. Διαλεγόμενος γάρ που τοῖς συνθέουσί τε καὶ ἑπομένοις αὐτῷ μαθηταῖς· « Ὁ μὲν θερισμὸς, ἔφη, πολὺς, οἱ δὲ ἐργάται ὀλίγοι. Δεήθητε οὖν τοῦ κυρίου τοῦ θερισμοῦ, ὅπως ἐκβάλῃ ἐργάτας εἰς τὸν θερισμὸν αὐτοῦ. » Ἀλλὰ τὴν τῶν ἀμώντων ἀνάδειξιν, καίτοι τοῖς τοῦ Πατρὸς θελήμασιν ἀναθεὶς, ἑαυτὸν ἀπέφηνεν εὐθὺς τοῦ θερισμοῦ τὸν δεσπότην, τὸ χρῆναι μυσταγωγεῖν τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις ἀπονέμων, ὡς ἐξαίρετον. Αὐτοῦ δὲ εἶναι τὴν ἅλω, καὶ ὁ σοφὸς Ἰωάννης διισχυρίσατο, λέγων (1)· « Οὗ τὸ πτύον, ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, καὶ διακαθαριεῖ τὴν ἅλωνα αὐτοῦ, καὶ συνάξει τὸν σῖτον εἰς τὴν ἀποθήκην αὐτοῦ. » Καὶ πρός γε τούτοις, αὐτῷ τοὺς πεπιστευκότας ὡς Δεσπότῃ καὶ Θεῷ καταγράφει λέγων ὁ Παῦλος· « Οἱ δὲ τοῦ Χριστοῦ,

tra periculum, Deum amplecti et colere eos qui perverse sentiunt, et nonnullos divinis ornare donis, ego jure merito asseruerim illos omni honore et præmiis dignos esse, qui unigenitum minime quidem Filium, sed creaturam et factum esse stulte existimant, quamvis genitus dicatur, et Filius ab ipso Patre et Spiritu sancto nuncupatus. Quod si hoc dictu quidem nefas est, et cogitatu impium, verum est utique contrarium. Solos enim veritatis cultores adeoque credentes in Filium verum, non arte factum, coronat: hoc enim gravis morbus quidam est ac stupor. Idcirco divina scripta Petrum, eximium illum inter apostolos, beatum prædicatum fuisse dicunt. Cum enim Salvator in partibus Cæsareæ versaretur, quæ dicebatur Philippi, rogaretque quemnam esse dicerent homines Filium hominis, quisve rumor de illo Judæam pervasisset, aut finitimas Judææ civitates, relictis puerilibus et absurdis vulgi opinionibus, sapienter admodum et scite clamavit, dicens: « Tu es Christus Filius Dei vivi [36]: » eumque veram de illo sententiam haberet, remunerationem tulit illico, Christo dicente: « Beatus es, Simon, Bar Jona, quia caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus qui in cœlis est. Et ego dico tibi quia tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, et portæ inferi non prævalebunt adversus eam [37]. » Petram, opinor, quasi denominative nihil aliud quam inconcussam et firmissimam discipuli fidem **508** appellans, super quam etiam citra casus periculum firmata est ac fundata Christi Ecclesia, et ipsis inferorum portis perpetuo manet inexpugnabilis: sed et Petri fides in Filium, non temere arrepta, et ex humano sensu promanans, sed ex ineffabili doctrina cœlitus immissa, Deo et Patre Filium suum clare ostendente, et illius certam persuasionem suorum mentibus injiciente. Nequaquam enim mentitus est Christus cum dixit: « Caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus cœlestis. » Si ergo beatus Petrus tam præcellentibus donis ornatur, confessus ipsum esse Filium Dei viventis, qui non miserrimi sint ac projecti, Deique ac Patris voluntatem rectamque doctrinam sane quam temere vellicent, qui fructum substantiæ ipsius ad facturam deducunt, et vitæ germen coæternum in eorum numerum stultissime ascribunt, quæ aliunde ascitam vitam habent? An non rudes admodum ii sunt?

Β. Ita plane.

Α. Enimvero cum adeo demisse et abjecte de Filio sentiant, magnam etiam illam et quæ omnem admirationem superat Dei ac Patris charitatem evertunt: quin et adversus ipsas divinas dignitates effrenatum os deprehendentur acuere.

[36] Matth. xvi, 16 sqq. [37] ibid. 17, 18.

Digitized by Google

B. Quæso, dic quo pacto : nec enim assequor.

A. Perlibenter. Nihil enim difficultatis est. Deditne Pater Filium suum pro mundi vita?

B. Omnino.

A. Præstare igitur quod genitum est, eo quod est arte factum, nemini dubium est, siquidem illud est ex nobis, et personæ patris fructus, hoc vero industriæ inventum et artis opus, non germen substantiæ.

B. Quid tum?

A. Annon intelligis minori admirationi fore Dei ac Patris charitatem, qui ad redimendam universam creaturam miserit Filium, qui creaturæ pars est, siquidem factus est, majoremque admirandi causam fore, si audieris ipsum etiam dedisse Filium ut mundi vitam redimeret, et proprio fructui non pepercisse, quem et mortem subire voluit, ut mundo salutem assereret?

B. Intelligo.

A. Ego vero existimo (nec succenseat quisquam, si divino amore succensus loquor paulo audacius), quod Christus par non **509** fuerit universæ creaturæ, neque mundi vitæ redimendæ suffecerit, et in eam pretii loco suam animam contulerit, atque pro nobis pretiosum sanguinem effuderit, si revera Filius non est et Deus de Deo, sed creatura et creaturæ pars.

B. Recte dicis.

A. Addam porro servatam esse creaturam nulla re prorsus a Deo suscepta, cumque superno auxilio non egeret. Qui enim aut unde, siquidem ipsa per seipsam, et ex se redemptionem habet, ac firmam salutem? Salvavit enim, ut aiunt, universam creaturam, creaturæ pars exsistens Filius. Cur ergo gratulatorios Deo hymnos canimus? Quidni vero, hoc omisso tanquam superfluo, creaturam hymnis prosequimur, et ad eam accedimus potius deprecantes ac dicentes, quod de universorum Domino Deo : « Benedic, anima mea, Domino, et noli oblivisci omnes retributiones ejus : qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis : qui sanat omnes infirmitates tuas : qui redimit de interitu vitam tuam [20]. » At hoc faciendo, sine dubio nostram prodemus insaniam et Deum offendemus ; contra vero, si laudem et gloriam earum rerum illi tribuamus, sapientes ac veri adoratores erimus. Quomodo igitur nobiscum erit factura ille unus, et datus pro omnibus tanquam Deus de Deo, et revera Filius? Annon ita res est?

B. Quidni vero?

A. Agedum ergo, si placet, addamus hoc istis quoque, et dicamus, nomina relativa significare se invicem, altero alterius cognitionem mutuo pariente.

[20] Psal. CII, 4.

A B. Φράσειας ἂν ὅπως, ἕπομαι γὰρ οὔ τί που.

A. Καὶ μάλα προθύμως· τὸ ἀναντὲς γὰρ οὐδέν. Δέδωκεν ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ζωῆς Πατὴρ ἴδιον Υἱόν;

B. Καὶ πάνυ.

A. Ἄμεινον δὲ δήπουθεν τὸ γεννηθὲν, οὗπερ ἂν φιλοτεχνήσαιτό τις, παντὶ τῷ δόξειεν ἄν, εἴπερ ἐστὶ τὸ μὲν ἐξ ἡμῶν καὶ τῆς τοῦ τεκόντος ὑποστάσεως καρπὸς, τὸ δέον [γρ. δέ γε], τῆς ἀρίστης εὕρημα βουλῆς καὶ σοφίας ἔργον, οὐ βλαστὸς οὐσίας.

B. Τί οὖν τοῦτό γε;

A. Ἢ οὐκ ἐννοεῖς, ὡς μεῖον μὲν ἂν τις ἀγάσαιτο τυχὸν τὴν ἀγάπησιν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, προεμένου πρὸς λύτρωσιν τῆς ὅλης κτίσεως, μέρος ὄντα κτίσεως, τὸν Υἱὸν, εἴπερ ἐστὶ γενητὸς, πλουσιώτερον B δὲ κατατεθήποι ἂν καὶ σφόδρα εἰκότως τῆς τοῦ κόσμου ζωῆς ἀντάλλαγμα, καὶ αὐτὸν εἰ μάθοι δεδωκότα τὸν Υἱὸν, καὶ ἀφειδήσαντα μὲν ἰδίου καρποῦ, κατά γε τὸ ἐν σαρκὶ γεγονότα καὶ ἐντεθνάναι δοκεῖν, δεδιψηκότα δὲ μᾶλλον τοῦ κόσμου τὴν εἰς τὸ εὖ εἶναι διαμονήν;

B. Συνίημι.

A. Οἶμαι δὲ ἔγωγε (καὶ νεμεσάτω μηδεὶς ἀναισχυντομένῳ πρὸς θράσος ἐκ φιλοθεΐας τῷ λόγῳ), ὡς οὐδ' ἂν ἀντάξιος εἴη τῆς ὅλης κτίσεως ὁ Χριστὸς, οὐδ' ἂν ἔχοι διαρκῶς εἰς τὸ ἐκπρίασθαι καλῶς τὴν τοῦ κόσμου ζωὴν, καὶ εἰς αὐτὴν κατάθοιτο καθάπερ ἐν τάξει τιμῆς τὴν ἰδίαν ψυχὴν, πρόποτέ τε ὑπὲρ ἡμῶν τὸ τίμιον αἷμα, εἰ μὴ ἀληθῶς ὁ Υἱὸς ἐστι, καὶ ὡς ἐκ Θεοῦ Θεὸς, κτίσμα δὲ καὶ κτίσεως μέρος. C

B. Εὖ λέγεις.

A. Προσθείην δ' ἂν ὅτι καὶ διασέσωσται κτίσις, οὐδὲν τὸ σύμπαν λαβοῦσα παρὰ Θεοῦ, καὶ τῆς ἄνωθεν συνεργείας οὐ δεδεημένη. Πῶς γὰρ ἡ πόθεν, εἴπερ αὐτὴ δι' ἑαυτῆς καὶ ἐξ ἑαυτῆς τὴν λύτρωσιν ἔχει, καὶ τὴν εἰς τὸ εὖ εἶναι διαμονήν; Διασέσωκε γὰρ, ὥς φασι, τὴν σύμπασαν κτίσιν, μέρος ὢν κτίσεως ὁ Υἱός. Ἀνθ' ὅτου δὴ οὖν τὰς χαριστηρίους ᾠδὰς ἀνίεμεν τῷ Θεῷ; Τί δὲ οὐχὶ, τοῦτο παρέντες ὡς περιττὸν, ὑμνολογοῦμεν τὴν κτίσιν, πρόσιμεν δὲ μᾶλλον ἐκλιπαροῦντες καὶ λέγοντες, περὶ τοῦ πάντων Δεσπότου Θεοῦ· « Εὐλόγει, ἡ ψυχή μου, τὸν Κύριον, καὶ μὴ ἐπιλανθάνου πάσας τὰς ἀνταποδόσεις [*al.* αἰνέσεις] αὐτοῦ, τὸν εὐιλατεύοντα πάσαις ταῖς D ἀνομίαις σου, τὸν ἰώμενον πάσας τὰς νόσους σου. τὸν λυτρούμενον ἐκ φθορᾶς τὴν ζωήν σου. » Ἀλλ' ἐκεῖνο μὲν δρῶντες, καὶ φρενὸς ἀναμφιλόγως τῆς ἀρίστης ἐξεώσμεθα, καὶ Θεῷ προσκρούσομεν· ἁπτόμενοι δὲ μᾶλλον αὐτῷ τὰς ἐπὶ τῷδε ξοξολογίας, σοφοί τε καὶ ἀληθεῖς ἐσόμεθα προσκυνηταί. Πῶς οὖν ἔτι ποίημα μεθ' ἡμῶν, ὁ εἷς καὶ πάντων ἀντάξιος, ὡς Θεὸς ἐκ Θεοῦ, καὶ Υἱὸς ἀληθῶς; Ἢ οὐχ ὧδε ἔχει;

B. Πῶς γὰρ οὔ;

A. Φέρε δὴ, εἴ τοι δοκεῖ, καὶ τόδε δὴ τούτοις προστιθέντες, λέγωμεν ὅτι τὰ πρός τι πῶς ἔχοντα τῶν ὀνομάτων, αὐτὰ δι' ἀμφοῖν σημαίνεται, τὴν ἀλλήλων

Digitized by Google

ἑκάτερα συνωδίνοντα γνῶσιν. Ὥστε δὴ ῥᾷον εἴ γέ τις μάθοι τὸ δεξιὸν, εἰ δεί που (1) πάντως ἂν δι' αὐτοῦ τὸ εὐώνυμον, καὶ μὴν ὅτι καὶ τὸ ἔμπαλιν ἀληθὲς, συνερεῖ πᾶς ὁστισοῦν. Ὄνομα τοίνυν τῶν πρός τί ἐστι, τὸ Πατὴρ, ἰσοτρόπως δὲ τούτῳ καὶ τὸ Υἱός. Ποῖ δὴ οὖν ἄρα, καὶ πρὸς ὅ τι βλέπουσαν ταυτὶ ποιήσεται τὴν ἀναφοράν, καὶ τὴν πρὸς ἄλληλα σχέσιν, καὶ τὸν αὐτοῖς πρέποντα λόγον ἐξοίχοιτο ἂν οὐδαμῶς;

A Quare si quis dextrum didicerit, agnoscet utique facilius sinistrum, et e converso, idque verum esse nemo non astipulabitur. Nomen igitur relativum est, Pater, et similiter Filius. Quonam igitur, et quorsum pertinentem hæc relationem facient, et mutuam habitudinem, ita tamen ut sibi convenientem rationem non egrediantur?

Β. Καὶ τίνι τοῦτο ἀσυμφανές; πατὴρ γὰρ, ὡς πρὸς υἱὸν, καὶ μὴν καὶ υἱὸς ὡς πρὸς πατέρα νοοῖτ' ἂν καὶ λέγοιτο.

B. Cuinam obscurum istud est? pater enim, respectu filii, adeoque filius respectu patris intelligetur esse ac dicetur.

Α. Εἶτα τί μαθόντες οἱ διεστραμμένοι καὶ παράκοποι τὸν νοῦν, Πατέρα μὲν ἡμῖν ὀνομάζουσι τὸν Θεὸν, ποίημα δὲ εἶναι διατείνανται τὸν Υἱόν; Ἢ οὐκ ἀμαθὲς καὶ ἀνάρμοστον κομιδῇ, Πατρὶ μὲν τὸ ποιηθὲν, Πατέρα δὲ αὖ τῷ πεποιημένῳ συντετάχθαι λέγειν κατά γε τὸν τοῦ πρός τι λόγον;

A. Jam quid tandem causæ est cur perversi illi ac dementes, Patrem quidem nobis nominent Deum, at facturam contendant esse Filium? Annon stultum Β et absurdum plane est, Patri quidem id quod factum est, Patrem autem rursus ei quod factum **510** est esse correlatum?

Β. Κομιδῇ μὲν οὖν, ἵνα μὴ καὶ αὐτὸν ποίημα λέγωμεν τὸν Πατέρα, σχέσιν ἤδη λαχόντα φυσικὴν τὴν πρός τι τῶν ποιημάτων, ὅσον ἧκεν εἰς λογισμούς.

B. Prorsus quidem, ne et ipsum facturam esse dicamus Patrem, si habitudinem demum obtineat naturalem relativam ad aliquam facturarum, quantum ratiocinando assequi licet.

Α. Οὐκοῦν, ἀκουόντων καὶ αὐτοῦ βοῶντος Χριστοῦ· « Οὔτε ἐμὲ οἴδατε, οὔτε τὸν Πατέρα μου· εἰ ἐμὲ ᾔδειτε, καὶ τὸν Πατέρα μου ἂν ᾔδειτε. » Ἐρομένοις δὲ τῆς ἐπιπλήξεως τὴν αἰτίαν, ἀποκρινεῖται λέγων· « Ὁ ἀρνούμενος τὸν Πατέρα, καὶ τὸν Υἱόν· καὶ ὁ τὸν Υἱὸν ἀρνούμενος, οὐδὲ τὸν Πατέρα ἔχει. » Καὶ εἰκότως γε σφόδρα καὶ ἀληθῶς. Εἰ γὰρ μὴ ἔστι Πατὴρ, ὅτι φύσει γεγέννηκεν, οὐδὲ τὸν Υἱὸν ὑφεστάναι δοίη τις ἄν. Υἱὸς γὰρ, ὅτι γεγέννηται· καὶ εἰ μὴ ἔστιν Υἱὸς ὡς γεγεννημένος, οὐδὲ Πατὴρ εἴη ἂν κατά γε τὸν τοῖς νοήμασιν ἐμπρεπῆ τε καὶ ἑπόμενον λογισμὸν, Πατὴρ μὲν, ὅτι γεγέννηκεν. Οὐκοῦν καὶ συνυφεστάναι καὶ συναναιρεῖσθαι δι' ἀμφοῖν ἑκάτερον, ἀληθὲς, καὶ ἑνὸς ὑφεστηκότος, ὑφεστήξει που πάντως καὶ τὸ, δι' ὃ λέγεται καὶ ἐστιν ὃ ἐστι. Τί δὲ λέγοντος τοῦ Χριστοῦ πρὸς τὸν ἀπειθῆ καὶ δυσήνιον τῶν Ἰουδαίων δῆμον· « Ἐγὼ ἐλήλυθα ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Πατρός μου, καὶ οὐ λαμβάνετέ με; » καίτοι Πατέρα μὲν οὐδαμῶς ἑαυτὸν ὠνόμαζεν ὁ Χριστὸς, Υἱὸν δὲ καὶ ἐκ Πατρός. Πῶς δὴ οὖν ἄρα φησὶν ὡς ἡμᾶς ἀφῖχθαι λοιπὸν ἐν ὀνόματι τοῦ Πατρός; Ἢ δηλονότι τὸ ἐν ὀνόματι νοητέον, ἐν δόξῃ τε καὶ ἐν εὐφημίᾳ τοῦ Πατρός; Ὄνομα γὰρ ἔσθ' ὅτε, τὴν διαπρύσιον εὐφημίαν, καὶ τὸ περίοπτον ἐν εὐκλείαις ἡ θεία λέγει Γραφὴ, καθάπερ ἀμέλει τὸ ἐν βίβλῳ Παροιμιῶν ὑμνούμενον· « Αἱρετὸν ὄνομα καλὸν, ἢ πλοῦτος πολύς. » Ἆρ' οὖν διαπέπτωκε τοῦ εἶναι σοφός τε καὶ ἀληθὴς τοῦ Σωτῆρος ὁ λόγος, ὡς ἀφίκοιτο πρὸς ἡμᾶς ἐν ὀνόματι τοῦ Πατρὸς, ἀναφανδὸν εἰρηκότος;

A. Itaque audiant ipsum quoque Christum clamantem: « Neque me scitis, neque Patrem meum: si me sciretis, forsitan et Patrem meum sciretis [49]. » Sciscitantibus vero causam admirationis, respondebit, dicens: « Qui negat Patrem, et Filium negat. Omnis qui negat Filium, nec Patrem habet [50]. » Jure id quidem ac vere. Nam si Pater non est, quoniam natura genuit, neque Filium subsistere aliquis C fatebitur. Filius enim est, quoniam genitus est: et si Filius non est ut genitus, neque Pater erit, si rite et ordine colligimus, Pater quidem, quoniam genuit. Igitur et simul subsistere, et simul perire invicem utrumque verum est, et uno subsistente utique subsistet illud etiam propter quod dicitur et est id quod est. Quid vero dicente Christo ad præfractum et pervicacem Judæorum populum: « Ego veni in nomine Patris mei, et non accipitis me [51]? » Nam Patrem nequaquam seipsum nominavit Christus, sed Filium, et ex Patre. Quomodo igitur ait se ad nos venisse demum in nomine Patris? An intelligendum scilicet illud, in nomine, in gloria et celebratione Patris? Nomen enim aliquando illustrem laudationem et insignem commendationem appellat Scriptura D divina, quemadmodum nempe illud in libro Proverbiorum: « Eligibilius nomen bonum quam divitiæ multæ [52]. » An ergo veritate et sapientia caret Salvatoris oratio, dum se in nomine Patris ad nos venisse palam et aperte prædicat?

Β. Καὶ μὴν ὑγιὲς εἰπεῖν, ὡς οὐκ ἂν ἁμάρτοι τἀληθοῦς ἡ ἀλήθεια.

B. Equidem recte dici potest a vero veritatem non aberrare.

Α. Εἴπερ οὖν ἐστιν ἀληθὴς ὁ λόγος, ἢ τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα κατακομιστέον ἐν κτίσμασιν, ἵνα μὴ

A. Si ergo verus est sermo, aut Deus et Pater in creaturarum numerum detrudendus est, ne videatur

[49] Joan. VIII, 19. [50] I Joan. II, 22, 23. [51] Joan. V, 43. [52] Prov. XXII, 1.

(1) Corrupte pro εἰδείη που.

Digitized by Google

gloria superare Filium, aut Filius demum ad divinam excellentiam et filiationis naturam, substantialem nimirum, revocandus est. Nullo enim modo Deo ac Patre minor erit, si talis esse videatur : qua in re nobis sapiens Joannes suffragabitur, dicens : « Qui desursum venit, super omnes est [42]. » Illud autem, « desursum, » excelsam et supremam demonstrare naturam, ostendet Servatoris discipulus, dicens : « Omne datum optimum, et omne donum perfectum desursum est, descendens **511** a Patre luminum [43]. » Venit igitur nobis a Patre, ut a fonte, Filius, et ex suprema radice prodiens, claritatem unde prodiit ostendit in seipso, excellentiam supra omnia sortitus, quemadmodum nempe et Pater. Supra omnia autem hic utique dicimus, non sola gloria, neque nobilitatis excellentia præstantem creaturæ, sed substantiæ suprema eminentia rebus omnibus antecellentem ac præstantem, una cum Patre qui genuit. Quod si est supra universa, quomodo inter universa censebitur? Si enim revera creatura est, inter reliquas creaturas collocabitur. Quomodo igitur alius ab universis, aut supra universa est, nisi naturaliter fugiat censeri inter universa? Alioqui locorum excellentia incorpoream Filii naturam ornando nonne perperam nugabimur?

B. Qui ais?

A. Vin' tu illud, « desursum, » dicamus respectu loci qui contrarius inferiori esse censetur, et spatiis definitur?

B. At quid faciemus Filio, siquidem in istiusmodi loco est? Proprium enim corporum istud est.

A. Itaque recte omnino dicimus illud, « desursum, » ex Patre significare. Idcirco et a solo Patre cognoscitur, et solus cognoscit Patrem suum ac Deum. Cerni etenim non potest, neque ulli mortalium patet, quid revera sit ipsa in se natura suprema. Subsistere siquidem et esse Deum credimus : quid autem sit secundum naturam absurdum est inquirere, quando capi nequit. Natura enim Dei mentem omnem superat. Jam quomodo, si creatus quidem et factus est, ipse solus Patrem agnoscet, et solus item cognoscetur a solo Patre? Nam Dei naturam nosse nulla potest plane res facta : scire autem quid sit res creata, non cujusvis intellectus captum excedet, licet humanam conditionem quodammodo superet. Igitur si solus ipse Patrem cognoscit, et vicissim a solo Patre cognoscitur, non est jam quod factus putetur et arguatur. Sola enim novit seipsam suprema et ineffabilis natura, et inaccessa est omnino creaturis.

γὰρ οἶδεν ἑαυτὴν ἡ ἀνωτάτω καὶ ἀπόῤῥητος φύσις, χρῆμα παντελῶς.

B. Inaccessa utique et impervia, quandoquidem longe omnem mentem excedit Deus.

A. Creatus autem in universum, quomodo etiam dicetur a nobis Filius Paulo sapientissimo in hunc

[42] Joan. III, 31. [43] Jac. I, 17.

φαίνοιτο πλεονεκτῶν ἐν δόξῃ τὸν Υἱὸν, ἤγουν τὸν Υἱὸν ἀνακομιστέον ἤδη πως εἰς ἀξίωμα τὸ θεοπρεπὲς, καὶ εἰς υἱότητος φύσιν, τὴν οὐσιωδῶς νοουμένην. Μειονεκτοῖτο γὰρ ἂν ἥκιστά γε κατὰ τρόπον οὐδένα τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, εἰ τῇδε ἔχων ῥῴστο· καὶ συναθλήσει λέγων ὁ σοφὸς ἡμῖν Ἰωάννης· « Ὁ ἄνωθεν ἐρχόμενος, ἐπάνω πάντων ἐστίν. » Ὅτι δὲ τὸ «ἄνωθεν» τὴν ὑψοῦ τε καὶ ἀνωτάτω παρίστησι φύσιν, διαδείξει λέγων τοῦ Σωτῆρος ὁ μαθητής· « Πᾶσα δόσις ἀγαθὴ, καὶ πᾶν δώρημα τέλειον, ἄνωθέν ἐστι, καταβαῖνον ἀπὸ τοῦ Πατρὸς τῶν φώτων. » Ἥκει δὴ οὖν ἐκ Πατρὸς ἡμῖν ὡς ἀπὸ πηγῆς ὁ Υἱὸς, καὶ ῥίζης ἐκπεφυκὼς τῆς ἀνωτάτω, τὴν ὅθεν ἐξέφυ λαμπρότητα διαδείκνυσιν ἐν ἑαυτῷ, καὶ ἐπάνω πάντων εἶναι λαχὼν, καθάπερ ἀμέλει καὶ ὁ Πατήρ. Ἐπάνω δὲ πάντων ἔν γε δὴ τούτῳ μάλιστά φαμεν, οὔ τί που κατὰ μόνην τὴν δόξαν, οὔτε μὴν ταῖς κατ' εὔκλειαν ὑπεροχαῖς πλεονεκτοῦντα τὴν κτίσιν, ἀλλὰ τῷ τῆς οὐσίας ὑπερτάτῳ ὑπερανεστηκότα καὶ ὑπερανέχοντα τῶν ὅλων ὁμοῦ τῷ τεκόντι Πατρί. Εἰ δὲ ἐπάνω πάντων ἐστὶ, πῶς ἂν ἐν πᾶσι νοοῖτο; Κτίσμα γὰρ εἴπερ ἐστὶν ἀληθῶς, κτίσμασιν ἑτέροις συντετάξεται. Πῶς οὖν ἕτερος παρὰ πάντα καὶ ἐπάνω πάντων ἐστὶν, εἰ μὴ διάλλοιτο φυσικῶς τὸ ἐναριθμεῖσθαι τοῖς πᾶσιν; Ἢ τοπικοῖς ὑψώμασι τὴν ἀσώματον τοῦ Υἱοῦ φύσιν ἐκτετιμηκότες, οὐκ εἰκῇ ῥαψῳδήσομεν;

B. Πῶς φῄς;

A. Βούλει τὸ « ἄνωθεν, » ὡς ἐκ τόπου λέγωμεν, ἀντινοουμένου πρὸς τὸ κάτω, καὶ μετρητοῦ διαστήμασιν;

B. Εἶτα τί δράσομεν τὸν Υἱὸν, εἴπερ ἐστὶν ἐν τόπῳ τοιούτῳ; Σωμάτων γὰρ ἴδιον τοῦτό γε.

A. Οὐκοῦν ἀριστά φαμεν, ὡς ἐκ Πατρὸς νοεῖσθαι τὸ « ἄνωθεν ». Τοιγάρτοι, καὶ ὑπὸ μόνου γνωρίζεται τοῦ Πατρὸς, καὶ γνωρίζει μόνος τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα καὶ Θεόν. Ἄποπτον γάρ τι χρῆμα, καὶ οὐδενὶ τῶν ὄντων διεγνωσμένον, ὅτι ποτέ ἐστιν ἀληθῶς, αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν ἡ ἀνωτάτω φύσις. Ὅτι μὲν γὰρ ὑφέστηκε καὶ ἔστι Θεὸς, πιστεύομεν· τί δὲ κατὰ φύσιν ἐστὶν, ἀπηχὲς ἐρευνᾶν, ἐπεὶ μηδέ ἐστιν ἁλώσιμον. Νοῦ γὰρ ἐπέκεινα παντὸς ἡ Θεοῦ φύσις. Εἶτα πῶς, εἴπερ ἐστὶν ἐκτισμένος καὶ γενητὸς, εἰδείη μὲν ἂν αὐτός τε καὶ μόνος τὸν Πατέρα, μόνος δὲ αὖ ὑπὸ μόνου γνωρίζοιτο τοῦ Πατρός; Καίτοι τὸ μὲν φύσιν εἰδέναι Θεοῦ, παντὶ δήπου πάντως ἀνέφικτον γενητῷ, τὸ δὲ ἐξεπίστασθαί τι τῶν κεκλημένων εἰς γένεσιν, ὅτί ποτ' ἔστιν, οὐκ ἂν ὑπερθρώσκοι πάντα νοῦν, εἰ καὶ ἀνῴκισταί πως τοῦ καθ' ἡμᾶς. Οὐκοῦν εἰ μόνος αὐτὸς ἔγνωκε τὸν Πατέρα, καὶ αὖ ὑπὸ μόνου γινώσκεται τοῦ Πατρὸς, διαπέφευγεν εἰκότως τὴν ἐπὶ τῷ πεποιῆσθαι γραφήν τε καὶ δόξαν. Μένη καὶ τοῖς εἰς τὸ εἶναι παρεγηνεγμένοις ἀστιβὲς τὸ

B. Ἀστιβὲς μὲν οὖν καὶ ἀνέμβατον, ἐπεὶτοι τὸ νοῦ παντὸς προσωτέρω, Θεός.

A. Ἐκτίσθαι δὲ ὅλως πῶς ἂν καὶ λέγοιτο πρὸς ἡμῶν ὁ Υἱὸς, καίτοι διακεκραγότος ὠδὶ τοῦ σοφωτά-

Digitized by Google

του Παύλου· « Λέγω δὲ, ἐφ' ὅσον χρόνον ὁ κληρονόμος νήπιός ἐστιν, οὐδὲν διαφέρει δούλου, κύριος πάντων ὢν, ἀλλ' ὑπὸ ἐπιτρόπους ἐστὶ καὶ οἰκονόμους, ἄχρι τῆς προθεσμίας τοῦ πατρός· οὕτω καὶ ἡμεῖς, ὅτε ἦμεν νήπιοι, ὑπὸ τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου ἦμεν δεδουλωμένοι· ὅτε δὲ ἦλθε τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου, ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν Υἱὸν αὐτοῦ, γενόμενον ἐκ γυναικὸς, γενόμενον ὑπὸ νόμον, ἵνα τοὺς ὑπὸ νόμον ἐξαγοράσῃ, ἵνα τὴν υἱοθεσίαν ἀπολάβωμεν. » Οὐκοῦν, ἀῤῥωστοῦντες μὲν ἔτι τὸ ἀμαθὲς, καὶ τοῖς τῆς ἀρχαίας νηπιότητος αἰτιάμασι καθεστηκότες ἔνοχοι, τοῖς τοῦ κόσμου στοιχείοις ὑπενηνέγμεθα, τῇ κτίσει λελατρευκότες, καίτοι δέον ἀνάπτειν τὸ σέβας τῷ γε ἀληθῶς καὶ μόνῳ κατὰ φύσιν Θεῷ. Ἐπειδὴ δὲ ἡμῖν ἐπέλαμψεν ὁ Υἱὸς, τότε δὴ, τότε κρείττους τε καὶ προφερέστεροι τῆς ἐν νηπιότητι φρενὸς ἀναδεδειγμένοι, καὶ εἰς τὸ τῆς ἀληθείας διελάσαντες φῶς, ἀπηλλάγμεθά που, καθάπερ ἐγῷμαι, συναινέσεις δὲ καὶ αὐτὸς οἶδ' ὅτι, τοῦ κατεζεῦχθαι στοιχείοις κοσμικοῖς. Τοῦτο γὰρ ἡμῖν ὁ ἱερὸς ἀρτίως διεσήμηνε λόγος, ὃν καὶ ὡς εἴη σοφός τε καὶ ἀληθὴς, φαῖεν ἂν ἴσως οἷς ἂν ὀρθότητος μέλοι· λαλεῖ γὰρ ἐν Χριστῷ μυστήρια.

B. Φαῖεν γὰρ ἄν.

A. Ἆρ' οὖν, ὦ Ἑρμεία, πᾶν εἴ τί φαμεν διακεκλῆσθαι πρὸς ὕπαρξιν τοῖς τοῦ πεποιηκότος νεύμασιν, οὐχὶ τοῖς τοῦ κόσμου στοιχείοις ἐναριθμητέον, ἢ καὶ ὡς μέρος τοῦ κόσμου τῷ παντὶ συντετάξεται;

B. Καὶ μάλα.

A. Ἐλευτρώμεθα δὲ πρὸς τελειότητα νοῦ καὶ φρενὸς ἰγμένοι, κιβδηλεύοντές τε τὸ ὑποκεῖσθαι θέλειν τοῖς τοῦ κόσμου στοιχείοις;

B. Οὕτω φημί.

A. Ἆρα τὴν εἰς Υἱὸν ὡς εἰς Υἱὸν ἀληθῶς παραδεδεγμένοι πίστιν, ἢ πῶς;

B. Οὕτως.

A. Οὐκοῦν οὐ γενητὸς εἴη ἂν ὁ Μονογενὴς, ἵνα μὴ φαίνοιτο μὲν αὐτὸς μετὰ τῶν ἄλλων στοιχείων, καὶ τελῶν ἐν κτίσμασι, νήπιοι δὲ ἡμεῖς, καὶ αὐχημάτων ἔτι τῶν εἰς τελειότητα νοῦ, τητώμενοι, εἰκαίοις τε λογισμοῖς πεφενακισμένοι μᾶλλον, ἢπερ οὖν ἀληθῶς ἐλπίδα βεβαίαν καὶ γνῶσιν πεπλουτηκότες, δῆλον δὲ ὅτι τὴν εἰς Υἱόν. Τί γὰρ ὅλως ὀνήσειεν ἂν ἡμᾶς ὁ Μονογενὴς, καίτοι δι' ἡμᾶς γενόμενος ἄνθρωπος, εἰ μὴ τοῦ λατρεύειν τῇ κτίσει λελυτρώμεθα; Τὴν δὲ εἰς αὐτὸν, εἰπέ μοι, προσηκάμενοι πίστιν ὡς εἰς Υἱὸν, ἆρ' οὐ πεπλανήμεθα;

B. Ἔοικεν, εἴπερ ἐστὶ γεννητός.

A. Τί δὲ, οὐχ ἀμείνων παραπολὺ τῆς διὰ Χριστοῦ παιδεύσεως ἡ διὰ Μωσέως, εἴπερ ἐστὶν ἀληθῶς εἰς ἕν τι τῶν γενητῶν ἡ πίστις; Φαίην δ' ἂν ὅτι κενολογοῦσιν οἱ ἅγιοι, κατόπιν τῶν εὐαγγελικῶν θεσπισμάτων ῥιπτοῦντες ἀεὶ τὴν ἀρχαιοτέραν ἐντολήν. Τετελείωκε δὲ πῶς ὁ νόμος οὐδὲν, ἀλλ' ὁ δίκαιος ἡμῖν ἐκ πίστεως ζήσεται; Καίτοι διόλλυσι μὲν ἡ πίστις ἡ εἰς Υἱὸν, τοὺς εἰσδεδεγμένους αὐτὴν, ὠφέλησε δὲ

A modum clamante: « Dico autem, quanto tempore **512** hæres parvulus est, nihil differt a servo, cum sit dominus omnium, sed sub tutoribus et actoribus est usque ad præfinitum tempus a patre: ita et nos, cum essemus parvuli, sub elementis mundi eramus servientes; at ubi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus [46]. » Itaque cum adhuc ignorantia laboraremus, et veteris insaniæ criminibus obnoxii teneremur, mundi elementis subditi fuimus, creaturæ servientes, cum ad verum ac solum Deum secundum naturam cultus esset referendus. Postquam autem nobis illuxit Filius, tunc sane, tunc devicta et superata puerili B ignorantia, ad veritatis lucem provecti, liberati sumus, meo judicio, neque tu inficias ibis, sat scio, ab illa subjectione et ditione elementorum mundi. Hoc enim sacer ille paulo ante sermo nobis ostendit, quem cum sapientem, tum verum esse fatebuntur ii quibus rectum est curæ: loquitur enim in Christo mysteria.

B. Fatebuntur vero.

A. Numquid igitur, Hermia, quodcunque factoris nutu productum esse dicimus, inter mundi elementa numerandum est, an etiam quasi pars mundi una cum universo collocabitur?

B. Utique.

A. An vero liberati sumus, ad perfectionem animi C ac mentis provecti, et tanquam adulterinum rejicientes velle mundi elementis subjacere?

B. Ita sentio.

A. An fide in Filium, tanquam in Filium vere, suscepta, aut quomodo?

B. Eo modo.

A. Igitur factus non erit Unigenitus, ne videatur quidem ipse cum aliis elementis etiam in numerum creaturarum ascriptus, nos autem pueruli, et animi perfectis dotibus vacui, vanisque cogitationibus delusi potius quam spe firma et cognitione Filii nimirum ditati. Quid enim Unigenitus in universum nos juverit, licet propter nos factus homo, nisi creaturæ cultu soluti fuerimus? Sed fidem in D ipsum tanquam in Filium, amplexi, an non, amabo te, frustra fuerimus?

B. Ita certe, siquidem est genitus.

A. Quid vero? Nonne præstantior multo est institutione Christi illa Mosaica, si revera fides est in aliquid creatum? **513** Sed frustra nugari sanctos dixerim, qui vetus mandatum evangelicis oraculis semper postponunt. Quomodo vero lex nihil ad perfectum adduxit [46], sed justus nobis ex fide vivet [47]? Nam fides illa in Filium perdit quidem eos qui ipsam admiserint, lex autem veteribus

[46] Galat. IV, 1-5. [47] Hebr. VII, 19. [47] Rom. I, 17.

Digitized by Google

profuit, si hæreticorum sermonibus attendamus.

B. Quæso, dic quomodo.

A. Impigre sane et alacriter valde. Finge vero mihi dicenda hæc esse proposita.

B. Quænam isthæc ais?

A. Priscis quidem per sapientissimum Mosen lex prodidit: « Audi, Israel: Dominus Deus noster Dominus unus est [48]. » Præterea: « Non facies tibi idolum, neque cujusquam similitudinem, quæcunque in cœlo sursum, et quæcunque in terra deorsum [49]. » Tum ad meliorem frugem revocans, adeoque ab ipsis mundi elementis abducens: « Attende tibi ipsi, inquit, ne respiciens in cœlum, et videns solem, ac lunam, et stellas, et omnem ornatum cœli, errans adores ea [50]. » Ad unum igitur verum et naturalem Deum lex vocabat, abducens prorsus ab errore et malo: statuebat enim creaturam præ Creatore adorandam neutiquam esse, eosque qui vocati erant in hoc confirmabat indicta pœna capitali in eos qui id contemnerent. Verum ista quidem lex: quo in statu porro nos versemur, age, dicamus. Præteriit quidem lex quæ in umbris et figuris prædicabatur, sed lux veritatis effulsit, quandoquidem fidem in Filium suscepimus, tametsi, ut illi volunt, creatum et factum. An non miserrimi quidem nos sumus, tametsi meliorem sortem nacti videmur, longe autem præstantiores ii qui juxta legem edocti sunt Deum unum et naturalem adorare? Et quod absurdius est, illi veritatis luce nondum præditi, verum et naturalem Deum agnoverunt: nos autem inanes, qui cum veritatem nos accepisse gloriemur quæ majoribus nostris data non sit, per eam in errorem decidimus, et divina luce obtenebrati potius quam illustrati misere degimus.

τοὺς ἀρχαιοτέρους ὁ νόμος, εἰ τοὺς τῶν διεστραμμένων παραδεξαίμεθα λόγους.

B. Φράσαις ἂν ὅπως.

A. Ἀοκνότατά γε καὶ μάλα προθύμως. Φάθι δέ με ταυτὶ βεβουλῆσθαι λέγειν.

B. Τὰ ποῖα ἄττα φῄς;

A. Τοῖς μὲν ἀρχαιοτέροις ὁ διὰ τοῦ πανσόφου Μωσέως κατεχρησμῴδησε νόμος· « Ἄκουε, Ἰσραήλ· Κύριος ὁ Θεός σου Κύριος εἷς ἐστι. » Καὶ πρός γε δὴ τούτοις· « Οὐ ποιήσεις σεαυτῷ εἴδωλον, οὐδὲ παντὸς ὁμοίωμα, ὅσα ἐν τῷ οὐρανῷ ἄνω, καὶ ὅσα ἐν τῇ γῇ κάτω. » Ἀποκομίζων δὲ ἔτι πρὸς τὸ ἀμεινόνως ἔχον, καὶ μὴν καὶ αὐτῶν ἀφιστὰς τῶν τοῦ κόσμου στοιχείων· « Πρόσεχε σεαυτῷ, φησὶ, μὴ ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ ἰδὼν τὸν ἥλιον, καὶ τὴν σελήνην, καὶ τοὺς ἀστέρας, καὶ πάντα τὸν κόσμον τοῦ οὐρανοῦ, πλανηθεὶς προσκυνήσῃ αὐτοῖς. » Εἰς ἕνα τοιγαροῦν τὸν ἀληθῶς καὶ φύσει Θεὸν ὁ νόμος ἐκάλει, μεθιστὰς εἰσάπαν τοῦ σφαλεροῦ καὶ χείρονος· ἐπεψηφίζετο γὰρ οὐδαμῶς τὸ χρῆναι τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα προσκυνεῖν, καὶ μὴν καὶ ἀσφαλεστέρους εἰς τὸ ἐρηρεῖσθαι καλῶς ἔν γε τουτῳὶ τοὺς κεκλημένους ἐτίθει, ποινὴν ἐπαρτήσας τοῖς ἐθέλουσι ῥᾳθυμεῖν τὴν εἰς αἷμα ζημίαν. Ἀλλ' ἐκεῖνα μὲν ὁ νόμος· παρῆκται δὲ ὅπου τὰ καθ' ἡμᾶς, φέρε δὴ λέγωμεν. Παρῄχετο μὲν ὁ νόμος, ὡς ἐπὶ σκιαῖς καὶ τύποις κατηγορούμενος, ἀνέλαμψε δὲ τῆς ἀληθείας τὸ φῶς, ἐπείτοι τὴν εἰς Υἱὸν παραδεδέγμεθα πίστιν, καίτοι, κατ' ἐκείνους, γενητὸν ὄντα καὶ πεποιημένον. Ἆρ' οὐ τρισάθλιοι μὲν ἡμεῖς, οἱ ἐν δοκήσει καὶ μοίρᾳ τῇ κρείττονι, πολλῷ δὲ ἀμείνους οἱ κατὰ τὸν νόμον Θεὸν τὸν ἕνα καὶ φύσει δεδιδαγμένοι προσκυνεῖν; Καὶ τό γε παραλογώτερον, οἱ μὲν γὰρ οὕπω πεπλουτηκότες τῆς ἀληθείας τὸ φῶς, τὸν ἀληθῶς καὶ φύσει Θεὸν ἐγνώκασιν· ἡμεῖς δὲ οἱ περιττοὶ, καίτοι λαχεῖν αὐχήσαντες τὴν τοῖς πρὸ ὑμῶν οὐ δεδωρημένην ἀλήθειαν, δι' αὐτῆς πεπλανήμεθα, καὶ φωτὶ τῷ θείῳ κατεσκοτισμένοι μᾶλλον ἤγουν ἐκλελαμπρυσμένοι διατελοῦμεν οἱ δείλαιοι.

B. Quam acuta oratio!

A. Si vero illud etiam didiceris, magis, opinor, mirabere.

B. Quidnam istud?

A. Lex nobis pædagogus fuit in **514** Christum. Ita enim scripsisse beatum Paulum omnino audisti [51].

B. Audii.

A. Inquirendum est igitur cur et quomodo lex pædagogus esset nos ad Christum deducens, hoc est, ad doctrinam et agnitionem Christi. Num ut ad præstantiorem, et quæ antecellebat eam quæ in lege erat, atque in figuris adhuc infossa, aut certe ad viliorem et humiliorem?

B. Ad præstantiorem et illustriorem.

A. Euge, o charum caput; nam quivis cordatus et sapiens vir annuet, et ita rem esse dicet. Itaque si lex pædagogus, cum unum et naturalem Deum prædicet, nos ad Christi mysterium non tanquam

B. Ὡς δριμὺς ὁ λόγος!

A. Εἰ δὲ δὴ κἀκεῖνο μάθοις, καταθαυμάσαις ἄν, οἶμαι, μειζόνως.

B. Τὸ ποῖον;

A. Παιδαγωγὸς ἡμῖν ὁ νόμος γέγονεν εἰς Χριστόν. Γεγραφότος γὰρ ὧδὶ διεπύθου πάντως τοῦ μακαρίου Παύλου.

B. Ἐπυθόμην.

A. Βασανιστέον δὴ οὖν ἐφ' ὅ τι τε καὶ ὅπως· παιδοκόμος ἦν εἰς ἡμᾶς ὁ νόμος εἰς Χριστὸν ἀναφέρων, τουτέστιν, εἰς λόγον καὶ γνῶσιν τὴν ἐπὶ Χριστῷ. Ἆρ' ὡς εἰς ἀμείνω καὶ ὑπερτρέχουσαν τῆς ἐνούσης αὐτῷ καὶ ἐγκεχωσμένης ἔτι τοῖς τύποις, ἤγουν εἰς αἰσχίονα καὶ χθαμαλωτέραν;

B. Εἰς ἀμείνω καὶ φανοτέραν.

A. Εὖγε, ὦ φιλότης· ἅπας γὰρ, οἶμαι, σοφὸς καὶ ἀρτίφρων ἀνὴρ συννεύσειεν ἄν, ὧδέ τε ἔχειν τὸ χρῆμα ἐρεῖ. Οὐκοῦν εἰ νόμος ἡμᾶς ὁ παιδαγωγὸς, καίτοι τὸν ἕνα καὶ φύσει διακηρύττων Θεὸν, οὐχ ὡς

[48] Deut. vi, 4. [49] Deut. v, 8. [50] Deut. iv, 19. [51] Galat. iii, 24.

Digitized by Google

εἰς αἰτίονα γνῶσιν εἰς τὸ ἐπὶ Χριστῷ διακομίζει μυστήριον, Υἱὸς ἂν εἴη μᾶλλον οὐ γενητός, ἵνα μὴ νόμος ἡμᾶς ἀδικήσας ὁρῷτο, μήτε μὴν ὡς προφερεστέραν τῆς εἰς Θεὸν γνώσεως τὴν εἰς ποίημα τιθεὶς, πάγη καὶ θήρατρον διαβολικὸν εὑρίσκοιτο, καίτοι λαληθεὶς δι' ἀγγέλων καὶ δοθεὶς ἡμῖν εἰς ἐπικουρίαν. Νόμον γὰρ εἰς βοήθειαν ἔδωκε, τῶν ἁγίων τις ἔφη. Καὶ εἰ πλήρωμα νόμου καὶ προφητῶν ὁ Χριστὸς, πῶς ἂν ἔχοι τὸ εἶναι σεπτὸς τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς ὁ λόγος; Ἐκτελευτᾷ γὰρ εἰς πλάνησιν τῆς ὅλης γνώσεως οἱονεὶ τὸ συμπέρασμα καταχλεῖον ἡμᾶς εἰς γενητὴν καὶ οὐκ ἄκτιστον φύσιν.

B. Ὀρθότατα ἔφης. Πλὴν οἶμαί τι τοιοῦτον ἐρεῖν τὸν διεναντίας, τὸ πρωτότοκος ὄνομα, τί ἂν βούλοιτο δηλοῦν;

A. Τὸ προὔχειν ἐν ἀδελφοῖς τὸν δεῖνα τυχὸν, καὶ πρεσβυτέραν λαχεῖν ἑτέρων, τὴν διὰ γεννήσεως ὕπαρξιν.

B. Εἶτα πῶς ὠνόμασται, φασὶ, πρωτότοκος πάσης τῆς κτίσεως ὁ Υἱὸς, εἰ μὴ ἀδελφὴν ὥσπερ ἔχει τὴν κτίσιν, ὡς ὁμογενῆ καὶ ὁμοφυᾶ;

A. Φροῦδον οὖν, ὡς ἔοικε, καὶ ἀχρεῖον παντελῶς ἐπ' αὐτοῦ διαφανεῖται λοιπὸν, τὸ Υἱὸς ὄνομα, καὶ φενακισμὸς ἡ γέννησις, καὶ θρύλλος εἰκαῖος ὁ περὶ Πατρὸς ἡμῖν ἥκει λόγος.

B. Οὐδαμῶς, φασί. Πατὴρ γὰρ κέκληται τοῦ Υἱοῦ καταχρηστικῶς, τοιγάρτοι καὶ περὶ τῶν Υἱῶν Ἰσραὴλ, « Υἱοὺς ἐγέννησα καὶ ὕψωσα, » φησίν.

A. Ἆρ' οὖν, εἰ ποιητὸς εἰς υἱοθεσίαν μεθ' ἡμῶν ὁ Μονογενὴς, καὶ νεῦμα μόνον ἡ γέννησις, τὸ δὲ ἀληθὲς ἐκ' αὐτοῦ τὸ πεποιῆσθαί ἐστιν;

B. Οὕτω φασί.

A. Καίτοι τί δή ποτε παρέντες ὡς ἀκερδὲς, τὸ αὐτὴν ἐπείγεσθαι καταθρεῖν τὴν ἀλήθειαν, μονονουχὶ τὸ προφητικὸν ἐκεῖνό φασιν· « Ἐθέμεθα ψεῦδος τὴν ἐλπίδα ἡμῶν, καὶ τῷ ψεύδει σκεπασθησόμεθα; » Εἴρηται γὰρ πρωτότοκος πότε καὶ ἐν τίσι γεγονὼς ὁ Λόγος, χρῆν, οἶμαί που, καὶ πρό γε τῶν ἄλλων ἁπάντων ἀναμαθεῖν, οὕτω τε λοιπὸν εἰς ἐννοιῶν εὐθύτητα τὴν τῶν μυστηρίων πρεπωδεστάτην ἀνορθοῦν ἐπείγεσθαι τὴν καρδίαν. Καιροὶ γὰρ ἡμῖν, καὶ μὴν καὶ προσώπων διαφοραὶ, καταδείξειαν ἂν καὶ μάλα εὐκόλως, τὸν ἁπλανῆ τε καὶ ἀπαράφορον, καὶ ἐξ εὐθείας ἥκοντα λόγον τῶν ἱερῶν Γραμμάτων· ἢ εἴπερ ἔστιν οὐκ ἀληθὲς ὃ φημι, καιροὺς δὲ καὶ χρόνους οὐ βασανιστέον, καθ' οὓς ἄσαρκός τε ἦν ἔτι καὶ μετὰ σαρκὸς ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, καταπτοείτω μηδένα, κἂν ἀδιακρίτως τὰ ἐπ' αὐτῷ λαλῆται τυχὸν, καὶ δυσφημιῶν ἀπέστω γραφή· κἂν εἴ οἰοιτό τις ἐκτεθνάναι κατ' ἀλήθειαν, καίτοι ζωὴν ὄντα κατὰ φύσιν τὸν ἐκ Πατρὸς Λόγον, αἰτείτω κρότους τοὺς πρὸς ἡμῶν, καὶ τοὺς τῆς ἀψευδείας ἐπαίνους· εἰκαιομυθήσει δὲ ἄρα καὶ ὁ σαρκὶ τεθνάναι λέγων αὐτόν. Πᾶν γὰρ ἤδη πως τὸ ἐπ' αὐτῷ, πέφηνεν ἀδιάκριτον.

B Ἔχοι ἂν ὀρθῶς, εἰ τῇδε νοοῖτο, ψόγου γε μὴν καὶ γραφῆς οὐκ ἔξω τὸ χρῆμα.

ad viliorem cognitionem deducit, Filius erit non creatura, ne lex nobis injuriam facere videatur, neve cognitionem creaturæ Dei cognitione præstantiorem statuens, rete et laqueus diabolicus esse comperiatur, quamvis per angelos prædicata et nobis donata in auxilium. Legem quippe in auxilium dedit [82], inquit sanctorum aliquis. Et si plenitudo legis ac prophetarum est Christus, quomodo divinitus inspiratæ Scripturæ sermo sanctus erit? Desinit enim in errorem universæ cognitionis veluti complexio, quæ nos factæ nec increatæ naturæ arctat angustiis.

B. Rectissime dixisti. Verumtamen adversarium aliquid istiusmodi rogaturum puto, nempe vocabulum primogenitus, quid significet?

A. Inter fratres quemdam præesse, et prius in hanc lucem editum esse quam cæteros.

B. At quomodo nominatus est, inquiunt, primogenitus omnis creaturæ Filius [83], nisi quodammodo sororem habeat creaturam puta congenerem et connaturalem?

A. Inane ergo, ut videtur, et inutile prorsus in ipso videbitur tandem illud nomen, Filius, et impostura generatio, et nugæ futiles ea quæ de Patre nobis dicuntur.

B. Minime vero, inquiunt. Pater enim vocatus est Filii abusive, unde et de filiis Israel, « Filios genui, et exaltavi, » inquit [84].

A. An ergo, si adoptatus est nobiscum Unigenitus, solius voluntatis est generatio, veritas autem in eo est, quod sit factus.

B. Ita est, inquiunt.

A. At cur demum, ipsius veritatis contemplationem velut inutilem rejicientes, illud propheticum propemodum dicunt: « Posuimus mendacium spem nostram, et mendacio protegemur [85]? » Quando enim et in quibus dictum sit Verbum primogenitum, ante omnia discendum **515** puto, atque ita demum cor dirigendum ad rectas et mysteriis convenientissimas contemplationes. Tempora enim et personarum discrimina facile utique nobis ostenderint erroris et fraudis expertem esse, et recta procedere sacrarum Scripturarum sermonem: aut, si verum non est quod dico, temporaque et momenta scrutanda non sunt, quibus et carne destitutum adhuc et incarnatum erat Dei Verbum, nemo terreatur, licet promiscue cuncta de eo forte dicantur, et blasphemiæ crimen excludatur; et si quis revera mortuum esse putaverit, tametsi vita est secundum naturam ex Patre Verbum, applaudere nos sibi jubeat, veritatisque laudem sibi arroget: qui autem dixerit ipsum carne mortuum, perperam sane mentietur. Jam enim quidlibet in ipso quodammodo videtur promiscuum et indifferens.

B. Recte quidem, si hoc modo res esse censeatur: verumtamen probro et crimine non caret.

[82] Isa. VIII, 20 sec. LXX. [83] Coloss. I, 15. [84] Isa. I, 2. [85] Isa. XXVIII, 15.

Digitized by Google

A. Non sane, Hermia; et quidem in aliam absurditatem eos egregie detruserit nostra disputatio.

B. In quam dicis?

A. Tributa quidam colligunt, ex legis Mosaicæ præcepto, in bina capita didrachmum unum exigentes. Veniunt ad Petrum rogaturi utrum etiam ipse Christus in aliorum numero censendus esset, et ab eo tributum exigendum, an ipse eo se teneri negaturus esset. Illico divinus discipulus Dominum adit, quid in ea re faciendum esset scire cupiens : sed præveniens Jesus, dixit : « Reges terræ a quibus accipiunt tributum, vel censum? A filiis suis, an ab alienis? » Petro vero dicente: « Ab alienis, » addidit : « Igitur liberi sunt filii. Ut autem non scandalizemus eos, vade ad mare, et mitte hamum, et eum piscem qui primus ascenderit, tolle : et aperto ore ejus, invenies staterem : illum sumens, da eis pro me et te [86]. » Intelligis ergo testimonio illo naturæ suæ confirmasse libertatem? Hæc autem creaturam superat. Creatori enim servit quodcunque productum est. Ita etiam divinus noster David clamabat ad universi dominatorem Deum : « Omnia serviunt tibi [87]. » Igitur Filius nequaquam est conditione servili, nec inter subditos censetur, sed in **516** natura divina et suprema, quæque omnes creaturas transcendit.

A Οὐκ ἂν, ὦ 'γαθὲ, καὶ εἰς ἑτέραν αὐτοὺς ἀτοπίαν κατωθήσειεν ἂν καὶ μάλα νεανικῶς ὁ λόγος.

B. Εἰς τίνα δὴ φῄς;

A. Δασμολογοῦσί τινες, κατὰ νόμον εἰς τοῦτο τὸν διὰ Μωσέως ἐγμένοι, καὶ τὴν τοῦ διδράχμου συνεισφορὰν συλλέγουσιν ὑπὲρ δυοῖν κεφαλαῖν, ἐξαιτοῦντες τὸ ἕν. Ἐπειδὴ δὲ τῷ Πέτρῳ προσῆεσαν, ἀναπυνθάνεσθαι γὰρ ἐδόκει, πότερα καὶ αὐτὸς τοῖς συνεισφέρουσι συντετάξεται, καὶ δασμολογεῖτο Χριστὸς, ἦγουν ἀποφάσκει τὴν εἴσπραξιν, εἰσέθορε μὲν εὐθὺς ὁ θεσπέσιος μαθητὴς τὸ τί ἂν βούλοιτο δρᾶν αὐτοὺς Ἐν γε τουτῳῖ διαμαθεῖν ἀξιῶν· ἤρετο δὲ φράσας ὁ Ἰησοῦς· « Οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, ἀπὸ τίνων λαμβάνουσι τέλη ἢ κῆνσον; ἀπὸ τῶν υἱῶν αὐτῶν, ἢ ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων; » Πέτρου δὲ εἰπόντος· « Ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων, » ἔφη προστιθείς· « Ἄρα γε ἐλεύθεροί εἰσιν οἱ υἱοὶ, ἵνα δὲ μὴ σκανδαλίσωμεν αὐτοὺς, πορευθεὶς εἰς θάλασσαν, βαλὲ ἄγκιστρον, καὶ τὸν ἀναβάντα πρῶτον ἰχθὺν ἆρον, καὶ ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ, εὑρήσεις στατῆρα· ἐκεῖνον λαβὼν, δὸς αὐτοῖς ἀντὶ ἐμοῦ καὶ σοῦ. » Αἰσθάνῃ δὴ οὖν ὅτι τῇ οἰκείᾳ φύσει προσμεμαρτύρηκε τὸ ἐλεύθερον; Τοῦτο δ' ἂν εἴη, τὸ ὑπὲρ κτίσιν· δοῦλον γὰρ τοῦ πεποιηκότος, τὸ παροισθὲν εἰς γένεσιν. Οὕτω καὶ ὁ θεῖος ἡμῖν ἀνακεκράγει Δαβὶδ, πρὸς τὸν τῶν ὅλων κατεξουσιάζοντα Θεόν· « Ὅτι τὰ σύμπαντα, δοῦλα σά. » Οὐκοῦν ἐν μέτροις ἡμῖν οὐχὶ τοῖς δουλοπρεπέσιν, οὐδὲ ἐν τοῖς ὑπὸ ζυγὸν ὁ Υἱὸς, ἀλλ' ἐν φύσει τῇ θείᾳ καὶ ὑπερτάτῃ, καὶ ὑπερθρωσκούσῃ τὰ γενητά.

B. Ita prorsus.

A. An illum igitur, o Hermia, qui tam augusta majestate est conspicuus, servitutis jugo subjiciemus, licet in servi forma descendisse dicatur? At qui non istud ineptum fuerit? Nam si factus est in servi forma, sequitur, opinor, quod ante servi formam degebat utique in libera et soluta natura. Neque enim fuerit id quod erat, sed si ea in quibus erat projecit, ad aliud quiddam jure merito migraverit. Venit igitur nobis non ex servis in servum, sed ex libera natura Filius in servi formam. Sed si nihil est discriminis, si nihil tempus, si personarum discussio nihil hic juvat, et, si nudum adhuc intelligatur et absque carne Verbum, non equidem liberum, sed servum vocetur, et inter subditos numeretur.

B. Ἀληθές.

A. Ἆρ' οὖν, ὦ Ἑρμεία, τὸν οὕτω σεπτῷ κατηγλαϊσμένον ἀξιώματι, τοῖς τῆς δουλείας ζυγοῖς ὑποθήσομεν, εἰ καὶ ἐν τῇ τοῦ δούλου μορφῇ καθικέσθαι λέγοιτο; Καίτοι, πῶς τοῦτο οὐκ ἀμαθές; Εἰ γὰρ γέγονεν ἐν δούλου μορφῇ, φαίην ἄν, ὅτι πρὸ τῆς τοῦ δούλου μορφῆς διετέλει πάντως ἐν ἐλευθέρᾳ τε καὶ ἀνειμένῃ φύσει. Οὐδὲ γὰρ ἂν γένοιτό τι τῶν ὄντων ὃ ἦν, τὸ δὲ ἐν οἷς ἦν εἰ πρόοιτο, τὴν ἐφ' ἕτερόν τι μεταδρομὴν ποιοῖτ' ἂν εἰκότως. Ἧκει τοίνυν ἡμῖν, οὐκ ἐξ οἰκετῶν εἰς οἰκέτην, ἀλλ' ἐξ ἐλευθέρας φύσεως ὁ Υἱὸς, εἰς τὴν τοῦ δούλου μορφήν. Ἀλλ' εἴπερ οὐδὲν τὸ μεσολαβοῦν, εἰ μηδὲν ὁ χρόνος, εἰ προσώπων ἔρευνα τὸ τελοῦν εἰς δύνησιν ἐν τούτοις οὐκ ἔχει, καὶ εἰ γυμνὸς ἔτι νοοῖτο λοιπὸν καὶ δίχα σαρκὸς ὁ Λόγος, ἐλεύθερος μὲν οὐχὶ, διακεκλήσθω δὲ δοῦλος, καὶ ἐπαριθμείσθω τοῖς ὑπὸ ζυγόν.

B. Ubi enim fieri potest ut non illa omni absurditatis genere scateant?

A. Itaque adversarii audiant: Cum tempora et personas scrutari non similis, quo tenditis? Quid agitis, o vos omni malo spiritu pressi atque agitati? quid miscetis quæ misceri nequeunt, tempore, personis et rationibus rejectis, quibus eorum quæ de Filio dicuntur contemplatio clara sit atque distincta? Ubi enim incarnatum non erat Deus Verbum ex Patre genitum, ibi considera divinam majestatem, adhuc impermistam, sinceram, et inconfusam gloriam, libertatem eximiam, æqualem cum

B. Εἶτα πῶς οὐχ ἁπάσης ἡμῖν ἀτοπίας ἀνάμεστα ταυτί;

A. Οὐκοῦν, ἀκουόντων οἱ διεναντίας· Καιροὺς καὶ πρόσωπα βασανίζειν οὐκ ἀνεχόμενοι, ποῖ φέρεσθε, τί δρᾶτε, ὦ παντὶ πνεύματι πονηρῷ παράφοροι καὶ ἀλώσιμοι; τί συγχεῖτε τὰ ἄμικτα, καιροῦ καὶ προσώπων καὶ λογισμῶν ἀφειδήσαντες, δι' ὧν ἂν γένοιτο σαφὴς καὶ λίαν εὐκρινεστέρα τῶν ἐφ' Υἱῷ λαλουμένων ἡ θεωρία; Ὅπου μὲν γὰρ οὐκ ἐν σαρκὶ γεγονὼς Θεὸς ἦν ὁ Λόγος, γεγεννημένος ἐκ Πατρὸς, ἐκεῖ κατασκέπτου τὸ ἀμίκτως ἔτι θεοπρεπὲς ἀξίωμα, τὴν εἰλικρινῆ καὶ ἀσύγχυτον δόξαν, τὸ ἐξῃρημένως ἐλεύθε-

[86] Matth. xvii, 23-25. [87] Psal. cxviii, 91.

Digitized by Google

ρον, τὸ ἰσοσθενὲς τῷ Πατρί. Παρήχθη γὰρ δι' αὐτοῦ πρὸς γένεσιν τὰ οὐκ ὄντα ποτέ. Κοινοβουλία τε καὶ ἰσουργία, καὶ ἡ πρὸς πᾶν ὁτιοῦν ὁμοιότης, γέγραπται διὰ Μωσέως. Εἰσκεκόμικε γὰρ ἡμῖν λέγοντα Θεὸν, δῆλον δὲ ὅτι, πρὸς τὸν ἐξ ἑαυτοῦ καὶ ἑαυτῷ συνυφεστῶτα Λόγον· « Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν. » Τὸ γάρτοι, « ποιήσωμεν, » οὐχ ἑνὶ, πρέποι δ' ἂν μᾶλλον τοῖς ὑπὲρ ἕνα καὶ δύο τισίν. Ἐπειδὴ δὲ, φειδοῖ καὶ ἀγάπῃ τῇ εἰς ἡμᾶς, ἐξ ἐμφύτου καὶ θεοπρεποῦς ἡμερότητος οἱονεὶ κεκινημένος « ἐν μορφῇ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο εἶναι ἴσα Θεῷ, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε μορφὴν δούλου λαβὼν, καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος, ταπείνωσεν ἑαυτὸν, » ποῖος ἡμᾶς ἀναπείσει λόγος, τοὺς, οἵ γε φρονεῖν ὀρθὰ περὶ αὐτοῦ διεσκέμμεθα, τοῖς τῆς κενώσεως μέτροις ἐπιτιμᾶν καὶ κατασμικρύνειν ἐπείγεσθαι τὸν δι' ἡμᾶς καὶ ὑπὲρ ἡμῶν καθέντα πρὸς κένωσιν τὴν ἰδίαν ὑπεροχήν; Τότε γὰρ δὴ καὶ πρωτότοκος ὁ Μονογενὴς, λελόγισται δὲ καὶ ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς ὁ εἷς τε καὶ μόνος, ὡς Υἱὸς ἐκ Πατρός. Καθίκετο γὰρ εἰς ταπείνωσιν, καὶ πέφηνε καθ' ἡμᾶς, οὐχ ἵνα τι πάθοι τῶν ἀδικεῖν εἰωθότων, τὸ εἶναι Θεὸς ἀποβαλὼν, καὶ Υἱὸς ἀληθῶς, ἀλλ' ἵνα τὸ φύσει δοῦλον καὶ γενητὸν, τουτέστιν ἡμᾶς, εἰς τὴν αὐτῷ τε καὶ μόνῳ Κυρίῳ ἐνοῦσαν ἀνακομίσειε δόξαν, υἱοὺς ἀποφήνας Θεοῦ. Ὅταν οὖν ἡμῖν συντάττηται διὰ τοῦ καλεῖσθαι πρωτότοκος, οὐχ ἡμεῖς αὐτὸν εἰς τὸ παρὰ φύσιν ἐκβιασόμεθα, πολλοῦ γε καὶ δεῖ· ἀνακομιεῖ δὲ μᾶλλον αὐτὸς ἡμᾶς, εἰς τὸ ὑπὲρ φύσιν ἐκβεβιάσθαι (1) λέγειν, ἤγουν ἠτῆσθαι τῇ κτίσει, πῶς οὐκ ἀπόπληκτον παντελῶς; Οὐκοῦν γενόμενος καθ' ἡμᾶς, οὐ καθ' ἡμᾶς ἔσται ποθὲν, τὸ ἴδιον ἀποβεβλημένος, ἀλλ' ἡμεῖς δι' αὐτὸν ὑπὲρ ἑαυτοὺς, τῇ τοῦ τιμῶντος χάριτι τὸ τῆς ἰδίας φύσεως ὑπερορώσκοντες μέτρον, καὶ πρὸς τὸ ἄνω καὶ ὑπερκείμενον ἀναθέοντες.

A Patre potentiam. Per ipsum enim producta sunt quæ aliquando non erant. Quinetiam voluntatis communio, et in operando æqualitas, et omnimoda similitudo divinis scriptis est a Moyse consignata. Induxit enim nobis Deum dicentem, nimirum ad Verbum quod in ipso et cum ipso coexsistit : « Faciamus hominem secundum imaginem nostram et ad similitudinem [58]. » Illud enim, « faciamus, » non uni, sed pluribus quam uni et duobus convenit. Quoniam autem misericordia et charitate erga nos ex sua et Deo convenienti motus bonitate, « cum in forma Dei ac Patris esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens, et habitu inventus ut homo, humiliavit semetipsum [59] : » quæ nos ratio B adiget quibus recta doctrina curæ est, ut inanitionis conditionem arguere, ac **517** deprimere statuamus eum qui propter nos et pro nobis majestatem suam ad inanitionem demisit? Tunc enim et primogenitus esse cœpit ille Unigenitus, adeoque reputatus est in multis fratribus ille unus ac solus, tanquam Filius ex Patre. Demisit enim se ad inanitionem, et similis nobis apparuit, non ut in divinitate damnum aliquod senserit, desinens esse Deus ac Filius revera, sed ut id quod natura servum est et creatum, nos videlicet filios Dei reddens ad eam gloriam transferret quæ sibi ac soli Domino inest. Cum igitur inter nos censeatur ex eo quod primogenitus dicitur, non nos ipsum ad aliquid quod sit præter naturam adigemus, multum C abest, sed ipse nos potius ad dignitatem supernaturalem evehet. Etenim divinam et ineffabilem naturam dicere vi adactam esse, aut creaturæ subditam, an non stupidi prorsus est ac vecordis? Itaque factus nobis similis, nobis similis non erit utique, amisso quod suum est, sed nos propter ipsum supra nos ipsos, gratia ejus qui nos honorat, ultra propriæ naturæ conditionem evecti, et ad superiorem et excelsum statum translati.

B. Πῶς ἔφης;

A. Ἢ γὰρ οὐχὶ Πνεύματος γεννητοὶ, καὶ τέκνα Θεοῦ διακεκλήμεθα;

B. Ναί.

A. Τοιγάρτοι καὶ προστετάγμεθα, πατέρα μὲν ἐπὶ γῆς ἀποκαλεῖν μηδένα, Θεῷ γε μὴν ὡς Πατρὶ τὰ D καθ' ἑαυτοὺς προσνέμειν, διὰ τὸν ἐν ἡμῖν γεγονότα πρωτότοκον, καὶ οὐχ ἑτέρου του χάριν, ἢ ἵνα καὶ ἡμεῖς δι' αὐτὸν, υἱοί. Πρέποι γὰρ ἂν οὕτωσὶ τῇ μετὰ σαρκὸς οἰκονομίᾳ ὁ σκοπός. Ποῦ γὰρ ἔτι σοφὸν τὸ Χριστοῦ μυστήριον, εἰ πρό γε τῶν ἄλλων τὴν ἰδίαν αὐτὸς ἠδίκησε φύσιν, οὐδὲν ὀνήσας τὰ καθ' ἡμᾶς; Κατέθορε γὰρ εἰς τὸ εἶναι πρωτότοκος, ἵνα πολλοῖς συντάττηται, καίτοι τὸ ἕτερος εἶναι καὶ ἀμείνων κατὰ φύσιν, παρὰ τὰ, οἷς ἂν συντάττοιτο κατά γε τὸ ἐκείνοις δοκοῦν, οὐδαμόθεν ἔχων.

B. Ἀλλ' ὡς ἐν δόξῃ φησὶν οὐ μετρίως διενεγκὼν,

B. Quomodo dixisti?

A. Annon nati Spiritus et filii Dei vocati sumus?

B. Etiam.

A. Idcirco jussi sumus etiam patrem quidem in terra invocare neminem, sed Deo tanquam Patri nos tradere, propter eum qui inter nos natus est primogenitum, nec aliam ob causam quam ut etiam nos per ipsum filii simus. Hoc enim pacto suus incarnationi quadrabit scopus. Ubi enim demum erit sapiens illud Christi mysterium, si præ cæteris ipse naturæ suæ damnum attulit nobis nihil adjutis? In primogenituram etenim irrupit, ut unus de multis censeretur, quamvis, ut illi existimant, nulla ex parte diversus aut præstantior esse posset iis in quorum ordine censetur.

B. At universæ creaturæ vocatur primogenitus,

[58] Gen. I, 26. [59] Philipp. II, 6-8.

(1) Desunt hic nonnulla.

Digitized by Google

inquiunt, puta quod gloria non parum præstat, et incomparabili excellentia superat ea quæ ejusdem sunt ordinis.

A. Et ubinam illud, incomparabilis in gloria, aut qualis erit excellentiæ magnitudo, quandiu pari ratione cum de ipso, tum de aliis omnibus illud creatum esse dicetur? Sed jam non quærimus quid in gloria et honore præstantius sit, aut minus, sed quidnam sit natura creatum aut productum, et quid isto superius aut ulterius : atque utrum **518** naturam ab aliis diversam sortitus sit Unigenitus, quæ longo post se intervallo relinquat id omne quod creatum esse creditur. An enim si quis discere velit quid sit sol secundum naturam, quid item equus, quærat utrum facta illa sint, et ex rebus quæ non erant natura, aut aliquid aliud præter istud, quidnam ipse diceres?

B. Dicerem esse facta.

A. Quod si præterea inquirat, et urgeat, utrum horum alteri præferendum sit quoad gloriam, numquid risum ille nobis movebit rem adeo dictu facilem ac tam manifestam in disquisitionem vocans?

B. Ita prorsus.

A. Nugæ vero sunt, opinor. Equus enim quomodo aut unde cum sole contendet de gloria? Immenso enim distat intervallo : sed si forte substantiæ in utroque ratio perpendatur, et quid utrumque horum sit consideret aliquis, non discrepabunt invicem in quantum facta sunt, licet gloria tantopere sol antecellat. Cum igitur ratio Filii quæratur, et quid secundum naturam sit nobis propositum sit contemplari, frigida sane et inanis gloriatio est cæteris præponi ac præcellere, si in creaturarum numerum ascribatur et inter nos censeatur, utpote conditus. Prærogativis enim externis nonnulli deaurant ipsum, dum interim eum letali quodammodo vulnere percutiunt, et gloriolarum ac laudum quarumdam splendore blasphemiæ quam in ipsum evomunt ornare simulant fœditatem. Quod enim in universum inter creaturas substantialiter et inter res factas censetur, non utique Deus erit secundum naturam, neque certe Filius ac Dominus, sed quodammodo inter famulos eximius, et inter subditos sola et nuda gloria conspicuus.

B. Recte dicis.

A. Illud porro mihi quoque mirari subit.

B. Quidnam istud?

A. Quippe cum agnoscere et credere nolint Unigenitum semper esse, nugantur, vocabulum istud, primogenitus, simplicioribus opponentes. At quomodo non vere quis ad hoc dicet; si vox illa, primogenitus, in creaturarum ordinem Filium ascribit tanquam in multis fratribus, atque idcirco primogenitum : igitur nec ordinis, nec naturæ ejusdem prorsus esse ostendet vox illa, unigenitus. Erit enim unigenitus quasi non sit alius præter ipsum secundum naturam. Sin autem debeat primogenitus quidem non esse propter illud, unigenitus, sed ne uni-

καὶ ἀσυγκρίτοις ὑπεροχαῖς τὰ συντεταγμένα νικῶν, τῆς ὅλης κτίσεως καλεῖται πρωτότοκος.

A. Καὶ ποῦ τὸ, ἀσύγκριτος ἐν δόξῃ, ἢ ποῖον ἂν εἴη τῆς ὑπεροχῆς τὸ μέγεθος, ἔστ' ἂν ἐν ἴσοις ἡμῖν τοῖς λόγοις κατά τε αὐτοῦ καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων τὸ δεῖν ἐκτίσθαι κατηγοροῖτο; Πολυπραγμονεῖ δὲ ἡμῖν ὁ λόγος εἰς τὸ παρὸν, οὐχὶ τί τὸ ὑπερκύπτον ἢ μειονεκτούμενον κατά γε τὸ ἐν τιμῇ καὶ δόξῃ, ἀλλὰ τί μὲν ἂν εἴη τὸ φύσει κτιστὸν, καὶ παροισθὲν εἰς γένεσιν, τί δὲ τὸ ὑπὲρ τοῦτο καὶ ἐπέκεινα, καὶ εἰ φύσιν ἀπετέμετο τῶν ἄλλων ἐξῃρημένην ὁ Μονογενὴς, ἧς ἂν ἴοι κατόπιν πᾶν τὸ ἐκτίσθαι πεπιστευμένον. Ἆρα γὰρ, εἴ τις ἀναμαθεῖν ἀξιῶν, τί μὲν ἥλιος κατὰ φύσιν, ὦ τᾶν, τί δὲ καὶ ἵππος, λέγοι, Πότερα γενητὰ καὶ ἐξ οὐκ ὄντων τὴν φύσιν, ἤγουν ἕτερόν τι παρὰ τοῦτο; τί ἂν ἔφης αὐτός;

B. Ἔφην ἄν, ὅτι γενητά.

A. Εἰ δὲ δὴ προσπεριεργάζοιτο καὶ προσερωτῴη, λέγων· Τί δὴ οὖν ἄρα τὸ ἐν ἀμφοῖν θατέρου προτετάξεται, κατά γε τὴν δόξαν; ἆρ' οὐκ ἂν ἡμῖν καὶ πρόσφοροι γέλωτα, πεῦσιν οὕτω προθεὶς τὴν ἐναργεστάτην, καὶ τοῖς ἐθέλουσιν ἑτοίμην εἰπεῖν;

B. Καὶ μάλα.

A. Λῆρος δὲ, οἶμαι, τὸ χρῆμά ἐστιν. Ἵππος γὰρ δὴ πρὸς ἡλίου δόξαν, πῶς ἂν ἢ πόθεν ἀμιλλήσηται; Μέτρου γὰρ ἄμεινον τὸ μεσολαβοῦν, ἀλλ' εἰ ταλαντεύοιτο τυχὸν τῆς ἀμφοῖν οὐσίας ὁ λόγος, καὶ τί δὴ τούτων ἑκάτερον εἴη ἂν κατασκέπτοιτό τις, οὐχ ἑτεροίως ἕξει πρὸς ἄλληλα, κατά γε τὸν τοῦ πεποιῆσθαι λόγον, καίτοι τοσοῦτον ἐν δόξῃ διενεγκόντος ἡλίου. Ὅταν οὖν ἡμῖν ἐκβασανίζοιτο λόγος, ὁ ἐφ' Υἱῷ, καὶ τί κατὰ φύσιν ἐστὶ προκέοιτο βλέπειν, ψυχρὸν ἀληθῶς καὶ κατάπλαστον αὔχημα, τὸ προὔχειν ἐν δόξῃ, καὶ προτετάχθαι τῶν ἄλλων οἴεσθαι δεῖν αὐτὴν, εἰ κτίσει συντάττοιτο, καὶ νοοῖτο μεθ' ἡμῶν ὡς πεποιημένος. Ὑπεροχαῖς γὰρ αὐτὸν ταῖς ἔξωθεν κατακρυσοῦσί τινες, πλήττοντες μὲν ὥσπερ εἰς τὰ καιριώτατα, δοξαρίων δὲ καὶ εὐφημιῶν λαμπρότησι κατακαλλύνειν ὑποκρινόμενοι τῆς εἰς αὐτὸν δυσφημίας τὸ ἀτερπές. Τὸ γὰρ ὅλως τῇ κτίσει συντεταγμένον οὐσιωδῶς, καὶ τελοῦν ἐν γενητοῖς, οὔτ' ἂν κατὰ φύσιν εἴη Θεὸς, οὔτε μὴν Υἱὸς καὶ Κύριος ἀληθῶς, ἀλλ' ὡς ἐν οἰκέταις ἐξαίρετον, καὶ ἐν τοῖς ὑπὸ ζυγὸν, ψιλῇ τε καὶ μόνῃ τῇ δόξῃ διενεγκόν.

B. Εὖ λέγεις.

A. Ἔπεισι δὲ δή μοι κἀκεῖνο καταθαυμάσαι.

B. Τὸ τί δή;

A. Παρέντες γὰρ ὥσπερ, τὸ διειδέναι καὶ φρονεῖν, ὅτι καὶ Μονογενής ἐστιν ἀεὶ, λέγουσι φλυάρως τὸ πρωτότοκος ὄνομα, τοῖς ἁπλουστέροις ἐπιτειχίζοντες. Καίτοι πῶς οὐκ ἀψευδὴς εἴη ἄν, εἴ γέ τις ἔλοιτο πρὸς τοῦτο εἰπεῖν· Εἰ τὸ πρωτότοκος ὄνομα συγκαταγράφει τῇ κτίσει τὸν Υἱὸν, ὡς ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς, καὶ διὰ τοῦτο πρωτότοκον, ἀσύνταχτον ἄρα καὶ ἀσυμφυᾶ παντελῶς τὸ, μονογενὴς, ἀποφανεῖ. Ὡς γὰρ οὐκ ὄντος ἑτέρου παρ' αὐτὸν κατὰ φύσιν εἴη ἂν μονογενής. Εἰ δὲ δὴ μέλλοι πρωτότοκος μὲν οὐκ εἶναι διὰ τὸ, μονογενὴς, ἀλλ' οὐδ' αὖ μονογενὴς διὰ τὸ

Digitized by Google

εἶναι πρωτότοκος, ὥρα που τάχα μηδὲ ὑπάρχειν ὅλως οἴεσθαι τὸν Υἱόν. Ἀντιφέρεται γὰρ ἀλλήλοιν, καὶ οἱονεὶ συνδιάλλυται, σφίσιν αὐτοῖς προσπταίοντα, καὶ τὴν τῶν σημαινομένων ἀντεξάγοντα δύναμιν, τὸ πρωτότοκος, καὶ μονογενής. Πῶς γὰρ ἂν ἐφ' ἑνὸς καὶ ταυτοῦ τάττοιτό τε ἑκάτερον καὶ ἀληθὲς ὂν νοοῖτο;

A genitus quidem vicissim sit **519** ex eo quod sit primogenitus, sequitur putandum neque exsistere prorsus Filium. Opponuntur enim inter se, et una quodammodo pereunt mutuo incursu, et rerum significatarum vi et ratione invicem opposita, primogenitus et unigenitus. Quomodo enim de uno et eodem utrumque ponetur, verumque esse censebitur?

B. Οὐκ ἂν ἐτέρως δύναιτο, καθάπερ ἐγῷμαι, μὴ παρειστρεχούσης τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας.

B. Non poterit aliter, ut reor, nisi incarnationis dispensatio simul admittatur.

Α. Ἰσότητος μὲν οὖν, οἶμαι, πέρι, καὶ μὴν ὅτι τῆς τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς οὐσίας παράδειξις ἐναργῶς, καὶ οἱονεί τι σήμαντρον ἀκριβὲς ἡ τοῦ Υἱοῦ φύσις, ἀποχρῶν ἡμῖν εὖ μάλα καὶ σαφῶς ἐξείργασται λόγος. Τὰ γάρ τοι τῆς τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς οὐσίας ἰδικῶς ἐξαίρετα, δέδειχεν ὄντα τοῦ Υἱοῦ, μᾶλλον δὲ πᾶν ὅπερ ἂν λέγοιτο τοῦ Πατρὸς ἴδιον φυσικῶς, τοῦτο ἀπέφηνεν ὄντα τὸν Υἱόν. Οἴει δὴ οὖν, ὦ Ἑρμεία, τοῖς ἑτέρου τυχὸν ἰδιώμασιν, ὡς ἰδίοις ἂν ποτε διαπρέπειν δύνασθαι, τὸ μηδαμόθεν αὐτῷ φυσικῶς ἐνούμενον, διανεμηθὲν δὲ ὥσπερ εἰς ἔκφυλον ἑτερότητα;

Β. Πῶς λέγεις;

Α. Οὐ γὰρ ἕκαστον τῶν ὄντων λόγῳ μὲν φύσεως ἰδίῳ κατασημαίνεται, ταυτότητα δὲ τὴν εἰσάπαν διαδιδράσκον ὁρᾶται πρὸς τὰ λοιπὰ, κἂν εἰ μετεῖναί τι λέγοιτο κοινὸν αὐτοῖς; Ζῶον μὲν γὰρ ἄνθρωπός τε καὶ ἵππος, ἀλλ' ἐφ' ἑκάστῳ τις ἕτερος διέρπει λόγος, ἀποτειχίζων αὐτὸ τῶν ἄλλων, καὶ ἀσύμβατον ἀποφαίνων τὴν εἰς ταυτότητα συνδρομήν, τὴν εἰσάπαν δὴ λέγω καὶ ὁλοσχερῶς. Ἴδιος γάρ τις ἀνθρώπου λόγος, βοός τε, καὶ ἵππου. Εἰ δὲ δή τις ἐξέλοι τὸ μεσολαβοῦν, καὶ τοὺς τῆς οὐσιώδους διαφορᾶς ἀποστήσας λόγους, τὰ τῆς ἀνθρώπου φύσεως ἰδιά τε καὶ πάντα περιθείη τοῖς ἄλλοις, ἆρ' οὐκ ἀνθρώπου φύσιν ἡμῖν ὁρισεῖ, καὶ ἕτερον οὐδὲν ἔσται τὸ δηλούμενον;

Β. Ἀληθές.

Α. Οὐκ οὖν ἀμαθὲς, μᾶλλον δὲ ἦδη πω; καὶ ἀμήχανόν ἐστιν ὁλοτρόπως, δύνασθαι τοῖς ἑτέρου τυχὸν ἰδιώμασι διαγινώσκεσθαί τι, καὶ οὐκ εἶναι νομίζειν αὐτοῦ, τοῦθ' ὅπερ ἐκεῖνο κατὰ φύσιν ἐστὶν, οὗ καὶ τοῖς ἰδιώμασιν ἐπιγινώσκεται;

Β. Ὀρθῶς ἔφης.

Α. Μεῖον οὖν ἄρα κατ' οὐδὲν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, εἰ τοῖς τῆς θεότητος ἰδιώμασιν ὁλοσχερῶς διαπρέπων, ὅ τι ποτέ ἐστι κατὰ φύσιν γινώσκεται. Ταύτῃ τοι καὶ ἔστι χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως τοῦ Πατρός. Δι' αὐτοῦ γὰρ καὶ ἐν αὐτῷ τὴν τοῦ Πατρὸς φύσιν καταθρήσαιμεν ἄν.

Β. Βούλει τι λέγωμεν τῶν ἀναγκαίων εἰς ὄνησιν, ἤγουν ἀνέντες ἦδη σοι τὸ ἀντιτετάχθαι δοκεῖν, τῆς τῶν ἐναντίων δόξης ἐρήμην ὥσπερ ἐῶμεν καταθεῖν τὸν λόγον;

587 A. De æqualitate igitur, et quod Dei ac Patris substantiæ expressio ac verum veluti signaculum sit Filii natura, clare et abunde antea diximus. Quæ enim Dei ac Patris substantiæ peculiaria sunt et eximia, ea demonstravimus esse Filii : imo vero quodcunque dicitur Patris proprium naturaliter, istud esse Filium ostendimus. Existimasne igitur, Hermia, alterius proprietatibus tanquam suis præditum esse posse id quod neutiquam ei naturaliter est unitum, sed alienum est ac peregrinum?

B. Quomodo dicis?

A. Nunquid unaquæque res propria quidem naturæ ratione insignitur, cæterum omnimodam identitatem cum cæteris fugere videtur, licet alicujus rei particeps dicatur quæ sit eis communis? Animal enim sunt homo et equus : sed in utroque exsistit diversa quædam ratio, quæ ipsum ab aliis sejungit, et in unum et idem coalescere prohibet, identitate nimirum omnimoda. Propria enim est quædam hominis ratio, bovisque, et equi. Quod si quis auferat id quod intercedit, et substantialis differentiæ rationes amovens, naturæ humanæ proprietates cæteraque omnia aliis tribuat, an non hominis naturam nobis definiet, ac nihil aliud erit quod significatur?

B. Verum est.

A. Nunquid igitur absurdum, imo vero impossibile plane est alterius proprietatibus aliquid posse cognosci, neque tamen esse istud ipsum quod illud secundum naturam est, cujus etiam proprietatibus agnoscitur?

588 B. Recte dixisti.

A. Nihilo igitur minor est Filius Deo ac Patre, si deitatis proprietatibus prorsus conspicuus agnoscitur esse secundum naturam. Idcirco character etiam est substantiæ Patris. Per ipsum enim et in ipso Patris naturam contemplamur.

B. Vin' tu aliquid utile proferamus, aut certe, contradicendi tibi consilio relicto, nudam quodammodo adversariorum opinionem persequamur?

Digitized by Google

A. Enimvero, amice, dicere potes libere quod libet. Nos vero præsto sumus, omnisque mora rejiciatur, tempore nos etiam nunc ad defendenda veritatis dogmata hortante. Nos autem ut alacriter eo properemus, divinus Petrus instigat, dicens in hunc modum alicubi : « Parati semper estote ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea quæ in vobis est spe [69]. » Spes enim quænam est apud nos alia præter Dominum nostrum Jesum Christum ?

B. Itaque scito illud prorsus dicturos, non esse Deo ac Patri secundum naturæ rationem, aut æqualem, aut similem Filium, qui et sanctificatur ab ipso, et exaltatur, et glorificatur, et corroborari dicitur. Quod enim adoraverit nobiscum, et consummationis diem ignorare se confessus fuerit, ex ipsis sacris Litteris parati sumus ostendere. Singulorum autem dictorum voces et probationes ex Scriptura divinitus inspirata facile tibi commonstravero, si libet.

A. Equidem affectum prope jam mihi certamen putabam, sed etiamnum invalescit, et crescit pugna. Quoniam autem spe frustratus sum, et alii sudores mihi perferendi sunt (confertim siquidem indoctæ adversariorum objectiones ingruunt), age, rursus unicuique seorsum veram et inculpatam doctrinam opponentes, Christi mysterium illos ignorare demonstremus.

B. Enimvero idem tecum iter insistere vehementer avet animus. Neque enim aliter licet explicare et expendere diserte singula. Quod igitur sanctificationis particeps sit Filius, inquiunt, beatus Paulus ostendet scribens de ipso : « Qui enim sanctificat, et qui sanctificantur, ex uno omnes : propter quam causam non confunditur fratres eos vocare, dicens : Nuntiabo nomen tuum fratribus meis [70]. » **589** Præterea sapiens ille Joannes ait Spiritum se vidisse descendentem super eum quasi columbam [70']. Ad hæc ipse quoque dicebat Filius, Judæos alloquens : « Nonne scriptum est in lege vestra, quia Ego dixi, Dii estis? Si illos dixit deos, ad quos sermo Dei factus est, et non potest solvi Scriptura : quem Pater sanctificavit et misit in mundum, vos dicitis quia Blasphemas, quia dixi : Filius Dei sum [71] ? » Innumera alia dicta congeri possunt ejuscemodi nullo negotio, per quæ discas sanctificatum esse a Patre Filium.

A. At quinam sanctificandi modus intelligendus sit, licet de ipso Unigenito ponatur, ex te libens audierim. Plurima enim ejusce rei differentia apud sacras Scripturas cernitur. Quidam enim sanctificari dicuntur, velut in præscientia Dei prævidentis illos laudabilem et rectam vitam ducendo idoneos fore participando sancto Spiritui. Cujusmodi fuerint ii de quibus sapiens scribit Paulus : « Nam quos præscivit, et prædestinavit conformes fieri imaginis

A. Καὶ μὴν, ὦ φιλέταιρε, πάρα μὲν εἰπεῖν ἐλευθέρως τὸ δοκοῦν. Ὄκνου δὲ ἀμείνους ἡμεῖς, καὶ διερρίζωμεν μέλλησις, καιροῦ παραθέοντος εἰς τὸ δεῖν ἐλέσθαι καὶ νῦν τοῖς τῆς ἀληθείας ἡμᾶς συναθλῆσαι δόγμασιν. Ἀναπείθει δὲ, οἶμαι, πρὸς τοῦτο ἰέναι προθύμως καὶ ὁ θεσπέσιος Πέτρος, ὧδέ πη λέγων· « Ἕτοιμοι γίνεσθε ἀεὶ πρὸς ἀπολογίαν, παντὶ τῷ ἀπαιτοῦντι ὑμᾶς λόγον περὶ τῆς ἐν ὑμῖν ἐλπίδος. » Ἐλπὶς δὲ δή τίς ἂν εἴη παρά γε ἡμῖν ἑτέρα, παρὰ τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστόν;

B. Οὐκοῦν, ἴσθι τοι πάντη τε καὶ πάντως ἐκεῖνα ἐροῦντας, ὡς οὐκ ἂν εἴη ποτὲ τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, κατά γε τὸν τῆς φύσεως λόγον, ἢ ἴσος ἢ ὅμοιος ὁ Υἱὸς, ὃς γε καὶ ἁγιάζεται παρ' αὐτοῦ, καὶ ὑψοῦται, καὶ δοξάζεται, καὶ δυναμοῦσθαι λέγεται. Ὅτι γὰρ καὶ προσκεκύνηκε μεθ' ἡμῶν, καὶ τὴν τῆς συντελείας ἡμέραν ὡμολόγηκεν ἀγνοεῖν, ἐξ αὐτῶν ἕτοιμοι τῶν ἱερῶν ἀποφαίνειν Γραμμάτων. Τὰς δὲ ἐφ' ἑκάστῳ τῶν εἰρημένων φωνάς τε καὶ πίστεις, ἀπό γε τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς, παραθείην ἂν εὐκόλως, εἴ γέ σοι δοκεῖ.

A. Καὶ μὴν ἔγωγε παρῃβῆσαι μὲν ἤδη μοι τὸν ἀγῶνα ἐδόκουν, ὁ δέ ἐστιν ἐν ἀκμαῖς ἔτι, καὶ οἱονεὶ σφριγῶσαν ἔχει τὴν ἔφοδον. Ἐπειδὴ δὲ διημάρτηκα τῆς ἐλπίδος, καὶ εἰς ἀρχὰς ἰδρώτων ἑτέρων ἥκομεν, σωρηδὸν γὰρ ἡμῖν τῆς τῶν ἐναντίων σκαιότητος ἐπιθεῖ τὰ προβλήματα, φέρε δὴ πάλιν, ἀναμὲρ ἑκάστῳ τὸν ἀληθῆ καὶ ἀμώμητον ἀντεξάγοντες λόγον, ἐγκεκρικότας ἐλέγχωμεν τὸ Χριστοῦ μυστήριον.

B. Οὐκοῦν εἰμί τοι καὶ μάλα πρόθυμος ἥνπερ ἂν ἕλοιο διαστείχειν αὐτός. Καὶ γάρ τοι καὶ λίαν εἰκρινεστέραν τὴν ἐφ' ἑκάστῳ βάσανον ἐξεργάσαιτ' ἂν ἡμῖν οὐχ ἑτέρως ἢ οὕτως, ὁ λόγος. Ὅτι τοίνυν, φασὶν, ἁγιασμοῦ μέτοχος ὁ Υἱὸς, σαφηνιεῖ γράφων ὁ μακάριος Παῦλος περὶ αὐτοῦ· « Ὅ τε γὰρ ἁγιάζων καὶ οἱ ἁγιαζόμενοι, ἐξ ἑνὸς πάντες· δι' ἣν αἰτίαν οὐκ ἐπαισχύνεται ἀδελφοὺς αὐτοὺς καλεῖν, λέγων· Ἀπαγγελῶ τὸ ὄνομά σου τοῖς ἀδελφοῖς μου. » Καὶ μὴν καὶ σοφός φησιν Ἰωάννης, τὸ Πνεῦμα τεθεᾶσθαι καταβαῖνον ἐπ' αὐτὸν ὡσεὶ περιστεράν. » Καὶ πρός γε τούτοις, καὶ αὐτὸς ἔφασκεν ὁ Υἱὸς, Ἰουδαίοις προσλαλῶν· « Οὐκ ἔστι γεγραμμένον ἐν τῷ νόμῳ ὑμῶν, ὅτι Ἐγὼ εἶπα, Θεοί ἐστε; Εἰ ἐκείνους εἶπε θεοὺς, πρὸς οὓς ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ἐγένετο, καὶ οὐ δύναται λυθῆναι ἡ Γραφὴ, ὃν ὁ Πατὴρ ἡγίασε, καὶ ἀπέστειλεν εἰς τὸν κόσμον, ὑμεῖς λέγετε, ὅτι Βλασφημεῖς, ὅτι εἶπον, Υἱός εἰμι τοῦ Θεοῦ; » Μυρία δ' ἂν τις καὶ ἕτερα καὶ λίαν ἀκονιτὶ τοῖς εἰρημένοις ἐπισωρεύσειε, δι' ὧν ἔνεστι μαθεῖν, ὡς ἡγίασται παρὰ τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱός.

A. Καὶ τίς ἂν νοοῖτο τυχὸν ὁ τοῦ ἡγιάσθαι τρόπος, εἰ καὶ ἐπ' αὐτοῦ τάττοιτο τοῦ Μονογενοῦς, διαπυθοίμην ἂν λέγοντος, ὡς ἥδιστα, σοῦ· πλείστη γὰρ δὴ τοῦ πράγματος ἡ διαφορὰ παρά γε ταῖς θεοπνεύστοις ὁρᾶται Γραφαῖς· ἁγιάζεσθαι μὲν γὰρ λέγονταί τινες, ὡς ἐν προγνώσει Θεοῦ, προαναθροῦντος ὅτι τὴν εὐδόκιμόν τε καὶ ἐννομωτάτην κατωρθωκότες ζωὴν, ἐπιτηδείως ἔξουσι καὶ εἰς τὸ χρῆναι μεταλαχεῖν ἁγίου Πνεύματος· ὁποῖοί τινες εἶεν ἄν, περὶ ὧν

[69] I Petr. III, 15. [70] Hebr. II, 11. [70'] Joan. I, 32. [71] Joan. X, 34-36.

Digitized by Google

ὁ σοφὸς ἐπιστέλλει Παῦλος, ὅτι « Οὓς προέγνω, καὶ προώρισε συμμόρφους τῆς εἰκόνος τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ, εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν πρωτότοκον ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς. Οὓς δὲ προώρισε, τούτους καὶ ἐκάλεσεν. » Ἔφη δὲ Θεὸς καὶ πρὸς τὸν σοφώτατον Ἱερεμίαν· « Πρὸ τοῦ με πλάσαι σε ἐν κοιλίᾳ, ἐπίσταμαί σε, καὶ πρὸ τοῦ σε ἐξελθεῖν ἐκ μήτρας, ἡγίακά σε. » Ἁγιάζονται δὲ αὖ, καὶ ἕτεροί τινες, καίτοι τὸν φύσει Θεὸν οὐκ ἐπεγνωκότες, ἀλλ' οὐ σχέσιν τινὰ καὶ οἰκειότητα τὴν πρὸς τὸ θεῖόν τε καὶ ἅγιον Πνεῦμα κατασημήνειεν ἂν ὁ ἕν γε τούτοις ἁγιασμός, ἀλλ' οἱονεί πως ἀνάδειξιν καὶ παραγωγὴν τὴν εἰς τὸ χρῆναι πληροῦν, ἃ ἂν βούλοιτο Θεός. Καὶ γοῦν Κύρου τε πέρι καὶ Μήδων κατὰ κράτος αἱρήσειν τὴν Βαβυλῶνα μελλόντων, καὶ ὑπὸ θείας εἰς τοῦτο παρενηνεγμένων ὀργῆς, « Γίγαντες ἔρχονται, φησὶ, πληρῶσαι τὸν θυμόν μου, χαίροντες ἅμα καὶ ὑβρίζοντες. » Ἔφη δὲ, ὅτι « Ἡγιασμένοι εἰσὶ, καὶ ἐγὼ ἄγω αὐτούς. » Ἀγγαίῳ δὲ τῷ προφήτῃ φησὶν ὁ Θεός· « Ἐὰν δὲ λάβῃ ἄνθρωπος κρέας ἅγιον, » τὸ, οἶμαι, προσκομισθὲν ἄμωμον θῦμα, καὶ εἰς ὁσμὴν εὐωδίας ἀνατεθειμένον τῷ Θεῷ, κρέας ἅγιον ὀνομάζων. Φαμὲν δὲ ἁγίους, καὶ τοὺς ἀληθῶς διὰ Πνεύματος ἡγιασμένους, οὕτω τε θείας φύσεως κοινωνοὺς ἀναδεδειγμένους. Τίνα δὴ οὖν ἡγιάσθαι τρόπον ἀπονοήσουσι [γρ. ὑπονοήσουσι] τὸν Υἱὸν, συμπαρεζευγμένης ἀναγκαίως τῷ ἡγιάσθαι λέγειν, καὶ τῆς εἰς τόνδε τὸν κόσμον ἀποστολῆς; Ὥδε γὰρ ἔφη Χριστός· « Ὃν ὁ Πατὴρ ἡγίασε, καὶ ἀπέστειλεν εἰς τὸν κόσμον. » Τὸ γὰρ ἐκ τῆς ἀμφοῖν συνδρομῆς οὐκ ἀσυντελὲς, οἶμαί που, πρὸς ὀρθότητα λογισμῶν, εὖ μάλα διαγινώσκεται. Ἀποστέλλων γὰρ ὁ Πατὴρ τὸν Υἱὸν, ἁγιάσαι λέγεται, καὶ οὐχὶ πρὸ τῆς ἀποστολῆς.

B. Ἡγιάσθαι φασὶν αὐτὸν παρὰ τοῦ Πατρός.

A. Ἁγιάσαι δ' ἂν ἑτέρως ὁ Πατὴρ, πλὴν ὅτι διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος;

B. Ναὶ, διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἀλλὰ τί μήν;

A. Ἄθρει δὴ οὖν, ὦ ἑταῖρε, πρὸς ὅσην αὐτοῖς ὁ λόγος τὴν ἀτοπίαν ἐκρεῖ. Εἰ μὲν γὰρ πρὸ τῆς σαρκώσεως καὶ τῆς εἰς τόνδε τὸν κόσμον ἀποστολῆς ἐν μεθέξει Πνεύματος ἦν ὁ Λόγος, κατά γε τὸ ἐκείνοις εὖ ἔχειν ὑπειλημμένον, τί πάλιν αὐτὸ καὶ μετὰ σαρκὸς ἐδέχετο; Περιττὸν γὰρ τὸ χρῆμα, καὶ εἰκαιόβουλον. Ἀλλ' οὐκ ἂν, οἶμαι, τὶς νοῦν ἔχων, τό γε ἐν τούτοις ἁλῶναί ποτε τὴν ἀπόῤῥητον τοῦ Θεοῦ λογιεῖται φύσιν. Οὐ γὰρ ἂν ἁμάρτοι τοῦ πρέποντος, καὶ τὸ ἀμωμήτως ἔχον, οὐκ ἐν παρατάσει μακρᾷ διασκέψεών τε καὶ ἐννοιῶν, ἀλλ' ἐκ πρώτων εὐθὺς ὁρᾷ κινημάτων τῆς ἐνούσης αὐτῇ βουλῆς καὶ σοφίας. Εἰ δὲ, ἐπεί τοι πέφηνε καθ' ἡμᾶς καὶ ἀπεστάλη μετὰ σαρκὸς ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ, τὸ Πνεῦμα πλουτεῖ, καινὴν δὲ ὥσπερ τινὰ τὴν ἐπὶ τῷδε λαμπρὰν ἀποκεκέρδακε χάριν, ποῦ κεκένωκεν ἑαυτὸν, ἀφῖκται δὲ ὅπως εἰς ὑποδιβασμὸν καὶ ταπείνωσιν, γεγονὼς ἐν ἀμείνοσιν, εἰ μὴ ἄρα, φασὶ, καὶ τῶν εἰς λῆξιν ἡκόντων ἀφειδήσαντες κακῶν, καὶ ἦν ἐν αἰσχίοσι, τὸ Πνεῦμα λαβὼν, καὶ τὸ ἁγιάζειν πεφυκὸς κατωθεῖ πρὸς τὸ χεῖρον τοὺς ἐν οἷς ἂν γένοιτο;

A Filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autem prædestinavit, hos et vocavit [73]. » Dixit porro Deus ad sapientissimum Jeremiam : « Priusquam te formarem in utero, novi te, et antequam exires de vulva, sanctificavi te [74]. » Sanctificantur item alii quidam, licet Deum non cognoscant, sed habitudinem et conjunctionem cum sancto Spiritu illorum sanctificatio non significabit, sed dispositionem quamdam et deductionem ad ea facienda quæ Deus velit. Quocirca de Cyro et Medis Babylonem eversuris, et ab ira divina eo adductis : « Gigantes veniunt, inquit, implere furorem meum, gaudentes simul, et contumeliam facientes [75]. » Addidit autem, quoniam Sanctificati sunt, et ego ducam eos [76]. » Aggæo vero prophetæ dicit Deus : B « Si vero sumpserit homo carnem sanctam, » sacrificium, opinor, immaculatum quod offertur et in odorem suavitatis Deo dicatur, carnem sanctam hominans [77]. Sanctos autem esse dicimus etiam eos qui per Spiritum revera sunt sanctificati, atque ita divinæ naturæ participes sunt redditi. Quonam igitur modo sanctificatum esse Filium statuent, cum necessario **590** dicatur simul sanctificatus et in hunc mundum missus? Sic enim locutus est Christus : « Quem Pater sanctificavit, et misit in mundum. » Utriusque etenim concursus ad recte sentiendum non inutilis esse utique cognoscitur. Mittens enim Pater Filium, sanctificare dicitur, et non ante missionem.

C B. Sanctificatum ipsum aiunt a Patre.

A. Pater autem num aliter sanctificaverit quam per sanctum Spiritum ?

B. Enimvero per Spiritum sanctum; quid tum inde?

A. Videsis ergo, amice, quantam in absurditatem effluat oratio. Si enim antequam carnem sumeret et in hunc mundum mitteretur, Spiritus particeps Verbum erat, ut illi sibi persuadent, quid rursus ipsum etiam cum carne suscepit? superfluum enim et inane istud est. Sed nemo sanus, opinor, in animum induxerit in Dei naturam ineffabilem illud cadere posse. Non enim abs re quidquam fecerit, sed quod rectum est, non ratiocinandi mora aut intercapedine, sed primis statim deliberationis et sapientiæ suæ motibus cernit. Sin autem, quandoquidem similis nobis apparuit et missus est cum D carne, in hoc mundo Spiritum accipit, ac novam quodammodo gratiam, illustrem nimirum illam et conspicuam, obtinet, ubinam exinanivit semetipsum [77], et quomodo ad depressionem ac demissionem venit, cum in præstantiori statu versaretur, nisi forsan, inquiunt qui extrema quæque mala nihili faciunt, deterioris erat conditionis accepto Spiritu, et quod natura sua sanctificat, in deteriorem statum propellit eos in quibus fuerit ?

[73] Rom. VIII, 29, 30. [74] Jer. I, 5. [75] Isa. XIII, 3. [76] Ibid. [77] Osee II, 15. [77] Philipp. II, 7.

Digitized by Google

B. At hoc quidem in animum non inducent, opinor : sed sanctificatum esse aiunt, postquam descendit super eum Spiritus in specie columbæ.

A. Ecquis porro ille est qui hoc dixit, simulque vidit descendentem super eum de cœlis Spiritum ?

B. Joannes Baptista testimonium perhibuit, dicens : « Vidi Spiritum descendentem quasi columbam de cœlo, et mansit super eum [78.79].

A. Perpende itaque tempus quo sanctificatus est. Non enim ante adventum sanctificatus est Deus Verbum, sed cum similis nobis factus est, quibus sanctificatio nostræ naturæ fructus non est, sed externa est et ascititia. Alioqui nonne scis naturam hominis initio quidem divini **591** Spiritus participatione locupletatam, et similitudine cum Deo per sanctificationem (idcirco enim facta est ad imaginem creatoris), sed, violato divino mandato donoque amisso, mortis damnatam esse et peccati jugo subditam ?

B. Intelligo.

A. Oportebat igitur, quandoquidem pro insita sibi benignitate lapsum genus in priorem statum reformare volebat Deus, alterum veluti generis principium renasci Christum, et in lucem edi per sanctam Virginem, non tamen carnalem patrem accipere, ut et cum ipso Deum habeamus omnes Patrem, per ipsum et in ipso ad istius gloriæ initia redeuntes. Oportebat, postquam homo factus est, Spiritum accipere, ut, quoniam erat et est inscius peccati, in ipso demum Spiritus inhabitaret ac requiesceret, tanquam in primitiis generis et radice secunda. Hoc enim arbitror alicubi diserte significare divinum Baptistam clamantem de Spiritu, se vidisse nimirum ipsum descendentem de cœlo in specie columbæ, et mansisse super eum ; addidisse vero, mansisse super eum : non enim mansit in nobis, propter prævaricationem, sed in Christo. Natura enim prædita erat in quam peccati labes cadere nequit. Quemadmodum autem rex cum semper sit, et in eodem solio cum Deo ac Patre sedeat, rex constitutus esse dicitur, quando nostri similis homo factus est, et ei superne datum est regnum : et quemadmodum cum semper coexsistat Patri, in Filium per Spiritum æstimatur, propterea quod filiis adoptivis secundum carnem est assimilatus : et sicuti nobis Deo subditis conformatus Deum suum Patrem vocabat, quamvis ipse sit Deus : ita sanctificatus quoque dicitur, sanctificatione ad humanitatem pertinente, aut circa hanc carnem versante, propterea quod hominis natura sanctificationem a se habere nequit. Inest enim hoc divinæ profecto et supremæ naturæ, cujus cum Verbum fructus sit, habebit utique veluti propriam in seipso, naturæ a qua genitus est, sanctificationem.

[78.79] Joan. I, 32.

B. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὐκ ἐννοήσουσι κατά γε τὸ εἰκός· ὅτι δὲ ἡγιάσθαι φασὶ, καταβάντος ἐπ' αὐτὸν τοῦ Πνεύματος ἐν εἴδει περιστερᾶς.

A. Εἶτα τίς ὁ τοῦτο εἰπὼν, ἐποπτεύσας τε ἅμα τὴν ἐξ οὐρανῶν τοῦ Πνεύματος ἐπ' αὐτὸν καταφοίτησιν;

B. Ἰωάννης ὁ Βαπτιστὴς μεμαρτύρηκε λέγων, ὅτι « Τεθέαμαι τὸ Πνεῦμα καταβαῖνον ἐξ οὐρανοῦ, ὡσεὶ περιστερὰν, καὶ ἔμεινεν ἐπ' αὐτόν. »

A. Οὐκοῦν, ἀναμέτρει τὸν τοῦ ἡγιάσθαι χρόνον. Οὐ γάρ τοι πρὸ τῆς ἐπιδημίας ἡγιάζετο Θεὸς ὢν ὁ Λόγος, ἀλλ' ὅτε γέγονε καθ' ἡμᾶς, οἷς οὐ φύσεως καρπὸς ἰδίας, ἀλλ' ἔξωθέν τε καὶ ἐπακτὸς ὁ ἁγιασμός. Ἢ οὐκ οἶσθα, ὅτι πεπλούτηκε μὲν ἐν ἀρχαῖς ἡ ἀνθρώπου φύσις τὸ καὶ θείου Πνεύματος μεταλαχεῖν, καὶ τὸν δι' ἁγιασμοῦ πρὸς Θεὸν ἐξεικονισμόν· ποιήσεται γὰρ καὶ κατὰ τοῦτο κατ' εἰκόνα τοῦ κτίσαντος· ἐπειδὴ δὲ τὴν θείαν λελύπηκεν ἐντολὴν, ἅτε πολήσας τὸ ὦῤον, θανάτῳ κατεδικάζετο, καὶ τῆς ἁμαρτίας ὑπέδυ ζυγόν ;

B. Συνίημι.

A. Ἔδει τοίνυν, ἐπείπερ ἐξ ἡμερότητος τῆς ἐνούσης αὐτῷ τὸ διολισθῆσαν γένος ἀναστοιχειοῦν εἰς τὸ ἐν ἀρχαῖς ἐβουλεύετο Θεὸς, δευτέραν ὥσπερ τοῦ γένους ἀρχὴν ἀναφῦναι Χριστὸν, καὶ ἀπόπαιν μὲν ἀνατλῆναι τὴν διὰ τῆς ἁγίας Παρθένου, μὴ μὴν ἔτι καὶ πατέρα σαρκικὸν ἀνασχέσθαι λαβεῖν, ἵνα καὶ ἐν αὐτῷ Θεὸν ἔχωμεν οἱ πάντες Πατέρα, δι' αὐτοῦ τε καὶ ἐν αὐτῷ τῆς τοιαύτης δόξης εἰς ἀρχὰς ἀναβαίνοντες. Ἔδει γενόμενον ἄνθρωπον τὸ Πνεῦμα λαβεῖν, ἵν' ἐπείπερ ἦν τε καὶ ἔστιν οὐκ εἰδὼς ἁμαρτίαν, ἐμπεπλοχωρηκὸς λοιπὸν ἐν αὐτῷ τὸ Πνεῦμα, καὶ ἀναπαύηται καθάπερ ἐν ἀπαρχῇ τοῦ γένους καὶ ῥίζῃ δευτέρᾳ. Τοῦτ γὰρ οἶμαί που κατασημαίνειν εὖ μάλα τὸν θεσπέσιον Βαπτιστὴν, βοῶντα περὶ τοῦ Πνεύματος, ὡς θεάσαιτο μὲν αὐτὸ καθιγμένον ἐξ οὐρανῶν ἐν εἴδει περιστερᾶς· φάναι δὲ, ὅτι καὶ ἔμεινεν ἐπ' αὐτῷ· οὐ γὰρ (1) μεμένηκε δὲ ἐν Χριστῷ. Φύσεως γὰρ ἦν ἀνεχομένης παθεῖν τὴν ἐξ ἁμαρτίας κηλῖδα. Ὥσπερ δὲ ὑπάρχων ἀεὶ βασιλεὺς, καὶ ὁμόθρονος τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, κεχειροτονῆσθαι λέγεται βασιλεὺς, ὅτε καθ' ἡμᾶς γέγονεν ἄνθρωπος, ᾧ καὶ δοτὸν ἄνωθεν τὸ βασιλεύειν ἐστί· καὶ ὥσπερ ἀεὶ συνυπάρχων τῷ Πατρὶ, εἰς Υἱὸν ὁρίζεται διὰ Πνεύματος, διὰ τὸ τοῖς κατὰ θέσιν υἱοῖς ἐξωμοιῶσθαι κατὰ τὴν σάρκα, καὶ ὥσπερ ἡμῖν τοῖς ὑπὸ Θεὸν συμμορφούμενος, Θεὸν ἑαυτῷ τὸν Πατέρα ἐκάλει, καίτοι Θεὸς ὑπάρχων αὐτός· οὕτω καὶ ἡγιάσθαι λέγεται, χωροῦντος εἰς τὸ ἀνθρώπινον, ἤτοι περὶ τήνδε τὴν σάρκα τοῦ ἁγιασμοῦ, διὰ τὸ μὴ οἰκοθεν ἔχειν δύνασθαι τὴν ἀνθρώπου φύσιν τὸν ἁγιασμόν. Ἔνεστι γὰρ τοῦτο τῇ γε ἀληθῶς θείᾳ τε καὶ ὑπὲρ πάντα φύσει ἧς ἐπείπερ ἐστὶ καρπὸς ὁ Λόγος, ἕξει δή που πάντως ὡς ἴδιον ἐν ἑαυτῷ τῆς τεκούσης αὐτὸν φύσεως τὸν ἁγιασμόν.

(1) Desunt nonnulla.

Digitized by Google

B. Τί γάρ φασι τὸ ἄτοπον, ἐν τῷ ἡγιάσθαι λέγειν παρὰ τοῦ Πατρὸς τὸν Υἱόν;

A. Ἀνακυκλήσας δὴ οὖν ὅπερ ἔφην ἀρτίως, καὶ ἐσαῦθις ἐρῶ. Εἰ μὲν γὰρ καθὸ ἄνθρωπος, ὡς ἄνθρωπον ἡγιάσθαι φασὶν, ἀδιαφορήσειεν ἂν ὁ λόγος, ὡς ἔν γε δὴ τούτῳ τὸ βλάβος οὐδέν. Εἰ δὲ δὴ παρέντες τὸ ἀληθὲς, καὶ παρωθούμενοι τὸ εἰκὸς, εἰς ἀκαλλεστάτην τινὰ καὶ πέρα παντὸς ἰοῦσαν θράσους ἀπολισθαίνουσι γνώμην, αὐτὸν ἡγιάσθαι λέγοντες, τὸν ἐκ Θεοῦ Πατρὸς πεφηνότα Λόγον, ἀπάσης ἡμῖν ἀτοπίας ἐπέκεινα διεκπίπτοι ἂν ὁ λόγος.

B. Οὐκοῦν ἐκδείξειας ἂν τῆς ἔν γε τούτοις ἡμῖν ἀτοπίας τοὺς τρόπους.

A. Καὶ μάλα. Κατοκνήσαιμι γὰρ ἂν ἥκιστά γε, συλλήπτορά τε καὶ ἀρωγὸν, τὸν τῆς ἀληθείας προεστηκότα Χριστὸν ἔσεσθαί μοι προσδοκῶν. Μεθέντες δὴ οὖν τὸ διαμέλλειν ἔτι, τὴν τῶν προκειμένων βάσανον εἰς μέσον ἤδη παράγωμεν, καὶ μοὶ φράσον ἐκεῖνο δὴ πάλιν.

B. Τὸ τί;

A. Τίνος ἴδιον φῶμεν εἶναι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον; πότερα δὴ μόνου τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, ἤγουν καὶ τοῦ Υἱοῦ, ἢ καὶ ἀναμέρος ἑκατέρου, καὶ ἀμφοῖν, ὡς ἕν, ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ διὰ τὴν ταυτότητα τῆς οὐσίας;

B. Οὕτως ἔγωγε φημί.

A. Ὀρθῶς, ὦ ἑταῖρε, καὶ σὲ τῆς ἀγχινοίας ἄγαμαι, καὶ ταῖς θεοπνεύστοις Γραφαῖς εὖ μάλα συμβαίνουσαν τὴν ἐπὶ τῷδε δόξαν εἰρῆσθαί φημι. Νοεῖται μὲν γὰρ ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ ἐν ὑπάρξει τῇ καθ' ἑαυτὸν, ὑφέστηκε δὲ αὖ καὶ ὁ Υἱὸς ἰδικῶς· ἀλλ' εἰ καὶ ἰδίαν ὑπόστασιν ἑκάτερος ἀπετέμετο, τὸν γοῦν εἰσάπαν διορισμὸν οὐ προσίεται. Οὐδὲ γὰρ ἂν διορίζοιτο τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱὸς, ὥσπερ ἄγγελος ἀγγέλου, καὶ μὴν καὶ ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς, ὁ δεῖνα τοῦ δεῖνος, ὅλος ὅλου διεστήξει τυχὸν, οὔτε μὴν καὶ διάμπαξ ἐλάσει τῆς διαφορᾶς ὁ λόγος, ἀναμέρος ὁλοτρόπως ἑκάτερον ἱστάς· ἢ γὰρ ἂν εἶεν καὶ δύο Θεοί· μιᾶς δὲ καὶ μόνης οὔσης τε καὶ νοουμένης θεότητος, ζῶντα καὶ ὑφεστηκότα καταθρήσαιμεν ἂν ἐν Πατρὶ τὸν Υἱὸν, καὶ μὴν καὶ τὸ ἔμπαλιν, τουτέστιν, ἐν Υἱῷ τὸν Πατέρα· χαρακτὴρ γάρ ἐστι τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ.

B. Σύμφημι.

A. Μιᾶς οὖν φύσεως ἓν καὶ τὸ Πνεῦμα, καὶ προχεῖται μὲν οἱάπερ ἀπὸ πηγῆς τοῦ Πατρός· ἔστι γε μὴν οὐκ ἀλλότριον τοῦ Υἱοῦ· γεγέννηται γὰρ οὗτος, τὴν τοῦ Πατρὸς ἰδιότητα πᾶσαν ἔχων ἐν ἑαυτῷ, καὶ ἐπείπερ ἐστὶ τῆς ἀνωτάτω θεότητος ὁ καρπὸς, πῶς ἂν νοοῖτο γυμνὸς τῶν τῆς θεότητος ἀγαθῶν; Ἴδιον δὲ θεότητος ὁ ἁγιασμὸς, οὗ τὸ Πνεῦμα δεικτικόν [γρ. δεκτικόν]. Ἅγιον γὰρ κατὰ φύσιν, καὶ τῆς ὅλης κτίσεως ἁγιαστικόν.

B. Καὶ τίς ἂν γένοιτο τούτων ἡ πίστις, πῶς δ' ἂν μάθοιμι σαφῶς, ὡς ἔστιν ἴδιον τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καθάπερ ἀμέλει τοῦ Πατρός;

A. Οὐ θύραθεν ἡμῖν ὁ μάρτυς, αὐτὸν δὲ εἰσκομίσω βοῶντα Χριστόν· « Ἔτι πολλὰ ἔχω λέγειν ὑμῖν, ἀλλ' οὐ δύνασθε βαστάζειν ἄρτι· ὅταν δὲ ἔλθῃ ἐκεῖνος, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὁδηγήσει ὑμᾶς ἐν τῇ ἀληθείᾳ

B. Ecquid vero absurdi esse aiunt in eo quod dicitur sanctificatus a Patre Filius?

A. Repetam iterum quæ dixi. Si quatenus homo est, ut hominem sanctificatum esse dicunt, indifferens erit oratio, puta in qua damni nihil sit. Si autem, vero ac decoro relicto, in absurdissimum **592** ac prorsus temerarium sensum prolabuntur, ipsum sanctificatum esse dicentes Verbum quod ex Deo Patre processit, ultra omnem absurditatem feretur oratio?

B. Absurditatis, quæso, rationes hic nobis ostendito.

A. Faciam libens. Non enim cunctabor, sperans Christum veritatis præsidem auxilio mihi fore ac subsidio. Missa itaque omni mora, rerum propositarum examen afferamus in medium, et mihi rursus illud dicito.

B. Quid?

A. Cujusnam proprium esse dixerimus sanctum Spiritum? utrum solius Dei ac Patris, an etiam Filii, aut seorsim utriusque, et amborum, tanquam unum, ex Patre, per Filium, propter identitatem substantiæ?

B. Prorsus, inquam.

A. Recte, amice, macte esto hoc mentis acumine, sacris porro Scripturis mirifice consentientem hanc abs te sententiam dictam esse fateor. Intelligitur enim Deus ac Pater in se subsistere, subsistit vero Filius quoque peculiariter: verumtamen licet propriam hypostasim uterque habeat, distinctionem tamen prorsus non admittunt. Neque enim sejungitur a Patre Filius, quemadmodum angelus ab angelo, et inter nos hic ab illo, totus a toto forte separabitur, neque adeo differentiæ ratio in totum abducet, utrumque seorsim plane statuens; alioqui enim essent quoque duo dii: sed cum una et sola sit ac intelligatur deitas, viventem et subsistentem in Patre Filium videbimus, et vice versa, in Filio Patrem. Character enim est substantiæ ejus.

B. Assentior.

A. Unius igitur naturæ unus etiam est Spiritus, et promanat quidem velut a fonte Patre: est tamen haud alienus a Filio. Hic enim genitus est, Patris proprietatem omnem habens in seipso: cumque sit supremæ deitatis fructus, quomodo deitatis bonis carere censebitur? Propria autem res est deitatis, sanctificatio, cujus capax est Spiritus. Sanctus enim est secundum naturam, et universam creaturam sanctificat.

B. Qui tu ejusce rei fidem facies, aut quomodo clare discam proprium esse Filii Spiritum sanctum, sicuti Patris?

A. Testem extrinsecus non quæram, sed ipsum Christum clamantem inducam: « Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Cum autem venerit ille Spiritus **593** veritatis, do-

Digitized by Google

cebit vos omnem veritatem : non enim loquetur a semetipso, sed quæcunque audiet loquetur, et quæ ventura sunt, annuntiabit vobis. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, et annuntiabit vobis. Omnia quæcunque habet Pater, mea sunt : propterea dixi vobis quia de meo accipiet, et annuntiabit vobis [60]. » Annon isthæc sufficiunt ad fidem faciendam sapientibus, quod ipse suum dicit Paracletum (Spiritum enim veritatis ipsum nuncupavit), nec aliam esse ab ipso veritatem? Cum autem addit, « Quia de meo accipiet, » substantialem et naturalem conjunctionem manifeste demonstrat, secundum quam unus est cum ipso Spiritus ejus. Non enim per participationem sapientem fore ab ipso Spiritum ait, neque adeo ministri vice Filii sermones sanctis allaturum, sed non secus ac si flos quidam fragrantia nobilis de odore quem ex se spargit et circumstantium sensibus infundit, dicat, De meo accipiet, naturalem proprietatem significaverit, non autem aliquid per participationem seorsim ac distincte : sic etiam de Filio intelliges ac Spiritu. Spiritus enim sapientiæ ac virtutis cum sit, sapientia utique est ac potestas, efficaciam profundentis integram servans in seipso, et in sua natura utique naturam ejus cujus est exhibens. Cum autem dicat, De meo accipiet, utiliter addit, « Omnia quæcunque habet Pater, mea sunt : propterea dixi vobis quia de meo accipiet. » Quemadmodum enim sanctus est secundum naturam, quoniam Spiritus est sancti Patris : sic etiam sapiens, quoniam sapientiæ est Spiritus : sapientia vero est Filius; neque vero ullo modo dicimus relatione et participatione quadam sanctum et sapientem esse Spiritum, sed substantialiter potius et veluti qualitas quædam naturalis sanctæ et sapientis deitatis, quæ in Patre et Filio esse censetur, et ipso Spiritu. Patris autem Spiritum, Spiritum esse Filii, per se ipse te docebit, dicens : « Cum autem venerit Paracletus, quem ego mittam vobis a Patre, Spiritum veritatis, qui a Patre procedit, ille testimonium, inquit, perhibebit de me [61]. » Intelligis ergo quo pacto tanquam suum nobis promittit se missurum illum a Patre, et Spiritum quidem veritatis nominat, verumtamen ex ipso Patre promanare statuit, adeoque de ipso testimonium laturum prædixit?

B. Et quis, amabo te, testimonii modus intelligetur?

A. Nempe cum operatus sit ea quæ Dei sunt, per manum sanctorum, manifeste **594** contestatus est Deum esse Filium, cujus etiam Spiritus est, sicuti nimirum et Patris.

B. Talium quidem nobis satis est, amice. Quod enim clarum est ac indubitatum, non habet opus suffragatore. Spiritus enim est quoque Filii Spiritus sanctus, nec quemquam repugnaturum prorsus reor. Nihil igitur amplius in ea re cunctatus, ad ea potius nunc te conferas, per quæ discere licet

πάσῃ. Οὐ γὰρ λαλήσει ἀφ' ἑαυτοῦ, ἀλλ' ὅσα ἂν ἀκούσῃ λαλήσει, καὶ τὰ ἐρχόμενα ἀναγγελεῖ ὑμῖν. Ἐκεῖνος ἐμὲ δοξάσει, ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν. Πάντα ὅσα ἔχει ὁ Πατήρ, ἐμά ἐστι· διὰ τοῦτο εἶπον ὑμῖν, ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λαμβάνει, καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν. » Ἢ οὐκ ἀποχρῶν ὁ λόγος εἰς πληροφορίαν τοῖς σοφοῖς, ὡς μέν φησι τὸν Παράκλητον, Πνεῦμα γὰρ ἀληθείας ὠνόμασεν αὐτὸν, οὐχ ἑτέρα δὲ παρ' αὐτὸν ἡ ἀλήθεια; Προστιθεὶς δὲ, « Ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, » τὴν οὐσιώδη καὶ φυσικὴν οἰκειότητα δέδειχεν ἐναργῶς, καθ' ἣν ἔν ἐστι πρὸς αὐτὸν τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ. Οὐ γάρ τοι μεταληπτῶς σοφὸν ἔσεσθαι παρ' αὐτοῦ τὸ Πνεῦμά φησιν, οὔτε μὴν ἐν τάξει τῇ ὑπουργικῇ τοὺς παρ' Υἱοῦ λόγους τοῖς ἁγίοις διακομίσειν· ἀλλ' ὥσπερ ἂν εἴ τι τῶν εὐοσμοτάτων ἀνθέων περὶ τῆς ἐξ ἑαυτοῦ διασκιδναμένης ὀσμῆς, καὶ ταῖς τῶν περιεστώτων αἰσθήσεων ἐμπιπτούσης, λέγοι ὅτι « Ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, » τὴν φυσικὴν οἰκειότητα κατασημήνειεν ἄν, καὶ οὔτι που τὸ ὡς ἐν μοίραις διῃρημένως, ὧδέ πη νοήσεις καὶ ἐφ' Υἱοῦ καὶ Πνεύματος. Πνεῦμα γὰρ σοφίας καὶ δυνάμεως ὄν, σοφία πάντως καὶ δύναμίς ἐστιν, ὅλην ἐξ ὅλου τὴν τοῦ προτέντος ἐνέργειαν ἀποσῶζον ἐν ἑαυτῷ, καὶ ὡς ἂν [γρ. ἐν] ἰδίᾳ φύσει καταδεικνύον εὖ μάλα, τὴν οὗπερ ἐστιν. Ἐπειδὴ δὲ τὸ, « Ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, » φησὶ, προστέθεικεν ἀναγκαίως, ὅτι « Πάντα ὅσα ἔχει ὁ Πατήρ, ἐμά ἐστι· διὰ τοῦτο εἶπον ὑμῖν, ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λαμβάνει. » Ὥσπερ γὰρ ἅγιόν ἐστι κατὰ φύσιν, ἐπείπερ ἐστὶν ἁγίου Πνεῦμα Πατρὸς, οὕτω καὶ σοφὸν, ἐπεί τοι σοφίας Πνεῦμά ἐστι· σοφία δὲ ὁ Υἱός· καὶ οὔτι πού φαμεν, ὡς κατὰ σχέσιν τινὰ καὶ μέθεξιν, ἅγιον καὶ σοφὸν τὸ Πνεῦμά ἐστιν, οὐσιωδῶς δὲ μᾶλλον, καὶ οἱονεί τις ποιότης φυσικὴ τῆς ἁγίας τε καὶ σοφῆς θεότητος, τῆς ὡς ἐν Πατρὶ καὶ Υἱῷ νοουμένης, καὶ αὐτῷ τῷ Πνεύματι. Ὅτι δὲ τὸ τοῦ Πατρὸς Πνεῦμα, Πνεῦμά ἐστι τοῦ Υἱοῦ, αὐτός σε δι' ἑαυτοῦ μυσταγωγήσει, λέγων· « Ὅταν δὲ ἔλθῃ ὁ Παράκλητος, ὃν ἐγὼ πέμψω ὑμῖν παρὰ τοῦ Πατρὸς, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται, ἐκεῖνος μαρτυρήσει, φησὶ, περὶ ἐμοῦ. » Συνίης οὖν, ὅπως ὡς ἴδιον ἐπαγγέλλεται καταπέμψειν ἡμῖν τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς, καὶ Πνεῦμα μὲν ἀληθείας ἀποκαλεῖ, προχεῖσθαί γε μὴν ἐξ αὐτοῦ διωρίσατο τοῦ Πατρὸς, καὶ μὴν ὅτι καὶ μαρτυρήσει περὶ αὐτοῦ προμεμήνυκε;

Β. Καὶ τίς ἂν νοοῖτο τῆς μαρτυρίας ὁ τρόπος;

Α. Ἐπειδὴ γὰρ ἐνήργηκε τὰ Θεοῦ διὰ χειρὸς ἁγίων, μεμαρτύρηκεν ἐναργῶς, ὅτι Θεός ἐστιν ὁ Υἱὸς, οὗ καὶ Πνεῦμά ἐστι, καθάπερ ἀμέλει καὶ τοῦ Πατρός.

Β. Ἄλις μὲν ἡμῖν τῶν τοιούτων, ὦ τᾶν. Τὸ γὰρ τοι σαφὲς καὶ ἀναμφιλόγως ἔχον, δέοιτ' ἂν οὐχὶ τοῦ συνειπεῖν ἠρημένου. Πνεῦμα γάρ ἐστι καὶ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ ἀντερεῖν οἶμαι παντελῶς οὐδένα. Τριβὴν οὖν καὶ πόνον αὐτὸν ἐπὶ τῷδε μεθεὶς, ἴοις ἂν μᾶλλον ἐπ' ἐκεῖνα νυνὶ, τὰ, δι' ὧν ἔνεστιν

[60] Joan. xvi, 12-15. [61] Joan. xv, 26.

Digitized by Google

ἀναμαθεῖν, ὅτι κατὰ φύσιν ἅγιος ὁ Υἱὸς, καὶ οὐ κατὰ μέθεξιν ἐκ Πατρός.

A. Καὶ μὴν, ὡς ἐγῷμαι, πᾶς τις οὖν εἴ γε νοῦν ἔχοι, κατατεθήποι ἄν, εἴπερ ἴδιον εἶναι διοριζόμενοι τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ, καταψηφιοῦνται πάλιν αὐτοῦ τὴν μέθεξιν, καὶ τὸν ἐκ Θεοῦ Πατρὸς διὰ Πνεύματος ἁγιασμὸν, εἰσκεκρίσθαι τέ φασι, καὶ δοτὸν ὡς οὐκ ἔχοντι γενέσθαι ποτέ. Καίτοι τί δήποτε τῆς ἐντεῦθεν ἀτοπίας τὰ βλάβη βασανίζειν οὐκ ἀνεχόμενοι, ἐπὶ μόνον ἴενται καὶ τοῦτο ἀκατασκέπτως, τό σφισιν αὐτοῖς ἡδύ; Μετάσχοι γὰρ ἂν ὁ Υἱὸς τοῦ Πνεύματος, κατὰ τίνα δὴ τρόπον, ὡς θύραθεν ἐπεισθέοντος; Μέτοχον γὰρ ἑαυτοῦ παντελῶς οὐδέν. Ἀλλ' οὐκ ἔν γε τῷ σοφῷ καὶ ἀκριβεῖ λογισμῷ, τὰ φύσει προσόντα τισὶ, τὴν τῶν εἰσποιήτων ὑποκρίναιτο δόξαν, ἥγουν ἐν τοῖς τῶν ὀθνείων τετάξεται λόγοις. Πῶς οὖν διὰ Πνεύματος ἡγιάσθαι φασὶ, καίτοι λέγοντα σαφῶς περὶ τοῦ Πνεύματος· « Ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν; » Καὶ τοῦτό φαμεν οὐ μεθεκτῶς εἶναί τι πιστεύοντες τῶν ἐν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, παντέλειον γὰρ καὶ ἀνενδεὲς κατ' ἰδίαν ἐστὶ φύσιν τε καὶ ὕπαρξιν· ἐκεῖνο δὲ μᾶλλον καταση μαίνοντες, ὅτι τῆς τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς οὐσίας, καὶ τοῦ κατὰ φύσιν ἐξ αὐτοῦ τε καὶ ἐν αὐτῷ πεφηνότος Λόγου Πνεῦμα ὑπάρχον, πᾶν ὅπερ ἐστὶ τῆς θεότητος ἴδιον, κατὰ φύσιν ἐπάγεται, πηγὴν μὲν ὥσπερ ἔχον αὐτὴν, προχεόμενον δὲ ὥσπερ ἐκ τοῦ Πατρὸς, διὰ τοῦ Υἱοῦ, καὶ ἁγιάζον τὴν κτίσιν. Εἰ δὲ δὴ καὶ αὐτὸν οἴονται μεθ' ἡμῶν ἡγιάσθαι τὸν Λόγον, τὰ ἐκ φληνάφων εἰς τοῦτο συλλέγοντες λογισμῶν, φραζόντων ἐκεῖνο.

B. Τὸ τί δή;

A. Τῇ τῶν γενητῶν φύσει τὸ Πνεῦμα προσομιλοῦν, ὑνίνηται μὲν αὐτὴν ὁμολογουμένως· γένοιτο δ' ἄν, ὦ γαθὲ, τίς ὁ τοῦδε τρόπος; ἁγίαν αὐτὴν ἀποτελεῖ.

B. Οὐκοῦν ἐκδείξειας ἄν, ἀσαφείας δίχα. Συνίημι γὰρ οὔτι που. τί δὲ δὴ τοῦτό ἐστι τὸ ἁγίαν ἀποτελεῖν, φράσαις ἂν ἐθέλοντί μοι.

A. Καὶ μάλα. Τὴν γάρ τοι κτίσιν τὴν λογικὴν, ἁμαρτίας ἀμείνω καὶ τῆς εἰς φαυλότητα παρατροπῆς ἀποφαῖνον, μεταμορφοῖ πρὸς εἰκόνα τοῦ κτίσαντος δι' ἁγιασμοῦ· ἅγιος γὰρ ὁ πάντων Δημιουργὸς, διὸ καί φησιν· « Ἅγιοι ἔσεσθε, διότι ἐγὼ ἅγιος. »

B. Ὀρθότατα ἔφης.

A. Ἐκτίσμεθα γὰρ καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ, κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν Θεοῦ. Τὸ δὲ δὴ τὸν θεῖον ἡμῖν ἐμποιοῦν ἐξεικονισμὸν, εἴη δή που πάντως ἂν ὁ ἁγιασμὸς, τουτέστιν, ἡ ἐν Πνεύματι μέθεξις τοῦ Υἱοῦ. Καὶ γοῦν, ὅτε πρὸς παρατροπὴν ἡ ἀνθρώπου φύσις διωλίσθε, καὶ τὸ τῆς εἰκόνος κάλλος παρεσημαίνετο, κεκαινουργήμεθα πρὸς τὸ ἀπαρχῆς, ἀναστοιχειούμενοι διὰ Πνεύματος εἰκόνα τοῦ κτίσαντος, δῆλον δὲ ὅτι τοῦ Υἱοῦ, δι' οὗ τὰ πάντα παρὰ τοῦ Πατρός. Καὶ γοῦν ὁ σοφώτατος Παῦλος, « Τεκνία, φησὶν, οὓς πάλιν ὠδίνω ἄχρις οὗ μορφωθῇ Χριστὸς ἐν ὑμῖν. » Καὶ μὴν ὅτι τὸ τῆς ἐνθάδε λεγομένης μορφώσεως εἶδος, διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐνσημαίνεται ταῖς ἡμετέραις

A secundum naturam sanctum esse Filium, et non secundum participationem ex Patre.

A. Atquî nemo non sanæ mentis, ut reor, mirabitur quod cum proprium esse Filii Spiritum statuant, et rursus participationem ascribant, et ex Deo Patre per Spiritum sanctificationem adventitiam esse dicant, et aliquando datam ceu non habenti. At cur absurditatis quæ hinc sequitur examinari damna non ferentes, ad solam suam feruntur inconsiderate libidinem? Quo pacto enim Filius sui Spiritus particeps fuerit, ceu extrinsecus invecti? Nihil enim plane suimet est particeps. Sed si recte saneque ratiocinari volumus, quæ natura insunt aliquibus, nequaquam velut adventitia censebuntur, aut rerum externarum loco erunt. Quomodo igitur B per Spiritum sanctificatum esse aiunt, cum clare dicat de Spiritu: « Quoniam de meo accipiet, et annuntiabit vobis? » Atque hoc dicimus, non quod credamus esse per participationem aliquid eorum quæ sunt in Spiritu (perfectissimus enim est ac nullius indigus natura sua): sed illud potius significamus, quod cum Dei ac Patris substantiæ et Verbi secundum naturam ex ipso et in ipso effulgentis Spiritus sit, omne id quodcunque deitatis proprium secundum naturam est, asciscit, fontem quodammodo ipsam habens, et ex ipso veluti Patre promanans per Filium, et sanctificans creaturam. Jam si Verbum ipsum quoque nobiscum sanctificatum esse putant, stultas ad id probandum ratiunculas colligentes, dicant, quæso. C

B. Quidnam?

A. Cum rerum creatarum naturæ Spiritus se communicat, juvat quidem ipsam procul dubio. At qui demum illud fit, amice? sanctam ipsam reddit.

B. Ostende ergo citra obscuritatem. Nequaquam enim capio. Quid porro illud sit, sanctam reddere, quæso, mihi edisseras.

A. Faciam libens. Creaturam enim rationalem peccato et conversione ad vitium **595** superiorem efficiens, transformat eam ad imaginem Creatoris per sanctificationem. Sanctus enim est Creator universi: idcirco ait: « Sancti estote, quoniam ego sanctus sum [82]. »

B. Rectissime dixisti.

A. Ipsi enim creati sumus etiam ad imaginem et D similitudinem Dei [83]. Id autem quod divinam nobis imaginem indit, utique est sanctificatio, hoc est, participatio Filii in Spiritu. Unde cum in vitium delapsa sit natura hominis, et imaginis pulchritudinem adulterarit, in pristinum statum renovati sumus, reformati per Spiritum ad imaginem Creatoris, Filii nimirum, per quem omnia a Patre. Quocirca sapientissimus Paulus: « Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis [84]. » Porro speciem ejusce formationis per Spiritum sanctum animabus nostris imprimi, ipse ostendet clamans: « Nos vero omnes revelata fa-

[82] Levit. XIX. 26. [83] Gen. I, 26. [84] Galat. IV, 19.

Digitized by Google

cie gloriam Domini speculantes, in eamdem imaginem transformamur a claritate in claritatem, tanquam a Domini Spiritu. Dominus autem Spiritus est [85]. »

B. Rectissime dixisti.

A. Itaque creaturæ quidem et rebus productis adventitia est sanctificatio : ab se enim eam non habent, proindeque deperdi potest, et quæ ea sunt prædita sua sponte in pravum declinant. Etenim angelorum natura præceps etiam decidit, et quidam non servarunt suum principatum, ut scriptum est [86]. Nos autem prævaricationis quoque rei sumus. Nunquid ergo, si quis existimet ipsi Filio adventitiam esse quoque sanctificationem, utique dicturus est ipsum etiam pati posse prævaricationem? Patietur enim utique id quod pati potest, etiamsi nondum pati dicatur.

B. Verum est.

A. Quid vero, amice? nonne ratio fateri nos coget id quod sanctificatum esse dicitur, aliquando non esse sanctum? Ad sanctificationem quippe vocari arbitror id quod est, ex eo quod non est, quando et sanctificatur.

B. Necesse est.

A. Quod autem nondum sacrum ac sanctum est, peccati non est expers, imo vero adhuc vitiorum morbis obnoxium est, siquidem sanctificatio, peccati abstersio est atque abjectio.

B. Assentior.

A. Itaque si sentire ac dicere velint una cum creaturis sanctificatum esse Filium, non difficile erit invenire tempus quo erat adhuc infirmus natura, necdum expers peccandi : sed qui talis intelligitur et est, quomodo esset etiam **596** imago Dei ac Patris [87]? quomodo splendor et character substantiæ ejus [88]? Non enim in tempore factus est character, sed hoc erat secundum naturam, et in principio. At quomodo sanctum non erat purum illud et sincerum Patris decus, et ipse substantiæ character? Nunquid necessaria plane ratio nos adiget ut dicamus ne ipsum quidem Patrem sanctum esse?

B. Ita prorsus. Omnino enim sequetur eadem cum imaginibus censenda esse ea quorum sunt imagines.

A. Cur autem, o charum caput? Nunquid enim seipsum esse veritatem ait Filius, et lux vera apud Scripturas divinas est nuncupatus?

B. Omnino.

A. At nunquid ignorantiæ suæ nugas nobis obtrudere deprehendentur, si naturali sanctificatione veram lucem carere, dicunt? Si enim veram lucem sanctificatam esse dicunt, nihil aliud quam istud plane asserent, illam cum sancta minime quidem esset in sua natura, sanctam aliquando factam esse.

[85] II Cor. III, 17, 18. [86] Jud., 6. [87] II Cor. IV, 4. [88] Hebr. I, 3.

A ψυχαῖς, αὐτὸς ἐκδείξει βοῶν, « Ἡμεῖς δὲ πάντες, ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ τὴν δόξαν Κυρίου κατοπτριζόμενοι, τὴν αὐτὴν εἰκόνα μεταμορφούμεθα ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν, καθάπερ ἀπὸ Κυρίου Πνεύματος· ὁ δὲ Κύριος τὸ Πνεῦμά ἐστιν. »

B. Ἄριστα ἔφης.

A. Οὐκοῦν, κτίσει μὲν καὶ ποιήμασι δοτὸς ὁ ἁγιασμός, οἰκοθεν γὰρ οὐκ ἔχει, καὶ γοῦν ἐστι καὶ ἀπέμπτος, καὶ αὐτόκλητον ἂν ἔλοι τὴν παρατροπὴν τὰ πεπλουτηκότα. Διώλισθε γὰρ καὶ ἀγγέλων φύσις, καὶ οὐ τετηρήκασί τινες τὴν ἑαυτῶν ἀρχὴν, κατὰ τὸ γεγραμμένον. Ἐνεχόμεθα δὲ καὶ αὐτοὶ ταῖς τῆς παραβάσεως αἰτίαις. Ἆρ' οὖν, εἴπερ τις οἴοιτο, καὶ αὐτῷ τῷ Υἱῷ δοτὸν εἶναι τὸν ἁγιασμὸν, οὐχὶ
B πάντη τε καὶ πάντως ἐρεῖ τὸ καὶ παθεῖν δύνασθαι τὴν παρατροπήν; Πάθοι γὰρ ἂν τὸ παθεῖν δυνάμενον, καὶ εἰ μήπω λέγοιτο παθεῖν.

B. Ἀληθές.

A. Τί δὲ, ὦ φιλότης; τὸ ἡγιάσθαι λεγόμενον, οὐχ ἅπας ἡμᾶς ἀναπείσει λόγος, ἅγιον οὐκ εἶναι ποτέ; Κεκλῆσθαι γὰρ οἶμαι πρὸς ἁγιασμόν, ἐκ τοῦ μὴ εἶναι τοῦθ' ὅπερ ἐστὶν, ὅτε καὶ ἁγιάζεται.

B. Ἀνάγκη.

A. Τὸ δὲ οὔπω σεπτόν τε καὶ ἅγιον, οὐκ ἀνάλωτον ἁμαρτίαις, μᾶλλον δὲ ἤδη νοσοῦν τὴν εἰς τὸ φαῦλον διαβολὴν, εἴπερ ἐστὶν ὁ ἁγιασμὸς, φαυλότητός τε καὶ ἁμαρτίας ἀποτριβὴ, καὶ ἀπόθεσις.

B. Σύμφημι.

C A. Οὐκοῦν εἴπερ ἔλοιντο νοεῖν τε καὶ λέγειν, συνηγιάσθαι τοῖς κτίσμασι τὸν Υἱὸν, οὐ δυσάρετος [γρ. δυστεύρετος] ὁ καιρὸς, καθ' ὃν ἦν ἔτι τὴν φύσιν ἀσθενὴς, καὶ ἀμείνων οὔπω τοῦ πεφυκέναι πλημμελεῖν ἀλλ' ὧδέ τε ἔχων καὶ νοούμενος, πῶς ἦν ἄρα καὶ εἰκὼν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός; πῶς δὲ καὶ ἀπαύγασμα καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ; Οὐ γὰρ ἐν χρόνῳ γέγονε χαρακτὴρ, ἀλλ' ἦν τοῦτο κατὰ φύσιν καὶ ἐν ἀρχῇ. Εἶτα πῶς οὐχ ἅγιον ἦν, τὸ ἀκραιφνὲς τοῦ Πατρὸς καὶ εἰλικρινέστατον κάλλος, καὶ αὐτὴς τῆς οὐσίας ὁ χαρακτήρ; Ἢ οὐκ ἐξ ἀνάγκης ἀφύκτου λοιπὸν συνωθήσειεν ἂν καὶ οὐχ ἑκόντας ἡμᾶς ὁ λόγος εἰς γε τὸ χρῆναι λέγειν, μηδὲ αὐτὸν ἅγιον εἶναι τὸν Πατέρα ποτέ;

D B. Πάνυ μὲν οὖν. Ἕψεται γάρ που πάντως, τὸ δεῖν ταῖς εἰκόσιν ὁρᾶσθαι ταυτοειδῆ, τὰ ὧνπερ ἂν εἶεν εἰκόνες.

A. Τί δὲ, ὦ φιλότης; οὐ γὰρ ἑαυτὸν εἶναί φησιν ἀλήθειαν ὁ Υἱὸς, καὶ φῶς τὸ ἀληθινὸν, παρά γε ταῖς θείαις κατωνόμασται Γραφαῖς;

B. Καὶ μάλα.

A. Εἶτα οὐ μάτην ἐρραψῳδηκότες ἡμῖν τὰ ἐξ ἀμαθίας ἀλοῖεν ἄν, εἰ τοῦ κατὰ φύσιν ἁγιασμοῦ τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν δεδεῖσθαί φασι; Διισχυρίζονται γὰρ ἕτερον οὐδὲν, ἢ τοῦτο σαφῶς, ἡγιάσθαι λέγοντες τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, τὸ ἥκιστα μὲν ἅγιον ἐν ἰδίᾳ φύσει, γεγονὸς δὲ τοῦτό ποτε.

Digitized by Google

Β. Οὐ γὰρ οἶν.

Α. Ὁ δὲ καὶ ἐν τάξει τοῦ δύνασθαι πλημμελεῖν, τὸ κατά τι γοῦν ὅλως ψευδομωθεῖν παρωθούμενος· « Οὐ γὰρ ἐποίησεν ἁμαρτίαν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ, » καθὰ γέγραπται· τί μὴ μᾶλλον ἐφ' ἑαυτῷ κατερυθριάσας οὐδὲν, ἡγιάσθαι μὲν ἔφασκε παρὰ τοῦ Πατρὸς, προσετίθει δὲ τούτοις οὐδὲν, ἀπαυθαδίζεται δὲ, καὶ εἰς τοῦτο προήκει λόγων μεγαλοπρεπείας καὶ ὑπερβολῆς, ὡς ἀνυποστόλως εἰπεῖν, « Ὑπὲρ αὐτῶν ἐγὼ ἁγιάζω ἐμαυτόν; »

Β. Πῶς οὖν ἄν τις ἴδοι τὸ ἀληθές;

Α. Εἰ διαλογίζοιτο σοφῶς, ὅτι κατὰ φύσιν ἅγιος ὢν ὡς Θεὸς, ἡγιάζετο μεθ' ἡμῶν, καθὸ ἄνθρωπος, τῷ ἰδίῳ Πνεύματι τὸν οἰκεῖον αὐτὸς καταχρίων ναόν.

Β. Πῶς οὖν ὁ Πατὴρ αὐτὸν ἁγιάσαι λέγεται;

Α. Ὅτι πάντα παρὰ Πατρὸς δι' Υἱοῦ ἐν Πνεύματι. Ἁγιάζοντα δὲ καὶ ἁγιαζόμενον τὸν φύσει τε καὶ ἀληθῶς Υἱὸν, ὅτι γέγονεν ἄνθρωπος, εἰσκεκόμικεν ἡμῖν ὁ τοῦ Παύλου λόγος· « Ὅ τε γὰρ ἁγιάζων, φησὶ, καὶ οἱ ἁγιαζόμενοι, ἐξ ἑνὸς πάντες· δι' ἣν αἰτίαν οὐκ ἐπαισχύνεται αὐτοὺς ἀδελφοὺς καλεῖν, λέγων, Ἀπαγγελῶ τὸ ὄνομά σου τοῖς ἀδελφοῖς μου. » Ἁγιάζει μὲν γὰρ αὐτὸς, ἅγιος ὢν κατὰ φύσιν, ὡς Θεός· ἁγιάζεται δὲ μεθ' ἡμῶν, κατὰ τὸ ἀνθρώπινον, ὅτε τὴν πρὸς ἡμᾶς ὁμοίωσιν ὑπελθὼν, καὶ κατ' αὐτὸ δὴ τοῦτο ἡγιάσθαι φημὶ, καίτοι τῶν ὅλων κατεξουσιάζων ὡς Θεὸς, ἀδελφοὺς ἡμᾶς οὐκ ἐπαισχύνεται καλεῖν.

Β. Ἀλλὰ, Ναὶ, φασὶν, οὐκ ἂν διαψεύσαιτο λέγων ἡγιάσθαι παρὰ τοῦ Πατρὸς, καὶ τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκονομίας ἐξῃρημένης. Καὶ γὰρ, ἐν ἐσχάτοις μὲν τοῦ αἰῶνος καιροῖς, πέφηνεν ἄνθρωπος, ἀλλ' ἦν καὶ πρὸ τούτου τοῖς εἰς τὸ εἶναι κεκλημένοις ὁ Μονογενὴς, καὶ ἀδελφὸς τῶν πεποιημένων, καθὸ καὶ αὐτὸς οὐκ ἀγένητός ἐστι τὴν φύσιν, πεποίηται δὲ παρὰ τοῦ Πατρός. Ἀληθεύει δὴ οὖν, καὶ ἀδελφοὺς ἡμᾶς ἀποκαλῶν, καὶ συνηγιάσθαι λέγων.

Α. Ἀλλ', ὦ πρὸς πάντα ἰόντες ἑτοίμως, καὶ τὰ πέρα λόγου καὶ τοῦ καθήκοντος λογισμοῦ, ποῖ ποτε ἄρα καὶ νῦν ὁ θρασὺς ὑμῖν οὑτωσὶ καὶ ἀπόπληκτος ἐκτελευτήσει λόγος, ἐννοεῖν οὐκ ἔχω. Ὅτι μὲν γὰρ οὐ γενητὸς ὁ Υἱὸς, οὐ τοῖς παρ' ὑμῶν μαντεύμασι, προσεκτέον δὲ μᾶλλον τοῖς ἱεροῖς τε καὶ θείοις μυσταγωγοῖς, οἷς καὶ αὐτὸς ὁ Χριστὸς ἐντέταλται λέγων· « Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη. » Ἔφη τοίνυν ὁ Ἰωάννης ἡμῖν ἐναργῶς περὶ τοῦ Υἱοῦ· « Καὶ οἴδαμεν ὅτι ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἥκει, καὶ ἔδωκεν ἡμῖν διάνοιαν, ἵνα γινώσκωμεν τὸν ἀληθινὸν Θεόν· καὶ ἐσμὲν ἐν τῷ ἀληθινῷ, ἐν τῷ Υἱῷ αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστῷ. Οὗτός ἐστιν ὁ ἀληθινὸς Θεὸς, καὶ ἡ ζωὴ ἡ αἰώνιος. » Θεὸς δὲ ἀληθινὸς, τοῖς κτίσμασιν οὐχ ὁμογενής. Ὅτε τοίνυν, κατά γε τὸ ἐκείνοις ἀδοκότατα δοκοῦν, ἐν μεθέξει γέγονεν ἁγιασμοῦ, καίτοι Θεὸς ὢν ἀληθινὸς ὁ Λόγος, καὶ εἰ νοοῖτο καθ' ἑαυτὸν καὶ δίχα σαρκὸς, ἡκόντων εἰς μέσον, καὶ Θεὸν ἡμῖν

Α. Β. Nihil aliud prorsus.

Α. Ille autem inter peccatores cum esset, ne levissimum quidem mendacium admittens, « Non enim fecit peccatum, nec inventus est dolus in ore ejus, » ut scriptum est [89], cur dicere de se non verebatur, se a Patre sanctificatum esse, nullo prorsus addito : sed gloriatur potius, ac tam magnifice ac elate de se sentit, ut audacter dicat : « Pro eis ego sanctifico meipsum [90] ? »

Β. Quo pacto igitur id quod verum est agnosces?

Α. Si apud te prudenter reputes quod, cum sanctus sit secundum naturam ut Deus, sanctificatus est nobiscum quatenus homo, proprio Spiritu suum ipse templum perungens.

Β. Quomodo igitur Pater ipsum sanctificasse dicitur?

Α. Quoniam omnia a Patre per Filium in Spiritu. Sanctificantem vero et sanctificatum illum natura et veritate Filium, quoniam homo factus est, Paulus nobis induxit. « Qui enim sanctificat, inquit, et qui sanctificantur, ex uno omnes : propter quam causam non confunditur fratres eos vocare, dicens : Nuntiabo nomen tuum fratribus meis [91]. » Sanctificat enim ipse, cum sit sanctus secundum naturam, in quantum Deus : sanctificatur vero nobiscum, quoad humanitatem, cum, nostra similitudine suscepta etiam ob hoc ipsum videlicet quod sanctificatus sit, quamvis universi Dominus sit ut Deus, vocare nos fratres haud erubescit.

Β. At non **597** mentietur, inquiunt, dicens sanctificatum se a Patre, remota etiam incarnatione. Etenim extremis sæculi temporibus apparuit homo, sed antea erat etiam creatis et productis frater Unigenitus, in quantum etiam ipse natura sua increatus non est, sed a Patre factus est. Vere igitur dicit, et cum fratres nos, et cum nos una sanctificatos esse ait.

Α. Sed, o qui in absurda quæque temere et inconsiderate ruitis, quonam abitura sit tam præceps ac stupida ratio, assequi non possum. Filium enim creatum non esse, non vestris somniis, sed sanctis ac divinis potius credendum est doctoribus, quibus ipse quoque Christus præcepit, dicens : « Euntes, docete omnes gentes [92]. » Dixit ergo Joannes nobis manifeste de Filio : « Et scimus quoniam Filius Dei venit, et dedit nobis sensum, ut cognoscamus verum Deum, et simus in vero Filio ejus Jesu Christo. Hic est verus Deus, et vita æterna [93]. » Deus autem verus non est congener creaturis. Cum igitur, ut illi temerarie volunt, particeps factus sit sanctificationis Deus verus exsistens Verbum, licet in se intelligatur et absque carne, prodeant in medium, et Deum nobis vērum adventitia sanctificatione præditum quibus velint verbis ostendant : nunquid dictu verum est quod, si Filio adventitia est san-

[89] I Petr. II, 22. [90] Joan. XVII, 19. [91] Hebr. II, 11, 12. [92] Matth. XXVIII, 19. [93] I Joan. V, 20.

Digitized by Google

ctificatio, quamvis Deus secundum naturam sit ac verus, nihil jam impediturum sit quominus sanctificatum etiam ipsum esse stulte putemus, ex quo est, Patrem, licet Deus verus esse credatur?

τὸν ἀληθινὸν, ἐπακτὸν ἔχοντα τὸν ἁγιασμὸν, οἵσπερ ἂν βούλοιντο καταδεικνύντων λόγοις· ἢ οὐκ ἀληθὲς εἰπεῖν, ὡς εἴπερ ἐστὶν ἐν Υἱῷ τὸ ἡγιάσθαι δοτὸν, Θεῷ κατὰ φύσιν ὄντι καὶ ἀληθινῷ, οὐδὲν, οἶμαι, τὸ ἀπείργον ἔτι καὶ αὐτὸν ἡγιάσθαι, φληνάφως ὑπονοεῖν, τὸν ἐξ οὗπερ ἐστὶ, Πατέρα. καὶ εἰ Θεὸς ἀληθινὸς εἶναι πεπίστευται;

B. Periclitamur.

B. Κινδυνεύομεν.

A. Ut autem omni ex parte impia illorum expugnetur audacia, non verebor aliquid absurdum quoque proferre. Nunquid enim soli ac præcipue conveniet ac tribuetur naturali Deo sanctificandi potestas, sicuti nimirum et e nihilo res in ortum producendi?

A. Ἵνα δὲ πανταχόθεν αὐτῶν τὸ ἀνόσιον ἐκπολιορκῆται θράσος, κατοκνήσαιμ' ἂν οὐδαμῶς, καί τι τῶν εἰς ἀτοπίαν ἠκόντων εἰπεῖν· ἢ γὰρ οὐχὶ πρέποι ἂν μόνῳ τε καὶ ἐξαιρέτως ἀνακείσεται, τὸ ἁγιάζειν δύνασθαι τῷ γε ὄντι κατὰ φύσιν Θεῷ, καθάπερ ἁμέλει καὶ τὸ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι τὰ ὄντα καλεῖν;

B. Tribuetur.

B. Ἀνακείσεται.

A. Igitur, si Filius, inter creaturas numeratus, ut illi absurde ac nefarie docent, ea quæ secundum naturam propria et peculiaria sunt deitatis perficit, et gloriæ suæ naturæ ascribit (seipsum enim sanctificasse ait [98]), ad creaturam quidem deducta sunt, ut videtur, ea quæ substantiam omnium **598** supremam longe superant, nec absurdum erit, opinor, dicere posse quoque nos ipsos sanctificare, juxta Filii similitudinem.

A. Οὐκοῦν, εἰ τοῖς κτίσμασιν ἐναρίθμιος ὑπάρχων ὁ Υἱὸς, κατά γε τὸν παρ' ἐκείνοις λόγον τὸν ἀκαλῆ τε καὶ βδελυρώτατον, τὰ τῆς κατὰ φύσιν θεότητος ἴδια καὶ ἐξαίρετα διαπεραίνεται, καὶ φύσεως τῆς ἰδίας ποιεῖται δόξαν, ἑαυτὸν γὰρ ἁγιάσαι φησὶ, καὶ ἐκομίσθη μὲν, ὡς ἔοικε, τὰ τῆς ἐπέκεινα πασῶν οὐσίας ἐπὶ τὴν κτίσιν, οὐκ ἀπίθανον δὲ, οἶμαι, τὸ καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς ἁγιάζειν δύνασθαι κατατολμᾷν εἰπεῖν, καθ' ὁμοιότητα τὴν Υἱοῦ.

B. Qui tu istud ais?

B. Πῶς τοῦτο ἔφης;

A. Si enim cum sit ipse creatus, tam sublimis substantiæ dotes suas facit, quid vetat quominus nos ipsi quoque implere possimus ea quæ ejus sunt, præsertim cum propinqui simus, nec ullo modo ab ejus cognatione dissiti, siquidem est omni creato cum re creata cognatio atque habitudo, in eo nempe quod creata sunt?

A. Εἰ γὰρ γενητὸς ὑπάρχων αὐτὸς, τὰ τῆς τοσοῦτον ἀνῳκισμένης οὐσίας ἴδια ποιεῖται πλεονεκτήματα, τί τὸ ἐμποδὼν εἰς τὸ καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς τὰ αὐτοῦ δύνασθαι πληροῦν, ἅτε δὴ καὶ ἀγχοῦ, καὶ οὔτι που διεστηκότας τῆς πρὸς αὐτὸν οἰκειότητος, εἴπερ ἐπὶ τις παντὶ γενητῷ πρὸς γενητὸν συγγένειά τε καὶ σχέσις, κατ' αὐτὸ δὴ τοῦτο τὸ γεγεννῆσθαί φημι;

B. Probabile est quod ais.

B. Οὐκ ἀπίθανος ἡμῖν ὁ ἐπὶ τῷδε λόγος.

A. Erit autem cæteroquin impium simul et absurdum credere ipsum esse sanctificatum.

A. Εἴη δ' ἂν καὶ ἑτέρως δυσσεβές τε ἅμα καὶ ἀμαθὲς, τὸ ἡγιάσθαι πιστεύειν αὐτόν.

B. Quomodo?

B. Τίνα τρόπον;

A. Quod sanctificatur, nunquid a majore et præstantiore quam sit natura sua sanctificatur? Non enim a deteriori dixerint, opinor, siquidem sanctificari, ad aliquid utile traducit.

A. Τὸ ἁγιαζόμενον, ἆρ' οὐχὶ τῷ ὑπερκειμένῳ καὶ ἀμείνονι τῆς ἰδίας φύσεως ἁγιάζεται; Οὐ γάρ που τῷ γε αἰσχίονι φαῖεν ἄν, ὥσπερ οὖν ἐγὼμαι, εἴπερ εἴς τι τῶν τελούντων εἰς ὄνησιν ἀναβιβάζει τὸ ἁγιάζεσθαι.

B. Rectissime dixisti.

B. Ἄριστα ἔφης.

A. Itaque, si verum est sanctificatum esse, ut illi volunt, Filium per Spiritum, utique velut a præstantiore est inunctus, et diversam ab ipso naturam habente. Nihil enim sui ipsius est particeps, sed alterum in altero participatur, ratione essentiæ.

A. Οὐκοῦν, εἴπερ ἐστὶν ἀληθὲς, ὡς ἡγίασται κατ' ἐκείνους διὰ τοῦ Πνεύματος ὁ Υἱὸς, ὡς ἀμείνονι πάντως που κατεχρίετο, καὶ τὴν φύσιν ἔχοντι παρ' αὐτὸν ἑτέραν. Μετάσχοι γὰρ ἂν ἑαυτοῦ τῶν ὄντων οὐδὲν, ἀλλ' ἕτερον ἐν ἑτέρῳ μετεχόμενον, κατά γε τὸν τοῦ πῶς εἶναι λόγον.

B. Istud etiam consequetur.

B. Ἕψεται καὶ τοῦτο.

A. Jam quomodo Filius per Spiritum in nobis habitat? quomodo vero id quod natura præstantius est, deterioris nobis participationem indet per seipsum? Et, si naturæ divinæ consortes [99] reddimur accepto Spiritu, quomodo inferior erit Spiritu Filius? aut quomodo præstantior est ipso, non autem potius ipsemet et ab ipso Spiritus ejus, omnem ejus operationem habens, et ejus participationem

A. Εἶτα πῶς ἡμῖν ὁ Υἱὸς διὰ τοῦ Πνεύματος ἐναυλίζεται; πῶς δὲ τὸ ἄμεινον κατὰ φύσιν, τὴν τοῦ χείρονος ἡμῖν ἐμποιήσει μέθεξιν δι' ἑαυτοῦ; Καὶ εἰ θείας φύσεως ἀποτελούμεθα κοινωνοὶ, τὸ Πνεῦμα δεχόμενοι, πῶς ἐν δευτέροις τοῦ Πνεύματος ὁ Υἱός; ἢ πῶς ἄμεινον αὐτοῦ, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον ὡς αὐτός τε καὶ παρ' αὐτοῦ τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ, ὅλην ἔχον αὐτοῦ τὴν ἐνέργειαν, καὶ τὴν αὐτοῦ μέθεξιν ἐμποιοῦν;

[98] Joan. xvii, 19. [99] II Petr. i, 4.

Digitized by Google

Καὶ γοῦν ἔφασκεν ὁ Υἱός· « Οὐκ ἀφήσω ὑμᾶς ὀρφανοὺς, ἔρχομαι πρὸς ὑμᾶς. » Ἐπειδὴ δὲ ἀναβέβηκε πρὸς τὸν Πατέρα μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀναβίωσιν, ἐν ἡμῖν ἐστι διὰ τοῦ Πνεύματος. Ἴδιον γὰρ αὐτοῦ καὶ οὐ θύραθεν εἰσκεκριμένον τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ, καθάπερ ἀμέλει τοῦ ἀνθρώπου τὸ ἀνθρώπινον. Ἐπειδὴ δὲ τὸ ἀμετρήτως διεστηκὸς τῆς θείας αὐτοῦ καὶ ὑπερτάτης οὐσίας ἴδιον ἐποιήσατο, φημὶ δὲ τὴν σάρκα, τότε δὴ τότε καὶ ἡγιάσθαι λέγεται, σοφῶς τε καὶ πρεπωδέστερον ἐπὶ τὸ ἀνθρώπινον τοῦ ἡγιάσθαι διάττοντος· τήν γε μὴν τοῦ ἡγιάσθαι πλήρωσιν, ἤτοι τὴν ἐνέργειαν, ὡς ἐν προσώπῳ Πατρὸς, τῇ τῆς θεότητος ἀνετίθει φύσει, μόνῃ γὰρ αὐτῇ τὸ ἁγιάζειν οἰκεῖον.

A indens? Quippe dicebat Filius : « Non relinquam vos orphanos, venio ad vos [96]. » Sed quoniam ad Patrem rediit post resurrectionem, in nobis est per Spiritum. Proprius enim est ejus, nec aliunde ascitus Spiritus ejus, sicuti nimirum hominis, humanus. Cum autem carnem infinito intervallo distantem divinæ et supremæ naturæ propriam fecerit, tunc certe, tunc et sanctificatus esse dicitur, sanctificatione recte et convenienter ad humanitatem pertinente. Enimvero sanctificandi perfectionem aut actum velut in persona Patris deitatis naturæ tribuit. Soli enim ipsi proprium est sanctificare.

Β. Σύμφημι. Τὸ γάρ τοι μακρὸὺς ἀντεξάγειν λόγους, ὀρθῶς λέγοντί σοι, περιττὸν, μᾶλλον δὲ ἥκιστα σοφόν. Ἀλλ' εἰ μόνῳ, φασὶ, τῷ γε ὄντι φύσει τε καὶ κατὰ ἀλήθειαν Θεῷ τὸ ἁγιάζειν δύνασθαι προσὸν ὁρῷτο καὶ πρέποι, τούτου δὲ πέφηνεν ἐνεργὸς ὁ Υἱὸς, τὸ ἀποσοβοῦν οὐδὲν, ὅτι καὶ Θεὸς κατὰ φύσιν ἐστὶ διαῤῥήδην ὁμολογεῖν· καὶ εἰ τοῦτο συγχωρήσαιμεν, Θεῷ δὲ τῷ κατὰ φύσιν τῶν ἀγαθῶν ἐνδεῖ μηδενὸς, τί μαθὼν ὁ καθ' ὑμᾶς Υἱὸς καὶ Θεὸς, δόξης τε καὶ βασιλείας, καὶ κυριότητος τὴν οἰκείαν ἐπιδεᾶ παρέδειξε φύσιν; Ἔφη γάρ που πρὸς τὸν ἐν οὐρανοῖς Πατέρα· « Πάτερ, ἐλήλυθεν ἡ ὥρα, δόξασόν σου τὸν Υἱὸν, ἵνα καὶ ὁ Υἱός σου δοξάσῃ σε· καθὼς ἔδωκας αὐτῷ ἐξουσίαν πάσης σαρκὸς, ἵνα πᾶν ὃ δέδωκας αὐτῷ, δώσει αὐτοῖς ζωὴν αἰώνιον. Αὕτη δέ ἐστιν ἡ αἰώνιος ζωὴ, ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν, καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστόν. Ἐγώ σε ἐδόξασα ἐπὶ τῆς γῆς· τὸ ἔργον ἐτελείωσα, ὃ δέδωκάς μοι ἵνα ποιήσω· καὶ νῦν δόξασόν με σὺ, Πάτερ, παρὰ σεαυτῷ τῇ δόξῃ ᾗ εἶχον πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι παρὰ σοί. Ἐφανέρωσά σου τὸ ὄνομα τοῖς ἀνθρώποις, οὓς δέδωκάς μοι ἐκ τοῦ κόσμου. Σοὶ ἦσαν, καὶ ἐμοὶ αὐτοὺς ἔδωκας, καὶ τὸν λόγον σου τετήρηκαν. Νῦν ἔγνωσαν ὅτι πάντα, ὅσα δέδωκάς μοι, παρὰ σοῦ εἰσιν, ὅτι τὰ ῥήματα, ἃ δέδωκάς μοι, δέδωκα αὐτοῖς, καὶ αὐτοὶ ἔλαβον, καὶ ἔγνωσαν ἀληθῶς ὅτι παρὰ σοῦ ἐξῆλθον, καὶ ἐπίστευσαν ὅτι σύ με ἀπέστειλας. » Ἔφη δὲ καὶ ὁ Λουκᾶς ἐν τῇ τῶν Πράξεων συγγραφῇ, ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Πέτρου· « Ἀσφαλῶς οὖν γινωσκέτω πᾶς οἶκος Ἰσραὴλ, ὅτι καὶ Κύριον αὐτὸν καὶ Χριστὸν ἐποίησεν ὁ Θεός. » Συνίης οὖν, ὅτι πανταχῇ δίδωσι μὲν ὁ Πατὴρ δόξαν τε καὶ κυριότητα τῷ Υἱῷ, δέχεται δὲ καὶ μάλα ἀσμένως ὁ Υἱός; Ἀλλ' εἰ τοιοῖσδέ τισι καταπαίειν ἡμᾶς ἀποτολμῷεν λόγοις, προσείροντές που καὶ ἕτερα, τίς ἂν γένοιτο διεκδρομὴ καὶ ἀπόνευσις τοῦ κακοῦ, τοῖσγε ὡς ἄριστα φρονεῖν ἠρημένοις;

Β. Assentior. Prolixam enim tibi recte dicenti orationem opponere superfluum est, imo **599** sapientis non est. Sed si soli, inquiunt, exsistenti natura et vere Deo sanctificandi potestas inesse videatur ac debeat, ejus autem perfector Filius apparuit, nihil vetat quominus etiam Deum esse secundum naturam aperte fateamur. Quod si hoc concesserimus, Deus autem secundum naturam nullius boni indiget, quid causæ est cur ille vester Filius ac Deus naturam suam gloriam, et regno, et dominatione carere significavit? Dixit enim alicubi ad Patrem qui in cœlis est : « Pater, venit hora, clarifica Filium tuum, ut Filius tuus clarificet te. Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, ut omne quod dedisti ei, det eis vitam æternam. Hæc est autem vita æterna, ut cognoscant te solum Deum verum, et quem misisti Jesum Christum. Ego te clarificavi super terram : opus consummavi quod dedisti mihi ut faciam. Et nunc clarifica me, tu Pater, apud temetipsum claritate quam habui prius quam mundus esset, apud te. Manifestavi nomen tuum hominibus quos dedisti mihi de mundo (tui erant, et mihi eos dedisti), et sermonem tuum servaverunt; nunc cognoverunt quia omnia quæ dedisti mihi, abs te sunt, quia verba quæ dedisti mihi, dedi eis, et ipsi acceperunt, et cognoverunt vere quia a te exivi, et crediderunt quia tu me misisti [97]. » Dixit quoque Lucas in Actuum libro, velut ex persona Petri : « Certissime sciat ergo omnis domus Israel, quia et Dominum eum, et Christum fecit Deus [98]. » Intelligis ergo Patrem ubique dare gloriam et dominationem Filio, et eam Filium utique libenter accipere? At si istiusmodi sermonibus petere nos audeant, additis quoque forsan aliis, quo pacto recte sentiendo, malum vitabimus ac declinabimus?

Α. « Ὁ πραῢς ἔστω μαχητὴς, » ἱερὸς καὶ θειος ἡμῖν ὑποπεφώνηκε λόγος. Δεῖν δὲ ἔγωγέ φημι, ταῖς τῶν ἐναντίων ἀντιφέρεσθαι δόξαις, κατορῥωδοῦντας οὐδέν. Θεὸς γὰρ ὁ ἐνεργῶν ἐν ἡμῖν, καὶ ῥῆμα μὲν γλώττῃσι ἐνίεις, ἀπευθύνων δὲ πρὸς τὸ ἀκιβδήλως ἔχον, τῶν εὐσεβούντων τὸν νοῦν· τὸ δὲ δὴ τῆς εὐ-

Α. « Mansuetus sit bellator [99], » sacræ nobis et divinæ Litteræ succinunt. Ego vero audacter resistendum esse dico adversariorum opinionibus. Deus enim est qui operatur in nobis, et verba linguis nostris indit, et ad rectum sensum piorum mentem dirigit. Cæterum quod eos adigit ut a recto itinere

[96] Joan. xiv, 18. [97] Joan. xvii, 1-8. [98] Act. ii, 36. [99] Joel iii, 11.

Digitized by Google

deflectant, et per devia ac prava ferantur, illud est.

B. Quodnam illud ais?

A. Quod prætermissa, ut reor, ceu inutili, temporum cognitione, quæ unicuique rerum factarum congruunt, minus considerate observant ea quæ **600** dicuntur. Si enim Verbum caro factum non est, si non habitavit in nobis, mittatur deinceps velut inutilis observatio temporum, et sublata horum exacta ratione, promiscue dicatur de Unigenito quodcunque libuerit. Jam splendor ille Patris, ille per quem omnia facta sunt, ille Genitoris consessor, et coæternum Patri Verbum, quod nec tractari, nec cerni potest, pati dicatur in sua natura et dorsi plagas, et manuum ac pedum perforationem, et lateris vulnus, et extremum malorum, mortem videlicet.

B. Atqui hæc omnia plane contigisse dicent circa humanitatem. Passus enim est in quantum homo.

A. Quid autem, o charum caput, nonne dicimus passionem pudori et ignominiæ Filio non fuisse?

B. Ita est. Scribit enim Paulus ipsum sustinuisse crucem confusione contempta [1]. Et ipse alicubi per vocem Isaiæ dicit: « Ideo non sum confusus, sed posui faciem meam ut firmam petram, et scio quod non confundar, quia juxta est qui justificat me [2]. »

A. An vero excitavit, amabo te, suum templum, excisa morte et corruptione devicta, nostri similis quatenus homo, an tanquam Deus de Deo, etiamsi cum carne apparuit?

B. Ut Deus de Deo.

A. Illorum igitur probrum et confusionis dedecus deinde deletum est, et glorificatus est propter resurrectionem Filius, quamvis ante ipsam, ignominiosissimam et ingloriam mortem non repudiasset propter voluntariam inanitionem.

B. At hanc Filius a Patre gloriam accepisse dicitur.

A. Recte, amice. Assentiar enim. Postquam apparuit homo, licet sapientia et virtus sit Patris [3], per semetipsum, morte devicta, et proprio corpore sua ipsius vita repleto, ad suam hypostasim ceu ad fontem id retulit. Nulli enim rei creatæ aut productæ convenit vivificandi facultas, et terrenam carnem corruptione liberandi, licet de ipso intelligatur Christo, quatenus caro dicitur, sed soli utique deitatis naturæ. Filium vero vi et operatione sua templum suum suscitasse, etiamsi hoc ei datum esse dicatur a Patre, facili certe negotio cuivis videre licet, Paulo [4] dicente, Patrem ipsum excitasse a mortuis, et gloriam ei dedisse. Ad Judæos autem ipso Filio: « Solvite **601** templum hoc, et in tribus diebus excitabo illud [5]. » Mortuus enim est qua homo, secundum carnem, licet vita sit secundum naturam, qua Deus. Revixit autem ineffabili vi

θείας ἐξέρπειν ὁδοῦ, καὶ παραχωμίζεσθαί πως πρὸς τὸ ἀκαλλὲς καὶ ἐκτετριμμένον μεταπείθον αὐτούς, ἐκεῖνό ἐστιν.

B. Τὸ τί δὴ φῄς;

A. Τὸ, οἶμαι, παρέντας ὡς ἀσυντελὲς εἰς ὄνησιν, τὸ εἰδέναι καιροὺς, οἷπερ ἂν ἑκάστῳ πρέποιεν τῶν δρωμένων, ἀκατάσκεπτον ποιεῖσθαι τῶν λόγων τὴν ἐπιτήρησιν. Εἰ μὲν γὰρ οὐ γέγονε σὰρξ ὁ Λόγος, εἰ μὴ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, παρείσθω λοιπὸν ὡς ἴωλον ἡ καιρῶν ἐπιτήρησις, καὶ ἀκριβείας τῆς ἔν γε τούτοις ἐξηρτημένης, ἀδιαφορείτω πᾶς λόγος κατὰ τοῦ Μονογενοῦς· εἶτα τὸ ἀπαύγασμα τοῦ Πατρὸς, ὁ δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, ὁ σύνεδρος τῷ γεννήσαντι καὶ συναΐδιος Λόγος, ὁ ἀναφὴς, καὶ ἀόρατος, λεγέσθω παθεῖν εἰς ἰδίαν φύσιν, καὶ τὰς κατὰ νώτου πληγὰς, καὶ τὴν εἰς χεῖράς τε καὶ πόδας τῶν ἥλων διάτρησιν, καὶ τραῦμα τὸ εἰς πλευρὰν, καὶ τὴν κορωνίδα τῶν κακῶν, φημὶ δὴ τὸν θάνατον.

B. Ἀλλὰ ταυτί που πάντως ἐροῦσι συμβῆναι περὶ τὸ ἀνθρώπινον· πέπονθε γὰρ καθὸ ἄνθρωπος.

A. Τί δὲ, ὦ φιλότης, οὐ πρὸς ἐντροπῆς τε καὶ ἀδοξίας συμβῆναί φαμεν τῷ Υἱῷ τὸ παθεῖν;

B. Ναί· γράφει γὰρ ὁ Παῦλος, ὅτι « Ὑπέμεινε σταυρὸν, αἰσχύνης καταφρονήσας. » Καὶ αὐτός δέ που διὰ φωνῆς Ἡσαΐου φησί· « Διὰ τοῦτο οὐκ ἐνετράπην, ἀλλ' ἔθηκα τὸ πρόσωπόν μου ὡς στερεὰν πέτραν, καὶ ἔγνων ὅτι οὐ μὴ αἰσχυνθῶ, ὅτι ἐγγίζει ὁ δικαιώσας με. »

A. Ἀνέστησε δὲ, εἰπέ μοι, τὸν ἑαυτοῦ ναὸν, καινοτομήσας τὸν θάνατον, καὶ πλεονεκτήσας τὴν φθορὰν, πότερα καθ' ἡμᾶς ὡς ἄνθρωπος, ἢ ὡς Θεὸς ἐκ Θεοῦ, καὶ εἰ πέφηνε μετὰ σαρκός;

B. Ὡς Θεὸς ἐκ Θεοῦ.

A. Τὸ ἐν ἐκείνοις οὖν αἶσχος, καὶ τὸ ἐκ τῆς ἐντροπῆς ἀκαλλὲς, κατηφάνισται τοῖς δευτέροις, καὶ δεδόξασται διὰ τὴν ἀνάστασιν ὁ Υἱὸς, καίτοι πρὸ αὐτῆς τὸν ἀτιμότατόν τε καὶ ἀκλεᾶ μὴ παρωσάμενος θάνατον, διὰ τὴν ἑκούσιον κένωσιν.

B. Ἀλλὰ ταύτην εἰληφέναι λέγεται τὴν δόξαν παρὰ τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱός.

A. Ὀρθῶς, ὦ ἑταῖρε, συνθήσομαι γάρ. Ἐπειδὴ πέφηνεν ἄνθρωπος, καίτοι σοφία καὶ δύναμις ὢν τοῦ Πατρὸς, καταργήσας δι' ἑαυτοῦ τὸν θάνατον, καὶ ζωῆς ἀναπιμπλὰς τῆς παρ' ἑαυτοῦ τὸ ἴδιον σῶμα, τῇ οἰονεὶ πηγῇ τῆς ἰδίας ὑποστάσεως ἀνετίθει τὸ δρώμενον. Πρέποι γὰρ ἂν οὐχ ἑτέρῳ τῳ τῶν ὄντων καὶ παρηγμένων εἰς γένεσιν, τὸ ζωογονεῖν δύνασθαι, καὶ φθορᾶς ἀμείνω ἀποφαίνειν τὴν ἀπὸ γῆς σάρκα, κἂν εἰ ἐπ' αὐτοῦ νοοῖτο Χριστοῦ, καθὸ λέγεται σὰρξ, πλὴν ὅτι δὴ μόνῃ τῆς θεότητος φύσει. Ὅτι δὲ γέγονεν ἐνεργὸς ὁ Υἱὸς εἰς ἀνάστασιν τοῦ ἰδίου ναοῦ, καὶ εἰ λέγοιτο δεδωρῆσθαι τοῦτο αὐτῷ παρὰ τοῦ Πατρὸς, κατίδοι τις ἂν καὶ λίαν εὐπετῶς, Παύλου μὲν λέγοντος περὶ τοῦ Πατρὸς· « Τὸν ἐγείραντα αὐτὸν ἐκ νεκρῶν, καὶ δόξαν αὐτῷ δόντα· » πρὸς δέ γε τοὺς Ἰουδαίους, αὐτοῦ τοῦ Υἱοῦ· « Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν. » Ἀπέθανε γὰρ,

[1] Hebr. XII, 2. [2] Isa. L, 7. [3] I Cor. I, 24. [4] Imo I Petr. I, 21. [5] Joan. II, 9.

Digitized by Google

ἐν ἀνθρώπου τάξει κατὰ τὴν σάρκα, καίτοι ζωὴ κατὰ φύσιν ὑπάρχων ὡς Θεός. Ἀνεβίω δὲ, ἀῤῥήτῳ δυνάμει καὶ ἀφράστοις ἐνεργείαις χρώμενος, καίτοι καθ' ἡμᾶς ὑπάρχων, κατά γε, φημὶ, τὸ ἀνθρώπινον. Οὐκοῦν, δοξάζεται μὲν παρὰ τοῦ Πατρὸς, οὐχ ὡς δόξης ὑπάρχων ἐπιδεὴς, ὅταν ἔξω νοῆται σαρκὸς, καὶ Θεὸς ἐκ Θεοῦ πιστεύηται, ἀλλ' ἐπείπερ ἦν ἄνθρωπος, ὡς ἰδίας φύσεως καρπὸν οὐκ ἔχων τὸ ἐνεργεῖν δύνασθαι τὰ θεοπρεπῆ, δέχεταί πως αὐτὸ καθ' ἕνωσιν καὶ τὴν ἀπόῤῥητον συνδρομὴν, ἥπερ ἂν νοοῖτο τοῦ Λόγου πρὸς τὸ ἀνθρώπινον. Δοξάζει δὲ καὶ αὐτὸς τὸν Πατέρα. Πατὴρ γὰρ Θεοῦ γνωρίζεται τοῦ πάντα ἰσχύοντος, καίτοι πεφηνότος ἐν σαρκὶ, καὶ μετὰ γηΐνου σώματος συνδιαιτωμένου τοῖς κατὰ τὸν κόσμον. Διὰ τοῦτό φησιν· « Ἐγώ σε ἐδόξασα ἐπὶ τῆς γῆς· τὸ ἔργον ἐτελείωσα, ὃ δέδωκάς μοι, ἵνα ποιήσω αὐτό. » Προεθύμησας μὲν γὰρ, ὦ Πάτερ, φησὶ, τὸ θρασὺ καὶ δυσάντητον τοῦ θανάτου καταργῆσαι κράτος· ἀλλ' ἦν τοῦτο δρᾷν, καὶ κατισχῦσαι πληροῦν, οὐχ αἵματος καὶ σαρκὸς, ἀλλὰ τῆς σῆς θείας καὶ ζωοποιοῦ καὶ ἀνικήτου φύσεως, ἧς ἐπείπερ ἐξέφυν ἐγὼ, κατώρθωκα τὸ δοκοῦν (1), ἀτονήσας πρὸς οὐδὲν διὰ τὸ ἀνθρώπινον, τῶν τελούντων εἰς ἰσουργίαν, ἀλλὰ, καίπερ ὢν ἐν σαρκὶ καὶ αἵματι, τὸ γοῦν ὅτι τῆς σῆς ἐξέφυν οὐσίας, ἐξ ἰσομοιρούσης ἰσχύος πεπιστευμένος. Δόξασον δὴ οὖν με καὶ σὺ, τὸν ὡς ἄνθρωπον ἀδοξήσαντα, συννεύσας ἐμοὶ τῇ σῇ δυνάμει καὶ ἐνεργείᾳ ζωοποιῷ, καὶ θανάτου κρείττονα τὸν ἀπόῤῥητος ἐνωθέντα μοι καταδείξας ναόν. Ὅτι δὲ οὐκ ἀσυνήθους καὶ τῆς οὐ πάλαι μετούσης αὐτῷ τιμῆς τε καὶ δόξης ἀξιοῦσθαι ζητεῖ, δῆλον ἂν εἴη δήπουθεν. Ἔφη γὰρ, ὅτι « Καὶ νῦν δόξασόν με, Πάτερ, τῇ δόξῃ ᾗ εἶχον πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι παρὰ σοί. » Ὁ γὰρ ἀεί τε καὶ ἐν ἀρχῇ τῆς δόξης Κύριε, ἀδοκήσας [*Ισ.* Κύριος ἀδοξήσας] διὰ μέσου, διὰ τοῦ καθικέσθαι πρὸς τὰ ἀνθρώπινα, πρὸς τὴν ἄνωθεν αὐτῷ καὶ φυσικῶς ἐννυπάρχουσαν δόξαν ὑπονοεῖ [*Ισ.* ὑπονοστεῖ], τοὺς τῇ κενώσει πρέποντας λόγους μετὰ τοῦ παθεῖν αὐτὴν, τῇ μετὰ σαρκὸς οἰκονομίᾳ δωρούμενος. Οὐκοῦν, ἀναγκαῖον, ὅτι μάλιστα τῶν ἄλλων, τὸ εἰδέναι καιροὺς, καθ' οὓς ἦν ἔτι τά τε τῆς σαρκὸς καὶ τὰ τῆς ἀδοξίας, χρήσιμα, καὶ τοὺς ἄνωθεν ἔτι τῆς ἐπιδημίας, καθ' οὓς τῆς δόξης Κύριος ὢν, δόξαν οὐ λαβὼν, ἀλλ' ἔχων ἰδίαν ὡς Θεὸς εὑρίσκηται.

ac virtute usus, licet nostri similis exsistens, humanitatis videlicet ratione. Itaque glorificatur quidem a Patre, non quasi gloria indigeat, cum expers carnis intelligatur, et Deus de Deo credatur, sed quoniam homo erat, tanquam suæ naturæ fructum non haberet res Deo convenientes operandi facultatem, ipsam quodammodo accipit secundum unionem et ineffabilem illum concursum qui intelligitur esse Verbi cum humanitate. Glorificat porro ipse quoque Patrem. Pater enim esse agnoscitur cunctipotentis Dei, licet in carne manifestati, et cum terreno corpore una cum hominibus conversantis. Idcirco ait : « Ego te clarificavi super terram ; opus consummavi quod dedisti mihi ut faciam [6]. » Voluisti enim, o Pater, inquit, ut audax ac sævum mortis imperium abrogarem : at ejus faciendi vis ac potestas non carnis erat ac sanguinis, sed tuæ divinæ et vivificæ ac insuperabilis naturæ, ex qua cum ego prodierim, peregi quod placuit, in nullo eorum quæ ad æqualitatem operandi pertinent factus infirmior, sed quamvis in carne sim et sanguine, ob æqualitatem operandi, de tua substantia processisse creditus. Clarifica me ergo, tu, quoque, qui, ut homo, ignominiam subii, ineffabili tua vi ac virtute vivifica mihi annuens, et templum ineffabili ratione mihi unitum morte superius reddas. Porro honorem sibi et gloriam petere non insolitam et prius inexpertam utique patebit. Addit enim : « Et nunc clarifica me, tu Pater, gloria quam habui, priusquam mundus esset, apud te [7]. » Qui enim semper et in principio erat gloriæ Dominus, interea ignominiam subiens ex eo quod ad res humanas descendit, ad supernam et naturaliter sibi insitam gloriam revertitur, inanitioni et passioni convenientes voces incarnationi tribuens. Itaque maxime omnium necessarium est tempora dignoscere quibus etiamnum ea conducebant quæ carnis sunt et ignominiæ, et tempora quæ adventum præcesserunt, quibus, gloriæ cum sit Dominus, gloriam non accepisse, sed propriam habere ut Deus comperitur.

B. Πῶς οὖν δέχεταί τινας τῶν ἀπὸ του κοσμου παρὰ τοῦ Πατρὸς, περὶ ὧν καί φησι πρὸς αὐτόν· « Οὓς ἔδωκάς μοι ἐκ τοῦ κόσμου, σοὶ ἦσαν, καὶ ἐμοὶ αὐτοὺς ἔδωκας ; »

B. Quomodo igitur **602** a Patre de mundo quosdam accipit, de quibus etiam ad ipsum infit : « Quos dedisti mihi de mundo, tui erant, et mihi eos dedisti [8] ? »

A. Οὐκοῦν ἐρῶ δή τι πάλιν, ταῖς τῶν ἐννοιῶν ἀτοπίαις εἰς τὸ ἐναρχαῖς συνωθούμενος. Μάτην, ὡς ἔοικεν, κεκενῶσθαι λέγεται, καὶ εἰ γέγονε καθ' ἡμᾶς, ὁ ἐν μορφῇ καὶ ἰσότητι τοῦ Πατρὸς Υἱὸς μονογενής. Εἰ γὰρ εἰσποίητον ἔχει τὸ χρῆναι κρατεῖν, καὶ δέχεταί τινας παρὰ τοῦ Πατρὸς, οὓς πρὶν ἔχων οὐχ

A. Ego certe aliquid rursus dicam, absurditate rationum ad id quod initio dixi redire coactus. Frustra, ut videtur, exinanitus dicitur, tametsi nostri similis factus est in forma et æqualitate Patris exsistens Filius unigenitus. Nam si ascititium habet imperium, et quosdam accipit a Patre quos prius

[6] Joan. XVII, 4. [7] Ibid. 5. [8] Ibid. 6.

(1) Œcol. sic vertit sequentia : « Nullam habens utilitatem ex humanitate, nihilominus sacrificium peregi, quamvis in carne ac sanguine essem. Cur igitur ? quia ex tua natus sum substantia, ex æquo virtutem habere credar. »

Digitized by Google

non habere cernitur, novi aliquid accidit, ut verosimile est, in Filio, et exinde gloriam accipit, et gratia ipsum quodammodo deducit ad majus aliquid ac præstantius quam prius erat. At quonam abitura demum est illa demissionis ratio? aut ubinam exinanitum ipsum videbis, si plane deprehendetur aliquid habere quod prius non inerat, et quamdam veluti mercedem ac remunerationem consequi, illam in aliquos potestatem?

B. Ita res est.

A. Mentietur autem ipse quoque sapiens Joannes, ut videtur, si dicat de ipso: « In propria venit, et sui eum non receperunt [9]. » Quomodo enim proprium est ejus, id quod vix, et postremo, et ab alio datum est? At innumera plane tempora præteriere quibus Filius coæternus erat Deo ac Patri. Quod si postquam homo factus est, de mundo selectos accipit, et hanc sceptri novitatem assumpsisse cernitur, dicam audacter demum, priori illo statu præstantiorem esse in Deo Verbo inhumanationem, licet æqualitate cum Patre intelligatur esse præditus. Transfert enim, ut vides, ad excellentiorem conditionem et incomparabiliter gloriosiorem. Sibi ergo perfecit Filius cum carne dispensationem, et inhumanationis modum suæ gloriæ tribuit. Quomodo igitur propter nos demum hominis naturam assumpsisse dicitur, aut quomodo pro vita omnium pretium redemptionis fuit, si morte carnis propriæ adeo inusitatam et antea inaccessam gloriam comparavit?

B. Recte quidem dixisti: sed in temeritatem et absurditatem abripitur oratio.

A. Itaque abjiciant ipsi quoque acerbum illud et malignum disputandi genus. Alioqui nonne tibi res intolerabilis videtur, et quæ vel invitos in argutiolas inanes detrudat? Nihil enim curæ habentes congruis temporibus accommodatas voces tribuere, sus deque omnia **603** permiscere et confundere statuunt. At nunquid satius est cogitare quod propria quidem Verbi erant omnia, et rerum productarum natura creatoris gloriæ suberat? Sed quoniam a recta ratione terrenum genus defecerat, non exceptum est ab aliquibus Verbum quod propter nos in carne apparuit, sed persuasos jam paulatim et credentes jugo suo subjecit, et denuo discere volentes meliora, suscipit. « Flectetur enim ei omne genu, et omnis lingua confitebitur quoniam Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris [10]. » Igitur propria quidem sunt Verbi omnia, quatenus de Deo præcessit, et universis rebus imperat cum Patre. Hæc autem accipit secundum humanitatem, quando nostri similis factus est, in quos regnandi et imperandi potestas a Deo est, et ipsi data.

B. Propriamne igitur gloriam ipsum habere dicemus, nulla re ad hoc a Deo et Patre assumpta?

A. Etiam, in quantum intelligitur Deus, et gloriæ Dominus. Sic enim apud Scripturas divinas nuncu-

[9] Joan. I, 11. [10] Philipp. II, 10, 11.

A ὁρᾶται, κεκαινούργηταί τι κατὰ τὸ εἰκὸς ἐφ' Υἱῷ, καὶ ταῖς ἐντεῦθεν εὐκλείαις καταλλύνεται, ξεναγεῖ δὲ ὥσπερ ἡ χάρις αὐτὸν ἐπὶ τὸ ἄμεινον καὶ ὑπερτεροῦν, ἢ πρότερον ἦν. Εἶτα ὅποι ποτὲ ἡμῖν ὁ τῆς ὑφέσεως οἰχήσεται λόγος, ἢ ὅποι κεκενωμένον καταθρήσαις τις ἄν, εἴπερ ὅλως τι καὶ τῶν οὐ πάλαι προσπεφυκότων ἁλοίη πεπλουτηκὼς, καὶ οἷά τινα τῆς ἐνανθρωπήσεως μισθὸν καὶ ἀντέκτισιν τὴν κατά τινων ἐξουσίαν ἀπκερδαίνων;

B. Ὧδε ἔχει.

A. Ψευδηγορήσει δὲ κατὰ τὸ εἰκὸς καὶ ὁ σοφὸς Ἰωάννης, εἰ λέγοι περὶ αὐτοῦ· « Εἰς τὰ ἴδια ἦλθε, καὶ οἱ ἴδιοι αὐτὸν οὐ παρέλαβον. » Πῶς γὰρ ἴδιον αὐτοῦ, τὸ μόλις καὶ ἐν ἐσχάτοις καὶ παρ' ἑτέρου δοτόν; Καίτοι, μυρίοι μὲν ὅσοι καὶ ἀναρίθμητοι παντελῶς B δεδαπάνηνται χρόνοι καθ' οὓς ὁ Υἱὸς συναΐδιος ἦν τῷ Θεῷ καὶ Πατρί. Εἰ δὲ, ἐπείπερ γέγονεν ἄνθρωπος, δέχεται τοὺς ἀπὸ τοῦ κόσμου, καὶ σκήπτρου καινότητα προσειλῆφὼς ὁρᾶται ταυτηνὶ, φαίην ἂν ἤδη λοιπὸν, καταδείσας οὐδὲν, ὡς ἀμείνων ἡ ἐνανθρώπησις τῷ Θεῷ Λόγῳ καταστάσεως ἦν τῆς ἐναρχαίας, καὶ εἰ νοοῖτο πλουτῶν τὸ ἐν ἰσότητι τοῦ Πατρός. Ἀναβιβάζει γὰρ, ὡς ὁρᾷς, ἐπὶ τὸ ὑπερτεροῦν καὶ ἀσυγκρίτως ἄμεινον ἐν δόξῃ. Ἑαυτῷ τοιγαροῦν κατώρθωκεν ὁ Υἱὸς τὴν μετὰ σαρκὸς οἰκονομίαν, καὶ τὸν τῆς ἐνανθρωπήσεως τρόπον ταῖς ἰδίαις ἐχαρίζετο δόξαις. Πῶς οὖν ἔτι δι' ἡμᾶς ἐνανθρωπῆσαι λέγεται, ἢ πῶς ἀντίλυτρον τῆς ἁπάντων γέγονε ζωῆς, εἰ τῷ θανάτῳ τῆς ἰδίας σαρκὸς, τὴν οὕτως ἀΐθη καὶ οὐ πάλαι βατὴν ἐξεπρίατο δόξαν; C

B. Ἄριστα μὲν ἔφης, ἀνασκιρτᾷ δὲ ἡμῖν εἰς τὸ θρασύ τε καὶ ἀπηχὲς ὁ λόγος.

A. Οὐκοῦν ἐρρίφθω καὶ παρ' αὐτῶν τὸ οὕτω πικρὸν καὶ κακόηθες εἰς λόγους· ἢ οὐ δύσκριτον εἶναί σοι τὸ χρῆναι δοκεῖ καὶ κατιθοῦν ἀναγκαίως εἰς ἀνεθελήτους ἰσχνομυθίας; Μεθέντες γὰρ δὴ τὸ ἁπτειν χρόνοις τοῖς καθήκουσι τὰς φωνὰς, ἄνω καὶ κάτω τὰ πάντα διακυκᾶν καὶ ἀναφύρειν ἐγνώκασι. Καίτοι πῶς οὐκ ἄμεινον ἐννοεῖν, ὡς ἴδια μὲν ἦν τὰ πάντα τοῦ Λόγου, καὶ τῶν εἰς τὸ εἶναι παρεντηγμένων ἡ φύσις, τῇ τοῦ κεκληκότος ὑπέζευκτο δόξῃ; Ἐπειδὴ δὲ λογισμοῦ τοῦ πρέποντος τὸ ἐπὶ γῆς παρώλισθε γένος, οὐ παρεδέχθη πρός τινων ἐν σαρκὶ δι' ἡμᾶς πεφηνὼς ὁ Λόγος, ἀναπεπεισμένους δὲ ἤδη κατα- D βραχὺ καὶ πεπιστευκότας ὑπετίθει ταῖς ζεύγλαις, καὶ ἀναμανθάνειν ἐθέλοντας τὰ ἀμείνω, δέχεται. « Κάμψει γὰρ αὐτῷ πᾶν γόνυ, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται ὅτι Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, εἰς δόξαν Θεοῦ Πατρός. » Οὐκοῦν ἴδια μὲν τοῦ Λόγου τὰ πάντα, καθὸ πέφηνεν ἐκ Θεοῦ, καὶ κατάρχει τῶν ὅλων μετὰ τοῦ Πατρός· Δέχεται δὲ ταῦτα κατὰ τὸ ἀνθρώπινον, ὅτε γέγονε καθ' ἡμᾶς, οἷς τὸ βασιλεύειν καὶ τὸ κρατεῖν δύνασθαι, παρὰ Θεοῦ, καὶ δοτόν.

B. Δόξαν οὖν ἰδίαν ἔχειν ἐροῦμεν αὐτὸν, μηδὲν εἰς τοῦτο προσειληφότα παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός;

A. Ναὶ, καθὸ νοεῖται Θεὸς, καὶ τῆς δόξης Κύριος. Κατωνόμασται γὰρ οὕτω παρά γε ταῖς θείαις Γρα-

Digitized by Google

γοῦν τοῦ Σωτῆρος ὁ μαθητής, Ἰάκωβος ἦν· « Ἀδελφοί, φησί, μὴ ἐν προσωπολημψίαις ἔχετε τὴν πίστιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τῆς δόξης. »

A patus est. Unde Servatoris discipulus, Jacobus nimirum : « Fratres, inquit, nolite in personarum acceptione habere fidem Domini nostri Jesu Christi gloriæ [11]. »

Β. Εἶτα τίς ἡ τοῦ Υἱοῦ δόξα, παρὰ τὴν τοῦ Πατρός;

B. At quænam est Filii gloria, præter gloriam Patris?

Α. Οὐχ ὑπέρτονος, ὦ τᾶν, οὐδὲ μείων, ἀλλ' ἡ αὐτή· μᾶλλον δέ, ὥσπερ ἐστὶ σοφία καὶ δύναμις τοῦ Πατρὸς, οὕτως ἂν εἴη καὶ δόξα, τῆς τοῦ τεκόντος οὐσίας ἀφράστως ἀπηυγασμένος, καὶ τὴν ὅθεν ἐξέφυ δι' ἑαυτοῦ κατασημαίνων φύσιν, καθάπερ τις ἡλίου βολὴ, καὶ φωτὸς ἀπαύγασμα τῆς τοῦ προέντος διεκκύπτον οὐσίας, καὶ ὡς ἐκεῖνο λοιπὸν, τὸ ἐξ οὗπερ ἐστὶ, διὰ τῆς εἰς ἄκρον ἐμφερείας καὶ ταυτοειδοῦς ποιότητος, εὖ μάλα νοούμενον.

A. Non superior, amice, neque minor, sed eadem : imo vero quemadmodum est sapientia et virtus Patris, sic erit et gloria, a Genitoris substantia ineffabiliter effulgens, et naturam unde prodiit per seipsum denotans : non secus ac solis radius ac splendor luminis de substantia ejus a quo emittitur procedens, quique propter summam similitudinem et eamdem qualitatem, ei a quo progreditur per omnia similis intelligitur.

Β. Ἆρα ἂν ἔχοις εἰπεῖν ἐκ τῶν ἱερῶν Γραμμάτων τίς ἂν γένοιτο τοιούτων ἡ πίστις;

B. Potesne dicere ex sacris Litteris quænam fides horum sit?

Α. Καίτοι βραχὺς κομιδῇ δαπανηθήσεται πόνος, συναγείροντί σοι τὰς τῶν ἁγίων φωνάς. Ἐφεσίοις μὲν γὰρ ἐπιστέλλων ὁ Παῦλος· « Διὰ τοῦτο, φησὶ, κἀγὼ ἀκούσας τὴν καθ' ὑμᾶς πίστιν ἐν τῷ Κυρίῳ Ἰησοῦ, καὶ τὴν ἀγάπην τὴν εἰς πάντας τοὺς ἁγίους, οὐ παύομαι εὐχαριστῶν ὑπὲρ ὑμῶν, μνείαν ὑμῶν ποιούμενος ἐπὶ τῶν προσευχῶν μου, ἵνα ὁ Θεὸς τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ Πατὴρ τῆς δόξης, δῴη ὑμῖν Πνεῦμα σοφίας καὶ ἀποκαλύψεως ἐν ἐπιγνώσει αὐτοῦ. » Συνίης οὖν ὅτι Πατέρα Χριστοῦ, καὶ Πατέρα τῆς δόξης κατωνόμασεν εὐθὺς τὸν Θεὸν, οὐχ ἕτερον, οἶμαι, τι παρά γε τὴν δόξαν τοῦ Πατρὸς τὸν Χριστὸν ἀποφαίνων. Ἔφη δέ που πάλιν· « Ἡμεῖς δὲ πάντες, ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ τὴν δόξαν Κυρίου κατοπτριζόμενοι, τὴν αὐτὴν εἰκόνα μεταμορφούμεθα, ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν, καθάπερ ἀπὸ Κυρίου Πνεύματος. » — « Ἀποβλέποντες εἰς τὸν τῆς πίστεως ἡμῶν ἀρχηγὸν καὶ τελειωτὴν Ἰησοῦν, » ὃς ἐστιν ἡ δόξα τοῦ κατὰ φύσιν καὶ ἀληθῶς Κυρίου, φημὶ δὴ τοῦ Πατρὸς, ἀναμορφούμεθα πρὸς αὐτὸν δι' ἁγιασμοῦ ἐν Πνεύματι. Πέτρος δὲ αὖ, καίτοι διαπρέπων ἐν μαθηταῖς, τοῖς ἰοῦσιν ἐκ περιτομῆς εἰς δικαίωσιν, τὴν ἐν Χριστῷ διὰ πίστεως, προσεφώνει λέγων, « Ὡς τὰ πάντα ἡμῖν τῆς θείας δυνάμεως αὐτοῦ τὰ πρὸς ζωὴν καὶ εὐσέβειαν δεδωρημένης, διὰ τῆς ἐπιγνώσεως τοῦ καλέσαντος ἡμᾶς ἰδίᾳ δόξῃ καὶ ἀρετῇ. » Εἴπερ οὖν ἐστιν ἰδία δόξα τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱὸς, δι' οὗ καὶ κεκλήμεθα πρὸς ἐπίγνωσιν αὐτοῦ, τίς ὁ φάναι τολμῶν, ὅτι δοτὸν καὶ εἰσποιητὸν τῇ δόξῃ τοῦ Πατρὸς, τὸ εἶναι τοῦθ' ὅπερ ἐστί; Τίς γὰρ, ὁ ἑτέρᾳ δόξῃ καταλαμπρύνων ἐστὶ τὴν τοῦ Πατρὸς δόξαν; Ἢ οὐκ ἂν ἴσῳ τίθης τὸ, καὶ ἑτέρους χρῆναι κατατολμᾷν, εἰς μέσον ἥκοντας λέγειν, ὡς σεσόφωται μὲν πρός τινος ἡ σοφία τοῦ Πατρὸς, τὸ δὲ εἶναι δύναμις, ἡ ἐνοῦσα κατὰ φύσιν ἰσχὺς αὐτῷ, τουτέστιν ὁ Υἱὸς, κεκέρδακε παρ' ἑτέρου, καὶ ὀθνεῖον ἔχει τὸ αὔχημα σοφόν τε; Οὐ γὰρ εἰ [ƒ. ἂν] τοῖς τοιοῖσδε κατακηλοῦντες λόγοις, ἀποφέροιεν ἡμᾶς οἱ διεναντίας πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν διεστραμμένων; Εἰ μὲν οὖν ἀπόχρη τὰ εἰρημένα πρὸς ἀπόδειξιν ἐναργῆ τοῦ δόξαν εἶναι τὴν ἰδίαν τοῦ Πα-

A. Sane id perquam levi labore conficietur, si dicta sanctorum collegeris. Scribens enim Paulus Ephesiis : « Propterea, inquit, et ego audiens fidem vestram quæ est in Domino Jesu, et dilectionem in omnes sanctos, non cesso gratias agens pro vobis, memoriam vestri faciens in orationibus meis, ut Deus Domini nostri Jesu Christi, Pater gloriæ, det vobis Spiritum sapientiæ et revelationis, in agnitione ejus [12]. » Intelligis ergo quo pacto Patrem Christi, et Patrem gloriæ continuo nominavit Deum, nihil aliud, opinor, **604** Christum ostendens, quam Patris gloriam. Dixit autem alicubi rursus : « Nos vero omnes revelata facie gloriam Domini speculantes, in eamdem imaginem transformamur a claritate in claritatem, tanquam a Domini Spiritu [13]. » — « Respicientes enim in fidei nostræ auctorem et consummatorem Jesum [14], » qui est gloria naturalis ac veri Domini, Patris nimirum, conformamur ad ipsum per sanctificationem in Spiritu. Petrus item, inter discipulos conspicuus, ex circumcisione ad justificationem in Christo venientibus per fidem clamabat, dicens : « Quomodo omnia nobis divinæ virtutis suæ, quæ ad vitam et pietatem, donata sunt, per cognitionem ejus qui vocavit nos propria gloria et virtute [15]. » Si ergo propria Patris gloria est Filius, per quem et ad cognitionem ejus vocati sumus, quis dicere audeat datum et ascititium esse gloriæ Patris, ut sit id quod est? Quis enim Patris gloriam alia gloria nobilitet? Alioqui, nonne perinde est ac si dicant aliqui sapientiam Patris ab aliquo reddi sapientem : virtutem vero ejus naturalem, hoc est, Filium, ab alio accepisse ut sit ejus virtus, et gloriam ab alio habere ac sapientiam? Nonne enim istiusmodi sermonibus nos adversarii demulcentes in perversissima quæque deducerent? Si ergo dicta sufficiunt ad clare demonstrandum propriam esse Patris gloriam Filium, bene habet, silendum nobis est. Sin autem, ut reor, aliis opus quoque est testimoniis, afferam divinum Psaltem ad universorum Patrem ac Deum, tanquam ex eorum persona qui

[11] Jac. II, 1, [12] Ephes. I, 15-17. [13] II Cor. III, 18. [14] Hebr. XII, 2. [15] II Petr. I, 3.

Digitized by Google

fide justificantur, dicentem : « Ego autem in justitia apparebo conspectui tuo, satiabor cum apparuerit gloria tua [16]. » Persona enim et imago Patris, et substantiæ character, quinam alius erit quam Verbum quod ex ipso prodiit, per quod etiam notum fit hominibus velut in propria gloria collustrans omnia? Quocirca Moses sapientissimum alloquebatur olim etiam : « Sed vivo ego, et Qui vivit, est nomen meum, et implebitur gloria Domini omnis terra [17]. » Impleta enim Christo sunt omnia, visus autem est nobis in ipso. Quod cum nosset, dixit rursus divus David : « Ædificavit Dominus Sion, et videbitur in gloria sua [18]. » Visus enim est nobis **605** in Filio clare dicente : « Qui videt me, videt et Patrem [19]. »

πάλιν ὁ θεῖος Δαβὶδ, ὅτι « Οἰκοδομήσει Κύριος τὴν Σιὼν, καὶ ὀφθήσεται ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ. » Ὤφθη γὰρ ἡμῖν ἐν Υἱῷ λέγοντι σαφῶς· « Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα »

B. Sequitur ergo, si propria gloria Dei ac Patris vere est Filius, ipsum esse debere secundum naturam universorum Dominum; regem autem non aliter quam et ipse sit Pater. At cur demum per Psaltæ vocem rursus dixit : « Ego autem constitutus sum rex ab eo [20]? » Dominum autem et Christum manifeste factum esse ipsum a Patre, sapiens nobis discipulus testatus est.

Β. Ἕψεται δὴ οὖν, εἴπερ ἐστὶν ἀληθῶς ἰδία δόξα τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ὁ Υἱὸς, τὸ δεῖν εἶναι κατὰ φύσιν αὐτὸν Κύριον μὲν τῶν ὅλων, βασιλέα δὲ ὡς ἑτέρως ἢ ὥσπερ ἂν εἴη καὶ αὐτὸς ὁ Πατήρ. Εἶτα τί δή ποτε διὰ τῆς τοῦ ψάλλοντος φωνῆς ἔφη πάλιν· « Ἐγὼ δὲ κατεστάθην βασιλεὺς ὑπ' αὐτοῦ; » Κύριον δὲ καὶ Χριστὸν πεποιῆσθαι σαφῶς παρὰ τοῦ Πατρὸς αὐτὸν, ὁ σοφὸς ἡμῖν προσμεμαρτύρηκε μαθητής.

A. Num igitur, amice, mecunctanter dices si quid ex te velim audire?

Α. Ἆρ' οὖν, ὦ φιλέταιρε, φράσαις ἂν ὡς ἁρπά γε μελλήσας οὐδὲν, εἴ τί περ ἐλοίμην ἀναπυθέσθαί σου;

B. Quidni?

Β. Πῶς γὰρ οὔ;

A. Quod ad dominationem vocatum est, et ad eam rem insuetam adductum, nonne Dominum ipsum aliquando non fuisse intelligi par est? Nihil enim ex eo quod est id quod est, velut ad aliud quiddam, rursus ad ipsum demigrabit.

Α. Τὸ κεκλημένον εἰς κυριότητα, καὶ ἀσυνήθως εἰς τοῦτο παρενεχθὲν, ἆρ' οὐκ ἂν νοεῖσθαι πρέποι, Κύριον οὐκ εἶναί ποτε; Οὐδὲν γὰρ ἂν ἐκ γε τοῦ εἶναι τοῦθ' ὅπερ ἐστὶν, ὡς ἐφ' ἕτερόν τι πάλιν ἐπ' αὐτὸ βαδιεῖταί τι.

B. Non certe.

Β. Οὐ γὰρ οὖν.

A. Quando igitur ad dominationem adductum esse aiunt Filium qui, antequam eo veniret, dominationis gloria et honore adhuc erat destitutus? Hoc enim necesse est vel nolentes dicere.

Α. Πηνίκα δὴ οὖν ἀναχεκομίσθαι φασὶν εἰς κυριότητα τὸν Υἱὸν, πρὸ τῆς εἰς τοῦτο μεταδρομῆς, τῆς εἰς κυριότητα τιμῆς τε καὶ δόξης τετιμένον ἴσως; Τοῦτο γὰρ ἀνάγκη, καὶ οὐχ ἑκόντας, εἰπεῖν.

B. Quid vero, si dicant etiam ante incarnationem?

Β. Τί γὰρ εἰ φαῖεν, ὅτι καὶ πρὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως;

A. Dicent quidem, sat scio, etiam ultra decorum facile prætervecti : sed eis resistet veritatis ratio. In carne etenim exsistenti, et in nobis habitanti, contigisse dicimus adventitiam potentiam, videriique regnum et dominationem accepisse. Dominum enim et Christum factum esse a Deo ac Patre divinus discipulus ait, non indistincte Verbum quod ex ipso effulsit, sed Jesum illum crucifixum. Cæterum ante incarnationem et conjunctionem per unionem Dominum fuisse Filium, nullo negotio videbimus, illud animo nostro insuper reputantes.

Α. Ἐροῦσι μὲν οἶδ' ὅτι καὶ πέρα τοῦ πρέποντος ἰόντες εὐκόλως· ἀλλ' ὅ γε τῆς ἀληθείας αὐτοῖς ἀντιτάξεται λόγος. Γενομένῳ γὰρ ἐν σαρκὶ καὶ ἐν ἡμῖν σκηνώσαντι, συμβῆναί φαμεν τὸ εἰσποίητον κράτος, εἰληφέναί τε δοκεῖν βασιλείαν καὶ κυριότητα. Κύριον γὰρ καὶ Χριστὸν πεποιῆσθαί φησι παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ὁ θεσπέσιος μαθητὴς, οὐκ ἀδιακρίτως τὸν ἐξ αὐτοῦ πεφηνότα Λόγον, ἀλλ' Ἰησοῦν τὸν ἐσταυρωμένον. Ὅτι δὲ πρὸ τῆς πρὸς σάρκα συνδρομῆς, καὶ τῆς καθ' ἕνωσιν συναφείας, Κύριος ἦν ὁ Υἱὸς, ἀνιδρωτὶ καταθρήσαιμεν, ἐκεῖνο τοῖς ἄλλοις προσενθυμούμενοι.

B. Ecquod?

Β. Τὸ τί δὴ φῄς;

A. Nonne, cum homo factus est, tunc etiam in servi forma descendisse dicitur?

Α. Οὐ γὰρ, ὅτε γέγονεν ἄνθρωπος, τότε καὶ ἐν τῇ τοῦ δούλου μορφῇ καθικέσθαι λέγεται;

B. Ita prorsus.

Β. Οὕτω φημί.

[16] Psal. xvi, 15. [17] Num. xiv, 21. [18] Psal. ci, 17. [19] Joan. xiv, 9. [20] Psal. ii, 6.

Digitized by Google

A. Εἶναι δὴ οὖν ἀνάγκη νοεῖν, πρὸ τῆς πρὸς σάρκα συνδρομῆς, οὐκ ἐν τῇ τοῦ δούλου μορφῇ τὸν ἐκ Θεοῦ πεφηνότα Λόγον, ἀλλ' ἐν κυριότητι φυσικῇ, καὶ ἐν ἰδίοις ὑψώμασιν, οἷς ἐπείπερ ἐμφιλοχωρεῖν διὰ τὴν εἰς ἡμᾶς ἀγάπησιν οὐ λίαν ἐδόκει, κεχρημάτικε δοῦλος, ἵν' ὥσπερ αὐτὸς ἐν τοῖς παρὰ φύσιν ἐθελοντὴς δι' ἡμᾶς, οὕτως καὶ ἡμεῖς ἐν τοῖς ὑπὲρ φύσιν πρόθυμοι δι' αὐτόν· καθίκετο γὰρ εἰς κένωσιν, οὐχὶ τῇ κενώσει διδοὺς τὸ χρῆναι νικᾷν τὴν ἔμφυτόν τε αὐτοῦ καὶ ἀπαραποίητον δόξαν, ἀλλ' ἵνα τὸ ἐν ὑφέσει καὶ κάτω, τουτέστιν ἡμεῖς, ἀναθρώσκειν ὑψοῦ δι' αὐτὸν ἰσχύσωμεν. Οὐ γάρτοι τὸ χεῖρον ἐκβιάσεταί ποτε τὸ ὑπερτεροῦν, ἥξεται δὲ μᾶλλον τῷ νικῶντι καὶ προὔχοντι τὸ ἀσυγκρίτως ἡττώμενον. Ἀμαθὲς οὖν λίαν τὸ οἴεσθαι δεῖν αὐτὸν ἐκβεβιάσθαι τοῖς καθ' ἡμᾶς, ὡς σὺν ἡμῖν δι' ἡμᾶς ἀπομεῖναι κάτω· σοφὸν δὲ καὶ ἀληθὲς, τὸ διανοεῖσθαι καὶ λέγειν, πρὸς τὸ θεῖον αὐτοῦ καὶ ἀπόῤῥητον κάλλος ἀναφοιτῆσαι τὸ ταπεινὸν, τῇ ὑπερτάτῃ δόξῃ νικώμενον. Ὅπερ γὰρ τρόπον παθεῖν μὲν αὐτῷ συνέβη τὸν κατὰ σάρκα θάνατον διὰ τὴν τῷ θανάτῳ κάτοχον σάρκα, ζωὴ δὲ ὢν κατὰ φύσιν, ἀνεκόμισε πρὸς τὸ οἰκεῖον αὐτὴν, οὐδὲν εἰς ἰδίαν ὑπομείνας φύσιν, κατασείσας δὲ μᾶλλον τοῦ θανάτου τὸ κράτος· οὕτω φαμὲν, ὅτι παθεῖν μὲν αὐτῷ τὴν δουλείαν συμβέβηκεν οἰκονομικῶς. Ἐπειδὴ δὲ κατὰ φύσιν ἐστὶ Θεὸς καὶ Κύριος, παραχωρεῖ τὸ λυποῦν, καὶ ταῖς τῆς δόξης ὑπερβολαῖς ἡττώμενον τὸ ἐκ τῆς δουλείας κατηφάνισται δυσκλεές. Οὐκοῦν, εἰ μεμένηκεν ἐν νεκροῖς, κατά γε, φημὶ, τὴν σάρκα, μένει ἐν δούλοις. Εἰ δὲ ἀνέθορέ τε καὶ ἀνέβη πρὸς τὸ ἐν ἀρχαῖς, φημὶ δὴ τὸ ζῆν, οἰκονομικῶς τῷ θανάτῳ τὸ δόξαι νικᾷν ἐπιδοὺς, ἀνοιχήσεται δηλονότι καὶ πρὸς τὸ ἕτερον, τουτέστι, τὸ ἐν κυριότητι φυσικῇ διαφανὲς, τῇ μετὰ σαρκὸς οἰκονομίᾳ τὸ ἐν καιρῷ δοὺς ἰσχῦσαι βραχεῖ, κατά γε τῆς δουλείας τὸν τρόπον. Ταύτῃτοι καὶ ἰσοκλεὴς καὶ ὁμόθρονος ὢν ὡς Υἱὸς Πατρὶ, καὶ Θεὸς Θεῷ, μονονουχὶ καὶ εἰς ἀρχὰς τῆς οὕτω περιφανοῦς καὶ ὑπερκοσμίου δόξης ἀναβιβάζεσθαι δοκεῖ, φάσκοντος πρὸς αὐτὸν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός· « Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου. » Ὃ γὰρ ἂν ὑποστορέσει ἐν ἑαυτῇ κατευνάζουσα πρὸς τὸ εὐπειθὲς ἡ θεία τε καὶ ἀπόῤῥητος φύσις, τοῦτο δὴ πάντως τοῖς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ὑποφέρεται ποσὶν, οὐκ ἀνθρωπίνως ἐνηργηκότος, οὐδὲ ἐπείτοι γέγονε σὰρξ, διὰ τοῦτο κρατεῖν τῶν ἠπειθηκότων ἰσχύοντος, ἀλλ' ὅτι τῆς ἀνθρωπότητος τὸ σμικροπρεπὲς εἰς τὸ τῆς ἀνωτάτω καὶ ὑπερτάτης φύσεως ἀναθὲς ἀξίωμα, καὶ τοῖς τῆς θεότητος θώκοις ἐνιδρύσας ἑαυτὸν, καὶ μετὰ σαρκὸς ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος κατακυριεύσει τῶν ὅλων οὐ δίχα Πατρός. Ὃ γὰρ ἂν δρῷτο παρὰ Πατρὸς, τοῦτο δὴ πάντως ἐστὶν ἐνέργημα τοῦ Υἱοῦ· καὶ ὅπερ ἂν λέγοιτο διαπεραίνεσθαι δι' Υἱοῦ, τοῦτο δὴ πάντως ἐστὶ κατόρθωμα τοῦ Πατρός. Πάντα γὰρ δι' ἀμφοῖν ἐν ἴσῳ, ἐνεργοῦντος μὲν τοῦ Πατρὸς, ἔχοντος δὲ δι' Υἱοῦ καὶ σὺν αὐτῷ ἐν Πνεύματι τὴν ἐφ' ὅτῳ οὖν τῶν δρωμένων ἐνέργειάν τε καὶ θέλησιν.

A. Intelligendum est igitur ante incarnationem non in forma servi esse Verbum quod ex Deo prodiit, sed in dominatione naturali et eminentia propria, quibus propter illam in nos charitatem relictis, servus audiit, ut quemadmodum ipse ultro propter nos ea subiit quæ sunt præter naturam, sic etiam nos in iis quæ supra naturam sunt, libenter essemus propter ipsum. Ad inanitionem enim se demisit, non dans inanitioni ut insitam et immutabilem gloriam superaret, sed ut quod infimum ac depressum est, nos **606** nimirum, per ipsum in altum possemus conscendere. Quod enim inferius est, nequaquam vim superiori faciet, imo præstantiori et excellentiori cedet id quod incomparabiliter minus est. Absurdissimum est igitur putare ipsum a nobis coactum ut nobiscum propter nos infra maneret; sed sapienter ac vere cogitabimus ac dicemus, ad divinam ejus et ineffabilem pulchritudinem rediisse humilitatem, suprema gloria victam. Quemadmodum enim ipsum mortem secundum carnem ferre contigit, propter carnem morti obnoxiam : cum autem vita sit secundum naturam, ipsam ad id quod ei conveniens est retulit, nihil in propria natura passus, sed convulso mortis imperio : ita dicimus ei contigisse ut servitutem subiret, ratione incarnationis. Cum autem secundum naturam sit Deus ac Dominus, quod est molesti recedit, et gloriæ eminentia superata servitutis ignobilitas deletur. Itaque si mansit inter mortuos, secundum carnem nimirum, manet etiam inter servos. Sin autem excitatus est, ac in pristinum statum, hoc est, ad vitam, rediit, ratione incarnationis morti victoria concessa, redibit utique etiam ad aliud, hoc est, ad dominationis naturalis splendorem, incarnationi ad breve tempus secundum rationem servitutis palma tributa. Proindeque cum æquali gloria præditus sit, eodemque in solio sedeat cum Patre Filius, et cum Deo Deus, tamen ad principium tam illustris ac supramundanæ gloriæ propemodum videtur revocari, dicente ei Deo ac Patre : « Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum [21]. » Quodcunque enim sibi substraverit ac subjecerit in se conquiescens divina et ineffabilis natura, hoc utique Salvatoris nostri subjicitur pedibus, non quod humanitus operatus est, neque propterea quod caro factus est, idcirco incredulos vincere possit, sed quoniam humanitatis vilitatem ad supremæ et altissimæ naturæ dignitatem referens, et in deitatis solio seipsum collocans, etiam cum carne unigenitum Dei Verbum imperio suo cuncta subjecturus sit non sine Patre. Quod enim fit a Patre, hoc utique est opus Filii; et quod perfici dicitur per Filium, hoc plane est Patris factum. Omnia enim per utrumque æqualiter fiunt, operante quidem Patre, sed habente per Filium, et cum ipso in **607** Spiritu, in unoquoque eorum quæ fiunt, operationem et voluntatem.

[21] Psal. cix, 1, 2.

Digitized by Google

B. Scite admodum, nos enim doces rectum et inculpatum iter insistere: sed non minus quam antea nos juveris, si dominationem Filii clarius demonstres.

A. Igitur si quis sciscitetur, et nos ita compellet: Dic, obsecro, quidnam esse ais dominationem Patris? Quidnam statueres?

B. Dicerem, imperare universitati rerum, glorificari ab omnibus, omnia ejus esse, cœlestia et terrena.

A. Tam augustis clarisque titulis numquid insignitum esse Filium dicunt?

B. Dicent quidem, opinor, esse: verumtamen dante ei Patre.

A. At nunquid mendacium et inane commentum istud erit, cum Deus ac Pater aperte clamet: « Gloriam meam alteri non dabo [22]? » Neque enim aliis ab ipso concessit secundum substantialem differentiam nimirum, veræ divinitatis eminentibus titulis gloriari. Ubi enim demum est ejus eminentia, si naturæ creatæ conditio huc deveniat, ut nihil supra suam nobilitatem esse sinat? Nunquid cogitandum est omni rei factæ et in ortum productæ invia et inaccessa esse, quæ Dei sunt peculiaria ac propria?

B. Omnino.

A. At quo pacto Filius Patris gloria conspicuus erit, nisi eo quo ipse modo, non autem alio? Beatus enim Daniel visiones divinas ac prophetica nobis describens, in solio quidem collocat Antiquum dierum, et circa illum statuit millia millium ordinatorum in ministerium, et decies millies centena millia astantium [23]. Isaias porro divinus non minori in gloria se conspexisse Filium ait: « Vidi enim, inquit, Dominum Sabaoth sedentem super solium excelsum et elevatum: et plena erat domus majestate ejus. Et Seraphim stabant in circuitu ejus: sex alæ uni, et sex alæ alteri. Et duabus quidem velabant pedes, et duabus volabant, et clamabant alter ad alterum [24], » sanctificationem, initio quidem multiplicem, sed in unitatem ac dominationem unam desinentem. Num tibi videtur æqualitatem gloriæ demum obtinere Filius? Ubi enim thronus supremus et æqualis eminentia, ac cœlestium Virtutum circumstantes turmæ, servilem creaturarum conditionem denotantes, et sedenti dominationis gloriam **608** contestantes? Quis dubitet quin ad ipsum ignorantiæ profundum is pervenerit, qui putat Patris naturali dominatione non conspicuum esse Filium?

τὸν κατωτάτω διελήλακεν ἤδη πως, εἴπερ οὖν οἴοιτο τὸν Υἱόν;

B. Ita sane, vera demum est oratio.

A. Fateberis autem, amice, et me, et te, nequaquam dicendo falli, adeoque nec alium quemvis, si asseramus naturali Deo in omnem creaturam esse potestatem et imperium, et Dei esse cuncta, ut

B. Ἀστειότατα ἔφης· φρενοῖς γὰρ ἡμᾶς, ὀρθὴν καὶ ἀμώμητον διαστείχων ὁδόν· ἦσαις δ' ἂν οὐ μείον ἢ πάλαι, καθιστὰς εἰς τὸ ἐμφανέστερον τὴν κυριότητα τοῦ Υἱοῦ.

A. Οὐκοῦν εἴ τις ἔλοιτο φιλοπευστεῖν, προσίοι τε λέγων· Φράσον ἡμῖν, ὦ τᾶν, ὅ τί ποτε εἶναι φῂς τὴν κυριότητα τοῦ Πατρός· ὅτι ἂν ἀπεφήνω;

B. Ἔφην ἄν, ὅτι τὸ κατάρχειν τῶν ὅλων, τὸ δοξάζεσθαι παρὰ πάντων, τὸ εἶναι τὰ πάντα αὐτοῦ, τά τε ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς.

A. Ἐν δέ γε τοῖς οὕτω σεπτοῖς καὶ περιφανέσιν οὐκ εἶναί φασιν ἁρπρεπῆ τὸν Υἱόν;

B. Εἶναι μὲν ἐροῦσιν, οἶμαί που, πλὴν ἐφέντος ἔχειν αὐτῷ τοῦ Πατρός.

A. Εἶτα πῶς οὐ ψευδομυθία τοῦτό γε, καὶ ῥᾴθημα κενὸν, τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς διαῤῥήδην ἀναβοῶντος· « Τὴν δόξαν μου ἑτέρῳ οὐ δώσω; » Οὐδὲ γὰρ ἂν ἤφιεν τῶν ὄντων τισὶ καὶ παρ' αὐτὸν ἑτέρως, κατά γε, φημὶ, τὴν οὐσιώδη διαφοράν, τοῖς τῆς ἀληθοῦς θεότητος ὑψώμασιν ἐναβρύνεσθαι. Πῶ γὰρ ἔτι τὸ ἀνεστηκὸς αὐτῆς, εἰ φύσεως γενητῆς εἰς τοῦτο προήκοι μέτρον, ὡς μηδὲν ἐπέκεινα λοιπὸν εὐκλείας ἐᾷν; Ἢ οὐκ ἀναγκαῖον παντὶ τῷ πεπαγμένῳ καὶ παρηγμένῳ πρὸς γένεσιν, ἀστιβῆ καὶ ἀνέβατα νοῆσαι παντελῶς τὰ ἰδικῶς τοῦ Θεοῦ·

B. Ἀναγκαῖον.

A. Εἶτα πῶς ἐν τοῖς τοῦ Πατρὸς διαπρέπει ἂν ὁ Υἱὸς, καὶ οὐ καθ' ἕτερον, οἶμαι, τρόπον, ἢ καθ' ὃν αὐτός; Ὁ μὲν γὰρ μακάριος Δανιὴλ, θεοπίσας ἡμῖν ἀναγράφων καὶ ὁράσεις προφητικὰς, καθίζει μὲν ἐπὶ θρόνου τὸν Παλαιὸν τῶν ἡμερῶν, περιίστησι δὲ χιλιάδας μὲν αὐτῷ χιλιάδας τῶν τεταγμένων εἰς λειτουργίαν, μυρίας δὲ μυριάδας τῶν παραστατῶν. Ἡσαΐας γε μὴν ὁ θεσπέσιος, οὐκ ἐν μείονι δόξῃ τεθεᾶσθαι φησι τὸν Υἱόν. « Εἶδον γὰρ, ἔφη, τὸν Κύριον Σαβαὼθ καθήμενον ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρμένου. Καὶ πλήρης ὁ οἶκος τῆς δόξης αὐτοῦ. Καὶ Σεραφὶμ εἱστήκεισαν κύκλῳ αὐτοῦ· ἓξ πτέρυγες τῷ ἑνὶ, καὶ ἓξ πτέρυγες τῷ ἑνί· καὶ ταῖς μὲν δυσὶ κατεκάλυπτον τοὺς πόδας, καὶ ταῖς δυσὶν ἐπέτατο, καὶ ἐκέκραγεν ἕτερος πρὸς τὸν ἕτερον, » τὸν ἐν περιττῷ μὲν ἐν ἀρχῇ, καταλήγοντα δὲ εἰς ἑνάδα καὶ εἰς κυριότητα μίαν, ἁγιασμόν. Ἆρά σοι δοκεῖ τὸ ἰσοπαλὲς ἐν δόξῃ διακεκτῆσθαι λοιπὸν ὁ Υἱός; Ὅπου γὰρ θρόνος ὁ ἀνωτάτω, καὶ ἰσόδρομος ἡ ὑπεροχὴ, καὶ τῶν ἐν οὐρανῷ δυνάμεων ἡ ὡς ἐν κύκλῳ στάσις, τὸ τῆς δουλείας τῶν γενητῶν ἐμφανίζουσα μέτρον, καὶ τὴν τῆς κυριότητος δόξαν προσμαρτυροῦσα τῷ καθημένῳ, ποῖον ἂν ἔχοι τόπον ἐνδοιασμοῦ, ἢ πῶς ἀμφίλογον ὡς εἰς αὐτόν τις τῆς ἀμαθίας πυθμένα μὴ τῇ τοῦ Πατρὸς κυριότητι φυσικῇ καταγλαΐζεσθαι

B. Ἄραρε, καὶ ἔστι λοιπὸν ἀληθὴς ὁ λόγος.

A. Δοίης δ' ἂν, ὦ ἑταῖρε, μὴ διεψεῦσθαι λέγοντας, ἐμέ τε, καὶ σὲ, καὶ μὴν εἴπερ τῳ καὶ ἑτέρῳ δοκεῖ, ὡς τῷ γε ὄντι κατὰ φύσιν Θεῷ τὸ κατὰ παντὸς τοῦ γεγονότος ἀνῆπται κράτος, καὶ ἔστι πάντα Θεοῦ, συλ-

[22] Isa. XLII, 8. [23] Dan. VII, 9, 10. [24] Isa. VI, 1-3.

Digitized by Google

λήθην εἰπεῖν, οὐρανός τε καὶ γῆ καὶ τὰ ἐν ἀμ- A verbo dicamus, cœlumque ac terram, et quæ utrius-
φοῖν. que ambitu continentur.

B. Ἔγωγε. B. Fatebor equidem.

A. Οὐκοῦν ἐν ἴσῳ μὲν τρόπῳ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς εἶεν ἂν οἱ τὴν μακαρίαν ἄνω τρίβοντες ζωὴν, ἄγγελοί τε καὶ ἀρχάγγελοι, καὶ εἴ τι τούτων ἐπέκεινα· εἶεν δ' ἂν καὶ αὐτοῦ τοῦ Υἱοῦ. Τουτὶ δὲ αὐτὸ καὶ περὶ τῶν ἐπὶ γῆς ὡς εὖ ἴσθι τοι φρονοῦντά με.

A. Itaque eodem modo erunt Dei ac Patris, qui beatam in cœlo vitam degunt, angeli, et archangeli, et si quid ultra hos est. Erunt autem et ipsius Filii. Idipsum vero etiam nosti me sentire de hominibus.

B. Ἔφης μὲν ὀρθῶς. Πλὴν εἴ ἔποιτο τοῖς λόγοις ἡμῖν ἡ ἑφ' ἑκάστῳ πίστις, δρῴης ἂν ὡς ἀριστά γε.

B. Recte quidem dixisti. Verumtamen si quæ dicimus sigillatim probaveris, præclare admodum facies.

A. Οὐκοῦν ὁ μὲν θεσπέσιος Μελῳδὸς, « Εὐλογεῖτε, φησὶ, τὸν Κύριον, πάντες οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ, λειτουργοὶ αὐτοῦ οἱ ποιοῦντες τὸ θέλημα αὐτοῦ· » τῇ τοῦ Πατρὸς ἐξουσίᾳ προσνέμων τὴν ἁγίαν τῶν ἄνω πληθύν. Ὅτι δὲ ἥξει κριτὴς κατὰ καιροὺς ὁ B Υἱὸς προκαταμηνύων φησὶν αὐτός· « Μέλλει γὰρ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἔρχεσθαι ἐν τῇ δόξῃ τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ, μετὰ τῶν ἁγίων ἀγγέλων αὐτοῦ. » Ἥξει γὰρ, ἥξει κατὰ καιροὺς, ἀποδώσων ἑκάστῳ κατὰ τὸ ἔργον αὐτοῦ· πλὴν οὐκ ὀθνείοις αὐτὸν λειτουργοῖς ἐπικομπάσειν τε καὶ ἐναβρυνεῖσθαί φαμεν, ἀλλὰ ταῖς ἐξ ἀγγέλων δορυφορίαις ὡς ἰδίαις ὄντως ὑπηρετούμενον.

A. Igitur beatus Psaltes : « Benedicite, inquit, Domino, omnes angeli ejus, ministri ejus, qui facitis voluntatem ejus [28], » Patris potestati tribuens sanctam illam cœlitum multitudinem. Filium autem aliquando judicem venturum prænuntians, ipse ait : « Filius enim hominis venturus est in gloria Patris sui cum sanctis angelis suis [26]. » Veniet enim, veniet aliquando redditurus unicuique secundum opus suum. Cæterum non alienis ipsum ministris gloriaturum dicimus, sed angelorum satellitio utpote suo revera stipatum.

B. Σύμφημι. B. Assentior.

A. Ἀναμέλποντος δὲ αὖ τοῦ θεσπεσίου Δαβὶδ, λέγοντός τε περὶ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός· « Δεῦτε, προσκυνήσωμεν καὶ προσπέσωμεν αὐτῷ, καὶ κλαύσωμεν ἐνώπιον Κυρίου τοῦ ποιήσαντος ἡμᾶς, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ ἡμεῖς λαὸς νομῆς αὐτοῦ, καὶ πρόβατα χειρὸς αὐτοῦ· » τὰς ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ λογικὰς ἀγέλας ἰδίας εἶναί φησιν ὁ Υἱὸς, ὁτὲ μὲν λέγων Πατρὶ τῶν ἐξ Ἰσραὴλ πεπιστευκότων· « Τὰ πρόβατα τὰ ἐμὰ τῆς φωνῆς μου ἀκούει· » ὁτὲ δὲ αὖ καὶ περὶ τῶν οὔπω πεπιστευκότων· « Καὶ ἄλλα πρόβατα ἔχω, ἃ οὐκ ἔστιν ἐκ τῆς αὐλῆς ταύτης. » Οὐκοῦν ἐκ μυρίων ὅσων ἡμῖν ἀποδεῖξαι ῥᾷον, ὡς δεδόξασται λέγεται παρὰ τοῦ Πατρὸς διὰ τὸ ἀνθρώπινον ὁ Υἱὸς, καίτοι τῆς δόξης Κύριος ὢν, σύνεδρός τε ἀεὶ, καὶ ὁμόθρονος τῷ Πατρί. Εἴη δ' ἂν καὶ μάλα εἰκότως δυσδιάφυκτος ἡ γραφὴ, καὶ δυσαπόνιπτον αἶσχος, τοῖς ἐπακτὴν αὐτῷ περιτιθεῖσι τὴν δόξαν, καὶ εἰσκεκρίσθαι λέγουσι τὸ κατὰ πάντων κράτος.

A. Rursus autem cum divinus David canit et de Deo ac Patre dicit : « Venite, adoremus, et procidamus ante eum, et ploremus ante Dominum, qui fecit nos; quia ipse est Dominus Deus noster, nos autem populus pascuæ ejus, et oves manus ejus [27], » C oves hujus mundi ratione præditas suas esse ait Filius, interdum Patri dicens, cum credidissent Israelitæ : « Oves meæ vocem meam audiunt [28]; » interdum vero rursus quoque de iis qui nondum crediderant : « Et alias oves habeo, quæ non sunt ex hoc ovili [29]. » Igitur innumeris ex locis facile nobis est probare Filium dici a Patre glorificatum, propter humanitatem, licet gloriæ sit Dominus et in eodem solio ac throno cum Patre sedeat. Crimen autem non effugient, ac labem non facile abstergent, **609** qui ascititiam ei gloriam tribuunt, ac potestatem in cuncta aliunde ascitam dicunt.

B. Οὐκοῦν, εἰ μὴ θύραθεν, μήτε μὴν εἰσδεδεγμένον αὐτῷ τὸ κατὰ πάντων κράτος, ἀλλ' ἐμπέφυκεν οὐσιωδῶς, οὐκ ἂν ἔχοιμι φράσαι τί δὴ ἄρα καὶ μαθὼν ὁ θεσπέσιος Παῦλος, καταλήξειν ποτὲ τὰ τῆς βασιλείας αὐτῷ διισχυρίσατο, λέγων· « Ὥσπερ γὰρ ἐν τῷ Ἀδὰμ πάντες ἀποθνήσκουσιν, οὕτω καὶ ἐν τῷ Χριστῷ πάντες ζωοποιηθήσονται. Ἕκαστος δὲ ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι· ἀπαρχὴ Χριστὸς, ἔπειτα οἱ τοῦ Χριστοῦ, ἐν τῇ παρουσίᾳ αὐτοῦ· εἶτα τὸ τέλος, ὅταν παραδῷ τὴν βασιλείαν τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, ὅταν καταργήσῃ πᾶσαν ἀρχὴν, καὶ πᾶσαν ἐξουσίαν καὶ δύναμιν. Δεῖ γὰρ αὐτὸν βασιλεύειν, ἄχρις οὗ θῇ πάντας τοὺς ἐχθροὺς ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ. Πάντα γὰρ ὑπέταξεν ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ. Ἔσχατος ἐχθρὸς

B. Igitur, nisi extrinsecus et aliunde ascita est ei D in cuncta potestas, sed substantialiter est insita, dicere non possum quid tandem causæ sit cur divinus Paulus cessaturam aliquando ejus potestatem asseruerit, dicens : « Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita et in Christo omnes vivificabuntur : unusquisque autem in suo ordine; primitiæ Christus, deinde ii qui sunt Christi, in adventum ejus; deinde finis, cum tradiderit regnum Deo et Patri, cum evacuaverit omnem principatum, et potestatem, et virtutem. Oportet enim illum regnare donec ponat omnes inimicos sub pedibus ejus (omnia enim subjecit sub pedibus ejus). Novissime autem inimica destruetur mors [30]. » Ecce enim, ecce confi-

[25] Psal. cii, 20. [26] Matth. xvi, 27. [27] Psal. xciv, 6, 7. [28] Joan. x, 27. [29] ibid. 16. [30] I Cor. xv, 22-26

Digitized by Google

nium veluti quoddam, inquient, cessaturi ejus imperii, cum principatus inanes fuerint redditi, et mors prostrata : tunc enim imperium tradet soli Deo ac Patri.

A. Apage cum anili et ridicula ista cogitatione! Qui enim hæc sentit ac loquitur, reliquit vias vineæ suæ, et erravit per semitas agri sui; graditur vero per solitudinem aquis vacuam, et terram in siticulosis locis positam, manibus autem sterilitatem congregat, ut scriptum est [31]. Non enim regni titulos et imperium in cuncta perditurum aliquando Filium divinus nobis doctor dixit. Sciebat enim, ut reor, divinum Davidem lyram pulsare spiritalem, et accinere Filio in Spiritu : « Sedes tua, Deus, in sæculum sæculi, virga directionis, virga regni tui [32]. » Quid porro faciant, qui ad quamvis absurditatem laxis linguæ habenis feruntur, et tam agresti mente laborant, cum beatus Gabriel sanctæ Virgini Christum prænuntians : « Ne enim timeas, inquit, incarnationem, o Maria : invenisti enim gratiam apud Deum, et ecce concipies in utero, et paries Filium, et vocabis nomen ejus Jesum. Ipse enim servabit populum suum a peccatis suis. Et dabit illi Dominus Deus sedem David patris ejus, et regnabit in domo Jacob in æternum, **610** et regni ejus non erit finis [33]. » Cum itaque sanctus vir regnum Filii prædixerit ad sæcula infinita perventurum, adeoque vox angeli veritati concinat, consensurum opinor eum qui probus est ac frugi, et nugas condemnaturum, insanosque dicturum eos, qui alia quævis sentire velint, cum lex aperte clamet : « In ore duorum aut trium testium stabit omne verbum [34]. » Alioqui nonne plurima impietate scatet objectio?

A καταργεῖται ὁ θάνατος. » Ἰδοὺ γὰρ, ἰδοὺ, φαῖεν ἄν, μεθόριον ὥσπερ τι τοῦ πρὸς κατάληξιν τῆς βασιλείας αὐτοῦ, τὸ ἀπραχτῆσαι μὲν ἀρχὰς, καταργηθῆναι δὲ θάνατον· παραδώσει γὰρ τότε τὸ χρῆναι κατάρχειν, μόνῳ τῷ Θεῷ καὶ Πατρί.

Α. Ἀλλ' οὐ θεσμοθέται καὶ ὁρισταὶ τῶν ὑπὲρ νοῦν καὶ λόγον, οἱ κίβδηλον οὕτω νοσοῦντες τὴν παραφθορὰν εἰσδεχθεῖεν ἄν, ἄμαχον ὥσπερ τι τὸ σφισι δοκοῦν εἰσκεκομικότες· ὑποτετάξονται δὲ μεθ' ἡμῶν τοῖς ἱεροῖς τε καὶ θείοις Γράμμασιν, οὐ τῆς παρ' ἑτέρου ζωῆς ὑπουργὸν, ἀλλ' αὐτόχρημα ζωὴν ὑπάρχειν διακηρύττουσιν ἐναργῶς, τὸ τῆς κατὰ φύσιν ζωῆς, ζωοποιόν τε καὶ ἅγιον Πνεῦμα. Ὧδε γάρ που πάλιν ὁ μακάριος ἔφη Παῦλος· « Εἰ δὲ τὸ Πνεῦμα τοῦ ἐγείραντος Ἰησοῦν ἐκ νεκρῶν οἰκεῖ ἐν ὑμῖν, ὁ ἐγείρας Χριστὸν Ἰησοῦν ἐκ νεκρῶν ζωοποιήσει καὶ τὰ θνητὰ σώματα ὑμῶν, διὰ τοῦ ἐνοικοῦντος αὐτοῦ Πνεύματος ἐν ὑμῖν. » Τὸ ζωῆς οὖν Πνεῦμα τῆς κατὰ φύσιν εἴη δή που πάντως; ἂν παρ' αὐτὴν οὐχ ἕτερον, κατά γε τὸ ἀμωμήτως ἔχον εἰς ὀρθότητα λογισμῶν. Εἴη γὰρ ἂν ὅπως οὐ ζωὴ, τὸ ῥίζαν ἔχον τὴν ζωὴν, καὶ πηγὴν ὥσπερ τινὰ τὴν ἀκήρατον, καὶ παντὸς ἐπέκεινα γενητοῦ τοῦ Θεοῦ φύσιν; Ὅτι γὰρ ἐξ αὐτῆς ἐκπορεύεται τῆς τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς οὐσίας, οὐκ ἀσυμφανὲς, προκείσεται δὲ τοῖς γε ἀληθῶς ἀρτίφροσιν εὐκόλως ἰδεῖν, ἔκ γε τοῦ λελέχθαι σαφῶς· « Ὁ ἐγείρας Χριστὸν Ἰησοῦν ἐκ νεκρῶν, ζωοποιήσει καὶ τὰ θνητὰ σώματα ὑμῶν διὰ τοῦ ἐνοικοῦντος αὐτοῦ Πνεύματος ἐν ὑμῖν. » Ἴδιον γὰρ τοῦ Θεοῦ τὸ ταῖς ἡμετέραις καρδίαις ἐνηλισμένον ζωοποιόν ἐστι Πνεῦμα. Τὸ δὲ ἴδιον τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐξ αὐτοῦ κατὰ φύσιν, εἰ ζωῆς τητᾶσθαι δώσομεν, εἴπερ ἐπακτὴν ἔχει τὴν ζωὴν, πῶς οὐκ ἂν νοοῖτο δυνάμει νεκρόν; Ὃ γὰρ ἂν ἐνδέχοιτο παθεῖν, εἴπῃ τις ἄν, καὶ εἰ μήπω γέγονεν ἐν τῷ παθεῖν, ὡς ἅπαν, οἶμαί που, τὸ εἰσκεκρίσθαι δοκοῦν, ἢ καὶ εἰσποίητον ἀληθῶς, οὐκ ἀνύποπτον εἰς ἀπόστασιν, ἀλλ' ἐν φόβῳ τοῦ διαπεσεῖν. Φύσεως γὰρ οὐκ ἐρήρεισται νόμοις, οὔτε μὴν ἀκατάσειστον ἔχει τὴν ἕδραν τὸ ὡς ἐν τάξει συμβεβηκότος, καὶ ὡς ἂν εἴδει [ἴσ. ἐν εἴδει] βαφῆς τοῖς ἅπαξ ἐλοῦσιν ἐπερρίμμένον.

A. At eos rerum quas nec fando nec cogitando possimus assequi, constitutores et arbitros eos qui tanta laborant animi corruptela, nequaquam admittemus, cum suo illo, ut existimant, invicto argumento, sed nobiscum sacris ac divinis Litteris obtemperabunt, quæ manifeste prædicant vivificum et sanctum Spiritum non ab alio traditæ vitæ ministrum, sed ipsammet vitam, et vitæ secundum naturam largitorem. Sic enim alicubi rursus beatus Paulus dixit : « Quod si **656** Spiritus ejus qui suscitavit Jesum a mortuis, habitat in vobis, qui suscitavit Jesum Christum a mortuis, vivificabit et mortalia corpora vestra, per inhabitantem Spiritum ejus in vobis[83]. » Vitæ igitur illius secundum naturam Spiritus alius ab ipsa non fuerit, juxta rectam et sinceram doctrinam. Quomodo enim vita non erit is, qui radicem habet vitam, et fontem veluti quemdam illam immortalem et omni creatura superiorem Dei naturam? Ex ipsa enim Dei ac Patris substantia procedere dubium non est, et quicunque recta mente sunt præditi, facile id perspicient ex eo quod clare dictum est : « Qui suscitavit Jesum Christum a mortuis, vivificabit et mortalia corpora vestra, per inhabitantem Spiritum ejus in vobis. » Spiritus enim ille Dei qui habitat in cordibus nostris vivificus est Spiritus. Spiritus autem Dei proprius, et qui ex ipso secundum naturam procedit, si vita illum carere concedemus, siquidem ascititia vita sit præditus, quo pacto non censebitur virtute mortuus? Quod enim pati potest, inquiet aliquis, etiamsi nondum patiendi tempus attigerit, ut et omne id quod ascititium putatur, aut revera est ascitum, non creditur expers interitus, sed in cadendi metu est. Naturæ enim legibus firmum non est, neque stabilem sedem habet quod vice accidentis, et instar coloris rebus semel inductum est.

Β. Ἆραρεν οὖν, ὅτι τὸ Πνεῦμα ζωὴ, φυσικῶς δηλονότι καὶ οὐ μεθεκτῶς.

B. Stat igitur, Spiritum esse vitam, naturaliter nimirum, non autem per participationem.

Α. Παντάπασι μὲν οὖν, ὦ ἑταῖρε, τοῦτο δὲ εἴσῃ καλῶς καὶ ἐξ ἑτέρων ἐννοιῶν. Θεοῦ μὲν γὰρ λέγοντος ἐπαΐοι τις ἄν, καὶ μονονουχὶ λειποταξίου γραφὴν κατεχέοντος τῶν τῇ κτίσει λελατρευκότων· « Ἐξέστη ὁ οὐρανὸς ἐπὶ τούτῳ, καὶ ἔφριξεν ἐπὶ πλεῖον σφόδρα, λέγει Κύριος, ὅτι δύο γὰρ πονηρὰ ἐποίησεν ὁ λαός μου· ἐμὲ ἐγκατέλιπον πηγὴν ὕδατος ζῶντος, καὶ ὤρυξαν ἑαυτοῖς λάκκους συντετριμμένους, οἳ οὐ δυνήσονται ὕδωρ συνέχειν. » Προσπεφωνηκότα δὲ τοῖς Ἰουδαίοις εὑρήσομεν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν

A. Ita prorsus, amice. Hoc autem et ex aliis rationibus probe intelliges. Deum enim audies loquentem et quasi desertæ militiæ accusantem eos qui creaturam coluerant : « Obstupuit cœlum super hoc, et inhorruit plurimum, dicit Dominus. Duo enim mala fecit populus meus : me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, et foderunt sibi cisternas contritas, quæ non poterunt aquam continere[84]. » Inveniemus autem Dominum nostrum Jesum Christum Judæos alloquentem : « Si quis sitit, veniat ad me, et bibat. Qui

[83] Rom. VIII, 11. [84] Jerem. II, 12, 13.

Digitized by Google

credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ [85]. » Quod divinus evangelista Joannes explanans et palam faciens, ad sancti Spiritus naturam et operationem refert, dicens: « Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in **657** eum [86]. » Ecce utique rursus clare et perspicue, aqua vitæ æquali modo ac virtute Spiritus, et Pater, adeoque Filius, nominis communione identitatem, opinor, substantiæ consequente. Ita enim rem esse natura, aliter quoque licet ostendere. Nam cum Deus sanctus sit secundum naturam, sanctus substantialiter est Spiritus, et per ipsum ac in ipso sancti Dei cuivis licet esse participi.

A Χριστόν· « Εἴ τις διψᾷ, ἐρχέσθω πρός με, καὶ πινέτω. Ὁ πιστεύων εἰς ἐμέ, καθὼς εἶπεν ἡ Γραφή, ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ῥεύσουσιν ὕδατος ζῶντος. » Ὃ δὴ καὶ διατρανῶν εὖ μάλα καὶ καθιστὰς ἐναργὲς ὁ θεσπέσιος εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης, εἰς τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος φύσιν τε καὶ ἐνέργειαν ἀποφέρει, λέγων· « Τοῦτο δὲ εἶπε περὶ τοῦ Πνεύματος, οὗ ἔμελλον λαμβάνειν οἱ πιστεύοντες εἰς αὐτόν. » Ἰδοὺ δὴ αὖ σαφῶς τε καὶ ἐναργῶς, ὕδωρ ζωῆς ἰσοτρόπως καὶ ἰσοσθενῶς, τὸ Πνεῦμα καὶ ὁ Πατήρ, καὶ γοῦν ὁ Υἱός, τῇ τῆς οὐσίας ταυτότητι παρεπομένης, οἶμαί που, τῆς ὁμωνυμίας. Ὥσθε γὰρ ἔχον τῇ φύσει τὸ χρῖσμα, καὶ καθ' ἕτερόν τινα τρόπον ἐπιδείξαι τις ἂν. Ἁγίου γὰρ ὄντος Θεοῦ κατὰ φύσιν, ἅγιον οὐσιωδῶς τὸ Πνεῦμά ἐστι, δι' αὐτοῦ τε καὶ ἐν αὐτῷ τοῦ ἁγίου Θεοῦ
B μεταλάχοι τις ἄν.

B. Non quod propria sit ejus, inquiunt, sed quod ei adventitia sit sanctificatio, eamque a Deo creaturæ deferat.

B. Οὐχ ὡς ἴδιον, φασὶν, ἀλλ' ὡς ἐπακτὸν ἔχοντος τὸν ἁγιασμὸν, διακομίζοντός τε τῇ κτίσει παρὰ Θεοῦ.

A. Igitur sanctificatus prius Spiritus sanctificationem creaturis indit quæ sua non est, siquidem verum esse dicimus, quod in omni re quæ perferre putatur id quod per ipsam in alios transit, aliud utique etiam sit ab ipsa. Nihil enim seipsum ad alios detulerit, non ut seipsum.

A. Προηγιασμένον οὖν ἄρα τὸ Πνεῦμα, τὸν οὐχ ἑαυτοῦ τοῖς κτίσμασιν ἐνίησιν ἁγιασμὸν, εἴπερ εἶναί φαμεν ἀληθὲς, ὡς ἔν γε παντὶ τῷ διακομίζειν ὑπειλημμένῳ, τὸ δι' αὐτοῦ τυχὸν εἰς ἑτέρους διάττον εἴη δή που πάντως ἂν καὶ ἕτερον παρ' αὐτό. Διακομίσαι γὰρ ἂν οὔτι που τῶν ὄντων οὐδὲν ἑαυτὸ πρὸς ἑτέρους, οὐχ ὡς ἑαυτό.

B. Verum est.

B. Ἀληθές.

A. Itaque, si non est sanctus natura Spiritus, qui in nobis est, dicant illi, ecquam demum sortitus sit naturam. Quod si nolint ei sanctam naturam tri-
C buere, nunquid in blasphemiam inevitabilem eorum oratio corruet?

A. Οὐκοῦν, εἰ μὴ ἔστιν ἅγιον φύσει τὸ Πνεῦμα τὸ ἐν ἡμῖν, φραζόντων ἐκεῖνοι, τίνα δὴ ἄρα λοιπὸν ἀπεκληρώσατο φύσιν. Καὶ εἰ μὴ βούλοιντο τὴν ἁγίαν ἀπονέμειν αὐτῷ, ἆρ' οὐχὶ πάντη τε καὶ πάντως ἀπονεύσειεν ἂν αὐτοῖς εἰς ἀδιάφυκτον δυσφημίαν ὁ λόγος;

B. Ita prorsus. Verumtamen aiunt Christum de ipso dixisse: « Quia de meo accipiet, et annuntiabit vobis [87]. » Particeps igitur, inquiunt, Spiritus est Filii.

B Ἔοικε. Πλὴν ἐκεῖνό φασιν, ὅτι Χριστὸς ἔφη περὶ αὐτοῦ· « Ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν. » Μέτοχον οὖν ἄρα φασὶ τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ.

A. Minime vero, multum abest, ut reor. Qui enim ex ipso, et in ipso et proprius ejus est, quomodo ipsius demum erit particeps, et perinde ac ea quæ aliunde sanctitatem accipiunt, relatione quadam sanctificabitur, alienusque secundum naturam futurus est ab eo, cujus etiam proprius esse dicitur? Acuti autem illi divinorum sermonum, ac subtilissimi, ut sibi persuadent, indagatores, quamobrem
D rejecta veritatis contemplatione, adulterinis et spuriis ratiunculis innatant? Non enim naturæ differentiam innuebat Filius, cum de se et Spiritu diceret: « Quia de meo accipiet, et annuntiabit vobis. » Alioqui enim, manifeste dixisset: De meo accipiet sanctificationem, et vicissim ipse vos sanctificabit. Hæc enim naturæ distinctam et inæqualem rationem ostenderent, et aliam quodammodo in alio sanctificationem in Spiritu liquido declararent. Verum ista quidem non dicebat, sed suis verbis usurum propter identitatem substantiæ et omnimodam naturæ et loquendi operandique æqualitatem, ita ut,

A. Ἠκιστά γε, πολλοῦ γε, οἶμαι, καὶ δεῖ. Τὸ γὰρ ἐξ αὐτοῦ τε καὶ ἐν αὐτῷ καὶ ἴδιον αὐτοῦ, πῶς ἂν αὐτοῦ μεταλάχοι πώποτε, καὶ ἐν ἴσῳ τοῖς θύραθεν σχετικῶς ἁγιάζοιτο, καὶ ἀλλότριον ἔσται κατὰ φύσιν, οὗ καὶ ἴδιον εἶναι λέγεται; Δεινοὶ δὲ, ὡς οἴονται, τῶν θείων λόγων γεγονότες βασανισταὶ, καὶ ἰσχνοὶ λίαν, ἀνθότου, παρέντες τὸ κατασκέπτεσθαι δεῖν τὸ ἐτύμως ἔχον, κεκιβδηλευμένοις καὶ νόθοις ἐπινήχονται λογισμοῖς; Οὐ γάρ τοι φύσεως ἐδήλου διαφοράν, ἑαυτοῦ τε πέρι καὶ τοῦ Πνεύματος λέγων ὁ Υἱὸς, ὅτι « Ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν. » Ἦ γὰρ ἂν ἔφη καὶ μάλα σαφῶς, ὡς Λήψεται μὲν ἐξ ἐμοῦ τὸν ἁγιασμὸν, ἁνθαγιάσει δὲ καὶ ὑμᾶς αὐτό. Φύσεως γὰρ ἐδήλου ταυτὶ τὴν εἰς ἀνισότητα διακοπὴν, καὶ ὡς ἕτερον ἐν ἑτέρῳ τὸν ἁγιασμὸν, ἐν τῷ Πνεύματι κατεδείκνυ σαφῶς. Ἀλλὰ τουτὶ μὲν οὐκ ἔφη, λόγοις δὲ ὅτι κεχρήσεται τοῖς αὐτοῦ διὰ τὸ τῆς οὐσίας ταυτὸν, καὶ εἰσάπαν ἰσοφυὲς, ἰσουργόν τε καὶ ἰσοπεὲς, ὡς εἴπερ τι καὶ ἐνηχεῖν τοῖς ἁγίοις ἔλοιτο τυχὸν, λόγον εἶναι τοῦτο Χριστοῦ. « Οὐ γὰρ λαλήσει, φησὶν, ἀφ' ἑαυτοῦ

[85] Joan. VII, 37, 38. [86] Ibid. 39. [87] Joan. XVI, 14.

Digitized by Google

οὐδὲν, ἀλλὰ ὅσα ἀκούσει, λαλήσει. » Ὥσπερ οὖν ὁ Υἱὸς, ὁμοούσιος ὑπάρχων τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, Λόγος τε ὢν αὐτοῦ, τὰ αὐτοῦ λαλεῖ· « Ὃν γὰρ ἀπέστειλεν ὁ Θεὸς, τὰ ῥήματα τοῦ Θεοῦ λαλεῖ, » κατὰ τὴν Ἰωάννου φωνὴν, ἐπεὶ μὴ ἕτερον παρά γε τὸ ἐν τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ τὸ θέλημα τοῦ Υἱοῦ· κατὰ τὸν ἴσον, οἶμαι, τρόπον τε καὶ λόγον, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τὰ Χριστοῦ λαλεῖ, Πνεῦμα ὑπάρχον αὐτοῦ, καὶ τῇ πρὸς πᾶν ὁτιοῦν ταυτότητι φυσικῇ, τὴν αὐτοῦ δόξαν τε καὶ ταυτοέπειαν ἔχον. Ἅγιον τοίνυν οὐ μεθεκτῶς, οὐδὲ τῇ ἔξωθεν σχέσει τῇ πρὸς τὸν Υἱὸν, ἀλλὰ φύσει καὶ ἀληθείᾳ, τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ. Καὶ ὥσπερ ἐστὶν ἀπόπληκτόν τε καὶ ἀμαθὲς, ἄνθρωπον μὲν ὀνομάζεσθαι τὸν ἄνθρωπον ἀληθῶς, νοεῖσθαί γε μὴν παρὰ τοῦτο ἕτερον· οὕτω ἠλίθιον κομιδῇ, Πνεῦμα μὲν ἅγιον ὀνομάζειν τὸ Πνεῦμα, τοῦ γε μὴν εἶναι κατὰ φύσιν ἅγιον ἀποστοβεῖν αὐτὸ, καὶ εἰς ἑτέραν ἐκτόπως καταβιάζεσθαι φύσιν. Οὐ γὰρ δόξης ἢ ὑπεροχῆς κατασημανεῖ τινα τρόπον τοὔνομα αὐτῷ, καθάπερ ἀμέλει τὸ, Ἀρχὴ, καὶ Θρόνος, καὶ Κυριότης, ἐπὶ τῶν εἰς τὸ εἶναι δι' αὐτοῦ παρενηνεγμένων· ἔσται δὲ μᾶλλον οἱονεὶ τῆς οὐσιώδους ποιότητος δεικτικὸν, ὡσπερανεὶ καὶ τῷ Πατρὶ τὸ Πατὴρ, καὶ τῷ Υἱῷ τὸ Υἱός. Καὶ εἴπερ ἐστὶ τῆς ἐσχάτης ἀσυνεσίας μήνυσις ἀκριβὴς τὸ Πατέρα μὲν ὀνομάζειν τὸν Θεὸν, οὐκ εἶναι δὲ αὖ Πατέρα νοεῖν αὐτὸν, ἢ καὶ Υἱὸν μὲν τὸν Υἱὸν, οὐκ εἶναι δὲ τοῦτο λέγειν, πῶς ἂν ἀπαλλάξαιμεν τῶν ἐξ ἀμαθίας αἰτιαμάτων, τοὺς ἀγιότητος φυσικῆς καταστολμῶντας ἀπογυμνοῦν τὸ φύσει τε καὶ ἀληθῶς ἅγιον Πνεῦμα; Εἴπερ οὖν ἅγιος κατὰ φύσιν ὁ Θεὸς, ἅγιον δὲ κατ' αὐτὸν, καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ τε καὶ ἐν αὐτῷ νοούμενον Πνεῦμα, τίς ἂν εἴη λοιπὸν ὁ τῆς ἑτερότητος τρόπος, φημὶ δὲ τῆς κατ' οὐσίαν; Ἢ πῶς οὐχ ἁλοῖεν ἂν σαθροὶ καὶ ὀλιγογνώμονες οἱ κτίσει συγγράφοντες τὸ, δι' οὗ καὶ ἐν ᾧ θεότητος φύσις ἐστὶν ἐν ἡμῖν; Οὐ γὰρ ἐν κτίσματι μεθεκτὸν τὸ ὑπὲρ τὴν κτίσιν· ἢ οὐκ ἀληθὴς ὁ λόγος;

si quid forte sanctis insonare velit, sermo sit Christi. « Non enim, inquit, loquetur a semetipso quidquam, sed quæcunque audiet loquetur [88]. » Quemadmodum ergo Filius **658**, Deo et Patri cum sit consubstantialis, et ipsius Verbum, quæ ipsius sunt loquitur (quem enim misit Deus, verba Dei loquitur, ut scribit Joannes [89], quandoquidem Filii voluntas alia non est a Dei ac Patris voluntate) : eodem, opinor, modo ac ratione sanctus quoque Spiritus verba Christi loquitur, cum sit Spiritus ejus, et omnimoda identitate naturali ejus gloriam et eumdem omnino sermonem habeat. Sanctus igitur est, non per participationem, neque externa relatione ad Filium, sed natura et veritate, Spiritus ejus. Et quemadmodum stupidum et insulsum est hominem appellari quidem revera hominem, tamen aliud quiddam ab ipso intelligi : ita valde stultum est, Spiritum quidem sanctum nominare Spiritum, et tamen ipsum arcere quominus sit secundum naturam sanctus, et in aliam inepte naturam detrudere. Non enim gloriæ aut præstantiæ modum quemdam ipsius nomen significabit, quemadmodum nempe istud, Principatus, Thronus, et Dominatio, de iis quæ per ipsum creata sunt : sed substantialem potius qualitatem declarabit, veluti nomen illud, Pater, Patris, et Filius, Filii. Quod si extremæ stultitiæ certum argumentum est illud, nominare quidem Patrem Deum, sed ipsum Patrem esse non intelligere : aut Filium quidem, Filium, istud autem non esse dicere : quomodo ignorantiæ culpa liberabimus eos, qui sanctitate naturali spoliare audent natura et vere sanctum Spiritum ? Si ergo sanctus secundum naturam Deus est, sanctus autem qui ex ipso et in ipso intelligitur Spiritus : quænam demum erit diversitatis ratio, substantialis, inquam ? aut quomodo putidi et angusti animi esse non deprehendentur qui creaturæ ascribunt id per quod et in quo deitatis natura est in nobis ? Non enim in creatura communicabile est id quod supra creaturam est. Annon verum est quod dico ?

B. Καὶ μάλα.

A. Τί δέ; οὐχὶ σοφὸς, μᾶλλον δὲ αὐτόχρημα σοφία, Θεός;

B. Καὶ πῶς τοῦτο ἀμφίλογον;

A. Σοφὰ δὲ ἐν τίνι τὰ σοφούμενα, φράζε δή μοι πάλιν.

B. Ἐν σοφίᾳ δηλονότι.

A. Οὐκοῦν εἰ σοφοὶ τὸ Πνεῦμα τὰ σοφίας δεκτικὰ, σοφία που πάντως ἔσται καὶ νοηθήσεται. Τοῦτο δὲ ἔφαμεν εἶναι τὸν Θεόν.

B. Τί οὖν, εἰ καὶ ἄνθρωποι καὶ ἄγγελοι, φασὶ, σοφοί τέ εἰσι, καὶ εἰς τὸ σοφοῦν ἑτέρους ἐπιτήδειοι·

A. Ἀλλ' οὐ σοφίαν, ὦ τᾶν, τοῖς διὰ σφῶν σοφοῦσθαι λεγομένοις, ἀνιέντες ὡς Θεὸς, ἀλλ' εὐμαθείας τῆς σφῶν κοινωνοὺς ἀποφαίνοντες. Χρησμῴδημα γὰρ ἁγιοπρεπὲς φαίην ἂν ἔγωγε, τὸ, « Δωρεὰν ἐλάβετε, δωρεὰν δότε. » Τὸ δέ γε Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἰσουργεῖ

B. Verissimum.

A. Quid vero ? nonne sapiens, imo vero ipsa sapientia Deus est ?

B. Cuinam dubium istud est ?

A. In quo vero sapientia sunt ea quæ sapientiam accipiunt ?

B. In sapientia videlicet.

A. Igitur, si Spiritus sapientiam indit iis quæ sunt sapientiæ capacia, sapientia utique erit et intelligetur. Hoc autem diximus esse, Deum.

B. Quid ergo, inquiunt, si et homines et angeli sapientes sunt, et ad **659** sapientiam aliis infundendam apti ?

A. At non iis, amice, qui dicuntur ab ipsis sapientiam accipere, sapientiam immittendo sicut Deus : sed doctrinæ suæ participes efficiendo. Oraculum enim illud in sanctos quadrare dixerim : « Gratis accepistis, gratis date [90]. » Sanctus autem

[88] Joan. xvi, 13. [89] Joan. iii, 34. [90] Matth. x, 8.

Digitized by Google

Spiritus æqualiter operatur cum Deo. Itaque A si cui seipsum participandum et hospitem largitus fuerit, sapiens illud utique per seipsum efficit, et supremæ naturæ operationem in hoc rursus implet. Quocirca ad Mosen quidem sacrorum interpretem dicebat Deus omnipotens : « Quis dedit os homini ? et quis fecit surdum et audientem, videntem et cæcum ? nonne ego Dominus Deus [91]. » Quin et alibi per unum prophetarum, de Judæorum grege : « Quia in aliis linguis et labiis aliis loquar populo huic, et neque sic credent [92] ? » In Actis autem sanctorum apostolorum Spiritus virtute idipsum peragitur : « Et cœperunt, inquit, loqui variis linguis, prout Spiritus dabat eloqui illis [93]. » Christo vero rursus dicente suis discipulis eos ductum iri ad principes et reges, sed nequaquam esse metuendum : « Ne enim solliciti sitis, inquit, quid dicatis aut quid loquamini, *Ego enim dabo vobis linguam sancti Spiritus virtute et natura* [94], » sacræ Litteræ promissionem sanctis adimpletam esse dicunt. Ipse enim Christus aiebat : « Non vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis [95]. » Quomodo igitur tandem creatus et factus, et suprema natura inferior est is, qui qua sapientia est, sapientiam infundit, cum sapientia sit Deus? Quomodo vero, cum omnia norit et profunda Dei scrutetur, inter ea collocabitur quæ ignorant quæ Dei sunt, et servilem in se gloriam a nobis suscipiet, cum Servator clare dicat : » Servus nescit quid faciat dominus ejus [96] ? » Cum ergo Spiritus norit ea quæ sunt in Deo ac naturali Domino, qui fit ut non liber sit, ac supra creaturam ? quomodo vero is, qui creaturam superat, non eodem loco et ordine cum Deo ac Patre collocabitur, per identitatem substantiæ, non item cum Filio? Per quem et cum quo Deo ac Patri gloria cum ipso sancto Spiritu in sæcula. Amen.

τῷ Θεῷ. Ὥστε, εἴπερ τῷ κατὰ μέθεξιν καὶ ἐναυλισμὸν ἑαυτὸ χαρίσαιτο, σοφόν που πάντως ἀποτελεῖ δι' ἑαυτοῦ, καὶ τῆς ἀνωτάτω φύσεως ἀποπληροῖ τὴν ἔν γε τούτῳ πάλιν ἐνέργειαν. Καὶ γοῦν πρὸς Μωσέα μὲν ἔφη τὸν ἱεροφάντην ὁ πάντα ἰσχύων Θεός· « Τίς ἔδωκε στόμα ἀνθρώπῳ ; καὶ τίς ἐποίησε δύσκωφον καὶ κωφὸν, βλέποντα καὶ τυφλόν; Οὐκ ἐγὼ Κύριος ὁ Θεός· » Καὶ μὴν καὶ ἐτέρωθι δι' ἑνὸς τῶν προφητῶν, περὶ τῆς Ἰουδαίων ἀγέλης, ὅτι « Ἐν ἑτερογλώσσοις καὶ ἐν χείλεσιν ἑτέρων λαλήσω τῷ λαῷ τούτῳ, καὶ οὐδ' ὣς πιστεύσουσιν. » Ἐν δέ γε ταῖς Πράξεσι τῶν ἁγίων ἀποστόλων, τῇ τοῦ Πνεύματος ἐνεργείᾳ τὸ χρῆμα πράττεται· « Καὶ ἤρξαντο γὰρ, φησὶ, λαλεῖν ἑτέραις γλώσσαις, καθὼς τὸ Πνεῦμα ἐδίδου ἀποφθέγγεσθαι αὐτοῖς. » Χριστοῦ δὲ αὖ λέγοντος τοῖς ἰδίοις μαθηταῖς, ὡς ἀχθήσονται μὲν ἐπὶ ἡγεμόνας καὶ βασιλεῖς, ἥκιστα δ' ἂν αὐτοὺς δεδιέναι πρέποι· « Μὴ γὰρ μεριμνᾶτε, φησὶ, τί εἴπητε, ἢ τί λαλήσητε. *Ἐγὼ γὰρ δώσω ὑμῖν γλῶτταν τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐνεργείᾳ καὶ φύσει,* » τὸ Γράμμα τὸ ἱερὸν ἐκπεπεράνθαι φησὶ τοῖς ἁγίοις τὴν ὑπόσχεσιν. Αὐτὸς γὰρ ἔφη Χριστός· « Οὐχ ὑμεῖς ἐστὲ οἱ λαλοῦντες, ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα τοῦ Πατρὸς ὑμῶν τὸ λαλοῦν ἐν ὑμῖν. » Πῶς οὖν ἔτι κτιστὸν καὶ πεποιημένον, καὶ τῆς ἀνωτάτω φύσεως ἐν δευτέρᾳ καὶ ἐν ὑφέσει λοιπὸν τὸ ὡς σοφία σοφοῦν, καίτοι σοφίας ὄντος τοῦ Θεοῦ ; Πῶς δὲ τὸ πάντα εἰδὸς, καὶ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ πολυπραγμονοῦν, τοῖς οὐκ εἰδόσι τὰ ἐν Θεῷ συντετάξεται, καὶ δουλοπρεπῆ τὴν δόξαν ἐφ' ἑαυτῷ πρὸς ἡμῶν εἰσδέξεται, καίτοι τοῦ Σωτῆρος λέγοντος ἐναργῶς· « Ὁ δοῦλος οὐκ οἶδε τί ποιεῖ αὐτοῦ ὁ κύριος ; » Εἰδὸς οὖν ἄρα τὸ Πνεῦμα τὰ ἐν Θεῷ καὶ Κυρίῳ τῷ κατὰ φύσιν, πῶς οὐκ ἐλεύθερον, καὶ ὑπὲρ τὴν κτίσιν ; πῶς δὲ οὐχὶ τὸ ὑπὲρ τὴν κτίσιν, τῇ τῆς οὐσίας ταυτότητι συντετάξεται μὲν τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, συντετάξεται δὲ αὖ τῷ Υἱῷ ; Δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ ἡ δόξα σὺν αὐτῷ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

---

660 *CAPITA ARGUMENTORUM*

Quæ continentur in Dialogo de sancto Spiritu, cum additione aliorum.

Si deificare posse, adeoque creaturis majorem quam creatura capiat, dignitatem immittere, creaturæ natura et gloria majus est, deificat autem Spiritus, quomodo creatus erit, ac non potius Deus, utpote qui deificet ?

Si Deus in nobis esse creditur, habitante in nobis sancto Spiritu, quomodo creatus erit? Non enim per creaturam fieri potest ut Deus in nobis habitet, qui creatura superior est. Quemadmodum enim naturali Deo in nobis habitante, non sumus creaturæ, sed deitatis participes : ita creatura in nobis habitante, non deitatis sumus, sed creaturæ participes. Igitur Spiritus Deus est, siquidem in nobis est per ipsum Deus, qui natura et vere Deus est.

ΩΣ ΕΝ ΚΕΦΑΛΑΙΟΙΣ

Τὰ ἐγκείμενα τῷ λόγῳ τῷ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, μετὰ προσθήκης ἑτέρων ἐννοιῶν (1).

Εἰ τὸ δύνασθαι θεοποιεῖν, καὶ μὴν καὶ τὸ ἐνιέναι τοῖς κτίσμασι τὸ ὑπὲρ τὴν κτίσιν ἀξίωμα, μεῖζόν ἐστιν ἢ κατὰ ποιήματος φύσιν τε καὶ δόξαν, θεοποιεῖ δὲ τὸ Πνεῦμα, πῶς ἂν εἴη κτιστὸν, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον Θεὸς, ὡς θεοποιοῦν ;

Εἰ Θεὸς ἐν ἡμῖν γενέσθαι πιστεύεται, ἐνοικισθέντος ἡμῖν τοῦ ἁγίου Πνεύματος, πῶς ἂν εἴη κτιστόν; Οὐ γὰρ ἐνδέχεται, διὰ κτίσματος Θεὸν ἡμῖν ἐνοικίζεσθαι, τὸν ὑπὲρ τὴν κτίσιν. Ὥσπερ γὰρ τοῦ κατὰ φύσιν ἐνοικοῦντος Θεοῦ, οὐ κτίσεώς ἐσμεν, ἀλλὰ θεότητος μέτοχοι, οὕτως ἐνοικοῦντος ἡμῖν κτίσματος, οὐ θεότητός ἐσμεν, ἀλλὰ κτίσεως μέτοχοι. Οὐκοῦν τὸ Πνεῦμα Θεὸς, εἴπερ ἔστιν ἐν ἡμῖν δι' αὐτοῦ Θεὸς, ὁ φύσει καὶ ἀληθῶς.

[91] Exod. IV, 11. [92] Isa. XXVIII, 11. [93] Act. II, 4. [94] Matth. X, 19. [95] Ibid., 20. [96] Joan. XV, 15.

(1) Hæc pro divinitate S. Spiritus argumentorum congeries, ex dialogo VII decerpta, et novis quibusdam argumentis aucta, absque ullo nexu vel ordine, a recentiori quodam scriptore assuta videtur. Edit.

Digitized by Google

Εἰ πᾶν τὸ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι κεκλημένον, δοῦλόν ἐστι τοῦ κτίσαντος καὶ οἰκετικὸν ἔχει μέτρον, ἐλεύθεροι δὲ ἡμεῖς, μέτοχοι γεγονότες τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἐλεύθερόν που πάντως αὐτὸ κατὰ φύσιν ἐστίν. Εἰ δὲ τοῦτο, οὔτε γενητὸν, οὔτε ὑπὸ ζυγὸν, ὡς ἡ κτίσις, φύσεως δὲ μᾶλλον τῆς ἐπέκεινα ζυγοῦ τε καὶ ἐλευθέρας.

Εἰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐνεργοῦντος ἐν ἡμῖν τὰ θεῖα χαρίσματα καθὼς βούλεται (τοῦτο γὰρ ὁ μακάριος ἔφη Παῦλος), « Θεὸς δέ ἐστιν ὁ ἐνεργῶν τὰ πάντα ἐν πᾶσι, » Θεὸς ἄρα καὶ ἐκ Θεοῦ κατὰ φύσιν τὸ Πνεῦμά ἐστιν.

Ὁ μακάριος ψάλλει Δαβὶδ πρὸς τὸν τῶν ὅλων Σωτῆρα καὶ Θεὸν, περὶ τῶν ἐν γῇ κειμένων· « Ἐξαποστελεῖς τὸ Πνεῦμά σου, καὶ κτισθήσονται, καὶ ἀνακαινιεῖς τὸ πρόσωπον τῆς γῆς. » Τὸ δὲ ἀνακαινιζόμενον, οὕτως ἀνακαινίζεται ὡς καὶ ἐξ ἀρχῆς ἐγένετο· καὶ τῆς αὐτῆς ἂν εἴη δυνάμεως ἔργον, τὸ καὶ ἐν ἀρχαῖς παραγαγεῖν εἰς ὕπαρξιν, καὶ κατεφθαρμένον τὸ ποιηθὲν ἀνακαινίσαι πάλιν εἰς τὸ ἐν ἀρχαῖς. Ἀνακαινίζει δὲ τὸ Πνεῦμα τὴν κτίσιν, ὡς καὶ αὐτὸ ποιῆσαν ἐν ἀρχαῖς. Πῶς οὖν ἔτι κτιστὸν καὶ γενητόν ἐστιν; Οὐ γὰρ διὰ κτίσματος ἡ κτίσις γέγονεν, ἢ ἀνακαινίζεται παθοῦσα τὴν φθοράν, ἀλλὰ διὰ τοῦ κατὰ φύσιν Θεοῦ. Θεὸς οὖν ἄρα ἐστὶ καὶ ἐκ Θεοῦ κατὰ φύσιν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον.

Εἰ πᾶσα τῶν γενητῶν ἡ δύναμις ἐν τῷ Πνεύματι τοῦ στόματος τοῦ Θεοῦ, καθὰ ψάλλει Δαβὶδ, κτιστὸν δὲ τὸ Πνεῦμα, λεγέτωσαν οἱ οὕτω φρονοῦντες, ὑπό τίνος ἄρα καὶ αὐτὸ στηρίζεται· καὶ εἰ τὸ Πνεῦμα, γενητῆς ὂν φύσεως, δυναμοῖ τὴν κτίσιν, ἑαυτὴν ἡ κτίσις δυναμοῖ, κατ' οὐδένα τρόπον δεηθεῖσα Θεοῦ. Ἄτοπον δὲ τοῦτο παντελῶς ἢ φρονεῖν ἢ λέγειν. Στηριζόμεθα γὰρ παρὰ Θεοῦ διὰ Πνεύματος, καὶ ἀληθὴς ἡ τοῦ ψάλλοντος φωνὴ, ὅτι « Τῷ Πνεύματι τοῦ στόματος τοῦ Θεοῦ πᾶσα τῶν γενητῶν ἡ δύναμις. » Θεὸς οὖν ἄρα κατὰ φύσιν καὶ ἐκ Θεοῦ τὸ Πνεῦμά ἐστιν, πάντη τε καὶ πάντως ἑτεροφυὲς παρὰ τὴν στηριζομένην παρ' αὐτοῦ κτίσιν. Τὸ δὲ ὑπὲρ κτίσιν ὅλως καὶ τοῖς γενητοῖς ἑτεροφυὲς, Θεός που πάντως ἐστὶ, καὶ ἕτερον οὐδέν.

Σοφοὺς ἡμᾶς ἀποτελεῖ Θεὸς, καὶ μέν τοι καὶ δυνατοὺς δι' Υἱοῦ ἐν ἁγίῳ Πνεύματι· Πνεῦμα γὰρ κέκληται σοφίας καὶ δυνάμεως. Εἶτα πῶς ἔσται τὸ Πνεῦμα κτιστόν; Εἰ γὰρ τοῦτο ἀληθὲς, οὐδὲν, ὡς ἔοικε, κωλύσει νοεῖν ὅτι σοφὸς καὶ δυνατὸς ἐν κτίσματί ἐστιν ὁ Θεὸς, καὶ πεποιημένην ἔχει τὴν ἑαυτοῦ σοφίαν. Κοσμεῖ τοιγαροῦν ἡ κτίσις αὐτὸν, οὐκ αὐτὸς τὴν κτίσιν. Ἀλλὰ τοῦτο φρονεῖν ἢ λέγειν, δυσσεβές. Θεὸς ἄρα καὶ ἐκ Θεοῦ κατὰ φύσιν τὸ Πνεῦμα, δι' οὗ τὴν κτίσιν σοφοί τε καὶ δυναμοῖ.

Ὁ μακάριος ἔφη Παῦλος περὶ τοῦ Υἱοῦ· « Ὁ δὲ Κύριος τὸ Πνεῦμά ἐστιν. » Ἔφη δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Υἱός· « Πνεῦμα ὁ Θεός. » Ὅτε τοίνυν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ποτὲ μὲν σημαίνει τὸν Πατέρα, ποτὲ δὲ καὶ τὸν Υἱὸν, πῶς οὐκ ἔστιν ὁμοούσιον αὐτοῖς; Οὐ γὰρ ἐν ποιήματι Θεὸς ἐπιγινώσκεται, ὥσπερ οὐδὲ κτίσις ἐν φύσει θεότητος.

Εἰ μὴ ἑτέρως ἐστὶ Θεοῦ μετασχεῖν, εἰ μὴ διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, πῶς ἂν ἔξω νοοῖτο τῆς θεότητος τὸ Θεοῦ μετόχους ἀποτελοῦν δι' ἑαυτοῦ τοὺς ἐν οἷς ἂν γένοιτο;

Ἰσουργὸν καὶ ἰσοσθενῆ τῷ Θεῷ τὴν κτίσιν εἰπεῖν, ἤτοι τῶν πεποιημένων ἓν, δυσσεβείας ἀπόδειξιν ἔχει τὴν ἀνωτάτω. Ἐπειδὴ δὲ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τὴν αὐτὴν ἐνέργειαν ἔχει Πατρὶ καὶ Υἱῷ, πρόδηλον ὅτι Θεὸς καὶ ἐκ Θεοῦ κατὰ φύσιν ἐστὶν, ὡς ἐνεργεῖν δυναμένων τὰ Θεοῦ. Ἀπόδειξις δὲ τῶν εἰρημένων τὸ διὰ τῆς τοῦ Παύλου φωνῆς σαφῶς εἰρημένον· « Διαιρέσεις δὲ χαρισμάτων εἰσὶ, καὶ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα· καὶ διαιρέσεις διακονιῶν εἰσι, καὶ ὁ αὐτὸς Κύριος· καὶ διαιρέσεις ἐνεργημάτων εἰσὶν, ὁ δὲ αὐτὸς Θεὸς, ὁ ἐνεργῶν τὰ πάντα ἐν πᾶσι. » Ζωοποιοῦντος δὲ τοῦ

A Si omne quod ex nihilo ad esse productum est servum est Creatoris, et servili conditione præditum, nos autem liberi sumus sancti Spiritus facti participes, ipse utique secundum naturam est liber. Quod si ita est, neque factus, neque jugo subditus, ut creatura, sed natura libera præditus est ac jugi nescia.

Si cum Spiritus sanctus divina in nobis dona operetur, ut vult (hoc enim dixit beatus Paulus [97]), « Deus est qui operatur omnia in omnibus, » Deus utique et ex Deo secundum naturam est Spiritus.

Beatus David ad omnium Salvatorem ac Deum canit de rebus terrenis : « Emittes Spiritum tuum, et creabuntur, et renovabis faciem terræ [98]. » Quod autem renovatur, ita renovatur, ut et a principio fuit, et ejusdem est virtutis opus, principio creare, et corruptam rem in pristinum statum revocare. Renovat autem creaturam Spiritus, puta quam et ipse fecit initio. Quomodo igitur creatus **661** demum est ac factus? Non enim per creaturam facta est creatura, aut corruptionem passa per eam renovatur, sed per naturalem Deum. Deus ergo est, et ex Deo secundum naturam Spiritus sanctus.

Si cuncta rerum creatarum virtus est in Spiritu oris Dei, quemadmodum David psallit [99], creatus autem est Spiritus, dicant quibus ea mens est, a quonam etiam ipse firmetur. Et si Spiritus, creatæ cum sit naturæ, firmat creaturam, seipsam firmat creatura, Deo nullatenus indigens. Absurdum autem illud plane dictu est cogitatuque. Firmamur enim a Deo per Spiritum, et vera est Psalmæ vox dicentis : « Spiritu oris ejus omnis virtus creaturarum [1]. » Deus itaque secundum naturam, et ex Deo est Spiritus, et omnino diversæ naturæ a creatura quæ per ipsum firmatur. Quod autem supra creaturam est, ac diversæ a rebus C creatis naturæ, Deus utique est, ac nihil aliud.

Sapientes nos reddit, adeoque potentes etiam per Filium in sancto Spiritu. Spiritus enim dictus est sapientiæ ac virtutis. Jam vero quomodo creatus erit Spiritus? Nam si hoc verum est, nihil, ut videtur, impediet quominus intelligamus sapientem ac potentem in creatura esse Deum, et creatam habere suam sapientiam. Ornat igitur ipsum creatura, non ipse creaturam. Atqui hoc dicere ac sentire, est impium. Deus igitur est, et ex Deo secundum naturam Spiritus, per quem creaturam sapientem reddit ac firmat.

Beatus Paulus dixit de Filio : « Dominus autem est Spiritus [2]. » Dixit autem et ipse Filius : « Spiritus Deus est [3]. » Cum igitur Spiritus sanctus interdum significet Patrem, interdum autem et Filium : quomodo non est ipsis consubstantialis? Non enim in creatura Deus agnoscitur, quemadmodum neque D creatura in natura deitatis.

Si non aliter participes Dei esse possumus, quam per sanctum Spiritum : quomodo alienus a deitate censebitur, qui Dei participes facit per seipsum eos in quibus est?

Æquali robore eademque cum Deo virtute præditam creaturam aut ex rebus productis unum aliquid dicere, summam denotat impietatem. **662** Cum autem Spiritus sanctus eamdem quam Pater et Filius operationem habeat, manifestum est Deum et ex Deo esse secundum naturam, utpote qui ea quæ Dei sunt operari possit. Quæ demonstrantur voce Pauli clare dicentis : « Divisiones vero gratiarum sunt, idem autem Spiritus : et divisiones ministrationum sunt, idem autem Dominus : et divisiones operationum sunt, idem vero Deus, qui operatur

[97] I Cor. xii, 6. [98] Psal. ciii, 31. [99] Psal. xxxii, 6. [1] Ibid. [2] II Cor. iii, 17. [3] Joan. iv, 4.

Digitized by Google

omnia in omnibus [4]. » Porro cum Pater vivificet, ac similiter Filius, vivificus quoque est sanctus Spiritus. Et certe beatus Paulus scribit : « Præcipio tibi coram Deo qui vivificat omnia [5]. » Sed et Filius dixit : « Oves meæ vocem meam audiunt, et ego vitam æternam do eis [6]. » Quod autem Spiritus etiam vivificet, docet ipse Salvator his verbis : « Caro non prodest quidquam, Spiritus est qui vivificat. Verba quæ ego locutus sum vobis, Spiritus et vita sunt [7]. » Paulus vero scribit : « Qui suscitavit Jesum Christum a mortuis, vivificabit et mortalia corpora vestra, per inhabitantem Spiritum ejus in vobis [8]. » Qui ergo æqualiter cum Deo operari potest, Deus est, et ex Deo, secundum naturam.

Dominus noster Jesus Christus Judæorum populos increpans, aiebat : « Multa bona opera ostendi vobis ex Patre meo : propter quod eorum opus me lapidatis [9] ? » Rursum : « Pater in me manens, ipse facit opera [10]. » Insuper fatebatur se in Spiritu Dei ejicere dæmonia [11]. Cum ergo Spiritus opera, Patris opera, suaque nimirum esse dicat, quomodo Spiritus creatus erit ? Nam si hoc verum est, per creaturam Pater glorificatur, adeoque Filius, si per Spiritum miracula edidit. Sed hoc absurdum : Deus igitur et ex Deo secundum naturam est Spiritus, utpote adimplens opera Patris et Filii.

Beatus Paulus cultu legali præstantius esse ostendens Novum et in Christo Testamentum, dicebat : « Nam si ministerio damnationis, gloria est : multo magis abundat ministerium justitiæ in gloria [12]. » Itaque lexquidem condemnationis erat ministerium, justitiæ vero, præconium evangelicum. Sed Veteris quidem Testamenti quod condemnabat, ministri dicebant : « Hæc dicit Dominus. » Novi autem quod justificabat : « Hæc dicit Spiritus sanctus. » Num igitur ministri **663** condemnantis Testamenti nobiliores sunt secundis ? Illis enim ministratio fiebat Dei sermonibus, his autem, creaturæ verbis, si creatus est Spiritus sanctus. Quomodo igitur demum excellit ministratio justitiæ in gloria ? Utrum enim nobilius aut præstantius est ministrationem fieri Dei sermonibus, an creaturæ ? At neque præstantiores neque nobiliores primi secundis. Igitur cum dicunt : Hæc dicit Spiritus sanctus, etiam ipsis ministratio fit Dei sermonibus, quoniam Deus et ex Deo secundum naturam est Spiritus ejus. Nobiliorem autem esse prima secundorum ministrationem, locuples testis est Salvator ipse, dicens sanctis apostolis : « Amen, amen dico vobis, quia multi prophetæ et justi cupierunt videre quæ videtis, et non viderunt : et audire quæ auditis, et non audierunt. Vestri autem oculi beati [13] » « mysteriorum enim dispensatores facti sunt [14], in quæ desiderant angeli prospicere [15]. »

Dominus noster Jesus Christus sanctis discipulis dicebat : « Nolite cogitare quomodo aut quid loquamini, cum vos ad principes et tribunalia vocabunt aliqui ; dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini (os nimirum et sapientia) ; non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis [16]. » Præterea beatus Paulus ait : « An experimentum quæritis ejus, qui in me loquitur Christi [17] ? » Cum igitur Christo in sanctis loquente, Spiritus sit qui loquitur, quomodo creatus erit, ac non potius Deus, et ex Deo secundum naturam, utpote consubstantialis Filio, per quem et in nobis est, et loquitur ?

Beatus Moses dicebat in libro de mundi opificio : « Et fecit Deus hominem, ad imaginem Dei fecit illum [17]. » Dixit autem alicubi ipse quoque univer-

Πατρὸς καὶ ὁμοίως τοῦ Υἱοῦ, ζωοποιόν ἐστι καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Γράφει γοῦν ὁ μὲν μακάριος Παῦλος· « Παραγγέλλω σοι ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ τοῦ ζωογονοῦντος τὰ πάντα. » Ἔφη δὲ καὶ ὁ Υἱός· « Τὰ πρόβατα τὰ ἐμὰ τῆς φωνῆς μου ἀκούουσι, καὶ ἀκολουθοῦσί μοι, κἀγὼ δίδωμι αὐτοῖς ζωὴν αἰώνιον. » Ὅτι δὲ καὶ τὸ Πνεῦμα ζωογονεῖ, διδάσκει λέγων αὐτὸς ὁ Σωτήρ· « Ἡ σὰρξ οὐκ ὠφελεῖ οὐδέν, τὸ Πνεῦμά ἐστι τὸ ζωοποιοῦν· τὰ ῥήματα, ἃ ἐγὼ λαλῶ ὑμῖν, Πνεῦμά ἐστι καὶ ζωή ἐστι. » Γράφει δὲ καὶ ὁ μακάριος Παῦλος· « Ὁ ἐγείρας Χριστὸν Ἰησοῦν ἐκ νεκρῶν, ζωοποιήσει καὶ τὰ θνητὰ σώματα ὑμῶν, διὰ τοῦ ἐνοικοῦντος αὐτοῦ Πνεύματος ἐν ὑμῖν. » Τὸ τοίνυν ἰσουργεῖν τῷ Θεῷ δυνάμενον, Θεός τέ ἐστι καὶ ἐκ Θεοῦ κατὰ φύσιν.

Ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, τοῖς Ἰουδαίων δήμοις ἐπιπλήττων, ἔφασκε· « Πολλὰ καλὰ ἔργα ἐδειξα ὑμῖν ἀπὸ τοῦ Πατρός μου, διὰ ποῖον αὐτῶν ἐμὲ λιθάζετε ; » Καὶ πάλιν, « Ὁ Πατὴρ, ὁ ἐν ἐμοὶ μένων, ποιεῖ τὰ ἔργα αὐτός. » Προσωμολόγει δὲ, ὅτι ἐν Πνεύματι Θεοῦ ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια. Ὅτι τοίνυν τὰ ἔργα τοῦ Πνεύματος, ἔργα φησὶν εἶναι τοῦ Πατρὸς, δῆλον δὲ ὅτι καὶ ἑαυτοῦ, πῶς ἂν εἴη τὸ Πνεῦμα κτιστόν ; Εἰ γὰρ τοῦτο ἀληθὲς, διὰ κτίσματος ὁ Πατὴρ δοξάζεται, καίμέν τοι καὶ ὁ Υἱός, εἰ διὰ Πνεύματος εἰργάζετο τὰς θεοσημίας. Ἀλλὰ τοῦτο ἄτοπον· Θεὸς ἄρα καὶ ἐκ Θεοῦ κατὰ φύσιν τὸ Πνεῦμά ἐστιν, ὡς τὰ τοῦ Πατρὸς ἔργα πληροῦν καὶ τὰ τοῦ Υἱοῦ.

Τῆς κατὰ τὸν νόμον λατρείας ἀποφαίνων εὐκλεεστέραν τὴν Νέαν καὶ ἐν Χριστῷ Διαθήκην ὁ μακάριος ἔφη Παῦλος· « Εἰ γὰρ τῇ διακονίᾳ τῆς κατακρίσεως δόξα, πολλῷ μᾶλλον διαφέρει ἡ διακονία τῆς δικαιοσύνης ἐν δόξῃ. » Οὐκοῦν, ὁ μὲν νόμος, κατακρίσεως ἦν διακονία, δικαιοσύνης δὲ τὸ κήρυγμα τὸ εὐαγγελικόν. Ἀλλ' οἱ μὲν τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης τῆς κατακρινούσης διάκονοι, ἔφασκον· « Τάδε λέγει Κύριος. » Οἱ δέ γε τῆς Νέας, τῆς δικαιούσης· « Τάδε λέγει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. » Ἆρ' οὖν οἱ διάκονοι τῆς κατακρινούσης Διαθήκης ἀμείνους εἰσὶ τῶν δευτέρων ; Οἱ μὲν γὰρ, τοῖς παρὰ Θεοῦ διηκονοῦντο λόγοις, οἱ δὲ τοῖς παρὰ τοῦ κτίσαντος [ἴσ. κτίσεως], εἴπερ ἐστὶ γενητὸν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Πῶς οὖν ἐπιδιαφέρει ἡ διακονία τῆς δικαιοσύνης ἐν δόξῃ ; Τί γὰρ ἀμεινον ἢ εὐκλεέστερον, τὸ διακονεῖσθαι λόγους τοῖς παρὰ Θεοῦ, ἢ τοῖς παρὰ κτίσματος ; Ἀλλ' οὔτε κρείττονες, οὔτε μὴν λαμπρότεροι τῶν δευτέρων οἱ πρῶτοι. Οὐκοῦν, ὅταν λέγωσι, « Τάδε λέγει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, » καὶ αὐτοὶ τοῖς παρὰ Θεοῦ διακονοῦνται λόγοις, ὅτι Θεὸς καὶ ἐκ Θεοῦ κατὰ φύσιν ἐστὶ τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ. Ὅτι δὲ λαμπροτέρα τῆς πρώτης ἡ τῶν δευτέρων διακονία, πιστώσεται λέγων αὐτὸς ὁ Σωτὴρ πρὸς τοὺς ἁγίους ἀποστόλους· « Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι πολλοὶ προφῆται καὶ δίκαιοι ἐπεθύμησαν ἰδεῖν ἃ βλέπετε, καὶ οὐκ εἶδον, καὶ ἀκοῦσαι, ἃ ἀκούετε, καὶ οὐκ ἤκουσαν· ὑμῶν δὲ μακάριοι οἱ ὀφθαλμοί· γεγόνασι γὰρ μυστηρίων ταμίαι, εἰς ἃ ἐπιθυμοῦσιν ἄγγελοι παρακύψαι. »

Ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς τοῖς ἁγίοις ἔφασκε μαθηταῖς· « Μὴ μεριμνήσητε, πῶς ἢ τί λαλήσητε, ὅταν ὑμᾶς καλῶσιν ἐπὶ ἡγεμόνας ἢ συνέδρια τῶν διωκόντων τινές· δοθήσεται γὰρ ὑμῖν ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ στόμα καὶ σοφία· οὐ γὰρ ὑμεῖς ἐστε οἱ λαλοῦντες, ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα τοῦ Πατρὸς ὑμῶν τὸ λαλοῦν ἐν ὑμῖν. » Εἶτά φησιν ὁ μακάριος Παῦλος, « Εἰ δοκιμὴν ζητεῖτε τοῦ ἐν ἐμοὶ λαλοῦντος Χριστοῦ ; » Ὅτε τοίνυν Χριστοῦ λαλοῦντος ἐν τοῖς ἁγίοις, τὸ Πνεῦμά ἐστι τὸ λαλοῦν, πῶς ἂν εἴη γενητὸν, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον Θεός τε, καὶ ἐκ Θεοῦ, κατὰ φύσιν, ὡς ὁμοούσιον τῷ Υἱῷ, δι' οὗ καὶ ἐν ἡμῖν ἐστι καὶ λαλεῖ ;

Ὁ μακάριος ἔφη Μωσῆς ἐν τῷ τῆς κοσμοποιΐας βιβλίῳ· « Καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν. Ἔφη δὲ που καὶ αὐτὸς

[4] I Cor. XII, 4-6. [5] I Tim. VI, 13. [6] Joan. X, 27. [7] Joan. VI, 63, 64. [8] Rom. VIII, 11. [9] Joan. X, 32. [10] Joan. XIV, 10. [11] Matth. XII, 28. [12] II Cor. III, 9. [13] Matth. XIII, 17. [14] I Cor. IV, 1. [15] I Petr. I, 12. [16] Matth. X, 19, 20. [17] II Cor. XII, 3. [17] Gen. I, 27.

Digitized by Google

ὁ τῶν ὅλων Δημιουργὸς διὰ φωνῆς Ἡσαΐου, « Ἐγὼ ἐποίησα γῆν, καὶ ἄνθρωπον ἐπ' αὐτῆς. » Τούτου δὲ ὄντος ἀληθοῦς, ὁ μακάριος Ἰὼβ εὑρίσκεται λέγων· « Πνεῦμα θεῖον τὸ ποιῆσάν με. » Ἀλλ' εἴπερ ἐστὶ γενητὸν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, διὰ κτίσματος ἐκτίσθημεν. Εἶτα πῶς πάλιν τὸ Γράμμα φησὶ τὸ ἱερόν· « Καὶ ἔλαβεν ὁ Θεὸς χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἔπλασε τὸν ἄνθρωπον; » Οὐκοῦν, εἴπερ ἐστὶ τῶν ἀτοπωτάτων τὴν τοῦ Δημιουργοῦ δόξαν περιθεῖναί τινι τῶν πεποιημένων, ἐστὶ δὲ τὸ Πνεῦμα δημιουργὸν, Θεὸς ἄρα καὶ ἐκ Θεοῦ κατὰ φύσιν ἐστίν. A

Εἰ τὸ ἔλαττον ὑπὸ τοῦ κρείττονος εὐλογεῖται, κατὰ τὴν τοῦ μακαρίου Παύλου φωνὴν, εὐλογεῖται δὲ ἡ νοητὴ κτίσις, ἁγιαζομένη παρὰ Θεοῦ διὰ τοῦ Πνεύματος, ὡς κρείττονί που πάντων κατὰ τὴν φύσιν εὐλογεῖται καὶ ἁγιάζεται. Εἰ δὲ τοῦτο τὸ ἀληθὲς, οὐκ ἄρα κτιστὸν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Οὐκ ἔτι γὰρ τὸ κρεῖττον ὑπὸ τοῦ ἐλάττονος εὐλογεῖται.

Εἰ ἐν τόπῳ καὶ περιγραφῇ νοεῖται τὰ γενητὰ, τὸ δέ γε Πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐχ οὕτως· γέγραπται γὰρ, ὅτι « Πνεῦμα Κυρίου πεπλήρωκε τὴν οἰκουμένην. » Ψάλλει δὲ καὶ ὁ Δαβίδ· « Ποῦ πορευθῶ ἀπὸ τοῦ Πνεύματός σου, καὶ ἀπὸ τοῦ προσώπου σου ποῦ φύγω; » Πῶς ἂν εἴη γενητὸν τὸ πάντα πληροῦν; ὃ δὴ καὶ μόνῃ πρέποι ἂν τῇ θείᾳ τε καὶ ἀνωτάτῳ φύσει. Γέγραπται γὰρ καὶ περὶ τοῦ Υἱοῦ· « Ὁ καταβὰς, αὐτός ἐστι καὶ ὁ ἀναβὰς ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν, ἵνα πληρώσῃ τὰ πάντα. » Καὶ μὴν καὶ αὐτὸς ὁ Πατὴρ ἔφη που πρὸς Ἰουδαίους· « Ὁ οὐρανός μοι θρόνος, ἡ δὲ γῆ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν μου. Ποῖον οἶκον οἰκοδομήσετέ μοι; λέγει Κύριος· ἢ τίς τόπος τῆς καταπαύσεώς μου; » Καὶ πάλιν· « Μὴ οὐχὶ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν ἐγὼ πληρῶ; λέγει Κύριος. » B

Ἔφη που Θεὸς τοῖς ἐκ Βαβυλῶνος λελυτρωμένοις τῶν ἐξ Ἰσραήλ· « Καὶ ἐγώ εἰμι, φησὶν, ἐν ὑμῖν Κύριος, καὶ τὸ Πνεῦμά μου ὑφέστηκεν ἐν μέσῳ ὑμῶν, » [τουτέστιν], Ἐν ὑμῖν ἐστιν ὁ φύσει τε καὶ ἀληθῶς Θεός. Πῶς ἂν νοοῖτο γενητὸν, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον Θεὸς καὶ ἐκ Θεοῦ κατὰ φύσιν, ὡς τὴν τοῦ Θεοῦ παρουσίαν ἀποπληροῦν δι' ἑαυτοῦ; C

Γέγραπται, ὅτι « Τῷ Λόγῳ Κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ Πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν. » Ὅτι δὲ τὸ δυναμοῦσθαι τὴν κτίσιν παρὰ Θεοῦ πρέποι ἂν μᾶλλον, καὶ οὐ παρὰ κτίσματος, πῶς ἔστιν ἀμφιβαλεῖν; Εἰ δὲ, κτιστὸν ὑπάρχον, τὸ Πνεῦμα στερεοῖ τὴν κτίσιν, ἑαυτὴν ἡ κτίσις πρὸς τὸ εὖ εἶναι συνέχει, μηδὲν εἰς τοῦτο λαβοῦσα παρὰ Θεοῦ, μᾶλλον δὲ, εἰ χρή τι καὶ ἀπηχὲς εἰπεῖν, καύχημα τῆς ἀνωτάτω φύσεως ἡ κτίσις εὑρίσκεται, εἴπερ ἐνεργεῖ δι' αὐτῆς, καὶ διὰ τοῦτο θαυμάζεται. Ἀλλὰ τοῦτο ἄτοπον, στερεοῖ δὲ τὸ Πνεῦμα τοὺς οὐρανοὺς, καὶ δυναμοῖ τὴν κτίσιν· φύσεως οὖν ἄρα ἐστὶ τῆς ὑπὲρ τὴν κτίσιν, τουτέστι Θεός.

Εἰ ζωοποιεῖ τὸ Πνεῦμα, καὶ ζωή ἐστι, κατὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος φωνὴν, πῶς ἂν εἴη γενητόν; Οὐκ ἔτι γὰρ ζωὴ τὸ μὴ ὑπάρχον ποτέ. Εἰ γὰρ ἐκτίσθη καὶ αὐτὸ μετὰ τῶν ἄλλων, ἐκ τοῦ μὴ εἶναι πρὸς τὸ εἶναι παρῆχθη. Ἀλλὰ τοῦτο ἄτοπον· ζωὴ δὲ κατὰ ἀλήθειάν ἐστι καὶ ζωοποιόν. Οὐκ ἄρα γέγονεν, ἀλλ' ἦν ἀΐδιος, ὡς ἐκ Θεοῦ κατὰ φύσιν, καὶ Θεός. D

Ἁπλῆ καὶ ἀσύνθετος ἡ θεία τε ἐστὶ καὶ ἀκήρατος φύσις, παράγει δὲ πρὸς τὸ εἶναι τὰ πάντα, καὶ τελειοῖ διὰ Πνεύματος. Ἀλλ' εἴπερ ἐστὶ γενητὸν τὸ ἅγιον Πνεῦμα, καθά φασιν οἱ διεναντίας, ἐν ποιήματι τελειοῦται τὰ τῆς θεότητος ἔργα. Ἁπλοῦ δὲ ὄντος κατὰ τὴν φύσιν τοῦ Θεοῦ, πῶς ἂν ἐν συνθέσει νοοῖτο τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ; Οὐδὲν γὰρ ἐν γενητοῖς ἁπλοῦν κατὰ φύσιν.

Ναὶ, φασὶν οἱ τῆς τοῦ Πνεύματος κατηγοροῦντες δόξης, δεχόμενον παρὰ Θεοῦ τὸν ἁγιασμὸν τὸ Πνεῦμα

sitatis opifex per Isaiæ vocem : « Ego feci terram, et hominem super ipsam [16]. » Quod cum verum sit, beatus Job invenitur dicens : « Spiritus sanctus, qui creavit me [17]. » At si creatus est Spiritus sanctus, per creaturam creati sumus. At quomodo rursus Scriptura sacra dicit : « Et accepto pulvere de terra Deus formavit hominem [20]? » Igitur, si una res ex absurdissimis est, Opificis gloriam alicui creaturæ tribuere, et Spiritus est opifex : Deus utique et ex Deo secundum naturam est.

664 Si quod minus est a majore benedicitur, secundum beati Pauli vocem [21] : benedicitur autem intellectualis creatura, quæ a Deo per Spiritum sanctificatur, omnino a meliore secundum naturam benedicitur et sanctificatur. Quod si verum istud est, non est ergo creatus Spiritus sanctus. Nequaquam enim id quod præstantius est a minore benedicitur.

Si loco et circumscriptione factæ res intelliguntur, Spiritus vero sanctus non item ; scriptum est enim Spiritum Domini replevisse orbem terrarum [22]. Et David ipse canit : « Quo ibo a Spiritu tuo, et quo a facie tua fugiam [23]? » Quomodo creatus erit is qui omnia implet? Quod soli certe divinæ et supremæ naturæ convenit. Scriptum enim est quoque de Filio : « Qui descendit, ipse est et qui ascendit supra omnes cœlos, ut impleret omnia [24]. » Quin et ipse Pater alicubi dixit ad Judæos : « Cœlum mihi thronus, terra vero scabellum pedum meorum. Qualem domum ædificabitis mihi? dicit Dominus? vel quis locus quietis meæ. [25]? » Et rursus : « Nonne cœlum et terram impleo? dicit Dominus [26]. »

Dixit alicubi Deus Israelitis qui ex Babylonica captivitate redempti fuerant : « Et ego sum, inquit, in vobis Dominus, et Spiritus meus in medio vestri constitit [27], » hoc est, In vobis est naturalis ac verus Deus. Quomodo enim factus censebitur, ac non potius Deus et ex Deo secundum naturam, utpote qui Dei præsentiam per seipsum adimplet?

Scriptum est, quod « Verbo Domini cœli firmati sunt, et Spiritu oris ejus omnis virtus eorum [28]. » Quod autem deceat firmari creaturam a Deo, non a creatura, cuinam dubium esse potest? Quod si creatus cum sit Spiritus, firmat creaturam, seipsam creatura in recto statu continet, nec ad hoc a Deo quidquam accipit ; imo potius, si quid absurdi dicendum est, apparet supremæ naturæ gloria præditam esse creaturam, siquidem per se ipsam operatur, atque idcirco est admirationi : Atqui absurdum istud est ; sed Spiritus firmat cœlos, et creaturam roborat. Naturæ igitur est creatura superioris, hoc est Deus.

Si vivificat Spiritus, et vita est, secundum Servatoris vocem [29], quomodo creatus erit? Non jam enim vita est is **665** qui olim non erat. Nam si creatus est etiam ipse cum rebus aliis, e nihilo ad esse productus est. Sed hoc absurdum : vita vero est secundum naturam, et vivificus. Non ergo factus est, sed erat ab æterno, utpote ex Deo secundum naturam, et Deus.

Simplex et incomposita est divina et immortalis natura, et in ortum adducit omnia ac perficit per Spiritum. Sed si creatus est sanctus Spiritus, ut adversarii dicunt, in creatura perficiuntur opera deitatis. Cum autem simplex sit secundum naturam Deus, quomodo compositus intelligetur Spiritus ejus? Nihil enim in rebus creatis est simplex secundum naturam.

Atenim, inquiunt qui Spiritus gloriæ detrahunt, Spiritus sanctus accepta a Deo sanctificatione eam

[16] Isa. XLV, 12. [17] Job XXXIII, 4. [20] Gen. II, 7. [21] Hebr. VII, 7. [22] Sap. I, 7. [23] Psal. CXXXVIII, 7. [24] Ephes. IV, 10. [25] Isa. LXVI, 1. [26] Jerem. XXIII, 24. [27] Agg. II, 6. [28] Psal. XXXII, 6. [29] Joan. VI, 64.

Digitized by Google

operatur erga creaturam. Dixit enim Salvator de ipso : « Quia de meo accipiet [30]. »

Quod datum est, et aliunde, atque ab altero advenit, omnino etiam auferri potest ; et quod secundum naturam non possidemus, hoc etiam possumus amittere. An igitur Spiritus sanctus aliquando sanctificandi potestate carebit? Atqui nomen habet substantiæ suæ significativum, non dignitatis aut præstantiæ, quemadmodum nempe nomina ista, Principatus, Thronus, et Dominatio : istiusmodi enim vocabula rerum significatarum substantiam non exhibent, sed honoris cujusque modum potius significant. In sancta vero Trinitate, nomen illud, Pater, et illud Filius, adeoque Spiritus sanctus, non præcellentiam quamdam significat, sed potius quid sit unusquisque demonstrat.

Si substantiam Spiritus sive quid sit secundum naturam nomen ejus declarat (Sanctus enim nominatus est), Sanctus autem est Deus [31] (sic enim ipsum celebrant supernæ Virtutes, non ut habentem ascititiam sanctificationem, sed potius quod ex se et essentialiter sit sanctus), non alienus erit ab ejus substantia Spiritus ejus. Sanctus enim est secundum naturam, puta qui ex sancto, et in sancto secundum naturam Deo.

Qui dicunt Spiritum sanctum creatum esse et factum, non animadvertunt (cæcutiunt enim) ministratoriam quamlibet operam minorem esse ea operatione quæ, ut ita dicamus, Dei propriis fit manibus. Exempli causa, data est lex antiquis, per angelos et internuntium 666 Moysem edita. Sed qui legem olim locutus est, gratiam per fidem ipsemet operatus est in nobis. Unde nobilius quoque est Christi ministerium quam Mosis. Itaque si ministratorio modo Spiritus in nobis sanctificationem facit, quis a Patre magis sanctificatus est? Non enim aliter quam per sanctum Spiritum sanctificat, et summum divinæ benedictionis fastigium est per sanctum Spiritum sanctificatio. Igitur non ministratorio modo creaturæ sanctificationem Spiritus suppeditat, neque ut ab alio datam, sed hoc in nobis ipsomet operante Deo, puta per suum Spiritum.

Christus alicubi dixit : « Si quis me audierit, ego et Pater veniemus, et mansionem apud ipsum faciemus, et in ipso diversabimur [32]. » Quomodo autem idipsum in nobis perficiatur, theologorum nos clare sermo docebit. Beatus enim Joannes ait : « In hoc scimus quoniam est in nobis, quia de Spiritu suo dedit nobis [33]. » Sapientissimus autem Paulus : « Nescitis quia templum Dei estis, et Spiritus Dei habitat in vobis [34]? » Quomodo igitur demum creatus est Spiritus, si participes Patris et Filii per ipsum efficimur? Non enim per creaturam, unum videlicet e sanctorum angelorum numero, divinæ naturæ sumus participes [35]. Atqui verum istud non est. Igitur Deus est in nobis per Deum Spiritum.

Scriptura divina intonso Samsoni adesse quidem ait sanctum Spiritum ; deinde, « Recessit, inquit, Dominus ab ipso, » cum male capillum totondit [36]. » Quomodo igitur creatus est Spiritus, siquidem est secundum naturam Dominus? Neque enim inter res creatas est vera libertas ac dominatio.

Dominus noster Jesus Christus, reversurus in cœlos, sanctos apostolos consolabatur, dicens : « Non relinquam vos orphanos, venio ad vos [37]. » Promissum autem implevit, mittens nobis cœlitus Para-

A τὸ ἅγιον, ἐνεργεῖ τὸ ἁγιάζειν περὶ τὴν κτίσιν. Ἔφη γὰρ ὁ Σωτὴρ περὶ αὐτοῦ, « Ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται. »

Τὸ δοτὸν, καὶ προσγεγονὸς ἔξωθεν, καὶ παρ' ἑτέρου, πάντη τε καὶ πάντως ἐστὶ καὶ ἀφαιρετόν· καὶ ὃ μὴ κατὰ φύσιν κεκτήμεθα, τοῦτο καὶ ἀποβαλεῖν ἐνδέχεται. Ἆρ' οὖν ἔσται ποτὲ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔρημον τοῦ ἁγιάζειν δύνασθαι; Καίτοι τὸ ὄνομα τῆς οὐσίας ἔχει σημαντικὸν, ἧς καὶ εἶναι πεπίστευται, οὐκ ἀξιώματος ἢ ὑπεροχῆς, καθάπερ ἀμέλει καὶ Ἀρχὴ, καὶ Θρόνος, καὶ Κυριότης. Τὰ γὰρ τοιάδε τῶν ὀνομάτων οὐχὶ τῆς οὐσίας τῶν σημαινομένων εἰσὶ παραστατικὰ, σημαίνει δὲ μᾶλλον τῆς ἑκάστου τιμῆς τὸ μέτρον. Ἐπὶ δέ γε τῆς ἁγίας Τριάδος, τὸ Πατὴρ, καὶ τὸ Υἱὸς, καὶ μὴν καὶ τὸ Ἅγιον Πνεῦμα, οὐχ ὑπεροχῆς τινος ποιεῖται δήλωσιν, μᾶλλον δὲ τὸ, τί τῶν ὠνομασμένων ἕκαστόν ἐστι, διαδείκνυσιν.

Εἰ τῆς οὐσίας τοῦ Πνεύματος, ἤτοι τοῦ, τί κατὰ φύσιν ἐστὶ, παραστατικὸν εἶναί φαμεν τὸ ὄνομα αὐτοῦ (Ἅγιον γὰρ ὠνόμασται), ἅγιος δὲ ὁ Θεὸς (οὕτω γὰρ αὐτὸν ὑμνοῦσιν αἱ ἄνω Δυνάμεις, οὐχ ὡς ἐπακτὸν ἔχοντα τὸν ἁγιασμὸν, οἰκοθεν δὲ μᾶλλον ἅγιον ὄντα καὶ οὐσιωδῶς), οὐκ ἀλλότριον ἔσται τῆς οὐσίας αὐτοῦ τὸ Πνεῦμα αὐτῷ· ἅγιον γὰρ κατὰ φύσιν, ὡς ἐξ ἁγίου τε καὶ ἐν ἁγίῳ κατὰ φύσιν Θεῷ.

Οἱ κτιστὸν εἶναι λέγοντες καὶ γενητὸν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐκ ἐννοοῦσιν ἐκεῖνο, τυφλώττουσι γὰρ, ὅτι ὑπουργικὴ πᾶσα διακονία ἐλάττων ἐστὶ τῆς τοῦ Θεοῦ αὐτουργίας, ἵν' οὕτως εἴπωμεν, καὶ αὐτοχειρίας. Οἷον φέρε εἰπεῖν, ἐδόθη νόμος τοῖς ἀρχαιοτέροις, λαληθεὶς δι' ἀγγέλων καὶ μεσιτεύοντος τοῦ παντόφρονος Μωσέως. Ἀλλ' ὁ πάλαι τὸν νόμον λαλήσας αὐτουργήσεν εἰς ἡμᾶς τὴν διὰ πίστεως χάριν· ὅθεν ἐστὶ καὶ εὐκλεεστέρα τῆς Μωσέως διακονίας ἡ διὰ Χριστοῦ. Οὐκοῦν εἰ ὑπουργικῶς εἰς ἡμᾶς τὸ Πνεῦμα ποιεῖται τὸν ἁγιασμὸν, τίς ἡγιάσθη μειζόνως παρὰ τοῦ Πατρός; Ἁγιάζει γὰρ οὐχ ἑτέρως, πλὴν ὅτι διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καὶ τὸ ἀκρότατον καὶ εἰς λῆξιν ἧκον τὴν ἀνωτάτω τῆς παρὰ Θεοῦ εὐλογίας, ὁ διὰ τοῦ Πνεύματός ἐστιν ἁγιασμός. Οὐκοῦν οὐχ ὑπουργικῶς διακονεῖ τὸ Πνεῦμα τῇ κτίσει τὸν ἁγιασμὸν, οὐδὲ ὡς παρ' ἑτέρου δοτὸν, ἀλλ' οἷον αὐτουργοῦντος τοῦτο εἰς ἡμᾶς τοῦ Θεοῦ, ὡς διὰ ἰδίου Πνεύματος.

Ἔφη που Χριστὸς, ὅτι καὶ « Ἐάν τίς μου ἀκούσῃ, ἐλευσόμεθα ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ, καὶ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιησόμεθα, καὶ ἐν αὐτῷ καταλύσομεν. » Τίνα δὲ τρόπον ἐν ἡμῖν αὐτὸ δὴ τοῦτο πράττεται τὸ ἐπηγγελμένον, διδάξει σαφῶς τῶν θεηγόρων ὁ λόγος. Ὁ μὲν γὰρ μακάριος Ἰωάννης φησίν· « Ἐν τούτῳ γινώσκομεν ὅτι ἐν ἡμῖν ἐστιν, ὅτι ἐκ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ ἔδωκεν ἡμῖν. » Ὁ δέ γε σοφώτατος Παῦλος· « Οὐκ οἴδατε ὅτι ναὸς Θεοῦ ἐστε, καὶ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν; » Πῶς οὖν ἔτι γενητὸν τὸ Πνεῦμά ἐστιν, εἰ μέτοχοι τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ γινόμεθα δι' αὐτοῦ; Οὐ γὰρ διὰ κτίσματος γένοιτο ἂν ἐν ἡμῖν, ἑνὸς τῶν ἁγίων ἀγγέλων, τῆς θείας φύσεως ἐν μεθέξει γινόμεθα (1)· ἀλλὰ μὴν τοῦτο οὐκ ἀληθές. Οὐκοῦν Θεὸς ἐν ἡμῖν διὰ Θεοῦ τοῦ Πνεύματος.

Ἡ Θεόπνευστος Γραφὴ, ἀκειρεκόμῃ μὲν ὄντι τῷ Σαμψὼν, παρεῖναί φησι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· εἶτα πάλιν, « Ἀπέστη, φησὶ, Κύριος ἀπ' αὐτοῦ, » ὅτε τὴν τρίχα κακῶς ἀπεκείρατο. Πῶς οὖν γενητὸν τὸ Πνεῦμά ἐστιν, εἴπερ ἐστὶ κατὰ φύσιν Κύριος; Οὐδὲ γὰρ ἐν γενητοῖς τὸ ἐλεύθερον καὶ κύριον ἀληθῶς.

Ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ἀναφοιτῆσαι μέλλων εἰς οὐρανοὺς, τοὺς ἁγίους ἀποστόλους παρεμυθεῖτο, λέγων· « Οὐκ ἀφήσω ὑμᾶς ὀρφανοὺς, ἔρχομαι πρὸς ὑμᾶς. « Πεπλήρωκε δὲ τὴν ὑπόσχεσιν.

[30] Joan. xvi, 15. [31] Isa. vi, 3. [32] Joan. xiv, 23. [33] I Joan. iii, 24. [34] I Cor. iii, 16. [35] II Petr. i, 4. [36] Judic. xvi, 19. [37] Joan. xix, 18.

(1) Aliquid deesse videtur.

Digitized by Google

ἀποστείλας ἡμῖν τὸν Παράκλητον ἐξ οὐρανοῦ, μᾶλλον δὲ δι' αὐτοῦ γεγονὼς ἐν ἡμῖν. Εἶτα πῶς ἐστι γενητὸν τὸ Πνεῦμα, τὸ δι' οὗ ἐν ἡμῖν ἐστιν ἡ ἄκτιστος φύσις τοῦ τὰ πάντα δημιουργοῦντος Λόγου;

Δυσσεβοῦσι λίαν, οἱ κτιστὸν εἶναι καὶ γενητὸν ἢ φρονεῖν ἢ λέγειν ἀποτολμῶντες τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ὥσπερ γὰρ οὐχ ἕτερόν τι ἐστι παρὰ τὸν ἄνθρωπον τὸ πνεῦμα αὐτοῦ, οὕτως οὐχ ἕτερόν τί ἐστι παρὰ τὸν φύσει καὶ ἀληθῶς Θεὸν τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ, κἂν ἐνυπάρξειν [γρ. ἐν ὑπάρξει] νοῆται τῇ καθ' ἑαυτὸ, καθάπερ ἀμέλει καὶ αὐτὸς ὁ Πατὴρ, καὶ μέντοι καὶ ὁ Υἱός. Ὅτι γὰρ ἐν ἡμῖν ὄντος τοῦ Πνεύματος, ὁ Υἱὸς ἐν ἡμῖν ἐστι διὰ τὴν ταυτότητα τῆς οὐσίας, καὶ ὅτι κατὰ φύσιν ἴδιον αὐτοῦ τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ, πιστώσεται γράφων ὁ θεσπέσιος Παῦλος· « Οἱ δὲ ἐν σαρκὶ ὄντες, Θεῷ ἀρέσαι οὐ δύνανται. Ὑμεῖς δὲ οὐκ ἐστὲ ἐν σαρκὶ, ἀλλ' ἐν Πνεύματι, εἴπερ Πνεῦμα Θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν. Εἰ δέ τις Πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ. Εἰ δὲ Χριστὸς ἐν ὑμῖν, τὸ μὲν σῶμα νεκρὸν διὰ τὴν ἁμαρτίαν, τὸ δὲ Πνεῦμα, ζωὴ διὰ δικαιοσύνην. » Σύνες οὖν, ὅπως Πνεῦμα Θεοῦ λέγων αὐτὸ, καὶ Χριστὸν ὀνομάζει διὰ τὴν ταυτότητα τῆς οὐσίας. Ὅτε τοίνυν ὁ Χριστὸς ἐν ἡμῖν, τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ πῶς ἂν εἴη γενητὸν, Θεοῦ κατὰ φύσιν ὄντος τοῦ Υἱοῦ, καὶ ὁμοουσίου τῷ Πατρί;

Ὁ μακάριος Παῦλος περὶ τῶν ἐν Πνεύματι προφητευόντων ἐν Ἐκκλησίαις τοὺς λόγους ποιούμενος, ὅταν ἐν τάξει προφητεύωσι, καὶ ἀναμέρος, τότε τοὺς θεωμένους οἰκοδομηθήσεσθαί φησιν, ἀπαγγέλλοντας, ὅτι ὄντως ὁ Θεὸς ἐν ὑμῖν ἐστιν. Ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν ἐν γλώσσῃ λαλούντων, οὐκ ἀνθρώποις λαλεῖν αὐτοὺς ἔφη, ἀλλὰ Θεῷ. « Πνεύματι γὰρ λαλοῦσι μυστήρια. » Ἰδοὺ δὴ σαφῶς, τοὺς ἐν Πνεύματι προφητεύοντας Θεὸν ἔχειν ἐν ἑαυτοῖς φησι, καὶ τοὺς γλώσσῃ λαλοῦντας, Θεῷ λαλεῖν. « Τῷ γὰρ Πνεύματι λαλοῦσι μυστήρια. » Θεὸς οὖν ἄρα τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον.

Κηρυττέτω δὲ τὴν εὐαγγελικὴν ὁ λόγος πίστιν ἁπλοϊκῶς οὕτω καὶ διδασκαλικῶς, μὴ διαλεκτικῶς μηδ' ἀντιλογικῶς, ἀλλ' Ἐκκλησίας (1) Θεοῦ προσφόρως, κατανυκτικῶς, μὴ ἐπιδεικτικῶς, διδακτικῶς, μὴ δικανικῶς, τεχνολογίας ἀπηλλαγμένος, θεολογίᾳ κεχρημένος· μὴ πολυπραγμονῶν τὰ ἀνέφικτα, μὴ ἐρευνῶν τὰ ἀπερινόητα, μὴ νῷ καὶ λόγῳ τὰ ἀχώρητα περιγράφων, μὴ τεχνικαῖς τὸν ἀριστοτέχνην ὑποβάλλων μεθόδοις, μὴ τὴν πίστιν ἐῶν, καὶ τὴν ἀπόδειξιν ἀπαιτῶν· τοῖς ἁλιεῦσιν ἑπόμενος, τὸν σκυτοτόμον (2) ἰχνηλατῶν, ὑπὸ τοῦ τελώνου ποδηγούμενος, τῷ προφητικῷ καταυγαζόμενος λύχνῳ, τῷ εὐαγγελικῷ φωτιζόμενος ἡλίῳ, μηδὲν τῶν οἰκείων λογισμῶν ἀναμιγνὺς, πάντα δὲ τοῦ παναγίου Πνεύματος ὑφαίνων διδάγματα· οὗτος γὰρ τῆς θείας διδασκαλίας ὁ ὅρος.

II. *Quæ sit ecclesiasticæ doctrinæ forma.*

Prædicare debet sermo noster evangelicam fidem simplici prorsus ac didascalico modo, non dialectico vel pugnace, sed Ecclesiæ Dei conveniente, ad compunctionem, non ad ostentationem, ad institutionem, non ad contentionem : artificio careat, theologia abundet, inaccessa non scrutetur, inintelligibilia non exquirat, neque mente aut sermone incomprehensibilia comprehendere velit, neque artificialibus supremum **680***m* artificem supponere methodis, neque omissa fide, pompam quærat. Piscatores imitetur, coriarii vestigia premat, publicani ducatum sequatur, prophetica illuminetur lucerna, evangelico illustretur sole, nihil de suis excogitationibus admisceat, nullam nisi sanctissimi Spiritus astruat doctrinam. Hæc est enim divini magisterii definitio.

Γ'. *Ὅτι ὡς πρὸς εὐσεβεῖς ἡ διδασκαλία γενήσεται.*

Τὰς μὲν οὖν αἱρετικὰς βλασφημίας ἐν ἑτέροις ἤδη συγγράμμασιν διηλέγξαμεν (3), χωρὶς ἑκάστην διαλαβόντες, καὶ τοῦ τῆς ἀπάτης γυμνώσαντες προκαλύμματος, καὶ γυμνὴν δείξαντες τὴν ἀσέβειαν· νῦν δὲ, Θεοῦ διδόντος, τοῖς τροφίμοις τῆς πίστεως τὰ τῆς Ἐκκλησίας θεόσδοτα προθήσομεν δόγματα· μήτε τῷ μήκει τοῦ λόγου κόρον τοῖς ἐντυγχάνουσιν ἐπεισάγοντες, μήτε τῇ βραχυλογίᾳ τὴν ἀκρίβειαν παραφθείροντες, ἀλλ' ἀμφοτέρων τῶν ἄκρων τὴν μέσην αἱρούμενοι· ἵνα μήτε τῷ πλήθει τοὺς ἀκούοντας ἀποκναίσωμεν, καὶ σαφῆ τὴν διδασκαλίαν τῆς θεογνωσίας προσοίσωμεν· ἄρξομαι δὲ ἄνωθεν, πρὸς αὐτὴν δραμεῖν τῶν ἀγαθῶν τὴν πηγήν.

III. *Quod hæc instructio orthodoxis tradatur.*

Et hæreticas quidem blasphemias aliis in scriptis coarguimus, singulasque seorsum persequentes, detracto fraudis velamine, nudam ostendimus impietatem. Nunc autem, Deo favente, fidei alumnis data Ecclesiæ divinitus dogmata exponemus : neque sermonis prolixitate satietatem studiosis inferentes, neque nimia brevitate curam debitam corrumpentes, sed utriusque termini medium tenentes : ita ut neque excessu molesti auditoribus simus, et tamen perspicuam divinæ scientiæ institutionem tradamus. Incipiam vero a supernis, ad ipsum bonorum fontem currens.

(1) Codex, ἐκκλήσεως ; sed omnino scribendum videbatur Ἐκκλησίας. Sic enim divus Paulus, I Cor. xi, 16 : *Si quis videtur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesia Dei.*

(2) Paulum intellige, qui pelles tabernaculorum consuebat.

(3) Scilicet in *Thesauri*, ut jam diximus, sermonibus editis, quibus hæreticos refutavit. Nunc autem fidei simplicem spondet orthodoxis expositionem Cyrillus.

Digitized by Google

IV. *Quænam sint opiniones tenendæ de Deo Patre.*

Δ'. *Ὁποίας δεῖ διαλήψεις ἔχειν περὶ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός.*

Nos, Trinitatis amatores, adoratores et prædicatores, magna voce sublimique animi conceptu, credimus in unum Deum Patrem absque initio, ingenitum, qui semper Pater exstitit, non autem postea qualitatem hanc assecutus est; non enim fuit tempus quo ipse non fuerit, sed et antea Pater erat. Neque ipse fuit ante Filius, deinde Pater, ut corporum sequela postulat; sed ex quo exsistit, semper autem exsistit, Pater et est et vocatur.

Ἡμεῖς οἱ (1) τῆς Τριάδος ἐρασταὶ καὶ προσκυνηταὶ καὶ κήρυκες μεγαλόφωνοί τε καὶ μεγαλόφρονες, πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεὸν Πατέρα ἄναρχον καὶ ἀγέννητον, ἀεὶ ὄντα Πατέρα, οὐχ ὕστερον τοῦτο κτησάμενον, οὐ γὰρ ἦν ὅτε οὐκ ἦν, ἀλλ' ἄνωθεν ἦν Πατήρ· οὐδὲ γέγονε πρῶτον Υἱὸς εἶτα Πατήρ, κατὰ τὴν τῶν σωμάτων ἀκολουθίαν· ἀλλ' ἀφ' οὗπερ ἔστιν, ἀεὶ δὲ ἔστι, Πατὴρ καὶ ἔστι καὶ καλεῖται.

681m V. *Quid de Filio sentiendum sit.*

Credimus in unum Filium, coæternum gignenti, qui initium exsistendi non habuit, sed semper, et quidem cum Patre fuit. Etenim ex quo Pater, semper autem fuit Pater, ex ipso est Filius. Namque hæc invicem inseparabilia sunt, tum nomina, tum etiam res. Si autem non semper exstitit Filius, sed aliquando non fuit, ne Pater quidem semper exstitit : nam ex quo genuit, hoc habet nomen. Jam si semper Deus Pater exstitit (nam blasphemia revera fuerit, sub tempora redigere temporum creatorem, et temporali intervallo juniorem affirmare intemporalem ac supra omne tempus generationem), semper Filius fuit, ex Patre quidem ineffabiliter genitus, cum Patre autem semper exsistens, et cum Patre cognitus.

E'. *Ὁποῖα δεῖ περὶ τοῦ Υἱοῦ φρονεῖν.*

Πιστεύομεν εἰς ἕνα Υἱὸν συναΐδιον τῷ γεννήσαντι, οὐκ ἀρχὴν τοῦ εἶναι λαβόντα, ἀλλ' ἀεὶ ὄντα, καὶ σὺν Πατρὶ ὄντα· ἀφ' οὗ γὰρ Πατήρ, ἀεὶ δὲ Πατήρ, ἐξ ἐκείνου Υἱός· ἀχωρίστως γὰρ ἔχει ταῦτα πρὸς ἄλληλα, τά τε ὀνόματα, καὶ τὰ πράγματα· εἰ οὐκ ἀεὶ δὲ ὁ Υἱός, ἀλλ' ἦν ὅτε οὐκ ἦν, οὐδὲ ἀεὶ ὁ Πατήρ· ἀφ' οὗ γὰρ ἐγέννησε, τοῦτο ἔχει τὸ ὄνομα· εἰ δὲ ἀεὶ ὁ Θεὸς καὶ Πατήρ (βλάσφημον γὰρ τῷ ὄντι, ὑπὸ χρόνους ποιῆσαι τὸν τῶν χρόνων ποιητήν, καὶ χρονικοῦ διαστήματος ἀποφῆναι δευτέραν τὴν ἄχρονον καὶ ὑπὲρ χρόνον γέννησιν), ἀεὶ ὁ Υἱός, ἐκ τοῦ Πατρὸς μὲν ἀῤῥήτως γεννηθείς, μετὰ τοῦ Πατρὸς δὲ ἀεὶ ὤν, καὶ σὺν τῷ Πατρὶ γνωριζόμενος.

VI. *Quod Filium Patri coæternum docent Scripturæ.*

Γ'. *Ὅτι τὸν Υἱὸν τῷ Πατρὶ συναΐδιον διδάσκουσιν αἱ Γραφαί.*

« In principio, inquit, erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum [96]. » Quod ergo in principio erat, quandonam non fuit? Neque enim dixit, in principio factum esse, sed in principio fuisse. Quantumvis nos conemur cogitatione nostra superare dictionem *erat*, transcendere ultra principium non poterimus. Cuncta posteriora sunt exsistente in principio, nempe et tempus, et sæculum, et quodvis aliud temporale excogitari poterit intervallum. Si ergo non semper cum Deo Patre exstitisset Filius, sed postea factus esset, necessario tempus, et sæculum inter Patrem ac Filium interponeretur. Quod si quis concedat, invenietur factura factori anterior. « Omnia enim, ait evangelista, per Filium facta sunt, et sine ipso factum est nihil. » Jam vero unum quid ex hac universitate sæculum quoque seu tempus reputandum est. Beatus vero Paulus ait : « Novissimis diebus locutus est nobis in Filio, quem constituit **682**m hæredem universorum, per quem fecit et sæcula [97]. » Quod si Filii facturæ sunt sæcula, ea facientem non præcedunt. Jam sæculis non exsistentibus, exploratum est, ne tempus quidem fuisse, quod dies noctesque efficiunt

« Ἐν ἀρχῇ, φησὶν, ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος· οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν. » Ὁ δὲ ἐν ἀρχῇ ὤν, πότε οὐκ ἦν; Οὔτε γὰρ εἶπεν, ὅτι ἐν ἀρχῇ ἐγένετο, ἀλλ' ἐν ἀρχῇ ἦν· οἷον ἂν φιλονεικήσωμεν τοῖς λογισμοῖς ὑπερβῆναι τὸ ἦν, ἐπέκεινα γενέσθαι τῆς ἀρχῆς οὐκ ἰσχύσομεν. Πάντα δεύτερα τοῦ ἐν ἀρχῇ ὄντος, καὶ χρόνος, καὶ αἰὼν, καὶ εἴ τι ἂν ἕτερον χρονικὸν ἐπινοηθείη διάστημα. Εἰ δὲ οὐκ ἀεὶ τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ συνῆν ὁ Υἱὸς, ὕστερον δέ ποτε προσεγένετο, ἀνάγκη χρόνον καὶ αἰῶνα Πατρὶ καὶ Υἱῷ μεσιτεύειν. Εἰ δὲ τοῦτο δοίη τις, εὑρεθήσεται τὸ ποίημα τοῦ ποιητοῦ προϋπάρχον· « Πάντα γὰρ, φησὶν ὁ εὐαγγελιστὴς, διὰ τοῦ Υἱοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν. » Ἐν δὲ τῶν πάντων ὁ αἰὼν ἢ ὁ χρόνος· καὶ ὁ μακάριος δὲ Παῦλος· « Ἐπ' ἐσχάτων, φησὶ, τῶν ἡμερῶν, ἐλάλησεν ἡμῖν ἐν Υἱῷ, ὃν ἔθηκε κληρονόμον πάντων, δι' οὗ καὶ τοὺς αἰῶνας ἐποίησεν. » Εἰ δὲ τοῦ Υἱοῦ οἱ αἰῶνες ποιήματα, τοῦ προϋπάρχουσι τοῦ ποιήσαντος· αἰώνων δὲ μὴ ὑπαρχόντων, εὔδηλον ὡς οὐδὲ ὁ χρόνος, ὃν ἡμέραι τε καὶ νύκτες ποιοῦσι καὶ μετροῦσιν· ἡμέρας δὲ καὶ νύκτας ἡ τοῦ φωτὸς ἀνατολὴ καὶ δύσις ἐργάζεται· τὸ δὲ φῶς μετὰ τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν, καὶ τὸν ἀέρα, ἐγένετο· ταῦτα δὲ πάντα, καὶ τὰ ἐν τούτοις, ὁ Θεὸς

[96] Joan. I, 1, 2. [97] Hebr. I, 2.

(1) Codex evidenter ὧ, quod prorsus videbatur immutandum in οἱ.

Digitized by Google

Λόγος εὐδοκίᾳ τοῦ Πατρὸς ἐδημιούργησε λόγῳ. A et metiuntur : dies vero noctesque facit lucis ortus et occasus : quæ quidem lux post cœlum ac terram et aerem facta fuit. Hæc porro omnia, et quidquid in eis est, Deus Verbum, beneplacito Patris, verbo creavit.

Τοίνυν τῶν χρόνων καὶ τῶν αἰώνων μετὰ τῶν ἄλλων ἁπάντων ποιηθέντων ὑπὸ τοῦ Λόγου, οὐδὲν ἂν ἦν μεταξὺ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, ἀλλ' ἀεὶ μὲν Πατὴρ ὁ Θεὸς, ἀεὶ δὲ ὁ Υἱὸς σὺν Πατρί· διὸ καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς, « Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος » βοᾷ. Καὶ ὁ ἀπόστολος Παῦλός φησι· « Ὃς ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης, καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ. » Καὶ ἐτέρωθεν· « Ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ. » Καὶ οὔτε ἐκεῖνος τὸ ἦν, οὔτε οὗτος τὸ ὢν καὶ ὑπάρχων, ἐᾷ· ἐπειδὴ τὸν ἀεὶ ὄντα κηρύττουσιν· οὗ χάριν καὶ μετ' ὀλίγα ὁ εὐαγγελιστὴς, « Ζωὴ ἦν, φησὶ, καὶ ἡ ζωὴ ἦν τὸ φῶς τῶν ἀνθρώπων. » Καὶ αὖθις· « Ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον. » Καὶ πάλιν· « Ὁ μονογενὴς Υἱὸς, ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ Πατρός. » Καὶ ἐν τῇ ἐπιστολῇ, « Ὃ ἦν, φησὶν, ἀπ' ἀρχῆς. » Οὕτω θεολογεῖν ὑπὸ τοῦ θείου Πνεύματος τὸν μονογενῆ τοῦ Θεοῦ Λόγον ἐδιδάχθησαν οἱ ἐξ ἀρχῆς αὐτόπται καὶ ὑπηρέται τοῦ Λόγου γενόμενοι· διὸ οὐ συνηρίθμησαν τῇ κτίσει τὸν κτίσαντα· οὐ συνέταξαν τὸν ποιητὴν τοῖς ποιήμασιν· οὐδαμοῦ κτίσμα τὸ τίμιον τοῦ Θεοῦ προσηγόρευσαν γέννημα· οὐδαμοῦ τὸ *ἐγένετο* συνέζευξαν τῇ Θεότητι· ἀλλ' οὗτος μὲν, « Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος· » οὐκ ἐν ἀρχῇ ὁ Λόγος ἐγένετο. Ἐκεῖνος δὲ, « Ὃς ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης, καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως· » οὐκ, ἐγένετο ἀπαύγασμα καὶ χαρακτήρ. Καὶ πάλιν· « Ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, » οὐ μορφὴ Θεοῦ γενόμενος, ἀλλ' « Ὑπάρχων ἐν Θεοῦ μορφῇ. » Καὶ ἐτέρωθι· « Ὃς ἐστιν εἰκὼν τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου, » οὐκ εἶπεν, ὃς ἐγένετο εἰκὼν τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου, ἀλλ', ὃς ἐστίν. Dei. » Et alibi : « Qui est imago Dei invisibilis [5]. » Non dixit : qui factus est imago Dei invisibilis, sed, qui est.

Cum igitur tempora ac sæcula cum aliis rebus omnibus a Verbo facta fuerint, nihil inter Patrem et Filium jacet, sed Pater semper fuit Deus, semper autem cum Patre Filius. Quare etiam evangelista, « In principio erat Verbum, » clamat. Et apostolus Paulus ait : « Qui cum sit splendor gloriæ, et figura substantiæ ejus [98]. » Et alibi : « Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo [99]. » Et neque Joannes *erat* omittit ; neque item Paulus *cum esset* et *cum exsisteret* ; quandoquidem semper exsistentem uterque prædicant. Quapropter et paulo post evangelista, « Vita erat, inquit, et vita erat lux hominum [1]. » Et denuo : « Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum [2]. » Et adhuc : « Unigenitus Dei Filius qui est in sinu Patris [3]. » Nec non in Epistola, « Qui fuit, inquit, ab initio [4]. » Hanc theologiam a divino Spiritu tradere edocti fuerunt circa unigenitum Dei Verbum ii qui ab initio spectatores ministrique Verbi fuerunt. Quamobrem non connumerarunt cum creatura Creatorem : non posuerunt in ordine factarum rerum factorem : nusquam creaturæ nomine appellarunt venerabilem Dei genituram : nusquam dictionem *factum est* Divinitati copularunt. Sed alius quidem dixit : « In principio erat Verbum ; » non autem, in principio factum est Verbum. Alius vero : « Qui cum esset splendor gloriæ, et figura substantiæ. » Non ait : factus est splendor et figura. Et rursus : « Qui cum in forma Dei esset ; » non autem **683** dixit : forma Dei factus, sed « cum, esset in forma

B C

Ζ'. Ἀπόδειξις ἐκ τῆς Παλαιᾶς, ὅτι ἀΐδιος ὁ Υἱός.

Οὕτω τῇ θεολογίᾳ πανταχοῦ συνέζευκται τὸ ἦν, καὶ τὸ ὤν, καὶ τὸ ὑπάρχων, καὶ τὸ ἔστιν· οὕτω τῷ μεγάλῳ Μωϋσῇ ἑαυτὸν διαλεγόμενος προσηγόρευσεν· « Ἐγώ εἰμι ὁ ὤν. » Καὶ πάλιν· « Τάδε ἐρεῖς τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ· Ὁ ὢν ἀπέσταλκέ με πρὸς ὑμᾶς. » Ὅτι δὲ τοῦ Υἱοῦ ταῦτα τὰ ῥήματα, καὶ αὐτοὶ μὲν μαρτυροῦσι τῆς βλασφημίας οἱ πρόμαχοι, ἀχώρητον μὲν τὸν Πατέρα λέγοντες, μεσίτην δὲ τοῦ Πατρὸς καὶ τῆς κτίσεως τὸν Υἱὸν ἀποκαλοῦντες, καὶ φάσκοντες αὐτὸν τοῖς πατριάρχαις καὶ τοῖς προφήταις ὀφθῆναί τε καὶ διαλεχθῆναι· σαφῶς δὲ ἡμᾶς αὐτὸς ὁ Θεὸς Λόγος ἐδιδάχθη διὰ Ἱερεμίου τοῦ προφήτου λέγων· « Ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, καὶ ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ διαθήσομαι τῷ οἴκῳ Ἰσραὴλ, καὶ τῷ οἴκῳ Ἰούδα διαθήκην καινὴν, οὐ κατὰ τὴν διαθήκην ἣν διεθέμην τοῖς πατράσιν αὐτῶν ἐν ἡμέραις ἐπιλαβομένου μου τῆς χειρὸς αὐτῶν ἐξαγαγεῖν αὐτοὺς ἐκ τῆς Αἰγύπτου. »

VII. *Ex Vetere Testamento sempiternus demonstratur Filius.*

Sic in sermone theologico copulantur semper *erat*, et *cum esset*, et *exsistens*, et *est*. Sic seipsum Deus, cum magno Moyse loquens, appellavit : « Ego sum qui sum. » Et mox : « Hæc dices filiis Israelis : Qui est misit me ad vos [6]. » Jam vero quod hæc Filii verba sint, testantur ipsi blasphemiæ antesignani, qui Patrem incomprehensibilem dicunt, Filium autem inter Patrem creaturamque medium appellant, dicuntque ipsum patriarchis et prophetis apparuisse cum iisque locutum. Manifeste vero nos ipse Deus Verbum docet per Jeremiam prophetam dicens : « Diebus illis, illoque tempore feriam cum Israelis domo, et cum Judæ domo novum fœdus, non juxta fœdus quod cum illorum parentibus pepigi, tempore quo manu mea captos ipsos de regione Ægypti reduxi [7]. » Quæramus itaque quis novum fœdus tradiderit. Nonne omnibus patet

D

[98] Hebr. I, 3. [99] Philipp. II, 6. [1] Joan. I, 4. [2] Ibid. 9. [3] Ibid. 18. [4] I Joan. I, 1. [5] Coloss. I, 15. [6] Exod. III, 14. [7] Jerem. XXXI, 31.

Digitized by Google

Dominum nostrum Jesum Christum ejus esse datorem? Ipse enim in sacris Evangeliis clamat: « Dictum est antiquis, Non occides; ego autem dico vobis, Omnis qui iratus fratri suo temere fuerit, reus erit judicio. Dictum est antiquis: Non perjurabis; ego autem dico vobis, nec jurare omnino [8]. » Et alia similiter ponit: dictum fuit quidem illud, ego autem hoc isthoc modo præcipio; haud sane exsistentem legem subvertens, sed perfectiorem legislationem faciens, ejusque observandæ rationem docens. Novum igitur fœdus dedit Dominus nobis Christus. Qui autem hoc tradidit, idem vetus quoque post liberationem ex Ægypto dederat Israeli. Qui vero illud dederat, idem ut ex Ægyptiaca servitute expediret, Moysen scilicet ad Pharaonem miserat. Idem **684***m* quoque dixit: « Hæc dices filiis Israelis: Qui est misit me ad vos. » Hoc et alibi propheta manifestum facit: « Hic est enim, inquit, Deus noster; neque æstimabitur alius adversus eum: adinvenit omnem viam disciplinæ, et tradidit illam Jacobo puero suo, et Israeli dilecto suo. Post hæc in terra visus est, et cum hominibus conversatus est [9]. »

A postremo itaque initium facientes, propheticum indagemus sensum. Quisnam in terra visus est, et cum hominibus conversatus? exploratum est, ut reor, cunctis modo mente præditis, quod nempe Verbum Deus, qui naturam nostram assumpsit, qui rapinam non est arbitratus esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens. Hic ergo viam disciplinæ tradidit Jacobo puero suo, et Israeli dilecto suo, veterem promulgans in deserto per Moysen legem. Qui vero legem illam tulit, antequam eam traderet, cum Moyse loquens dixerat: « Hæc dices filiis Israelis: Qui est misit me ad vos. » Propterea propheta exclamavit: « Hic Deus noster est, non æstimabitur alius adversus eum. » Quibus verbis, non tam eum minorem negat, quam incomparabilem affirmat. Animadvertite quomodo evangelicis dictis prophetica oracula consonent. Moyses ait *qui sum*; imo vero ipse Deus Verbum ait *qui sum*; Paulus autem sæpe dicit *qui est*; dicit etiam *exsistit*; quæ vocabula parem habent sensum. Similiter Joannes theologus vocabulum *qui est* evangelicæ Scripturæ multoties interserit; et ipsum quoque proœmium hujusmodi vocabulis ornat, non semel aut iterum ac tertio, sed multoties prædicans *erat*.

685*m* VIII. *Quod alia conveniunt Deo Verbo, alia assumptæ naturæ.*

Jam vero cum veritatis præcones ita docuerint, quis adeo sit audax ac temerarius, ut dictioni *erat*

[8] Matth. v, 21-33. [9] Baruch III, 36-38.

Ζητήσωμεν τοίνυν τίς τὴν καινὴν ἔδωκε διαθήκην. Ἢ οὐχὶ δῆλον ἅπασιν ὡς ὁ δεσπότης Χριστὸς ταύτης ἐστὶ χορηγός; Αὐτὸς γὰρ ἐν τοῖς ἱεροῖς Εὐαγγελίοις βοᾷ· « Ἐρρέθη τοῖς ἀρχαίοις, Οὐ φονεύσεις· ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, Πᾶς ὁ ὀργιζόμενος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ εἰκῇ, ἔνοχος ἔσται τῇ κρίσει· ἐρρέθη τοῖς ἀρχαίοις, Οὐκ ἐπιορκήσεις· ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, μὴ ὀμόσαι ὅλως. » Καὶ τὰ ἄλλα δὲ ὁμοίως τίθησιν, ὅτι ἐρρέθη μὲν τόδε, ἐγὼ δὲ τοῦτο τοιῶσδε νομοθετῶ, οὐκ ἀνατρέπων τὸν κείμενον νόμον, ἀλλὰ τὴν νομοθεσίαν ἀκριβεστέραν ποιῶν, καὶ τῆς φυλακῆς τὸν τρόπον διδάσκων. Τὴν νέαν τοίνυν διαθήκην ὁ δεσπότης ἡμῖν δέδωκε Χριστός· ὁ δὲ ταύτην παρεσχηκὼς, καὶ τὴν παλαιὰν μετὰ τὴν ἀπαλλαγὴν τῆς Αἰγύπτου δέδωκε τῷ Ἰσραήλ· ὁ δὲ ἐκείνην δεδωκὼς, καὶ τῆς Αἰγυπτιακῆς δουλείας ἀπαλλάξας, αὐτὸς ἀπέστειλε δηλονότι πρὸς Φαραὼ τὸν Μωϋσέα· αὐτὸς εἶπε· « Τάδε ἐρεῖς τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ· Ὁ ὢν ἀπέσταλκέ με πρὸς ὑμᾶς· » τοῦτο δὲ καὶ ἑτέρωθι ὁ (1) προφήτης σαφὲς ποιεῖ· « Οὗτος γάρ, φησὶν, ὁ Θεὸς ἡμῶν· οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν· ἐξεῦρε πᾶσαν ὁδὸν ἐπιστήμης, καὶ ἔδωκεν αὐτὴν Ἰακὼβ τῷ παιδὶ αὐτοῦ, καὶ Ἰσραὴλ τῷ ἠγαπημένῳ ὑπ' αὐτοῦ· μετὰ ταῦτα ἐπὶ γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη (2). »

Κάτωθεν τοίνυν ἀρξάμενοι, τὴν προφητικὴν ἐρευνήσωμεν ἔννοιαν. Τίς ὁ ἐπὶ τῆς γῆς ὀφθεὶς, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συναναστραφείς; εὔδηλον, ὡς οἶμαι, πᾶσι τοῖς γε νοῦν ἔχουσιν, ὡς ὁ Θεὸς Λόγος, τὴν ἡμετέραν φύσιν ἀναλαβὼν, ὁ μὴ ἁρπαγμὸν ἡγησάμενος τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, ἀλλ' ἑαυτὸν κενώσας, καὶ μορφὴν δούλου λαβών. Οὗτος τοίνυν τὴν ὁδὸν τῆς ἐπιστήμης ἔδωκεν Ἰακὼβ τῷ παιδὶ αὐτοῦ, καὶ Ἰσραὴλ τῷ ἠγαπημένῳ ὑπ' αὐτοῦ, τὸν παλαιὸν διαγορεύσας ἐν τῇ ἐρήμῳ διὰ Μωϋσέως νόμον. Ὁ δὲ τὸν νόμον ἐκεῖνον δεδωκὼς, πρὸ τοῦ δοῦναι τὸν νόμον, τῷ Μωϋσῇ διαλεγόμενος ἐφη· « Τάδε ἐρεῖς τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ. Ὁ ὢν ἀπέσταλκέ με πρὸς ὑμᾶς. » Διὸ ὁ προφήτης ἐβόα· « Οὗτος ὁ Θεὸς ἡμῶν, οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν· » μαρτυρῶν αὐτῷ, οὐ τὸ ἔλαττον, ἀλλὰ τὸ ἀσύγκριτον. Ὁρᾷς πῶς ἔοικε τοῖς εὐαγγελικοῖς διδάγμασιν τὰ προφητικὰ κηρύγματα. Μωϋσῆς κηρύττει τὸ ὢν· μᾶλλον δὲ αὐτὸς ὁ Θεὸς Λόγος περὶ ἑαυτοῦ λέγει τὸ ὢν· Παῦλος δὲ πολλάκις λέγει τὸ ὤν, προστίθησι δὲ καὶ τὸ *ὑπάρχων*, ταὐτὸν δυνάμενον τῷ ὢν· λέγει καὶ τὸ ἔστιν, ἰσοδυναμοῦν ἐκείνοις κατὰ τὴν ἔννοιαν· ὡσαύτως δὲ καὶ ὁ θεολόγος Ἰωάννης πολλαχοῦ τὸ ὢν τῇ τῶν Εὐαγγελίων πραγματείᾳ ἐνσπείρει, καὶ αὐτὸ δὲ τὸ προοίμιον ταύταις ταῖς φωναῖς ἀγλαΐζει, οὐχ ἅπαξ, οὐδὲ δὶς, οὐδὲ τρὶς, ἀλλὰ πολλάκις κηρύττων τὸ ἦν.

Η'. *Ὅτι τὰ μὲν ἁρμόττει τῷ Θεῷ Λόγῳ, τὰ δὲ τῇ ἀναληφθείσῃ φύσει.*

Τῶν κηρύκων δὲ τῆς ἀληθείας τοιαῦτα διδασκόντων, τίς οὕτως ἄγαν θρασὺς καὶ αὐθάδης, ὡς ἀντ-

(1) In codice interscribitur mendose αὐτός, *idem*.
(2) Hunc Baruchi textum intelligit de Jesu Christo etiam auctor Arianus in comm. ad Luc. v, 3; Script. vet., tom. III, part. II, pag. 207.

Digitized by Google

μὲν τοῦ ἦν, τὸ οὐκ ἦν εἰπεῖν (1); ἀντὶ δὲ τοῦ ὢν καὶ ὑπάρχων, κτίσμα προσαγορεῦσαι τὸν ἐκ Πατρὸς μὲν ἀχρόνως καὶ ἀπαθῶς γεννηθέντα, ἐν δὲ τοῖς κόλποις τοῦ Πατρὸς ἱδρυμένον; ὁ γὰρ ὢν οὐ κτίζεται, ὁ ὑπάρχων οὐ δημιουργεῖται· τὸ γὰρ *ἐγένετο*, καὶ τὸ *ἔλαβε*, καὶ ὅσα τοιαῦτα, οὐ θεολογοῦντες, ἀλλὰ τὴν οἰκονομίαν κηρύττοντες ἔλεγον οἱ τὰ τῆς θεογνωσίας ἐγχειρισθέντες μυστήρια. Καὶ πρῶτος μὲν ὁ μακάριος Ἰωάννης, καὶ « Ὁ Λόγος, ἔφη, σὰρξ ἐγένετο· » εἰπὼν τὸ, « Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, » καὶ πολλάκις τὸ *ἦν* ἐπὶ τῆς Θεότητος δεδωκὼς, εἰς τὴν τῆς ἐνανθρωπήσεως οἰκονομίαν ἐλθὼν, ἀναγκαίως τὸ *ἐγένετο* τέθεικεν· οὐ γὰρ ἦν ἀεὶ ἡ ἐξ ἡμῶν ληφθεῖσα ὑπὸ τοῦ Θεοῦ Λόγου ἀπαρχὴ, ἀλλὰ πρὸς τῷ τέλει τῶν αἰώνων ἐγένετό τε καὶ ἀνελήφθη ὑπὸ τοῦ Θεοῦ Λόγου. Τοῦτο ποιεῖ καὶ ὁ μακάριος Παῦλος· εἰπὼν γὰρ, « Ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, » καὶ προσθεὶς τὸ, « οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο, τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, » ἐπήγαγε τὸ « Ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβών· » τῇ « μορφῇ τοῦ δούλου » τὸ « λαβὼν » προσαρμόσας, τῇ δὲ « μορφῇ τοῦ Θεοῦ » τὸ « ὑπάρχων » συζεύξας. Οὐκοῦν ἡ τοῦ Θεοῦ μορφὴ προϋπάρχουσα, μᾶλλον δὲ ἀεὶ ὑπάρχουσα, ἔλαβε τὴν τοῦ δούλου μορφήν· οὐ τοίνυν κτίσμα, οὐδὲ ποίημα, οὐδὲ ἐξ οὐκ ὄντων ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ἀλλ' ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννηθεὶς ἀεὶ τῷ Πατρὶ σύνεστι, καὶ τὴν μετὰ Πατρὸς παρὰ τῶν εὐγνωμόνων προσκύνησιν δέχεται.

A opponat *non erat?* et pro *qui sum* et *qui existo*, creaturam appellet eum qui intemporaliter et impassibiliter genitus fuit, et in sinu Patris est collocatus? Nam qui est, non conditur: qui exsistit, non creatur. Nam vocabula *factum est*, et *accepit*, et quælibet hujusmodi, non de Deo proprie loquentes, sed dispensationem prædicantes dixerunt ii, quibus divinæ scientiæ credita fuerunt mysteria. Et primus quidem beatus Joannes, « Et Verbum, inquit, caro factum est. » Cum antea dixisset, « In principio erat Verbum, » et sæpe vocabulum *erat* de Divinitate pronuntiasset, mox ad incarnationis dispensationem accedens, necessario *factum est* posuit. Non enim erat ab æterno illa quæ ex nobis a Deo Verbo assumpta fuit inchoatio, sed in fine B sæculorum ea facta est, et a Deo Verbo assumpta. Hoc agit etiam beatus Paulus; nam cum dixisset, « In forma Dei exsistens, » atque addidisset, « Non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo » subdidit, « Semetipsum exinanivit, formam servi accipiens. » Verbis, « in forma servi, » vocabulum « accipiens » accommodavit; verbis autem, « in forma Dei, » vocabulum « exsistens » connexit. Ergo Dei forma præexsistens, vel potius semper exsistens, suscepit servi formam. Non est igitur creatura, neque factura, neque ex non olim exstantibus Dei Verbum, sed ex Deo Patre genitum, Patri semper coexsistit, et adorationem una cum Patre a fidelibus excipit.

Θ'. *Περὶ τῆς ἐκ Θεοῦ γεννήσεως.*

Μηδεὶς δὲ γέννησιν ἀκούων, τοῖς λογισμοῖς δεχέσθω τὰ πάθη τῆς ἡμετέρας γεννήσεως, τομὴν, καὶ ῥεῦσιν, καὶ ὠδῖνα (2), καὶ τὰ ἄλλα ὅσα τοιαῦτα. Σωμάτων γὰρ ταῦτα παθήματα· Θεὸς δὲ ἀσώματος, καὶ ἀπαθὴς, ἄτρεπτός τε, καὶ ἀναλλοίωτος, ἀεὶ ὡσαύτως ἔχων· εἰ δέ τις οἴεται γέννησιν μὴ εἶναι πάθους ἀπηλλαγμένην, καὶ ἐν τοῖς περὶ κτίσεως λόγοις τούτους δεχέσθω τοὺς λογισμούς· ὥσπερ γὰρ ἐκεῖ τομὴ καὶ ῥεῦσις, οὕτως ἐνταῦθα φροντὶς, καὶ πόνος, καὶ ἱδρὼς, καὶ ὄργανα, καὶ ὕλη προϋποκειμένη (3), καὶ ἀποτυχίαι, καὶ τὰ ἄλλα ὅσα συμπαρομαρτεῖ τοῖς κτίσμασιν· εἰ δὲ μόνη βούλησις τῷ Θεῷ εἰς τὴν τοῦ παντὸς ἦρκησε δημιουργίαν, καὶ βουληθεὶς παραχρῆμα τὰ μὴ ὄντα ἔδειξεν ὄντα, δεξάσθω ὁ ἀντιλέγων καὶ τὴν γέννησιν τοῦ Θεοῦ πάθους ἀπηλλάχθαι παντός. Ὥσπερ δὲ οὐ τοῖς ἀνθρώποις ὁμοίως ἐδημιούργησεν, οὕτως οὔτε ὁμοίως ἐγέννησεν.

C

686m IX. *De generatione ex Deo.*

Nemo vero generationem audiens, mente sibi confingat generationis nostræ passiones, decisionem, fluxum, partum, et alia hujusmodi. Nam corporum hæ sunt passiones; Deus autem incorporeus est, impassibilis, invertibilis, immutabilis, in eodem semper statu consistens. Quod si quis existimat nullam esse generationem passione carentem, tunc etiam cum de creatione sermo fuerit, easdem cogitationes mente revolvet: namque ut in generatione decisio et fluxus, sic in creatione cura, labor, sudor, instrumenta, materia præexsistens, frustratus successus, et alia hujusmodi quæ creationes comitantur. Sin vero una Deo sufficit voluntas ad rerum omD nium creationem, statimque ac voluit, quæ non erant fecit exsistere, admittat adversarius, generationem quoque Dei, passione omni vacasse. Nam sicuti haud ea qua homines solent ratione creavit, sic dissimili quoque modo genuit.

Ι'. *Τίς ἡ ἔννοια τῶν τοῦ Κυρίου ὀνομάτων.*

Διὸ καὶ ὁ Λόγος ὁ Υἱὸς ὀνομάζεται ὡς ἀπαθῶς γεννηθεὶς, κατὰ τὸν ἐκ τοῦ νοῦ γεγενημένον λόγον ἀπαθῶς. Υἱὸς δὲ καλεῖται ὡς ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννη-

X. *Quid significent Domini nomina.*

Ideo et Filius Verbum nominatur ceu impassibiliter genitus, veluti ex mente genitum verbum absque passione. Filius vero vocatur, quia ex Patre ge-

(1) Reprehendit dicta ab Ario in impio libro *Thalia*, de quo Athanasius, orat. I contra Arium. Græcos Latinosque Patres qui Arianam hæresim refutaverunt diligenter nos recensuimus in prologo ad fragmenta Arianorum, Script. vet., tom. III, part. II, pag. 188 seq. Plenam Arianismi expositionem habes apud prædictum Athanasium et Fulgentium Ferrandum a nobis editum, necnon in fragmentis a nobis item ex palimpsesto eruti, et sæpe alibi.

(2) Cod., ὀδύνην, *dolorem*. Sed malui ὠδῖνα, *partum*, ut infra cap. X.

(3) Ferrandus contra Arianos apud nos, Script. vet., tom. III, part. II, pag. 171, dicit *subjacentem materiam*.

Digitized by Google

nerante proveniens. Deus item appellatur, ceu paternæ naturæ particeps, et persimilis Dei generantis imago : unigenitus autem, ceu solus de solo, unicoque modo genitus : splendor gloriæ, ceu qui in seipso Patrem repræsentat, semperque cum gignente est, sicuti cum luce splendor : figura substantiæ; ne forte simplicem actionem, sed viventem substantiam Deum Verbum esse credas, quæ totum in se genitorem repræsentat. Primogenitus autem non divinæ naturæ, sed dispensationis proprium vocabulum. Nam qui fieri posset ut Dei **687***m* Verbum et unigenitum esset et primogenitum? Pugnant enim hæc inter se vocabula : namque unigenitus, unicum genitum significat; primogenitus autem eum qui ante cæteros genitus fuerit, et reliquos nativitate præcesserit. Porro Verbum Deus fratrem non habet, utpote unigenitus. Quomodo ergo sit primogenitus, qui solus a Patre fuit genitus? Constat igitur dispensationis esse vocabulum, « primogenitus. »

Quod si quis adhuc dubitat, a Paulo discat clamante : « Quos præscivit et prædestinavit conformes fieri imagini Filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus [10]. » Jam cujusnam secundum naturam fratres sunt qui credunt? Haud sane Verbi Dei, sed congenitæ humanitatis : namque et huic sunt conformes. Item alibi ait : « Qui reformabit corpus humilitatis nostræ, ut fiat conforme corpori gloriæ suæ [11]. » Ergo idem est quoque primogenitus, qui multos habet fratres. De quibus ipse in Psalmis ait : « Narrabo nomen tuum fratribus meis [12]. » Haud vero alium unigenitum, et alium primogenitum esse dicimus, sed eumdem, non tamen secundum idem. Unigenitus enim appellatus est secundum cœlestem nativitatem; primogenitus vero vocatus, ceu qui primus nativitatis ad vitam deducentis partum solvit. Ideo et primogenitus ex mortuis nominatur [13], quia primus resurrexit, mortisque januas reseravit : primogenitus quoque omnis creaturæ [14], ceu primus in nova creatione editus quam natus renovavit : de qua beatus Paulus dicit : « Si qua in Christo nova creatura, vetera transierunt, ecce nova facta sunt omnia [15]. » Quod si adhuc litigent, qui contendere malunt quam persuaderi, de ipso Verbo Deo dictum esse, « primogenitus omnis creaturæ, » ipsorum inscitiam ridebimus : indulgebimus simul aliquid, ut etiam sic valde apud nos abundare veritatem ostendamus. Dicitur quippe primogenitus, non autem primus creatus inter omnes creaturas : ut liquido appareat, eum ante omnem creaturam **688***m* genitum fuisse, nihilque esse Filio antiquius, sed cum Patre semper fuisse, et ante omnem creaturam exstitisse. Universa vero creatarum rerum natura utique posterior est, siquidem ab ipso ad exsistendum fuit perducta. Nihil ergo hinc blasphemis lucri accedet.

A τῶν προελθόν. Θεὸς δὲ προσαγορεύεται ὡς τῆς πατρικῆς φύσεως μετέχων, καὶ ἀπαράλλακτος εἰκὼν ὑπάρχων τοῦ Θεοῦ γεννήσαντος. Μονογενὴς δὲ, ὡς μόνος ἐκ μόνου, καὶ μονοτρόπως γεννηθείς · ἀπαύγασμα δόξης, ὡς ἐν αὐτῷ τὸν Πατέρα δεικνὺς, καὶ ἀεὶ συνὼν τῷ γεννήσαντι, ὥσπερ τῷ φωτὶ τὸ ἀπαύγασμα · χαρακτὴρ ὑποστάσεως, ἵνα μὴ ψιλὴν ἐνέργειαν, ἀλλὰ ζῶσαν ὑπόστασιν τὸν Θεὸν Λόγον εἶναι πιστεύσῃς, ὅλον ἐν ἑαυτῇ τὸν γεννήσαντα δεικνῦσαν · τὸ δὲ πρωτότοκος οὐκ ἔστι τῆς θείας φύσεως, ἀλλὰ τῆς οἰκονομίας ὄνομα · πῶς γὰρ οἷόν τε τὸν Θεὸν Λόγον, καὶ μονογενῆ καὶ πρωτότοκον εἶναι; Ἐναντία γὰρ τὰ ὀνόματα · καὶ ὁ μὲν μονογενὴς τὸν μόνον γεννηθέντα σημαίνει, ὁ δὲ πρωτότοκος τὸν πρὸ ἑτέρων τεχθέντα, καὶ ἑτέρων τῷ τόκῳ πρωτεύοντα · ὁ
B Θεὸς δὲ Λόγος ἀδελφὸν οὐκ ἔχει, μονογενὴς γάρ · πῶς οὖν πρωτότοκος ὁ μόνος ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννηθείς; Οὐκοῦν εὔδηλον, ὡς τῆς οἰκονομίας « τὸ πρωτότοκος » ὄνομα.

Εἰ δέ τις ἀμφιδάλλει, παρὰ Παύλου μανθανέτω βοῶντος · « Ὅτι οὓς προέγνω, καὶ προώρισεν συμμόρφους τῆς εἰκόνος τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν πρωτότοκον ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς. » Τίνος γὰρ κατὰ φύσιν ἀδελφοὶ οἱ πιστεύοντες; Οὐ τοῦ Θεοῦ Λόγου, ἀλλὰ τῆς ὁμοφυοῦς ἀνθρωπότητος · ταύτης γάρ εἰσι καὶ σύμμορφοι. Καὶ ἑτέρωθεν ἔλεγεν · « Ὃς μετασχηματίσει τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν εἰς τὸ γενέσθαι αὐτὸ σύμμορφον τῷ σώματι τῆς δόξης αὐτοῦ. » Οὐκοῦν αὐτός ἐστι καὶ πρωτότοκος ὁ τοὺς πολλοὺς ἔχων ἀδελφούς · περὶ ὧν αὐτὸς ἐν Ψαλ-
C μοῖς φησιν · « Ἀπαγγελῶ τὸ ὄνομά σου τοῖς ἀδελφοῖς μου. » Οὐκ ἄλλον δὲ τὸν μονογενῆ, καὶ ἄλλον τὸν πρωτότοκον εἶναί φαμεν, ἀλλὰ τὸν αὐτὸν, ὡ κατὰ τὸ αὐτὸ δέ. Μονογενὴς μὲν γὰρ ὠνόμασται κατὰ τὴν ἄνωθεν γέννησιν, πρωτότοκος δὲ κέκληται ὡς πρῶτος τῆς ἐπὶ τὴν ζωὴν φερούσης γεννήσεως τὰς ὠδῖνας λύσας. Διὰ τοῦτο καὶ πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν ὀνομάζεται, ὡς πρῶτος ἀναστὰς, καὶ τὸ θανάτου τὰς πύλας ἀνοίξας · καὶ πρωτότοκος πάσης τῆς κτίσεως, ὡς πρῶτος ἐν τῇ καινῇ κτίσει τεχθείς, ἣν ἀνεκαίνισε γεννηθείς · περὶ ἧς ὁ μακάριος λέγει Παῦλος · « Εἴ τις ἐν Χριστῷ καινὴ κτίσις, τὰ ἀρχαῖα παρῆλθον, ἰδοὺ γέγονε τὰ πάντα καινά. » Εἰ
D δὲ φιλονεικεῖεν, οἱ τὴν ἔριν τῆς πειθοῦς προτιμῶντες, περὶ τοῦ Θεοῦ Λόγου τὸ πρωτότοκος εἰρῆσθαι πάσης κτίσεως, τὴν μὲν ἀμαθίαν αὐτῶν γελασόμεθα · συγχωρήσομεν δὲ ὅμως, ἵνα καὶ οὕτως ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος παρ' ἡμῖν οὖσαν τὴν ἀλήθειαν δείξωμεν · πρωτότοκος γὰρ, ἀλλ' οὐ πρωτόκτιστος πάσης κτίσεως λέγεται · ὡς εἶναι δῆλον ὅτι αὐτὸς μὲν πρὸ πάσης ἐγεννήθη τῆς κτίσεως, καὶ οὐδὲν τοῦ Υἱοῦ πρεσβύτερον, ἀλλὰ Πατρὶ μὲν ἀεὶ συνῆν, τῆς δὲ κτίσεως ἁπάσης προῆν · πᾶσα δὲ τῶν δημιουργημάτων ἡ φύσις ὕστερόν ποτε, εἰ ὑπ' αὐτοῦ πρὸς τὸ εἶναι παρήχθη. Ὥστε οὐδὲν ἐντεῦθεν τοῖς βλασφημοῦσι περιέσται.

[10] Rom. VIII, 29. [11] Philipp. III, 21. [12] Psal. XXI, 23. [13] Coloss. I, 18. [14] Ibid. 15. [15] II Cor. V. 17.

Digitized by Google

ΙΑ'. *Ὅτι οὐδεὶς οἶδε τὸν Υἱὸν εἰ μὴ ὁ Πατὴρ, καὶ οὐδεὶς οἶδε τὸν Πατέρα, εἰ μὴ ὁ Υἱός.*

XI. *Quod nemo novit Filium, nisi Pater; nemoque Patrem novit, nisi Filius.*

Ἵνα δὲ δείξωμεν Πατρὸς καὶ Υἱοῦ τὴν ἰσότητα, ἐπ' αὐτὴν ἔλθωμεν τὴν τοῦ Κυρίου διδασκαλίαν· « Οὐδεὶς, φησὶν, οἶδε τὸν Υἱὸν, εἰ μὴ ὁ Πατήρ· οὐδὲ τὸν Πατέρα τις ἐπιγινώσκει, εἰ μὴ ὁ Υἱός, καὶ ᾧ ἂν βούληται ὁ Υἱὸς ἀποκαλύψαι. » Τί τούτων τῶν ῥημάτων σαφέστερον; Ἴση, φησὶν, ἡμῖν ἡ γνῶσίς ἐστι· γινώσκω γὰρ τὸν Πατέρα, γινωσκόμενος ὑπ' αὐτοῦ· καὶ γινώσκει με ὁ Πατὴρ, καὶ γινωσκόμενος ὑπ' ἐμοῦ. Πᾶσα δὲ ἡ κτίσις τῆς ἡμετέρας ἐκβέβληται γνώσεως. Πῶς γὰρ οἷόν τε τῆς φύσεως ἡμῶν οὐ κοινωνοῦσαν, κοινωνῆσαι τῆς γνώσεως; μεταλαγχάνουσι δέ τινες ὅμως βραχείας τινὸς θεωρίας· ἀποκαλύπτω γὰρ ὡς οἷόν τε οἷς ἂν ἐθέλω τὴν περὶ τοῦ Πατρὸς γνῶσιν, ὡς ἐν ἐσόπτρῳ καὶ αἰνίγματι. Ταῦτα ἐκ τῶν Δεσποτικῶν ἐμάθομεν διδαγμάτων· ποίαν ἐνταῦθα χώραν ἔχει τὸ μεῖζον καὶ ἔλαττον; Ποῖον κτίσμα τὸν κτίστην γινώσκει, ὡς ὑπὸ τοῦ κτίστου γινώσκεται; Ποῖον δὲ ποίημα τὴν πρὸς τὸν ποιητὴν ἰσότητα δέχεται; Ἢ οὐκ ἴσμεν ὅπως περὶ τῆς κτίσεως ἡ θεία Γραφὴ διαλέγεται; Ἀναμνησθῶμεν τοίνυν τῶν τοῦ Προφήτου ῥημάτων· « Κατ' ἀρχὰς σὺ, Κύριε, τὴν γῆν ἐθεμελίωσας, καὶ ἔργα τῶν χειρῶν σού εἰσιν οὐρανοί. Αὐτοὶ ἀπολοῦνται, σὺ δὲ διαμένεις· καὶ πάντες ὡς ἱμάτιον παλαιωθήσονται, καὶ ὡσεὶ περιβόλαιον ἑλίξεις αὐτούς, καὶ ἀλλαγήσονται· σὺ δὲ αὐτὸς εἶ, καὶ τὰ ἔτη σου οὐκ ἐκλείψουσι. » Καὶ πάλιν· « Ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πυρὸς φλόγα. » Αὕτη κτίσεως καὶ κτίστου διαφορά. Ἔνθα τοίνυν ἰσότης, οὐκέτι κτίσμα καὶ κτίστης, ἀλλὰ Πατὴρ καὶ Υἱός· διὸ καὶ ταῦτα τέθεικε τὰ ὀνόματα, ἵνα ἐκ τῶν ὀνομάτων μάθωμεν τὴν ταυτότητα. « Οὐδεὶς γὰρ, φησὶ, γινώσκει τὸν Υἱὸν εἰ μὴ ὁ Πατὴρ, οὐδὲ τὸν Πατέρα τις ἐπιγινώσκει εἰ μὴ ὁ Υἱός. » Τῷ εἰπεῖν « οὐδεὶς, » τὴν κτίσιν ἐδήλωσεν· ἐκβαλομένη δὲ ἡ κτίσις, δείκνυσι τὸν μένοντα τῶν κτισμάτων ὑπέρτερον, τῷ δὲ γεννήσαντι φυσικῶς συνημμένον· « Οὐδεὶς γινώσκει τὸν Υἱὸν εἰ μὴ ὁ Πατὴρ, οὐδὲ τὸν Πατέρα τις ἐπιγινώσκει, εἰ μὴ ὁ Υἱός, καὶ ᾧ ἂν βούληται ὁ Υἱὸς ἀποκαλύψαι. »

Atque ut demonstremus Patris Filiique æqualitatem, ad ipsam veniamus Domini doctrinam. « Nemo, inquit, novit Filium, nisi Pater; nemoque novit Patrem, nisi Filius, et cui voluerit Filius revelare [16]. » Quid his verbis evidentius? Par, inquit, nobis cognitio est: cognosco enim Patrem cognitus ab ipso: et cognoscit me Pater a me vicissim cognitus. Universa autem creatura cognitione nostra excluditur. Nam qui fieri posset ut natura non particeps nostræ, cognitionem participaret? Participant autem nonnulli parum quid contemplationis: ego enim revelo, quoad licet, quibus mihi libitum fuerit Patris notitiam, tanquam in speculo et ænigmate. Hæc a Dominicis doctrinis didicimus. Quemnam hic locum habent, majus et minus? quænam creatura Creatorem cognoscit, sicuti ipsa a Creatore cognoscitur? Quænam res facta æqualitatem cum factore tuetur? An ignoramus quomodo de creatis rebus divina Scriptura loquatur? In mentem itaque revocemus verba Prophetæ: « Initio tu, Domine, terram fundasti, et opera manuum tuarum sunt cœli: ipsi peribunt, tu autem permanes: et omnes sicut vestimentum veterascent, et sicut opertorium invertes eos, et immutabuntur: tu vero idem ipse es, et anni tui non deficient [17]. » Et rursus: « Qui facis angelos tuos spiritus, et ministros tuos flammam ignis [18]. » Hæc est creaturæ a Creatore diversitas. Ubi ergo æqualitas, ibi non est creatura et Creator, sed Pater ac Filius: quare et hæc posuit nomina, ut ex his 689 ipsis unitatem substantiæ discamus. « Nemo enim, inquit, novit Filium, nisi Pater, neque Patrem quis novit, nisi Filius. » Vocabulo « nemo » creaturam denotat. Exclusa autem creatura demonstrat permanere eum qui creaturis superior est, genitori naturaliter copulatum. « Nemo novit Filium, nisi Pater, neque Patrem quis novit, nisi Filius, et cui voluerit Filius revelare. »

Εἰπάτωσαν οἱ τῆς ἀληθείας ἐχθροὶ, πῶς χρὴ τὴν θείαν ἀναγινώσκειν Γραφὴν, τῷ γράμματι στέργειν, ἢ τὴν ἔννοιαν ἐρευνᾷν. Κἂν μὲν οὖν τὸ δεύτερον εἴπωσι, μαθέτωσαν ἀφ' ὧν λέγουσι, κἂν τοῖς οἰκείοις προβλήμασι τοῦτο ποιεῖν, καὶ τὴν ἀληθῆ τῶν πραγμάτων ζητεῖν ἑρμηνείαν· εἰ δὲ φαῖεν ἀρκεῖν τὸ γράμμα πρὸς ἀκριβῆ διδασκαλίαν, ἐκ τῶν προκειμένων τὴν ἔννοιαν αὐτῶν διελέγξωμαι· εὑρίσκεται γὰρ ἀνέφικτος μὲν ὁ Υἱὸς, ὁ δὲ Πατὴρ ἐφικτός· καὶ ὁ μὲν ἀπερινόητος, ὁ δὲ Πατὴρ θεατός· περὶ μὲν γὰρ ἑαυτοῦ ὁ Δεσπότης Χριστὸς εἰπὼν, ὅτι « Οὐδεὶς γινώσκει τὸν Υἱὸν, εἰ μὴ ὁ Πατὴρ, » οὐκ ἐπήγαγε, καὶ ᾧ ἂν βούληται ὁ Πατὴρ ἀποκαλύψαι· εἰρηκὼς δὲ, « Οὐδὲ τὸν Πατέρα τις ἐπιγινώσκει, εἰ μὴ ὁ Υἱός, » εὐθὺς προσέθηκε, « Καὶ ᾧ ἂν βούληται ὁ Υἱὸς ἀποκαλύψαι· » καὶ οὐ μόνον αὐτὸν θεωρητὸν πεποιη-

Dicant veritatis hostes, quomodo oporteat Scripturam legere; litteræne adhærere, an sensum perscrutari. Et si hoc alterum dixerint, discant vel ex dictis propriis, in suis quoque propositionibus id agere, et veram rerum exquirere intelligentiam. Sin dicant sufficere vim litteræ ad accuratam rei declarationem, ex propositis verbis eorumdem sensum arguam. Comperitur enim inintelligibilis Filius, Pater autem intelligibilis: et ille quidem incogitabilis, Pater autem visibilis. Nam cum de seipso Dominus Christus dixisset, « Nemo novit Filium, nisi Pater, » non addidit, et cui voluerit Pater revelare. Cum vero dixisset, « neque Patrem quis novit nisi Filius, » statim subdidit, « et cui voluerit Filius revelare. » Neque solum noscibilem fecit Patrem, sed hanc a sua potestate pendere co-

[16] Matth. xi, 27. [17] Psal. ci, 26-28. [18] Psal. ciii, 4.

Digitized by Google

gnitionem declaravit. Porro etiamsi millies adversus Filium impie agere, prout solent, voluerint, nos blasphemam sententiam de Deo Patre suscipere non feremus. Credimus enim invisibilem et incogitabilem esse universalem Deum. Nam quomodo incomprehensibilis Filius sit ejus qui comprehendi potest? Ergo Patrem æque ac Filium inintelligibiles, inaccessos incomprehensibilesque dicimus. Revelari autem a Patre etiam Filii notitiam credimus mentis visui et fidei contemplationi. « Nemo novit Filium, nisi Pater, neque Patrem quis novit, nisi Filius. » Et alio loco : « Sicut cognoscit me Pater, et ego cognosco Patrem [49]. » Haud enimvero alter quidem magis, alter minus, sed quomodo cognosco, ita et cognoscor.

A κεν, ἀλλὰ καὶ τῆς οἰκείας ἐξουσίας τὴν θεωρίαν ἐξήρτησεν. Ἀλλὰ κἂν μυριάκις εἰς τὸν Υἱὸν ἀσεβεῖν ἐθέλωσιν, οἷς τοῦτο φίλον, ἡμεῖς οὐκ ἀνεξόμεθα βλάσφημον ἔννοιαν καταδέξασθαι περὶ Θεοῦ καὶ Πατρός· πιστεύομεν γὰρ ἀθέατον καὶ ἀπερινόητον εἶναι τὸν τῶν ὅλων Θεόν· πῶς γὰρ ὁ ἀκατάληπτος Υἱὸς ἂν εἴη τοῦ καταληφθῆναι δυναμένου ; Ὁμοίως τοίνυν Πατέρα καὶ Υἱὸν ἀχώρητον εἶναί φαμεν ἀνέφικτόν τε καὶ ἀκατάληπτον· ἀποκαλύπτεσθαι δὲ διὰ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ τὴν γνῶσιν πιστεύομεν τῷ τῆς διανοίας ὀπτικῷ καὶ τῇ τῆς πίστεως θεωρίᾳ· « Οὐδεὶς γινώσκει τὸν Υἱὸν, εἰ μὴ ὁ Πατήρ· οὐδὲ τὸν Πατέρα τις γινώσκει, εἰ μὴ ὁ Υἱός· » καὶ ἀλλαχοῦ· « Καθὼς, φησὶ, γινώσκει με ὁ Πατὴρ, κἀγὼ γινώσκω τὸν Πατέρα. » Οὐχ ὁ μὲν πλέον, ὁ δὲ ἔλαττον, ἀλλὰ καθὼς γινώσκω, B γινώσκομαι.

690 m XII. *Quod par sit Patris et Filii potentia.*

ΙΒ'. *Ὅτι ἴση τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ ἡ δύναμις.*

Quorum ergo notio æqualis est, horum etiam potentia æqualis. Quorum autem æqualis potentia, horum scilicet substantia quoque una est. Quod vero Patris ac Filii æqualis sit potentia, ipse rursus nos Salvator docuit ita dicens : « Qui sunt ex ovibus meis, hi vocem meam audiunt, et ego oves meas cognosco, quæ me sequuntur, et vitam æternam ego illis do, et in æternum non peribunt; neque eas quisquam de manu mea rapiet. Pater, qui dedit mihi, major omnibus est, nemoque de manu Patris mei rapere potest. Ego et Pater unum sumus [50]. » Animadverte quomodo non simpliciter posuit, « Ego et Pater unum sumus, » prævidens scilicet hæreticam malitiam, ne de consilio ac voluntate hanc intelligerent dictionem. Sed primo potentiæ æqualitate stabilita, postea dictam sententiam subjecit. Namque ovibus, inquit, me sequentibus vitam æternam ego do, ut nulla ex iis pereat in æternum. Quis enim est tantus, ut de manu mea rapere possit, quidquid sub me pastore fuerit? Nam sicuti impossibile est quemquam Patris dextera potiri, qui major omnibus est, ita fieri nequit ut quilibet quempiam diripiat, qui meæ custodiæ sit traditus. Etenim « Ego et Pater unum sumus. » Ubinam ergo majus et minus? Si enim æque, nec e Filii manu, neque item ex Patris manu potest quispiam rapere, majori non est locus. Et quoniam, quia major omnibus Pater est, nemo rapere potest de manu ejus, sequitur ut major omnibus Filius quoque sit, quoniam æque nemo de manu ejus rapere potest. Ideo addidit : « Ego et Pater unum sumus. » Nam si litteram denuo sequemur, Filium præpositum videbimus : « Ego enim dixit, et Pater : » non, Pater et Ego. Demonstrataque personarum dualitate, prædicavit naturæ unitatem. Nam dicendo, Ego et Pater, numerum personarum **691** m significavit : addendo autem, « unum sumus, » potentiæ demonstravit paritatem. Quorum itaque æqualis est notio, potentia quoque et volun-

Ὧν τοίνυν ἡ γνῶσις ἴση, τούτων καὶ ἡ δύναμις ἴση· ὧν δὲ ἡ δύναμις ἴση, τούτων δηλονότι καὶ ἡ οὐσία μία· ὅτι δὲ ἴση Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ἡ δύναμις, αὐτὸς ἡμᾶς πάλιν ὁ Σωτὴρ ἐδίδαξεν οὕτωσὶ λέγων· « Οἱ ἐκ τῶν προβάτων τῶν ἐμῶν τῆς φωνῆς μου ἀκούουσι, κἀγὼ γινώσκω αὐτὰ, καὶ ἀκολουθοῦσί μοι, κἀγὼ ζωὴν αἰώνιον δίδωμι αὐτοῖς, καὶ οὐ μὴ ἀπολοῦνται εἰς τὸν αἰῶνα, οὐδ' οὐ μή τις ἁρπάσῃ αὐτὰ ἐκ τῆς χειρός μου· ὁ Πατήρ, ὃς δέδωκέ μοι, μείζων πάντων ἐστὶ, καὶ οὐδεὶς δύναται ἁρπάσαι ἐκ τῆς χειρὸς τοῦ Πατρός μου. Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἓν ἐσμεν. » C Ὁρᾶτε πῶς οὐχ ἁπλῶς τέθεικε τὸ « Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἓν ἐσμεν, » προορῶν τὴν αἱρετικὴν κακοήθειαν, ἵνα μὴ ἐπὶ βουλήματος καὶ θελήματος ταύτην λάβωσι τὴν φωνήν· ἀλλὰ πρότερον τὸ τῆς δυνάμεως ἴσον κατασκευάσας, οὕτω ταύτην ἐπήγαγε· τοῖς γὰρ προβάτοις, φησὶ, τοῖς ἀκολουθοῦσί μοι ζωὴν αἰώνιον δίδωμι ἐγὼ, ὡς μηδὲν ἐξ αὐτῶν ἀπολέσθαι εἰς τὸν αἰῶνα· τίς γάρ ἐστι τοσοῦτος ὡς ἁρπάσαι ἐκ τῆς χειρός μου δυνηθῆναι τὰ ὑπ' ἐμοῦ ποιμαινόμενα; ὥσπερ γὰρ τῆς δεξιᾶς τοῦ Πατρὸς, ὃς μείζων πάντων ὑπάρχει, ἀμήχανόν τινα περιγενέσθαι, οὕτως ἀδύνατον ἁρπαγῆναί τινα τῶν ὑπ' ἐμοῦ φρουρουμένων· « Ἐγὼ γὰρ καὶ ὁ Πατὴρ ἓν ἐσμεν. » Ποῦ τοίνυν τὸ μεῖζον καὶ τὸ ἔλαττον ; Εἰ γὰρ ὁμοίως, οὔτε ἐκ τῆς χειρὸς τοῦ Υἱοῦ, οὔτε ἐκ τῆς χειρὸς τοῦ Πα- D τρὸς, ἁρπάσαι τις δύναται, τὸ μεῖζον χώραν οὐκ ἔχει· καὶ ἐπειδὴ πάντων μείζων ὁ Πατὴρ, οὐδεὶς δύναται ἁρπάσαι ἐκ τῆς χειρὸς αὐτοῦ· μείζων ἄρα πάντων ὁ Υἱὸς, ἐπειδὴ ὁμοίως οὐδεὶς ἐκ τῆς χειρὸς αὐτοῦ ἁρπάσαι δύναται· διὸ ἐπήγαγεν, « Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἓν ἐσμεν. » Ἂν γὰρ τῷ γράμματι πάλιν ἀκολουθήσωμεν, ὀψόμεθα τὸν Υἱὸν προτεταγμένον· « Ἐγὼ γὰρ, εἶπε, καὶ ὁ Πατὴρ, » οὐχ ὁ Πατὴρ καὶ ἐγώ· καὶ δείξας τὴν τῶν προσώπων δυάδα, ἐκήρυξε τὴν τῆς φύσεως ταυτότητα. Τῷ γὰρ εἰπεῖν Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ, τὸν ἀριθμὸν τῶν ὑποστάσεων ἐσήμανε· τὸ δὲ ἐπαγαγεῖν, « ἐσμὲν ἕν, » τὸ τῆς δυνάμεως ἐδήλωσεν ἀπαράλλακτον

[49] Joan. x, 15. [50] ibid. 27-30.

Digitized by Google

ὧν τοίνυν ἴση ἡ γνῶσις, καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ βούλησις, τούτων δηλονότι καὶ ἡ φύσις μία, κἂν ἀναισχυντῶσιν οἱ δυσφημοῦντες.

tas, horum videlicet una natura est, quidquid blasphemi impudenter dicant.

ΙΓ'. *Ὅτι πολλαχόθεν ἔστι μαθεῖν Πατρὸς καὶ Υἱοῦ τὴν ἰσότητα.*

Ὅτι δὲ τὰ αὐτὰ δύναται τῷ Πατρὶ καὶ [ὁ Υἱός], μαθεῖν ἔστιν ἐτέρωθεν· ποτὲ μὲν γάρ, « Ὁ Πατήρ μου, λέγει, ἕως ἄρτι ἐργάζεται, κἀγὼ ἐργάζομαι· » ποτὲ δέ· « Ὥσπερ ὁ Πατὴρ ἐγείρει τοὺς νεκροὺς καὶ ζωοποιεῖ, οὕτω καὶ ὁ Υἱὸς οὓς θέλει ζωοποιεῖ. » — « Οὓς θέλει » εἶπεν, οὐχ οὓς κελεύεται· οὓς βούλεται, οὐχ οὓς προστάσσεται· τὸ μὲν γὰρ δουλείας, τὸ δὲ δεσποτείας ἴδιον. Καὶ πάλιν ἑτέρωθεν· « Εἰ οὐ ποιῶ τὰ ἔργα τοῦ Πατρός μου, μὴ πιστεύετέ μοι· εἰ δὲ ποιῶ, κἂν ἐμοὶ μὴ θέλητε πιστεύειν, τοῖς ἔργοις πιστεύετε, καὶ γινώσκετε ὅτι ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοὶ, κἀγὼ ἐν αὐτῷ. » Ὁρᾶτε πάλιν κἀντεῦθεν Πατρὸς καὶ Υἱοῦ τὴν ἰσότητα· « Ὁ Πατὴρ γὰρ, φησὶν, ἐν ἐμοὶ, κἀγὼ ἐν αὐτῷ. » Ἐπὶ δὲ τοῦ μείζονος καὶ τοῦ μείονος τοῦτο εὑρεθῆναι ἀδύνατον· οἷόν τι λέγω· Πᾶσαν ὁμοῦ τὴν κτίσιν ὁρωμένην τε καὶ ἀόρατον ἐν ἑαυτῷ περιγράφει ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, μᾶλλον δὲ ἐν τῇ χειρὶ κατέχει· « Ἐν γὰρ τῇ χειρὶ αὐτοῦ, φησὶ, τὰ πέρατα τῆς γῆς. » Καὶ πάλιν· « Ὁ κατέχων τὸν γύρον τῆς γῆς, καὶ τοὺς ἐνοικοῦντας ἐν αὐτῇ ὡσεὶ ἀκρίδας. » Καὶ ἀλλαχοῦ· « Τίς ἐμέτρησεν τῇ χειρὶ αὐτοῦ τὸ ὕδωρ, καὶ τὸν οὐρανὸν σπιθαμῇ, καὶ πᾶσαν τὴν γῆν δραχί; » Πᾶσαν μὲν οὖν, ὡς ἔφην, τὴν κτίσιν ἐν τῇ χειρὶ κατέχει τῶν ὅλων ὁ ποιητής· αὐτὸν δὲ ὑπὸ τῆς κτίσεως περιληφθῆναι ἀδύνατον· οὐκοῦν ἀμήχανον ὑπ' ἀλλήλων τὰ ἄνισα χωρηθῆναι· εἰ δὲ τοῦτο ἀληθὲς, ὥσπερ καὶ ἀληθὲς, χωρεῖ δὲ ὁ Υἱὸς τὸν Πατέρα, ὥσπερ ὁ Πατὴρ τὸν Υἱὸν, εὔδηλον ὁ τῆς ἀνισότητος λόγος ἐκβέβληται, καὶ ἰσότης ἐν Πατρὶ καὶ Υἱῷ γνωρίζεται.

XIII. *Quod multipliciter discere licet Patris ac Filii æqualitatem.*

Quod tantumdem ac Pater Filius possit, aliunde discere licet. Nunc enim : « Pater meus, inquit, usque modo operatur, et ego operor [21]; » nunc autem : « Sicuti Pater suscitat mortuos et vivificat, ita et Filius quos vult vivificat [22]. » — « Quos vult » dixit, non quos jubetur; quos ipse deliberat, non quos mandatur; namque illud servitutis est, hoc dominationis. Et rursus alibi : « Si non facio opera Patris mei, mihi non credite : sin facio, etiamsi mihi credere nolueritis, operibus credite, et scitote quod Pater in me sit, et ego in illo [23]. » Videte hinc denuo Patris ac Filii æqualitatem : nam « Pater, inquit, in me est, et ego in illo [24]. » Id autem in majore ac minore reperiri prorsus non potest. Idque jam demonstrabo. Universam simul creaturam visibilem atque invisibilem in se circumscribit universalis Deus, vel potius manu sua tenet : « Namque in manibus ejus sunt, inquit, omnes fines terræ [25]. » Et insuper : « Qui continet gyrum terræ, incolasque ejus sicut locustas [26]. » Et alibi : « Quis mensus est manu sua aquas, et cœlum palmo, et universam terram pugillo [27]? » Universam itaque, ut dixi, creaturam manu continet universalis Creator; ipsum autem a creatura contineri impossibile est : ergo fieri nequit ut inæqualia invicem contineant. Quod si verum est, ut reapse est, Filius autem continet Patrem, ut Pater Filium : inæqualitatis assertio evidenter exploditur, et æqualitas in Patre Filioque agnoscitur.

ΙΔ'. *Ἀπόδειξις, ἰσότιμον εἶναι τῷ Πατρὶ τὸν Υἱόν.*

Ταύτην δὲ αὖθις ἡμᾶς αὐτὸς ὁ Δεσπότης Χριστὸς ἀλλαχοῦ διδάσκει λέγων· « Ἐγώ εἰμι ἡ θύρα. Οὐδεὶς ἔρχεται πρὸς τὸν Πατέρα, εἰ μὴ δι' ἐμοῦ. » Καὶ ἑτέρωθεν· « Οὐδεὶς ἔρχεται πρὸς τὸν Υἱὸν ἐμὲ, ἐὰν μὴ ὁ Πατήρ μου ὁ οὐράνιος ἀγάγῃ αὐτόν. » Διδασκόμεθα δὲ ἐντεῦθεν, ὡς ὁμοίως καὶ ὁ Υἱὸς τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ τῷ Υἱῷ προσάγει τοὺς σωζομένους. Ποῦ τοίνυν ἡ δουλοπρεπὴς τῶν αἱρετικῶν λειτουργία; ποῦ ἡ τῇ κτίσει πρέπουσα διακονία; ποῦ τῆς Πατρικῆς δεσποτείας καὶ [Υἱοῦ] δουλείας ἀνισότητα [cod. ἀλλ' ἰσότητα] δείκνυσιν; Ἀκούομεν γὰρ ὡς νῦν ὁ Υἱὸς ποδηγεῖ πρὸς τὸν Πατέρα τοὺς σωτηρίας ἐφιεμένους· καὶ νῦν ὁ Πατὴρ τοῦτο ποιεῖ, καὶ τῷ Υἱῷ προσάγει τῆς πίστεως τοὺς τροφίμους.

XIV. *Demonstratio quod honore sit par Patri Filius.*

692m Hanc nobis pariter demonstrationem ipse Dominus Christus alibi facit dicens : « Ego sum ostium [28]. Nemo venit ad Patrem nisi per me [29]. » Et alio loco : « Nemo venit ad me Filium, nisi Pater meus cœlestis adduxerit illum [30]. » Hinc docemur Filium æque ad Patrem, Patremque ad Filium salvandos adducere. Ubinam ergo servilis hæreticorum liturgia? Ubinam creaturæ conveniens cultus? Quandonam paternæ dominationis et filialis servitutis inæqualitatem demonstrabunt? Audimus enim modo a Filio deduci ad Patrem salutis studiosos; modo id ipsum a Patre fieri, id est ad Filium deduci fidei alumnos.

ΙΕ'. *Ὅτι μία Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ἡ φύσις.*

Καὶ μανθάνομεν ἐντεῦθεν Πατρὸς καὶ Υἱοῦ τὸ ἰσότιμον· τοῦτο δὲ καὶ ἑτέρωθεν ἔστι μαθεῖν, αὐτοῦ τοῦ Κυρίου διαλεγομένου πρὸς τοὺς Ἰουδαίους ἀκούοντας· πολλὰ γὰρ διεξελθὼν, ὕστερον ἐπήγαγε· « Κἂν ἐγὼ

XV. *Quod una sit Patris et Filii natura.*

Hinc ergo discimus parem esse Patris Filiique honorem. Sed enim aliunde etiam id discere possumus, loquente Domino ad auditores Judæos. Nam multis dictis, postremo conclusit : « Etiamsi ego

[21] Joan. v, 17. [22] ibid. 21. [23] Joan. x, 37. [24] ibid. 38. [25] Psal. xciv, 4. [26] Isa. xl, 22. [27] ibid. 12. [28] Joan. x, 9. [29] Joan. xiv, 6. [30] Joan. vi, 44.

Digitized by Google

de meipso testor, testimonium meum verum est, quia solus non sum, sed ego et qui misit me Pater. In vestra quoque lege scriptum est, duorum hominum testimonium, verum judicari. Ecce ego de me testor, meusque simul de me, qui me misit, Pater testatur. Dicebant ergo ei Judæi : « Ubinam est Pater tuus? Respondit eis Jesus : Neque me scitis, neque Patrem meum. Si me sciretis, Patrem quoque meum sciretis [31]. » Papæ! quanta est hæreticorum insania! quanto laborant stupore hi qui Arii Eunomiique blasphemiæ sunt hæredes! Sed præter insaniam, multam quoque videre licet in ipsis vigentem impudentiam : nam missionem sus deque commemorant, et mittentem majorem misse esse dicunt. Tanta illis inest ignorantia Scripturarum! Neque reputant quod ab Isaaco Jacobus in Mesopotamiam missus, non idcirco, ad **693***m* naturam quod attinet, minor est mittente. Æque et Josephus missus a Jacobo fuit ad fratres suos inspiciendos, neque tamen quisquam dixerit hunc patris naturæ non fuisse participem, quia patri obtemperans missionem peragendam suscepit.

περὶ ἐμαυτοῦ μαρτυρῶ, ἡ μαρτυρία μου ἀληθής ἐστιν, ὅτι μόνος οὐκ εἰμὶ, ἀλλ' ἐγὼ καὶ ὁ πέμψας με Πατήρ· καὶ ἐν τῷ νόμῳ δὲ τῷ ὑμετέρῳ γεγραμμένον ἐστὶν, ὅτι δύο ἀνθρώπων ἡ μαρτυρία ἀληθής ἐστιν. Ἐγώ εἰμι ὁ μαρτυρῶν περὶ ἐμαυτοῦ, καὶ μαρτυρεῖ περὶ ἐμοῦ ὁ πέμψας με Πατήρ. Ἔλεγον οὖν αὐτῷ οἱ Ἰουδαῖοι· Ποῦ ἐστιν ὁ Πατήρ σου; Ἀπεκρίθη αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Οὔτε ἐμὲ οἴδατε, οὔτε τὸν Πατέρα μου· εἰ ἐμὲ οἴδατε, καὶ τὸν Πατέρα ἤδειτε ἄν· » βαθεῖ πόση τῶν αἱρετικῶν ἡ παραπληξία! πόσην νοσοῦσιν ἐμβροντησίαν οἱ τῆς Ἀρείου καὶ Εὐνομίου βλασφημίας κληρονόμοι! πρὸς τῇ παραπληξίᾳ, πολλὴν ἔστιν ἰδεῖν ἐν αὐτοῖς ἐπανθοῦσαν ἀναισχυντίαν· τῆς γὰρ ἀποστολῆς ἄνω καὶ κάτω μνημονεύουσι, καὶ τὸν ἀποστείλαντα τοῦ ἀποσταλέντος φασὶν εἶναι τιμιώτερον· τοσαύτην ἔχουσιν ἀμαθίαν τῶν Γραφῶν· καὶ οὐ λογίζονται ὡς ὑπὸ τοῦ Ἰσαὰκ ὁ Ἰακὼβ εἰς τὴν Μεσοποταμίαν ἀπεσταλμένος, οὐ μὴν διὰ τοῦτο ἐλάττων ἐστὶ τοῦ ἀποστείλαντος κατὰ τὸν λόγον τῆς φύσεως· ὡσαύτως δὲ καὶ Ἰωσὴφ ἀπεστάλη μὲν ὑπὸ τοῦ Ἰακὼβ ἐπισκέψασθαι τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ, καὶ οὐδεὶς ἂν φαίη τῆς τοῦ πατρὸς φύσεως μὴ μετέχειν, ἐπειδὴ τῷ πατρὶ πειθόμενος τὴν ἀποστολὴν κατεδέξατο.

Sed aiunt fortasse : Etiamsi naturæ ratione non fuerunt hi mittentes majores missis, at paterna saltem dignitate primatum honoris tenebant. Atqui nos comperimus, o insani (vos enim nominatim alloquor), majores quoque a minoribus missos, neque idcirco proprio honore missos spoliabimus. Nam missus fuit a Davide Jonathas, regis filius a profugo, conregnator patris ab eo qui ne in servorum quidem ordine apparere audebat. Quoniam itaque ille quidem misit, hic autem missus est; jam qui missus fuit, rex non erit, ut vos ratiocinamini; neque qui misit, profugus; sed in mittentem Davidem, missi dignitas transiit : vicissimque in missum Jonatham, mittentis calamitas. Revera tamen haud hæc ita se habent. Sed cur humana commemoramus? Comperimus enim Deum missum, et hominem mittentem. Nam qui cum Jacobo luctatus fuerat, « Mitte me, inquit, namque aurora consurgit. » Cui Jacobus ait : « Non te dimittam, nisi benedixeris mihi [32]. » Quid habent quod his opponant sapientes isti et artificiosi fidei doctores? Aliunde vero ex Dominicis quoque cognoscemus verbis ipsum quoque mittentem Patrem misso cum Filio coexsistentem. « Solus enim, inquit, non sum, sed ego et qui misit me Pater [33]. » Et alio loco : « Non reliquit me solum Pater meus [34]. » Et alibi : « Pater meus in me manens, ipse opera facit [35]. » Si ergo in ipso et cum ipso erat qui misit, ubinam vilitas? Porro qui omnia implet, quo vel unde missus fuit? Nam missio loci mutationem innuit. Jam si omnia Pater Filiusque continent, neque Pater ceu remotus ab illis ad quos misit, Filium misit; neque Filius ex alio in alium **694***m* transiit lo-

Præclarissimus quoque Petrus in catholicis Epistolis : « Si exprobramini, inquit, in nomine Christi, beati estis, quoniam gloriæ, **707** *m* virtutis, et Dei Spiritus super vos requiescit [82]. » Beatus quoque Joannes in Epistola : « In hoc, inquit, cognoscimus nos in eo manere, et ipsum in nobis, quoniam de Spiritu suo nobis dedit [83]. » Quod autem ex Deo esse prædicatur, haud creatura est, sed ex Dei substantia. Quare et ipsum beatus Paulus æternum, et qui initium non habuerit, nuncupat : « Si enim sanguis, inquit, hircorum et taurorum, et cinis vitulæ aspersus, inquinatos sanctificat ad perfectionem, quanto magis sanguis Christi, qui per Spiritum sanctum semetipsum obtulit [84] ! » Si ergo Spiritus sanctus æternus est, et Deus quoque æternus, manifesta conclusio est. Sed enim cuncta de sancto Spiritu testimonia, quæ ipsum et Deum esse et Dominum prædicant, eumdemque cum Patre ac Filio pari ordine collocant, studiosis colligenda relinquimus : nos vero ad hujus institutionis terminum properamus.

Καὶ ὁ θειότατος δὲ Πέτρος ἐν ταῖς Καθολικαῖς Ἐπιστολαῖς· « Εἰ ὀνειδίζεσθε, φησὶν, ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Χριστοῦ, μακάριοί ἐστε, ὅτι τὸ τῆς δόξης καὶ δυνάμεως καὶ τοῦ Θεοῦ Πνεῦμα ἐφ' ὑμᾶς ἀναπαύεται. » Καὶ ὁ μακάριος Ἰωάννης ἐν τῇ Ἐπιστολῇ· « Ἐν τούτῳ, φησὶ, γινώσκομεν ὅτι ἐν αὐτῷ μένομεν, καὶ αὐτὸς ἐν ἡμῖν, ὅτι ἐκ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ δέδωκεν ἡμῖν. » Τὸ δὲ ἐκ τοῦ Θεοῦ κηρυττόμενον, οὐ κτίσμα, ἀλλ' ἐκ τῆς θείας οὐσίας ὑπάρχον· διὸ καὶ αἰώνιον εἰς ἀρχὴν τὸ εἶναι μὴ εἰληφὼς, ὁ μακάριος αὐτὸ Παῦλος ἀποκαλεῖ· « Εἰ γὰρ αἷμα, φησὶ, τράγων καὶ ταύρων, καὶ σποδὸς δαμάλεως ῥαντίζουσα τοὺς κεκοινωμένους ἁγιάζει πρὸς τελειότητα (3), πόσῳ μᾶλλον τὸ αἷμα Χριστοῦ, ὃς διὰ Πνεύματος ἁγίου ἑαυτὸν προσήνεγκεν ; » Εἰ τοίνυν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον αἰώνιον, καὶ ὁ Θεὸς αἰώνιος, δῆλον τὸ συναγόμενον· ἀλλὰ πάσας μὲν τὰς περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος μαρτυρίας, τὰς καὶ Θεὸν αὐτὸ καὶ Κύριον κηρυττούσας, καὶ Πατρὶ καὶ Υἱῷ συντεταγμένον λεγούσας, συλλέγειν τοῖς φιλοπόνοις καταλείπομεν· ἡμεῖς δὲ ἐπὶ τὸ τέλος ἐπειγώμεθα τῆς προκειμένης διδασκαλίας.

XXVIII. (1) *Fidei summa.*

Igitur unam Trinitatis naturam esse credimus, unam substantiam in tribus personis spectatam, potentiam impartibilem, regnum indivisum, unam deitatem ac dominationem. Sic enim et unitas in una eademque substantia demonstratur, et trinitas non in nudis nominibus, sed in hypostasibus agnoscitur. Non enim nos dicimus unum trionymum, juxta Sabellii, Photini ac Marcelli contractionem et confusionem. Neque item tria invicem extranea et diversa substantia prædita, inæqualia, ac dissimilia, et aliud alio superius (2), quæ nos mente ac lingua metiamur ac ponderemus, juxta Arii divisionem, diversitatem, et impiam curiositatem : sed tres hypostases, unam autem Trinitatis naturam incorpoream, invertibilem, immutabilem, fine **708** *m* carentem, immortalem, influitam, incorruptibilem, incircumscriptam, illimitatam, invisibilem, arcanam, ineffabilem, inenarrabilem, incomprehensibilem, tactu mentique imperviam, suapte natura viventem, lucem intellectualem, fontem bonorum, sapientiæ thesaurum, rerum omnium creatricem et gubernatricem, sapientiam quæ universæ rei creatæ navigium dirigit. Hanc nos fidem tenemus : hanc enim a theologis viris docti fuimus. Iis autem qui humano ratiocinio disputant, dici-

ΚΗ'. *Ἀνακεφαλαίωσις τῆς πίστεως.*

Τοίνυν μίαν τῆς Τριάδος τὴν φύσιν εἶναι πιστεύομεν, μίαν οὐσίαν ἐν τρισὶν ἰδιότησιν γνωριζομένην, τὴν ἐξουσίαν ἀμέριστον, τὴν βασιλείαν ἀδιαίρετον, μίαν θεότητά τε καὶ κυριότητα. Οὕτω γὰρ καὶ μοιὰς ἐν τῷ ταὐτῷ τῆς οὐσίας δείκνυται, καὶ ἡ Τριὰς οὐκ ἐν ψιλοῖς τοῖς ὀνόμασι, ἀλλ' ἐν ταῖς ὑποστάσεσι γνωρίζεται. Οὐ γὰρ ἓν λέγομεν τριώνυμον κατὰ τὴν τοῦ Σαβελλίου καὶ Φωτεινοῦ καὶ Μαρκέλλου συναίρεσίν τε καὶ σύγχυσιν· οὐ τρία ἀλλόφυλά τε καὶ ἑτερούσια, ἄνισα καὶ ἀνόμοια, ἀλλήλων ὑπερκείμενα, ᾗ καὶ γλώττῃ μετρούμενά τε καὶ ταλαντευόμενα, κατὰ τὴν Ἀρείου διαίρεσίν τε καὶ ἀλλοτρίωσιν καὶ δυσσεβῆ πολυπραγμοσύνην· ἀλλὰ τρεῖς μὲν τὰς ὑποστάσεις, μίαν δὲ τῆς Τριάδος τὴν φύσιν ἀσώματον, ἄτρεπτον, ἀναλλοίωτον, ἀτελεύτητον, ἀθάνατον, ἄπειρον, ἄφθαρτον, ἀπερίγραπτον, ἀπερίληπτον, ἀόρατον, ἀσαφῆ, ἄῤῥητον, ἄφραστον, ἀκατάληπτον, ἀνέφικτον, ἀπερινόητον, αὐτοζωὴν, φῶς νοερὸν, πηγὴν ἀγαθῶν, θησαυρὸν σοφίας, δημιουργὸν τῶν ὅλων, κυβερνῶσαν τὰ πάντα, σοφίαν ἰθύνουσαν τὸ τῆς κτίσεως σκάφος. Ταύτην τὴν πίστιν κατέχομεν· ταύτην γὰρ παρὰ τῶν θεολόγων ἀνδρῶν ἐδιδάχθημεν. Πρὸς δὲ τοὺς ἀπὸ συλλογισμῶν διαλεγομένους (4), εἴπωμεν· Ἐκείνη σου ἡ μερὶς, ἐκεῖνος ὁ κλῆρος. ἡμῶν δὲ μερὶς Κύριος, ᾧ ἀκολουθοῦντες, τὴν ὀρθὴν

[82] I Petr. IV, 14. [83] I Joan. IV, 13. [84] Hebr. IX, 13, 14.

(1) Mirum est, quod illud etiam editum sub Cyrilli falso, ut mox dicemus, nomine, diversum ab hoc nostro, opusculum *De Trinitate*, postremo Auberlinæ editionis tomo, in capitula XXVIII, tribuitur.

(2) Augustinus serm. 264, 7 : *Pater et Filius et Spiritus sanctus non gradibus sibi adjecti, sed majestate adunati, et unus Deus.*

(3) Ita est apud Cyrillum ; quanquam etiam codex biblicus Vaticanus ille πάνυ habeat cum cæteris : πρὸς τὴν τῆς σαρκὸς καθαρότητα.

(4) Hic perspicue rationalitatis humanæ abusum Cyrillus vituperat.

Digitized by Google

ὁδὸν οὐ καταλείψομεν· ἔχομεν γὰρ καὶ τὴν θείαν Γραφὴν διδάσκουσαν· διὸ βοῶμεν εἰκότως· « Λύχνος τοῖς ποσί μου ὁ νόμος σου, καὶ φῶς ταῖς τρίβοις μου. » Τούτῳ τῷ φωτὶ περιλαμπόμενοι, τῶν προωδευκότων πατέρων τὰ ἴχνη γνωρίσωμεν, ἐκείνοις ἀκολουθήσωμεν μέχρις ἂν καταντήσωμεν οἱ πάντες εἰς τὴν ἐξανάστασιν τῶν νεκρῶν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν (1).

A mus : Hæc pars tua, hæc sors; nostra autem pars Dominus, quem sequentes a recta via non deliciemus. Habemus enim divinam quoque Scripturam magistram. Ideo merito clamamus : « Lucerna pedibus meis lex tua, et lumen semitis meis [68]. » Hoc lumine illustrati, præcedentium vestigia patrum agnoscamus, eosque sequamur, donec omnes occurramus in resurrectione mortuorum Christo Jesu Domino, cui gloria per sæcula. Amen.

[68] Psal. CXVIII, 105.

(1) Episcopatum Cyrillus Alexandrinæ civitatis gerens, in qua superioribus annis Arius scelestissimam hæresim propagaverat, nihil impensius in suis scriptis concionibusque egit, quam ut illius hæresiarchæ, atque asseclarum, præsertimque recentioris Eunomii, venenata scripta redargueret, plebemque curæ suæ pastorali creditam in orthodoxa fide conservaret. Princeps et maximus de hoc argumento liber Cyrilli est *Thesaurus*, quo veluti ampliore armamentario ea continentur arma quæ in hoc quoque minore *De Trinitate* cernuntur opusculo, quod planius atque contractius, atque ad rudis populi usum accommodatius (sicut etiam in sequente *De incarnatione* ipsemet dicit), composuit Cyrillus. Alterum insigne *De Trinitate* scriptum Cyrilli, *Dialogi septem* sunt luculentissimi *ad Hermiam*, qui pariter fecundissimum auctoris ingenium, infinitumque orthodoxiæ zelum demonstrant. Tertium *De Trinitate* quoddam opusculum edidit primus sub Cyrilli nomine Wegelinus : veruntamen id nihil fere esse aliud quam interpolationem atque compendium operis Joannis Damasceni *De fide orthodoxa*, ideoque abjudicandum Cyrillo, jamdiu critici docuerunt. Sed præter hæc nominatim *De Trinitate* inscripta opera, passim Cyrillus in voluminibus suis pro hoc præcipuo dogmate pugnat, et quidem etiam in præclaris, quos nos hoc tempore edidimus, commentariis ad Pauli Epistolas et ad Psalmos. Nunc genuinum istud Cyrilli *De Trinitate* novum opusculum, quod nos vulgavimus, Christiani lectores æqui bonique consulant.

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΚΥΡΙΛΛΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΝΑΝΘΡΩΠΗΣΕΩΣ ΤΟΥ ΜΟΝΟΓΕΝΟΥΣ.

ΚΑΙ ΟΤΙ ΧΡΙΣΤΟΣ ΕΙΣ ΚΑΙ ΚΥΡΙΟΣ.

SANCTI CYRILLI

ALEXANDRIÆ ARCHIEPISCOPI,

DE INCARNATIONE UNIGENITI

ET QUOD CHRISTUS SIT UNUS AC DOMINUS SECUNDUM SCRIPTURAS (1).

Α. Ἆρά σοι δοκεῖ συμμεμετρῆσθαί τε καὶ ἐκπεπονῆσθαι καλῶς καὶ ἀποχρώντως ἡμῖν ὁ λόγος, ὁ περὶ τῆς θεότητος τοῦ Μονογενοῦς;

B **678** A. Videturne tibi apte convenienterque a nobis pertractatus sermo de divinitate Unigeniti?

(1) Dialogus iste in editione J. Auberti octavus inscribitur ex his qui cum Hermia habiti sunt. Cyrillus in Præfatione ad dialogos *de Trinitate ad Hermiam* (p. 383), « Septem dissertatiunculis, ait, totum libri corpus absolvi ; » ex quo evincitur dialogum octavum aliunde insertum. Non est enim nisi pars libri *De recta fide ad Theodosium* (p. 4-42), dialogi forma adhibita, et paucis, præcipue circa initium, verbis mutatis, ab alio quopiam transcriptus, forte ab ipso Cyrillo. Nam qui ampla ejus volumina pervolutabit, haud raro comperiet rem eamdem, præcipue dogmaticam, multis locis, iisdem propemodum verbis vel certe sententiis ab auctore inculcatam, puta in *Thesauro*, in libris *De adoratione in Spiritu et veritate*, in dogmaticis ad Theodosium et ad reginas tractatibus, *contra Nestorium*, et denique in Homiliis. EDIT.

Digitized by Google

B. Omnino.

A. Mihi certe videtur accurata probatione nequaquam caruisse. Tu autem quid censes, Hermia?

B. Equidem non possum non laudare quæ recte et polite abs te dicta sunt.

A. Placetne igitur ut, omissa longiore illius rei tractatione, de iis quæ ad incarnationem Unigeniti pertinent dicamus, ejusque mysterium quam possumus manifestissime explicemus, quatenus id ab iis præstari potest qui in speculo et ænigmate cernunt, atque ex parte tantum intelligunt [1], juxta mensuram doni quod Spiritus sanctus largitus est [2], ut divinus Paulus loquitur?

B. Optime dicis. « Nemo enim dicit, Dominus Jesus, nisi in Spiritu sancto, et nemo dicit, anathema Jesus, nisi in Beelzebul [3]. » Cæterum cum hanc etiam arenam ingredi placeat, adeoque gravem laborem subire; scito te mihi præ aliis magnam utilitatem allaturum. Libentissime enim intellexerim verum ac sincerum, nullique reprehensioni obnoxium de Christo sermonem. Nonnulli enim, variis opinionibus ebrii, deformant eorum quæ de ipso tam in Novo quam Veteri Testamento tradita sunt, pulchritudinem.

A. Nihil est, amice, quod non audeant imperiti, promptissimeque ruunt in laqueum inferni, ut scriptum est [4], et in rete mortis, non intelligentes quæ dicunt atque affirmant. Quinam vero inter eos sint celebres, et egregias eorum nugas recense, obsecro.

B. Plaeni. Alii enim ausi sunt asserere Verbum quidem Dei apparuisse hominem, sed non gestasse carnem ex Virgine. Solam enim imaginariam mysterii apparentiam confingunt. Alii simulantes pudere ipsos si hominem adorare videantur, et carnem terrenam divinis honoribus decorare recusantes, ac, præ nimia imperitia, spuria quadam corruptaque verecundia laborantes, mutatum esse aiunt **679** Verbum ex Patre genitum, in ossium, nervorum et carnis naturam; Emmanuelis ex Virgine nativitatem magnis cachinnis excipientes miseri, atque indecoram censentes optimam hanc ac divinam dispensationem. Alii etiam coæternum Patri Deum Verbum sero genitum esse credunt: ac vix tum temporis ad esse traductum fuisse, cum prima ortus sui initia

A B. Καὶ μάλα.

A. Βασάνου δὲ οἶμαι λεπτῆς ἀμοιρεῖν οὔτε τι κατά γε τὸ αὐτῷ μοι δοκοῦν· σὺ δὲ δή τί φῂς, ὦ Ἑρμεία;

B. Ἐπαινέσαιμ' ἂν εἰκότως ὀρθῶς ἔχοντά τε καὶ διεσμιλευμένως.

A. Μεθέντα δὴ οὖν τουτοισὶ διαμέλειν ἔτι, βούλει λέγειν τὰ περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Μονογενοῦς; καὶ ὅ τί ποτέ ἐστι τὸ ἐπ' αὐτῇ μυστήριον, διαρθροῦν ὅτι μάλιστα πειρᾶσθαι σαφῶς, κατά γε τὸ ἐγχωροῦν, τοῖς ἐν ἐσόπτρῳ καὶ αἰνίγματι βλέπουσι, καὶ ἐκ μέρους γινώσκουσι, κατὰ τὸ μέτρον τῆς δωρεᾶς τῆς ἐπιχορηγίας τοῦ Πνεύματος, καθὰ καὶ ὁ θεσπέσιος γράφει Παῦλος;

B. Ἄριστα ἔφης· « Οὐδεὶς γὰρ λέγει, Κύριος Ἰησοῦς, εἰ μὴ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ, καὶ οὐδεὶς λέγει, Ἀνάθεμα Ἰησοῦς, εἰ μὴ ἐν Βεελζεβούλ. » Ἀτὰρ ἐπειδή τοι καὶ τῆς ἐπὶ τούτῳ κόνεως ἅψασθαι δοκεῖ, καὶ τὸν οὕτω καταβριθῆ καὶ δύσοιστον ἀνατλῆναι πόνον, ὀνήσων ἴσθι τοι καὶ πρό γε τῶν ἄλλων ἐμέ. Διαπυθοίμην γὰρ ἂν ἥδιστά γε τὸν ἀτρεκῆ τε καὶ ἀδόλευτον, καὶ ἁπάσης αἰτίας ἀπηλλαγμένον ἐπὶ Χριστῷ λόγον. Διαφόροις γὰρ δόξαις καταμεθύοντί τινες, παραπλάττοντες εἰς τὸ ἀκαλλὲς τὰ ἐκ τοῦ κεχρησμῳδημένα παρά γε τῆς νέας καὶ ἀρχαιοτέρας Γραφῆς.

A. Ἀνεπιτήδευτον μέν, ὦ φιλότης, τοῖς ἀσυνέτοις οὐδέν, ἑτοιμότατα δὲ καταθρώσκουσιν εἰς πέτυρον ᾅδου, κατὰ τὸ γεγραμμένον, καὶ εἰς παγίδα θανάτου, μὴ νοοῦντες, μήτε ἃ λέγουσι, μήτε περὶ τίνων διαβεβαιοῦνται. Τίνες δ' ἂν εἶεν οἱ παρ' ἑκάστῳ θρύλλοι καὶ τὰ σεμνὰ μυθάρια, φαίης ἄν, ὦ γενναῖε.

B. Πάνυ μὲν οὖν. Οἱ μὲν γάρ, ὅτι πέφηνε μὲν ἄνθρωπος ὁ ἐκ Θεοῦ Λόγος, οὐ μὴν ὅτι καὶ περίκειται τὴν ἐκ τῆς Παρθένου σάρκα διειπεῖν τετολμήκασι. Καταψεύδονται δὲ μόνην τοῦ μυστηρίου τὴν δόκησιν. Ἕτεροι δ' αὖ, κατερυθριᾷν σκηπτόμενοι τὸ δοκεῖν ἀνθρώπῳ προσκυνεῖν (1), καὶ τὴν ἀπὸ γῆς σάρκα τῆς ἀνωτάτω δόξαις στεφανοῦν παραιτούμενοι, καὶ ἐκ τῆς ἄγαν ἀμαθίας, νόθην τινὰ καὶ παρεφθαρμένην ἀσυνέτοις εὐλάβειαν, παρατετράφθαι φασὶ τὸν ἐκ Θεοῦ Πατρὸς φύντα Λόγον, εἰς ὀστέων τε καὶ νεύρων καὶ σαρκὸς φύσιν, τὴν ἐκ Παρθένου γέννησιν τοῦ Ἐμμανουήλ, πλατὺ γελῶντες οἱ τάλανες, καὶ τὸ ἀπρεπὲς καταγράφοντες τῆς οὕτως ἀρίστης καὶ θεοπρεποῦς οἰκονομίας. Οἱ δὲ καὶ ὀψιγενῆ (2) τὸν συναΐδιον τῷ Πατρὶ Θεὸν Λόγον εἶναι πεπιστεύκασι, καὶ εἰς τὸ

[1] I Cor. XIII, 12. [2] I Cor. VII, 7. [3] I Cor. XII, 3. [4] I Timoth. VI, 9.

BON. VULCANII NOTÆ.

(1) Cujus delirii atque insaniæ (ita enim eam Cyrillus pag. 680 vocat) auctores appellat Δοκητάς, et pag. 682, eamdem opinionem sive hæresim appellat *vomitum*. De Docetarum opinione vide plura infra pag. 690.

(2) Ὀψιγενῆ. Id est *posterius genitum*. Isidorus Pelusiotes epist. 18, lib. III, μεταγενέστερον vocat, et docte simul et breviter eorum qui ita sentiunt opinionem refellit, inquiens: Εἰ μεταγενέστερος, ὡς φασιν, οὐκ ἀΐδιος, εἰ δ' ἀΐδιος, ὡς φαμεν, οὐ μεταγενέστερος. Et paulo post: Ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν γενητῶν, τὸ *πρό* καὶ *μετά*, χώραν ἐχέτω· ἐπὶ δὲ τῆς σεπτῆς καὶ βασιλικωτάτης Τριάδος, τὸ πρῶτον καὶ δεύτερον, οὐκ ἔχει χώραν. Καὶ ἀριθμοῦ γὰρ καὶ χρόνων τὸ Θεῖον ἀνώτερον. Hoc est, *Si post genitus est, ut illi aiunt, non æternus. Si autem æternus, ut nos dicimus, non posterius genitus.* Et paulo post: *In creatis enim, ante, et post locum habent; in veneranda vero et absolute regia Trinitate, primum et secundum locum non habet. Deus enim et numero et temporibus est superior.* Hæc ipsum vero affirmat etiam epist. 65 ejusdem libri.

Digitized by Google

μόλις ὑπάρξαι διακεκλῆσθαι τότε, ὅτε καὶ τῆς κατὰ σάρκα γενέσεως ἔλαχε τὴν ἀρχήν. Εἰσὶ δὲ οἱ καὶ πρὸς τοῦτο μανίας δυσσεβῶς ἐγμένοι, ὥστε καὶ ἀνυπόστατον τὸν ἐκ Θεοῦ φασιν εἶναι Λόγον, ῥῆμα δὲ ἁπλῶς τὸ κατὰ μόνην νοούμενον προφορὰν ἐν ἀνθρώπῳ γενέσθαι. Μάρκελλος δὲ οὗτοι καὶ Φωτεινός. Δοκεῖ δὲ μὴν καὶ ἑτέροις, ἐνανθρωπῆσαι μὲν ἀληθῶς τὸν Μονογενῆ, καὶ ἐν σαρκὶ γενέσθαι πιστεύειν, μὴ μὴν ἔτι καὶ ἐψυχῶσθαι τελείως τὴν ἀναληφθεῖσαν σάρκα, ψυχῇ λογικῇ καὶ νοῦν ἐχούσῃ τὸν καθ' ἡμᾶς, εἰς ἑνότητα δὲ τὴν εἰσάπαν, ὥσπερ οὖν οἴονται, κατασφίγγοντες τόν τε ἐκ Θεοῦ Λόγον, καὶ τὸν ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου ναὸν, κατοικῆσαί φασιν ἐν αὐτῷ τὸν Λόγον, καὶ ἴδιον μὲν ποιήσασθαι σῶμα τὸ ἀναληφθὲν, ψυχῆς δὲ αὐτὸν τῆς λογικῆς τε καὶ νοερᾶς ἀναπληροῦν τὸν τόπον. Ἕτεροι δὲ αὖ, πρεσβεύουσι μὲν ταῖς τούτων δόξαις τὰ ἐναντία, καὶ ἀντιφέρονται τοῖς φρονήμασιν, ἔκ τε Θεοῦ Λόγου, καὶ ψυχῆς τῆς λογικῆς καὶ σώματος, ἤτοι τελείας ἁπλῶς ἀνθρωπότητος συνεστάναι τε καὶ ἀναπεπλέχθαι διαβεβαιούμενοι τὸν Ἐμμανουὴλ, οὐ μὴν ἔτι καὶ ὑγιᾶ καὶ ἀμώμητον παντελῶς τὴν ἐπ' αὐτῷ τετηρήκασι δόξαν. Καταδιϊστᾶσι γὰρ εἰς δύο τὸν ἕνα Χριστὸν, καὶ παχεῖαν ὥσπερ αὐτοῖς ἐνιέντες τὴν διατομὴν, ἀναμέρος ἑκάτερον μονονουχὶ διεστῶτα παραδεικνύουσιν, ἕτερον μὲν εἶναι διατεινόμενοι τὸν ἐκ Παρθένου τεχθέντα τελείως ἄνθρωπον, ἕτερον δὲ αὖ, τὸν ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγον, οὐχ ὅ τί ποτ' ἐστὶν ἡ τε τοῦ Λόγου φύσις καὶ τῆς σαρκὸς διακρίνοντες, οὐδὲ μόναις ταῖς εἰς τοῦτο διαφοραῖς ἀμφιλογχωρεῖ ἐθέλοντες· οὐ γὰρ ἂν ἐννοίας τῆς ἀληθοῦς εἰς τοῦτο διήμαρτον, ἐπεὶ μὴ φύσις ἡ αὐτὴ σαρκός τε καὶ Θεοῦ, ἀλλὰ τὸν μὲν ὡς ἄνθρωπον, ἰδίᾳ τιθέντες καὶ ἀναμέρος, τὸν δὲ, ὡς Θεὸν, φύσει τε καὶ ἀληθῶς Υἱὸν ὀνομάζουσι. Καίτοι θέλονται εἶναι Χριστιανοὶ, καὶ δὴ καὶ λογίδια ἄττα περὶ τούτου συγγράφοντες, εἰπεῖν τετολμήκασιν αὐταῖς λέξεσιν· Ὁ μὲν γὰρ φύσει καὶ ἀληθῶς Υἱὸς ὁ ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγος ἐστίν. Ὁ δὲ, ὁμωνύμως τῷ Υἱῷ, Υἱός. Καὶ μεθ' ἕτερα πάλιν· Οὐ σὰρξ ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ἀλλὰ ἄνθρωπον ἀνειληφώς. Ὁ μὲν γὰρ Μονογενὴς προηγουμένως καὶ καθ' ἑαυτὸν Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἐστι, τοῦ πάντων δημιουργοῦ, ὃν δὲ ἀνέλαβεν ἄνθρωπον, οὐ φύσει Κύριος ὤν, διὰ τὸν ἀναλαβόντα αὐτὸν ἀληθῶς Θεοῦ Υἱὸν, ὁμωνύμως αὐτῷ χρηματίζει. Τὸ μὲν γὰρ, « Οὐδεὶς ἔγνω τὸν Υἱὸν, εἰ μὴ ὁ Πατὴρ, » τὸν φύσει τε καὶ ἀληθείᾳ δηλοῖ ἐκ τοῦ Πατρὸς Υἱόν. Τὸ δέ γε λεγόμενον ὑπὸ τοῦ Γαβριὴλ, « Μὴ φοβοῦ, Μαριάμ· εὗρες γὰρ χάριν παρὰ τῷ Θεῷ, καὶ ἰδοὺ συλλήψῃ ἐν γαστρὶ, καὶ τέξῃ υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν, » τῷ ἀνθρώπῳ ἐφαρμόζει. Ἀλλὰ ταυτὶ μὲν ἐκεῖνοι. Φρονήσομεν δὲ ἡμεῖς οὐχ ὧδέ ποθεν. Ἀναπείσει γὰρ οὐδαμῶς τῶν ἐξεροδόξων ὁ Λόγος, τροχιὰν ἀφέντας τὴν ἐπ' εὐθὺ, διαστείχειν ἑτέραν. Ἀλλὰ πέραινε τὸ δοκοῦν, καὶ πειρῶ μοι λέγειν, ὡς ἄξιον ἑτοιμος ἐγὼ, καὶ ἀναμαθεῖν ὅτι μάλιστα τὸ ἀκιβδήλως ἔχον.

secundum carnem est adeptum. Sunt et alii qui impie in eam insaniam proruperunt, ut Verbum ex Patre hypostatice subsistere negent, sed verbum simpliciter ita ut profertur intellectum in homine fieri contendant. Hi sunt Marcellus et Photinus. Aliis vero videtur, Unigenitum quidem vere hominem factum et incarnatum esse : cæterum carnem illam quam assumpsit non perfecte animatam fuisse anima rationali atque intellectum habente, ut nostra est : sed in unitatem quamdam absolutissimam, ut quidem arbitrantur, constringentes Verbum Dei, et sanctæ Virginis templum, habitasse quidem in eo Verbum, et corpus quod assumpsit proprium sibi fecisse : anima autem rationali atque intellectuali locum implesse. Alii rursus alia horum opinionibus plane contraria statuunt, nimirum ex Dei Verbo, atque anima rationali et corpore, sive ex perfecta simpliciter humanitate constitutum ac compositum Emmanuelem censentes : non tamen in universum ejus gloriam atque honorem integrum illæsumque conservarunt. Unum enim Christum in duo dividunt, et crassam quodammodo sectionem constituentes, in duas quasi partes distinctum ostendunt, alium quidem esse affirmantes eum qui ex Virgine natus est perfecte homo, alium ex Deo Patre Verbum, non quæ sit Verbi natura et carnis distinguentes, neque solis horum differentiis adhærere volentes **680** (neque enim in hoc a recta sententia aberrant), sed hunc quidem ut hominem constituentes, hunc vero ut Deum naturaliter ac vere Filium nominant. Et quidem Christiani dici volunt, et opuscula nonnulla hac de re conscribentes, ita verbis ipsis loqui ausi sunt : Ille enim naturaliter ac vere Filius Verbum ex Deo Patre est. Ille vero, æquivoce cum Filio, Filius. Et paulo post rursum : Verbum Dei non est caro, sed hominem assumpsit. Ille enim Unigenitus principaliter, ac per se Filius Dei est, omnium creatoris, quem vero assumpsit hominem, non natura Deus exsistens, propter eum qui ipsum assumpsit vere Dei Filium, eadem se cum eo appellatione nominat. Illud enim : « Nemo novit Filium, nisi Pater [b], » naturalem ac verum ex Patre Filium significat. Illud vero a Gabriele dictum : « Ne timeas, Maria, invenisti enim gratiam apud Deum, et ecce, concipies in utero, et vocabis nomen ejus Jesum, » homini convenit [c]. Sed hæc quidem illi. Nos vero nunquam ita sentiemus. Neque enim hæreticorum sermo unquam nobis persuaserit, ut omissa recta via, in aliam transgrediamur ac divertamus quæ nos a veritate abducat. Tu vero, explica nobis tuam sententiam, avide enim exspecto audire, ipsamque rei veritatem cognoscere.

Α. Ὢ βαρὺ τὸ χρῆμα, καὶ δυσδιακόμιστον παντελῶς τὸ φορτίον. Ἢ οὐκ οἶσθα, ὦ φιλότης, ὡς εἴπερ τις ἐλοιτο μακρὸν ἐφ' ἑκάστῳ ποιεῖσθαι λόγον, καὶ

A. O rem difficilem, atque onus gravissimum. An enim ignoras, amice, si quis de singulis hisce longam orationem, accuratamque investigationem in-

[b] Matth. xi, 27. [c] Luc. i, 30.

Digitized by Google

stituere velit, multum temporis insumpturum, cumque immensos labores impenderit, vix tandem rem ex animi sui sententia perfecturum?

B. Ita est.

A. Omissis itaque, si placet, longis argutiis, breviter admodum singula explorantes, age dicamus, præ aliis quidem hisce locutis, « Erratis nescientes Scripturas [7], » neque ingens illud religionis mysterium, hoc est, Christum qui manifestatus est in carne, justificatus in spiritu, visus angelis, prædicatus gentibus, creditus in mundo, assumptus in gloria [8]. » Oportere autem censuerim eos qui plane aliter sentiunt, aut veterum sententiam damnare, et mendaces vocare doctores orbis terrarum quibus Christus ipse dixit, « Euntes docete omnes gentes [9]; » aut si ab hoc scelere abhorrent, debere veram ac sinceram de Christo doctrinam amplecti : et temeritati ignorantiæque **681** suæ valedicentes, sacræ Scripturæ mordicus adhærere, et recta minimeque erronea sanctorum via insistentes ad ipsam veritatem contendere. Neque enim aliud est, mea sententia, pietatis religionisque mysterium, quam ipsum ex Deo Patre Verbum, manifestatum in carne. Natum enim est ex sancta Virgine, forma servi assumpta. Visum autem est angelis, qui nato laudes concinunt, dicentes : « Gloria in excelsis Deo, et in terra pax, in hominibus bona voluntas [10]. » Quinetiam pastoribus indicantes Deum Verbum propter nos in carne natum : « Ecce, inquiunt, natus est hodie nobis Servator, qui est Christus Dominus in civitate David. Et hoc vobis signum. Invenietis infantem involutum fasciis, jacentem in præsepi [11]. » Si autem fetus editus est per Virginem, et apparuit in carne, quo pacto non inanis vaniloquentia? Imo vero quo pacto non deliramentum atque insania censenda sit, imaginariæ apparentiæ appellationem tribuere adeo manifestæ incarnationi! Si enim umbra atque imaginaria apparentia erat, non autem vere incarnatio, neque peperit Virgo, neque apprehendit semen Abrahæ Verbum ex Deo Patre : non est ergo similis factus fratribus. Neque enim nos umbra vel imaginaria quadam apparentia constamus, sed versamur in corporibus quæ et tangi et cerni possunt, et terrena hac carne induti, corruptioni affectionibusque obnoxii sumus. Quocirca, si Verbum caro factum non est, ne in eo quidem in quo ipse passus est cum tentaretur, tentatis prodesse potest. Neque enim umbra contrariam affectionem inducere possit. Nullus itaque ad nos passionis ejus fructus pervenit. Quale enim tergum pro nobis præbuit, aut qualem maxillam verberantibus exhibens, Judæorum verbera toleravit? aut quo pacto quis eum clavis manus et pedes transfixum fuisse existimet, cum in carne non apparuerit? aut quale, obsecro, latus transfigentes Pilati satellites, sanguinem aqua mistum emanantem spectantibus ostenderunt? Et, si quid amplius dicendum est, ne mortuus

διαρκῆ τὴν βάσανον, οὐκ εὐαρίθμητον μὲν ὅπανήσει χρόνον, δυσαχθῆ δὲ ἱδρῶτα καὶ δυσδιάφυκτον ἀνατλὰς, κατορθώσει μόλις;

B. Ἀληθές.

A. Παρέντες δὴ οὖν, εἰ δοκεῖ, τὸ δεῖν οἴεσθαι μακρὰ καὶ σφόδρα στενολεσχεῖν, καὶ ὀλίγην κομιδῇ τὴν βάσανον ἐπιρριπτοῦντες ἑκάστῳ, φέρε λέγωμεν, καὶ πρό γε τῶν ἄλλων τοῖς δοκηταῖς, « Πλανᾶσθε μὴ εἰδότες τὰς Γραφὰς, » μήτε μὴν τῆς εὐσεβείας τὸ μέγα μυστήριον, τουτέστι, Χριστὸν, « Ὃς ἐφανερώθη ἐν σαρκὶ, ἐδικαιώθη ἐν Πνεύματι, ὤφθη ἀγγέλοις, ἐκηρύχθη ἔθνεσιν, ἐπιστεύθη ἐν κόσμῳ, ἀνελήφθη ἐν δόξῃ. » Δεῖν δὲ οἶμαι τοὺς δι' ἐναντίας, ἢ ψῆφον ἐπάγειν τὴν αἰσχίω τοῖς πάλαι, καὶ ψευδηγόρους ἀποκαλεῖν τοὺς τῆς οἰκουμένης μυσταγωγοὺς, οἷς αὐτὸς ἔφη Χριστὸς, « Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, » ἢ εἴπερ τοῦτο καταπεφρίκασι δρᾷν, ὀρθὰ μὲν ἐλέσθαι φρονεῖν τὰ ἐπὶ Χριστῷ, φράσαντας δὲ τὸ ἐρρῶσθαι δεῖν ταῖς σφῶν αὐτῶν ἀμαθίαις, ἀπριξ μὲν ἐξέχεσθαι τῶν ἱερῶν Γραμμάτων, τὴν δὲ ἁπλανῆ τῶν ἁγίων διάττοντας τρίβον ἐπ' αὐτὴν ἴέναι τὴν ἀλήθειαν. Εἴη γὰρ ἂν οὐχ ἕτερον, οἶμαι, τι τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον, ἢ αὐτὸς ἡμῖν ὁ ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγος, ὃς ἐφανερώθη ἐν σαρκί. Γεγέννηται γὰρ διὰ τῆς ἁγίας Παρθένου, μορφὴν δούλου λαβών. Ὤφθη δὲ καὶ ἀγγέλοις, οἳ γεννηθέντα καταγεραίρουσι, « Δόξα τε φασὶν ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία. » Καὶ μὴν καὶ τοῖς ποιμέσι καταση-μαίνοντες τὸν δι' ἡμᾶς ἐν σαρκὶ Θεὸν Λόγον, « Ἰδοὺ δὴ, φασὶν, ἐγεννήθη ὑμῖν σήμερον Σωτὴρ, ὃς ἐστι Χριστὸς Κύριος ἐν πόλει Δαβίδ. Καὶ τοῦτο ὑμῖν τὸ σημεῖον· εὑρήσετε βρέφος ἐσπαργανωμένον, κείμενον ἐν φάτνῃ. » Εἰ δὲ τόκος ὁ διὰ Παρθένου, καὶ φανέρωσις ἐν σαρκὶ, πῶς οὐκ ἀδρανὴς εἰκαιομυθία, πῶς δὲ οὐχὶ μανία καὶ λῆρος, τὸ τῆς δοκήσεως ὄνομα, τῆς οὕτω παχείας καὶ ἐναργοῦς καταγράφειν οἰκονομίας; Εἰ γὰρ σκιὰ καὶ δόκησις ἦν, καὶ οὔτε σάρκωσις ἐλήθως, οὔτε μὴν τέτοκεν ἡ Παρθένος, οὐκ ἐπιλάβετο σπέρματος Ἀβραὰμ ὁ ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγος, οὐχ ὡμοιώθη τοῖς ἀδελφοῖς. Σκιὰ γὰρ οὔτι που τὰ καθ' ἡμᾶς, ἢ δόκησις, ἀλλ' ἐσμὲν ἐν σώμασιν ἁπτοῖς τε καὶ ὁρατοῖς, καὶ τὴν γηγενῆ δὴ ταύτην σάρκα κατημφιεσμένοι, καὶ φύσεως καὶ παθῶν ἠττήμεθα. Οὐκοῦν, εἰ μὴ γέγονε σὰρξ ὁ Λόγος, οὐδὲ ἐν ᾧ πέπονθεν αὐτὸς πειρασθεὶς, δύναται τοῖς πειραζομένοις βοηθῆσαι. Οὐδὲ γὰρ ἄν τι πάθοι σκιά. Οἴχεται δὴ οὖν τὸ σύμπαν ἡμῖν εἰς τὸ μηδὲν ἀληθῶς. Ποῖον γὰρ ἔτι νῶτον δέδωκεν ὑπὲρ ἡμῶν; ἢ ποίαν τοῖς παίουσι παρειὰν ὑποστρώσας, πρὸς τὰς Ἰουδαίων διεκαρτέρει πληγάς; Ἥλοις τε διαπεπάρθαι χεῖρας καὶ πόδας τὸν οὐκ ἐν σαρκὶ πεφηνότα; Τίνα δὴ τρόπον οἰηθείη τις ἄν; ἢ ποίαν, εἰπέ μοι, πλευρὰν διανύττοντες; οἱ Πιλάτου δορυφόροι, τὸ τίμιον αἷμα συναναβλύζον ὕδατι τοῖς θεωμένοις παρέδειξαν; Καὶ εἴ γρῆ τι τοὺ τῶν τὸ ἐπέκεινα λέγειν, οὔτε ἀπέθανεν ὑπὲρ ἡμῶν, οὔτε μὴν ἐγήγερται Χριστός. Οὗ παραδεχθέντος εἰς ἀλήθειαν, κεκένωται μὲν ἡ πίστις, οἴχεται δὲ ὁ στα-

[7] Matth. xxii, 29. [8] 1 Timoth. iii, 16. [9] Matth. xxviii, 19. [10] Luc. ii, 14. [11] Ibid. 10-12.

Digitized by Google

ρὸς, ἡ τοῦ κόσμου σωτηρία καὶ ζωὴ, καὶ διόλωλε παντελῶς ἡ τῶν ἐν πίστει κεκοιμημένων ἐλπίς. Εἰ γὰρ ὧδε ἔχειν ἐδόκει καὶ τῷ μακαρίῳ Παύλῳ, παρέδωκα γὰρ ὑμῖν, φησὶν, ἐν πρώτοις, ὃ καὶ παρέλαβον, ὅτι Χριστὸς ἀπέθανεν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, κατὰ τὰς Γραφὰς, καὶ ὅτι ἐτάφη, καὶ ὅτι ἐγήγερται τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ, κατὰ τὰς Γραφὰς, καὶ ὅτι ὤφθη Κηφᾷ, εἶτα τοῖς δώδεκα, ἔπειτα ὤφθη ἐπάνω πεντακοσίοις ἀδελφοῖς ἐφάπαξ, ἐξ ὧν οἱ πλείονες μένουσιν ἕως ἄρτι, τινὲς δὲ καὶ ἐκοιμήθησαν. Ἔπειτα ὤφθη Ἰακώβῳ, ἔπειτα τοῖς ἀποστόλοις πᾶσιν, ἔσχατον δὲ πάντων, ὡσπερεί τῳ ἐκτρώματι, φησὶν, ὤφθη κἀμοί.» Καὶ μεθ' ἕτερα πάλιν· « Εἰ δὲ Χριστὸς κηρύσσεται, ὅτι ἐκ νεκρῶν ἐγήγερται, πῶς λέγουσιν ἐν ὑμῖν τινες, ὅτι ἀνάστασις νεκρῶν οὐκ ἔστιν; εἰ δὲ ἀνάστασις νεκρῶν οὐκ ἔστιν, οὐδὲ Χριστὸς ἐγήγερται. Εἰ δὲ Χριστὸς οὐκ ἐγήγερται, κενὸν ἄρα τὸ κήρυγμα ἡμῶν, κενὴ καὶ ἡ πίστις ἡμῶν. Εὑρισκόμεθα δὲ καὶ ψευδομάρτυρες τοῦ Θεοῦ, ὅτι ἠγείρε τὸν Χριστὸν, ὃν οὐκ ἤγειρεν, εἴπερ ἄρα νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται.» Τεθναίη γὰρ ἂν, εἰπέ μοι, τίνα ὃν τρόπον ἡ σκιά; Πῶς οὖν ἀνέστησε τὸν Χριστὸν ὁ Πατὴρ, σκιὰν ὄντα καὶ δόκησιν, καὶ τοῖς τοῦ θανάτου δεσμοῖς οὐχ ἁλώσιμον; Οἰχέσθω δὴ οὖν ὁ ἐκείνων ἔμετος, μῦθον δὲ ἄλλως, καὶ ἀνοσίου βουλῆς ἀποβράσματα, τὰ παρ' αὐτοῖς ἡγώμεθα. Τοὺς γὰρ τοιούτους ἡμῖν προκαταμηνύει γράφων τοῦ Σωτῆρος ὁ μαθητὴς, ὅτι « Πολλοὶ ψευδοπροφῆται ἐξελήλυθασιν εἰς τὸν κόσμον. Ἐν τούτῳ γινώσκεται τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ. Πᾶν Πνεῦμα ὃ ὁμολογεῖ Ἰησοῦν Χριστὸν ἐν σαρκὶ ἐληλυθότα, ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστι.» Καὶ τοῦτό ἐστι τὸ τοῦ Ἀντιχρίστου, ὃ ἀκηκόατε ὅτι ἔρχεται, καὶ νῦν ἐν τῷ κόσμῳ ἐστὶν ἤδη. Εἰ γὰρ μὴ γέγονεν ἄνθρωπος, μήτε μὴν ἀναβέβηκεν ἐν σαρκὶ πρὸς τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς Πατέρα καὶ Θεὸν, οὐδ' ἂν ὑποστρέψειεν ἐξ οὐρανοῦ καθ' ἡμᾶς, ἄνθρωπος δηλονότι καὶ ἐν σαρκί. Ἢ οὐκ ἀτρεκῆ σοι φάναι δοκῶ;

A quidem est pro nobis, neque resurrexit Christus. Quod certe si ut verum admittatur, periit fides, sublata est crux, mundi salus ac vita; atque in universum interiit eorum qui in fide obdormierunt spes. Ita enim sese rem habere, etiam beato Paulo visum est: « Tradidi enim, inquit, vobis in primis quod et accepi, quoniam Christus mortuus est pro **682** peccatis nostris secundum Scripturas: et quod sepultus est, et quod resurrexit tertia die secundum Scripturas, et quod visus est Cephæ, ac postea duodecim. Deinde visus est plus quam quingentis fratribus simul, ex quibus multi manent usque adhuc, quidam autem dormierunt. Deinde visus est Jacobo, deinde apostolis omnibus, novissime autem omnium tanquam abortivo, inquit, visus est et mihi [12].» Et paulo post: « Si autem Christus B prædicatur, quod resurrexit a mortuis, quomodo quidam dicunt in vobis quoniam resurrectio mortuorum non est? Si autem resurrectio mortuorum non est, neque Christus resurrexit. Si autem Christus non resurrexit, inanis est ergo prædicatio nostra, inanis est et fides nostra; invenimur autem et falsi testes Dei, quoniam testimonium diximus adversus Deum, quod suscitaverit Christum, quem non suscitavit, si mortui non resurgunt [13].» Quonam enim pacto, obsecro, moriatur umbra? Quomodo igitur suscitavit Christum Pater, cum umbra tantum et imaginaria quædam apparentia esset, et mortis vinculis obnoxius non esset? Procul igitur facessat illorum vomitio, quin potius fabulam impiique animi ebullitiones existimemus. Ejusmodi enim nobis antea de- C scripsit Servatoris nostri discipulus: « Multi, inquiens, pseudoprophetæ exierunt in mundum. In hoc cognoscitur Spiritus Dei. Omnis spiritus qui confitetur Jesum Christum in carne venisse, ex Deo est.» Et omnis spiritus qui non confitetur Jesum, ex Deo non est. Atque hoc est de Antechristo, quod audistis, quoniam veniet, et nunc jam in mundo est [14].» Si enim homo factus non est, neque ascendit in carne in cœlos ad Patrem ac Deum, neque redire poterit ex cœlo nobis similis, homo nimirum, et in carne. Anne tibi vera dicere videor?

B. Καὶ μάλα.

B. Omnino.

A. Τὸ δὲ δὴ καὶ ἑτέρους οἴεσθαί τε καὶ φρονεῖν ἐξ ἀμετρήτου ἰωθείας, γένεσιν μὲν ἀνῆνασθαι τὴν διὰ τῆς ἁγίας Παρθένου, τὸν ἐκ Θεοῦ φύντα Λόγον, καὶ φύσιν ἀτιμάσαι τὴν καθ' ἡμᾶς, παρατετράφθαι δὲ μᾶλλον αὐτὸν εἰς τὴν ἀπὸ γῆς; σάρκα, δυσφημούντων ἐστὶ τὴν οἰκονομίαν, καὶ τοῖς θείοις σκέμμασιν ἐπιτιμᾷν ῥητμένων. Ὁ μὲν γὰρ τῶν ὅλων δημιουργὸς, καὶ πολὺς εἰ, ἔλεον τοῦ Θεοῦ Λόγος, κεκένωκεν ἑαυτὸν, δι' ἡμᾶς γενόμενος ἄνθρωπος, γενόμενος ἐκ γυναικὸς, ἵν' ἐπείπερ αἵματος καὶ σαρκὸς κεκοινώνηκε τὰ παιδία, τουτέστιν ἡμεῖς, καὶ αὐτὸς παραπλησίως μετάσχῃ τῶν ὄντων, « Ἵνα διὰ τοῦ θανάτου καταργήσῃ τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου, τουτέστι τὸν διάβολον, καὶ ἀπαλλάξῃ τούτους, ὅσοι φόβῳ θανάτου διὰ παντὸς τοῦ ζῆν, ἔνοχοι ἦσαν δουλείας.» Ὧδε γὰρ ἔφη τὸ Γράμμα τὸ ἱερόν. Οἱ δὲ τῆς οὕτω παγκάλης

D. Quod vero alii ex immensa quadam stupiditate Verbum ex Deo genitum nasci ex sancta Virgine noluisse, et naturam nostram respuisse, sed potius mutatum ipsum in carnem terrenam contendunt: in incarnationem Dei blasphemantium divinaque consilia improbantium est. Creator enim totius universi, et largum in misericordiam Dei Verbum exinanivit seipsum, factum pro nobis homo [15], natumque e muliere [16], ut quemadmodum sanguinis participes sint pueri [17], hoc est nos, ita etiam similiter ipse eorum particeps esset: **683** « Ut per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium, hoc est diabolum; et liberet eos qui timore mortis per totam vitam obnoxii erant servituti.» Ita enim ait sacra Scriptura [18]. Illi vero optimum hoc præstantissimumque Dei consilium, tanquam parum de-

[12] I Cor. xv, 3-8. [13] Ibid. 12-15. [14] I Joan. iv, 1-3. [15] Philipp. ii, 7. [16] Galat. iv, 4. [17] Hebr. ii, 14. [18] Hebr. ii, 14, 15.

Digitized by Google

core institutum damnant, et perinde ac si ipsi meliora excogitare possint, ipsius sapientiæ decreta improbant. Neque enim ex partu Virginis editum Verbum existimandum censent : sed potius Verbi naturam in debile hoc corpus transformatam esse, et mutationem imaginantur ejus in quem nulla mutatio cadit. Firmata enim atque stabilita est Dei natura in propriis suis bonis, et immutabiliter in suo statu permanet. Natura enim creata, quæque tempore ad esse traducta est, mutationi obnoxia est, vereque id de ejusmodi re dici possit. Nam quidquid exsistendi principium accepit, ei etiam quodammodo insitum est, ut mutari possit. Deus vero qui omnem intellectum superat, et exsistentiam ab ortu atque interitu liberam habet, omni mutatione superior est ; et, veluti propriæ suæ naturæ ratione omnia creata longe excedit, et quidem incomparabiliter : ita etiam in iis quæ creaturis abs se conditis accidere solent, longe antecellit; nullique rei quæ damnum inferre possit obnoxius est. Deitatis itaque bona sunt firma ac stabilia. Creaturarum vero, alterationibus mutationibusque subjecta, et corruptioni vicina. Quod quidem optime intelligens rectissimeque secum æstimans propheta Jeremias, ita ad Deum exclamat : Tu quidem insidens sæculum : nos autem perdentes sæculum. Sedet enim veluti in propriis sedibus semper Deus, dominans atque imperans omnibus, nullaque affectio in eum imperium habet. Nos vero cum natura præditi simus quam maxime ad alterationem mutationemque proclivi, perdimus sæculum, hoc est, in quovis tempore corruptibiles mutabilesque sumus. Deitas itaque nullo unquam tempore mutari potest, neque ulla affectione a sua firmitate dimoveri ; e contrario corruptibilis mutabilisque, hoc est, creata natura, essentiali immutabilitate prædita esse non potest, neque divinæ naturæ bonorum possessione gloriari. Audiet enim merito : **684** « Quid enim habes, quod non accepisti? » Quod vero immutabilis omnino sit Verbi natura, mutabilis autem prorsus creata, facillime quis intelligat e Davide in spiritu canente : « Cœli peribunt, tu autem permanebis, et omnes ut vestimentum veterascent : et sicut opertorium mutabis eos, et mutabuntur. Tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient [19]. » Ubi igitur mansit Verbum Dei, si vere dicitur, quod deposita sua firmitate atque stabilitate, ad id quod non erat traductus est, transformatusque est in carnis naturam, et statum corruptibilem? Anne potius hoc delirium atque insania est?

καὶ ἀρίστης βουλῆς τὸ ἀπρεπὲς καθορίζουσι, καὶ ὥσπερ ἐνὸν αὐτοῖς τὰ ἀμείνω φρονεῖν, καὶ τοῖς τῆς σοφίας ἐπιτιμῶσι σκέμμασι. Μὴ γὰρ δὴ χρῆναι λέγουσιν ὠδῖνα καὶ τόκον τὸν ἐκ γυναικὸς καταγράφειν ἡμᾶς τοῦ Μονογενοῦς, οἰεσθαι δὲ μᾶλλον τὴν τοῦ Λόγου φύσιν εἰς τὸ σαθρὸν δὴ τοῦτο μετεστοιχειῶσθαι σῶμα, καὶ τροπὴν φαντάζονται τοῦ τροπὴν οὐκ εἰδότος. Ἐρήρεισται γὰρ ἡ Θεοῦ φύσις ἐν ἰδίοις ἀγαθοῖς, καὶ ἀκατάσειστον ἔχει τὴν ἐφ' οἷς ἐστι διαμονήν. Φύσις μὲν γὰρ ἡ γενητὴ, καὶ χρόνῳ παρενεχθεῖσα πρὸς ὕπαρξιν, πάθοι ἂν τὴν ἀλλοίωσιν, καὶ οὐκ ἔξω λόγου τοῦ καθήκοντός τε καὶ ἀληθοῦς τὸ χρῆμα κείσεται. Τὸ γὰρ ἀρχὴν ὅλως τοῦ εἶναι λαχὸν, οἱονεί πως ἤδη καὶ συνεσπαρμένον ἔχει τὸ ἀλλοιοῦσθαι δεῖν. Θεὸς δὲ ὁ παντὸς ἐπέκεινα νοῦ, γενέσεως καὶ φθορᾶς τὴν ὕπαρξιν ἔχων ἐξηρτημένην τε καὶ ὑπερίσχουσαν, ἀμείνων ἔσται καὶ τροπῆς, καὶ ὥσπερ τῷ τῆς ἰδίας φύσεως λόγῳ, παντὸς οἶμαί που τοῦ κεκλημένου πρὸς γένεσιν ὑπερανέστηκε καὶ ὑπερῆρεται, καὶ τοῦτο ἀσυγκρίτοις διαφοραῖς, οὕτω κἂν τοῖς εἰωθόσι συμβαίνειν τοῖς δι' αὐτοῦ γεγονόσι, ὑπερανεστήξει πάλιν, παθεῖν οὐκ εἰδὼς τὸ περυσὶ ἀδικεῖν. Οὐκοῦν, ἐν ἀγαθοῖς μὲν τὸ θεῖον ἀμεταπτώτοις ἐστί. Τὰ δέ γε τῆς κτίσεως, ἐν ἀλλοιώσει καὶ τροπαῖς, ἀγχίθυρον ἔχοντα τὴν παραφθοράν. Καὶ τοῦτο γινώσκων εὖ μάλα, καὶ ὡς ἄριστα φιλοσόφων ὁ προφήτης Ἱερεμίας ἀνεφώνει πρὸς Θεὸν, ὅτι « Σὺ καθήμενος τὸν αἰῶνα, καὶ ἡμεῖς ἀπολλύμενοι τὸν αἰῶνα· » καθεδεῖται γὰρ ὥσπερ ἐν ἰδίοις θάκοις τὸ θεῖον ἀεὶ, βασιλεῦον καὶ κατακρατοῦν τῶν ὅλων, καὶ ὑπὸ μηδενὸς τῶν παθῶν τυραννούμενον. Ἡμεῖς δὲ τὴν φύσιν εὐτροχωτάτην τε καὶ εὐπαράφορον κομιδῇ πρὸς ἀλλοίωσιν ἔχοντες καὶ τροπὴν, ἀπολλύμεθα τὸν αἰῶνα, τουτέστιν, ἐν παντὶ καιρῷ καὶ χρόνῳ, φθαρτοί τέ ἐσμεν καὶ τρεπτοί. Οὔτ' οὖν τὸ θεῖον ἐν παρατροπαῖς γένοιτ' ἂν ποτε τῆς ἰδίας ἑδραιότητος ἐξωσθὲν ὑπό του τῶν παθῶν, οὔτ' ἂν ἡ φθαρτή τε καὶ ἀλλοιουμένη, τουτέστιν ἡ γενητὴ, καταπλουτήσειεν ἐνωσιῴδη τὴν ἀτρεψίαν, οὐδ' ἂν ἐπαυχήσειε τοῖς τῆς θείας φύσεως ἀγαθοῖς ὡς ἰδίοις ἡ κτίσις. Ἀκούσεται γὰρ εὐλόγως· « Τί γὰρ ἔχεις, ὃ οὐκ ἔλαβες; » Ὅτι δέ ἐστιν ἄτρεπτος μὲν καὶ ἀναλλοίωτος παντελῶς ἡ τοῦ λόγου φύσις, ἀλλοιωτὴ δὲ παντελῶς ἡ γενητὴ, καταθρήσαι τις ἂν καὶ λίαν εὐκόλως, ἀναμελῳδοῦντος ἐν Πνεύματι τοῦ μακαρίου Δαβίδ· « Οἱ οὐρανοὶ ἀπολοῦνται, σὺ δὲ διαμενεῖς, καὶ πάντες ὡς ἱμάτιον παλαιωθήσονται, καὶ ὡσεὶ περιβόλαιον ἑλίξεις αὐτοὺς, καὶ ἀλλαγήσονται. Σὺ δὲ ὁ αὐτὸς εἶ, καὶ τὰ ἔτη σου οὐκ ἐκλείψουσι. » Ποῦ τοιγαροῦν μεμένηκεν ὁ αὐτὸς ὁ ἐκ Θεοῦ Λόγος, εἴπερ ἐστὶν ἀτρεκὲς εἰπεῖν, ὅτι μεθεὶς τὸ ἐρηρεισμένως τε καὶ ἀκλονήτως ἔχειν, καταπεφοίτηκε μὲν εἰς ὅπερ οὐκ ἦν, μεταπεποίηται δὲ καὶ εἰς σαρκὸς φύσιν, καὶ εἰς τὸ φθείρεσθαι πεφυκός; Ἆρ' οὖν οὐχὶ λῆρός τε καὶ ἦδη καὶ μανία ταυτί;

B. Est certe.

A. Licebit enim pari temeritate dicere, quod non est dissentaneum, terrenam quoque naturam ad Deitatis naturam conscendere posse, atque in unam

B. Πάνυ μὲν οὖν.

A. Ὥρα γὰρ εἰπεῖν ταῖς ἐκείνων ἀμαθίαις ἀντιτείνοντας ἀμαθέστερον, ὡς ἔστιν οὐκ ἀπεικὸς, καὶ τὴν ἀπὸ γῆς σάρκα πρὸς τὴν τῆς Θεότητος φύσιν ἀναφοι-

[19] Psal. ci, 27, 28.

Digitized by Google

τὰν δύνασθαί ποτε, καὶ τῆς ἀνωτάτω πασῶν οὐσίας γενέσθαι σύστασιν. Εἰ γὰρ αὐτὴ τῆς θεότητος ἡ φύσις, κατά γε τὴν ἐκείνων ἐμβροντησίαν, εἰς τὴν τῆς σαρκὸς μετακεχώρηκε φύσιν, οὐδὲν τὸ ἀπεῖργον ἔτι, τὴν μὲν κάτω τε καὶ ἰδίαν φύσιν, ὑπερπέτασθαι τὴν σάρκα, μεταπλάττεσθαι δὲ πρὸς θεότητα, καὶ εἰς οὐσίαν τὴν ἀνωτάτω. Ἀλλ' οὐ ταῖς ἐκείνων ἀσυνεσίαις τὸ εὐπειθὲς χαριούμεθα· προσκεισόμεθα δὲ μᾶλλον ταῖς θείαις Γραφαῖς, καὶ προφήτου μὲν λέγοντος· « Ἰδοὺ ἡ Παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται, καὶ τέξεται Υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ· » κατασφραγίζοντος δὲ τὴν προαναφώνησιν τοῦ μακαρίου Γαβριὴλ, καὶ τὴν ἄνωθεν ψῆφον τῇ Παρθένῳ διερμηνεύοντος· « Μὴ φοβοῦ γὰρ, ἔφη, Μαριὰμ, ὅτι ἰδοὺ συλλήψῃ ἐν γαστρὶ, καὶ τέξῃ Υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν· » ἐκ γυναικὸς ἀληθῶς γεγεννῆσθαι πιστεύομεν τὸν Ἐμμανουὴλ, καὶ τὸ λαμπρόν τε καὶ ἀξιάγαστον τῆς ἑαυτῶν φύσεως οὐ διωσόμεθα καύχημα, φρονοῦντες ὀρθῶς.

A cum suprema omnium essentia constitutionem venire. Si namque ipsa divinitatis natura (juxta illorum deliramentum) in carnis naturam transivit, nihil obstiterit quominus inferior hæc nostra natura transiliat carnem, et in Deitatem atque supremam illam essentiam transformetur. At nos illorum ineptiis fidem nequaquam adhibebimus: sed potius divinis Scripturis acquiescemus, propheta etiam dicente: « Ecce Virgo in utero concipiet, et pariet Filium, et vocabunt nomen ejus Emmanuel [20]; » et beato Gabriele hanc prædictionem confirmante, divinamque voluntatem virgini declarante: « Ne timeas enim, inquit, Maria, quoniam ecce concipies in utero, et paries Filium, et vocabis nomen ejus Jesum [21]. » Ex muliere natum revera credimus Em-
B manuelem; et splendidam admirabilemque naturæ nostræ dignitatem non rejiciemus.

B. Ἄριστα ἔφης. Ἐπεδράξατο γὰρ ὁ Μονογενὴς, οὐχὶ τῆς ἰδίας φύσεως (ἣ γὰρ ἂν οὐδέν τι μᾶλλον τὰ καθ' ἡμᾶς ἐν ἀμείνοσιν), ἀλλ' οὐδὲ τῆς ἀγγέλων, ἀλλὰ σπέρματος Ἀβραὰμ, καθὰ γέγραπται. Ἦν γὰρ οὕτω, καὶ οὐχ ἑτέρως, τὸ διολισθῆσαν εἰς φθορὰν ἀνασώσασθαι γένος.

B. Optime dicis. Apprehendit enim Deus, non propriam ac peculiarem naturam (neque enim quidquam ad nos utilitatis pervenisset), sed neque angelorum, sed semen Abrahæ, sicut scriptum est [22]. Ita enim, et non aliter genus ad perniciem devolutum instaurandum erat.

A. Τί δέ; Οὐχὶ κἀκεῖνο πρὸς τοῖσδε καταθαυμάζειν ἄξιον, ὦ Ἑρμεία;

A. Quid vero? Anne hoc etiam admirandum censes, Hermia?

B. Τὸ ποῖόν τι φῄς;

B. Quidnam?

A. Μόνον γὰρ οὐχὶ καὶ τὸ ἐρρῶσθαι φράσαντες τῇ θεοπνεύστῳ Γραφῇ, καὶ πνεύμασι πλάνοις τὸν οἰκεῖόν
C τινες ἀπονέμοντες νοῦν, εἰς τοῦτο καθίκοντο δυσβουλίας καὶ μειρακιώδους ἀβελτηρίας, ὡς οἴεσθαι δεῖν τὸν τῶν αἰώνων δημιουργὸν, τὸν συναΐδιον τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ Λόγον, τῇ τῆς σαρκὸς γενέσει συμπαρομαρτοῦσαν ἔχειν τῆς ὑπάρξεως τὴν ἀρχὴν, καὶ ὀψιγενῆ φαντάζεσθαι τὸν ἐπέκεινα παντὸς αἰῶνος καὶ χρόνου, ὡς ἐν ἐσχάτοις καὶ μόλις τοῖς τῆς ἐνανθρωπήσεως καιροῖς, Πατέρα μὲν γενέσθαι τὸν Θεὸν, συνεισβαλεῖν δὲ ὥσπερ εἰς τὸ εἶναί τε καὶ ὑφεστάναι τῷ ἐκ τῆς Παρθένου ναῷ, τὸν δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἐν ᾧ τὰ πάντα. Ἆρ' οὖν οὐχὶ πρὸς λῆξιν ἤδη τὴν ἀνωτάτω ἐλαυνόμενοι τῶν κακῶν, οἱ μῦθον οὕτω τὸν γραώδη καὶ βέλτιον προχειρότατα προσηκάμενοι, καὶ τῆς ἀκράτου νωθείας τὸν οἰκεῖον ἀναπλήσαντες νοῦν; « Τάφος, ἀληθῶς, ἀνεῳγμένος ὁ λάρυγξ αὐτῶν, ταῖς
D γλώσσαις αὐτῶν ἐδολιοῦσαν, ἰὸς ἀσπίδων ὑπὸ τὰ χείλη αὐτῶν, ὧν τὸ στόμα ἀρᾶς καὶ πικρίας γέμει. »

A. Quid vero agant, scribente Joanne: « Sepulcrum, certe, patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant, venenum aspidum sub labiis eorum, quorum os maledictione et amaritudine plenum est [23]. »

B. Σύμφημι· καὶ γάρ ἐστιν ἀτρεκὴς ὁ τοῦ Ψάλλοντος λόγος.

B. Assentior. Verus enim est Psalmistæ sermo.

A. Ἦ γὰρ οὐχὶ τὸν δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ προϋφεστάναι τῶν πάντων ἀνάγκη;

A. Quid enim, nonne eum per quem omnia facta sunt, omnibus etiam præexstitisse necesse est?

B. Εὖ λέγεις.

B. Recte dicis.

A. Τί δὲ δὴ καὶ δρῷεν ἄν, Ἰωάννου μὲν γράφοντος, « Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν. » Καὶ πάλιν, « Ὃ ἦν ἀπ' ἀρχῆς, ὃ ἀκηκόαμεν, ὃ ἑωράκαμεν τοῖς

A. Quid vero agant, scribente Joanne: « In principio erat Verbum, omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil [24]. » Et rursum: « Quod erat ab initio, quod audivimus, quod vidimus

[20] Isa. VII, 14. [21] Luc. I, 30, 31. [22] Hebr. II, 16. [23] Psal. XIII, 3. [24] Joan. I, 1-3.

Digitized by Google

oculis nostris, quod perspeximus, et manus nostræ contrectaverunt de Verbo vitæ. Et vita manifestata est, et vidimus, et testamur, et annuntiamus vobis vitam æternam, quæ erat apud Patrem, et apparuit nobis [25]. » Jamque Christus ipse exsistentiæ suæ antiquitatem invisam Judæis declarat. Dicentibus enim illis : « Quadraginta annos nondum habes, et Abraham vidisti ? » manifeste respondit : « Amen, amen dico vobis, antequam Abraham fieret, ego sum [26]. » Cui vero tribuitur illud, *erat*, nulle adjecto, atque etiam manifeste illud, *sum*, quodnam, obsecro, agnoscat ortus sui principium ? aut quo pacto qui erat in principio superior omni intellectu, in tempore fuerit vocatus ad exsistentiam ? Si quis autem in hos longiore refutatione uti velit, haud difficile fuerit, allatis sacræ Scripturæ verbis, illorum deliria profligare. Ego vero cum hæc adeo manifeste falsa turpiaque sint, supervacaneum existimaverim plus operæ in iis refutandis ponere.

B Recte ais.

A. Quocirca ad aliam nos conferamus, **686** damnatæ illi opinioni affinem. Nonnulli enim veritatis pulchritudinem, veluti numisma aliquod adulterant, tollentes in altum cornu, et iniquitatem loquentes adversus Deum, sicut scriptum est [27]. Imaginantur enim Unigenitum propriam suam exsistentiam non habere, neque in sua hypostasi subsistere : sed verbum simpliciter et sermonem qui sola enuntiatione constat a Deo fieri, atque ita in homine habitasse dicunt miseri, atque hoc pacto Jesum constituentes, aiunt sanctiorem quidem sanctis esse, non tamen Deum. Quocirca ut Servatoris nostri discipulus ait : « Quis est mendax, nisi qui negat Jesum esse Christum ? Hic est antichristus, negans Patrem et Filium. Quisquis negat Filium, neque Patrem habet. Qui confitetur Filium, Patrem quoque habet [28]. » Alter enim in altero et a nobis et a sanctis angelis agnoscitur. Siquidem nemo intellexerit quid sit Pater, nisi Filium exsistentem ac genitum mente concipiat. Sed neque sciat quid sit Filius, nisi Patrem genuisse cogitet. Necessarium itaque censeo etiam vere dicere, Nisi exsistit Filius, ne Patrem quidem vere cogitatione percipi posse. Ubi enim est Pater, si non revera genuit ? aut si genuit id quod subsistit, neque omnino exsistentiam habet, genitum erit plane nihil. Nam quod non exsistit, æquale est nihilo ; imo vero prorsus nihil. Atque ita Deus erit Pater nihili. Atqui, o miseri, dixerim ego ejuscemodi doctoribus : Inanes nugæ sunt vestra dogmata : aut alioqui mihi interroganti respondete. Quo pacto est eximia erga nos dilectio Dei ac Patris ? et si dedit pro nobis Filium, qui ex vestra sententia non exsistit, nihil igitur dedit pro nobis, neque Verbum caro factum est, neque venerandam crucem sustinuit, neque

ὀφθαλμοῖς ἡμῶν, ὃ ἐθεασάμεθα, καὶ αἱ χεῖρες ἡμῶν ἐψηλάφησαν, περὶ τοῦ λόγου τῆς ζωῆς. Καὶ ἡ ζωὴ ἐφανερώθη, καὶ ἑωράκαμεν, καὶ μαρτυροῦμεν, καὶ ἀπαγγέλλομεν ὑμῖν τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον, ἥτις ἦν πρὸς τὸν Πατέρα, καὶ ἐφανερώθη ἡμῖν · » αὐτοῦ δὲ Χριστοῦ τῆς ἰδίας ὑπάρξεως τὴν ἄποπτον ἀρχαιότητα τοῖς Ἰουδαίοις καταση μαίνοντος. Ἐπενὴξ γὰρ ἔφασκον, « Πεντήκοντα ἔτη οὔπω ἔχεις, καὶ Ἀβραὰμ ἑώρακας ; » ἀντήκουον ἐναργῶς, « Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι, ἐγὼ εἰμι. » Οὐδὲ τὸ, ἦν ἐστιν, ἐπενηνεγμένου μηδενὸς, καὶ μὴν καὶ τὸ εἰμὶ τέτακται σαφῶς, τίνα τῆς γενέσεως κατίδοι τις ἂν τὴν ἀρχήν ; ἢ τίνα δὴ τρόπον, ὁ ὢν ἐν ἀρχῇ τῇ παντὸς ἐπέκεινα νοῦ, παραδέξαιτο ἂν τὸ ἐν καιρῷ κεκλῆσθαι πρὸς ὕπαρξιν; Εἰ μὲν οὖν τις ἔλοιτο τουτοισὶ σχολαιότερον ἀντιφέρεσθαι χαλεπὸν οὐδὲν, τοὺς τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς παρακομίζοντας λόγους, τὰ ἐκ τῆς ἐκείνων ἐμβροντησίας ἀπακρούεσθαι βλάβη. Τά γε μὴν οὕτω ἐναργῆ νοσοῦντα τὸν ἔλεγχον, καὶ πολὺ λίαν ἔχοντα τὸ ἀκαλλὲς, περιττὸν οἶμαί που καὶ φροντίδος ἀξιοῦν.

Β. Εὖ λέγεις.

Α. Οὐκοῦν ἐπ' ἐκεῖνο ἴωμεν, ὅπερ ἐστὶ τῷ κατεγνωσμένῳ συγγενές. Παρασημαίνουσι γάρ τινες τῆς ἀληθείας τὸ κάλλος, καθάπερ τι νόμισμα κιβδηλεύοντες, ἐπαίροντές τε εἰς ὕψος τὸ κέρας, καὶ ἀδικίαν λαλοῦντες κατὰ Θεοῦ, κατὰ τὸ γεγραμμένον. Ἀνύπαρκτόν τε καὶ ἰδικῶς οὐχ ὑφεστηκὸς φαντάζονται τὸν Μονογενῆ, καὶ οὐκ εἶναι μὲν ἐν ὑποστάσει τῇ καθ' ἑαυτὸν, ῥῆμα δὲ ἁπλῶς καὶ λόγον, τὸν κατὰ μόνην τὴν προφορὰν γενέσθαι παρὰ Θεοῦ, καὶ ἐν ἀνθρώπῳ κατοικῆσαί φασιν οἱ τάλανες, συνθέντες δὲ οὕτω τὸν Ἰησοῦν, ἁγίων μὲν εἶναί φασιν ἁγιώτερον, οὐ μὴν ἔτι καὶ Θεόν. Οὐκοῦν καθὰ καὶ ὁ τοῦ Σωτῆρος ἐπέστειλε μαθητὴς, « Τίς ἐστιν ὁ ψεύστης, εἰ μὴ ὁ ἀρνούμενος, ὅτι Ἰησοῦς οὐκ ἔστιν ὁ Χριστός ; Οὗτός ἐστιν ὁ ἀντίχριστος, ὁ ἀρνούμενος τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱόν. Πᾶς ὁ ἀρνούμενος τὸν Υἱὸν, οὐδὲ τὸν Πατέρα ἔχει · ὁ ὁμολογῶν τὸν Υἱὸν, καὶ τὸν Πατέρα ἔχει. » Ἄμφω γὰρ δι' ἀμφοῖν καὶ ἑκάτερος ἐν ἑκατέρῳ πρός τε ἡμῶν αὐτῶν, καὶ τῶν ἁγίων ἀγγέλων ἐπιγινώσκονται. Οὐ γὰρ ἂν τις ἀναμάθοι τί ἐστι Πατὴρ, εἰ μὴ Υἱὸν ὑφεστῶτά τε καὶ γεγεννημένον εἰσδέξαιτο κατὰ νοῦν · ἀλλ' οὐδ' ἂν ὅ τί ποτ' ἐστὶν ὁ Υἱὸς ἀναμάθοι πάλιν, εἰ μὴ ὅτι τέτοκεν ὁ Πατὴρ διενθυμοῖτο σοφῶς. Οὐκοῦν, ἀναγκαῖον οἶμαί που καὶ ἀτρεκὲς εἰπεῖν, Ὡς εἴπερ ἐστὶν ἀνύπαρκτος ὁ Υἱὸς, οὐδ' ἂν τὸν Πατέρα κατὰ τὸ ἀληθὲς νοήσαιμεν ἄν. Ποῦ γὰρ ἔτι Πατὴρ, εἰ μὴ τέτοκεν ἀληθῶς ; Ἢ εἴπερ γεγέννηκε τὸ μὴ ὑφεστὼς, μήτε ὑπάρχον ὅλως, τὸ γεννηθὲν ἔσται τὸ μηδέν. Τὸ γάρ τοι μὴ ὑφεστὼς, ἐν ἴσῳ τῷ μηδενὶ, μᾶλλον δὲ παντελῶς οὐδέν. Εἶτα τοῦ μηδενὸς ἔσται Πατὴρ ὁ Θεός. Ἀλλ', ὦ βέλτιστοι, φαίην ἂν ἔγωγε πρός γε τοὺς τῶν τοιούτων ἐξηγητὰς, ὕθλος εἰκαῖος τὰ παρ' ὑμῶν, ἤγουν ἐρομένῳ φράζετε · πῶς ἐξαίρετος ἡ εἰς ἡμᾶς ἀγάπησις τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός ; καὶ εἰ δέδωκεν ὑπὲρ ἡμῶν τὸν

[25] I Joan. I, 1, 2. [26] Joan. VIII, 57, 58. [27] Psal. LXII, 12. [28] I Joan. II, 22, 23.

Digitized by Google

Υἱὸν, τὸν καθ' ὑμᾶς οὐχ ὑφεστηκότα, τὸ μηδὲν ἄρα δέδωκεν ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ οὔτε γέγονε σὰρξ ὁ Λόγος, οὔτε τὸν τίμιον ὑπέστη σταυρὸν, οὔτε κατήργηκε τοῦ θανάτου τὸ κράτος, οὔτε μὴν ἀνεβίω πάλιν. Εἰ γάρ ἐστι τὸ μηδὲν, καὶ ἀνύπαρκτος καθ' ὑμᾶς, πῶς ἔν γε τουτοισὶ γένοιτ' ἄν; Πεφενάκικεν οὖν ἄρα τῆς ἁγίας Γραφῆς ὁ λόγος τοὺς πεπιστευκότας, καὶ ἡ τῆς πίστεως ἑδραιότης οἴχεται πρὸς τὸ μηδέν.

A mortis imperium abolevit, neque revixit. Si enim est nihil, neque exsistentiam, ut vos opinamini, ullam habet, quo pacto hæc ei evenerint? Fefellit itaque nos, mendaciaque persuasit sacra Scriptura, totaque fidei nostræ firmitas in nihilum redigitur.

B. Μὴ γένοιτο.

B. Absit!

A. Τί δέ; Οὐκ ἐν μορφῇ τοῦ Θεοῦ ὑπάρχειν τὸν Υἱὸν, ὁ θεῖος ἡμῖν κατασημαίνει λόγος, εἰκόνα τε αὐτὸν καὶ χαρακτῆρά φησι τοῦ Γεγεννηκότος;

A. Quid vero? Nonne in forma Dei exsistere Filium, divinus sermo nobis significat? ipsumque imaginem atque characterem Genitoris esse ait?

B. Καὶ μάλα.

687 B. Maxime.

A. Αἱ δὲ εἰκόνες ὡς τὰ ἀρχέτυπα.

A. Imagines vero archetypis similes sunt.

B. Πῶς γὰρ οὔ;

B. Omnino.

A. Οὐκοῦν, εἰ μὴ ἐνυπόστατος ἡ εἰκὼν, μήτε μὴν ἐν ὑπάρξει νοοῖτο τῇ καθ' ἑαυτὸν ὁ χαρακτὴρ (3), ἀνυπόστατον εἶναι δώσουσι ὡς ἐξ ἀναγκαίου λόγου, καὶ τὸν οὗπέρ ἐστι χαρακτὴρ, καὶ τὸ τῆς εἰκόνος ἀκαλλὲς, ἀναδραμεῖται που πάντως ἐπὶ τὸ ἀρχέτυπον. Ἦ γάρ;

A. Quocirca, nisi hypostatica esset imago, neque per se subsisteret character: necessario etiam eum cujus est character hypostasi carere dicent: et imaginis dedecus etiam in archetypum redundabit Censesne?

B. Καὶ μάλα.

B. Censeo.

A. Εἶτα, εἰπέ μοι, Φίλιππος χρηστομαθὴς ὢν ἄγαν, τὸν ὄντα καὶ ὑφεστηκότα Πατέρα κατιδεῖν ἠξίου, λέγων, « Κύριε, δεῖξον ἡμῖν τὸν Πατέρα, καὶ ἀρκεῖ ἡμῖν· » ἦγουν τὸν οὐκ ὄντα καὶ ἀνυπόστατον;

A. Præterea dic mihi: Philippus pietatis vehementer studiosus, exsistentemne atque in hypostasi subsistentem Patrem cernere optat, dicens: « Domine, ostende nobis Patrem, et sufficit nobis [29]; » Annon exsistentem et hypostasi carentem?

B. Τὸν ὄντα δηλονότι.

B. Exsistentem profecto.

A. Εἴπερ οὖν ἐστι τὸ μηδὲν ὁ Υἱὸς; ἅτε δὴ μὴ ὑφεστηκὼς, κατά γε τὸ ἐκείνων ἀχάλινον θράσος, εἰς εἰκόνα καὶ γνῶσιν ἀκριβῆ τοῦ Πατρὸς, ἑαυτὸν ἡμῖν ἀνθ' ὅτου παρεκόμιζε, λέγων, « Τοσοῦτον χρόνον μεθ' ὑμῶν εἰμι, καὶ οὐκ ἔγνωκάς με, Φίλιππε; Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα. Οὐ πιστεύεις, ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί ἐστι; ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ, ἕν ἐσμεν. » Ἀλλ' οὐκ ἂν οἶμαί που τὸν ὑφεστηκότα καταθρήσειέ τις ἔν γε τῷ μὴ ὑφεστηκότι, οὐδ' ἂν νοοῖτό ποτε καὶ ταυτὸν εἰσάπαν, τῷ μὴ ὑπάρχοντι τὸ ὑπάρχον. Ἔσται δὲ ὅπως ἐν Υἱῷ μὲν ὁ Πατὴρ, ὁ δὲ Υἱὸς αὖ ἐν τῷ Πατρὶ, ἢ οὐκ ἔτυμον εἰπεῖν, ὡς εἰ μὴ ἔστιν ὁ Λόγος ἐν ὑπάρξει τῇ καθ' ἑαυτὸν, κινδυνεύσειεν ἂν καὶ αὐτὸς ὁ Πατὴρ, ἔχων μὲν ἐν ἑαυτῷ τὸ μηδὲν, νοούμενος δὲ ὑπάρχειν ἐν τῷ μηδενί; τὸ γὰρ οὐκ ὂν ὅλως, οὐδὲν ἂν νοοῖτο λοιπόν.

A. Si ergo Filius nihil est, utpote non subsistens, juxta effrenem illorum audaciam, cur seipsum imaginem et notitiam Patris proposuit, dicens: « Tanto tempore vobiscum sum, et non cognovisti me, Philippe? Qui vidit me, vidit Patrem. Non credis quod ego in Patre, et Pater in me est [30]? Ego et Pater unum sumus [31]. » Atqui nullus, arbitror, viderit exsistentem in eo qui non exsistit, neque ullus unquam idem in universum esse censuerit, subsistens et non subsistens. Quo pacto autem erit in Filio Pater, et Filius vicissim in Patre, nisi vere dicatur, quod nisi per se subsistat Verbum, periclitaturum etiam Patrem, quippe qui in se habeat nihil, et intelligatur exsistere in nihilo. Nam quod omnino non exsistit, nihil esse intelligitur.

B. Οὐκ ἄτραχυς μὲν ὁ λόγος. Ἠλίστην γὰρ ὅσην ἐν ἑαυτῷ τὴν ἀτοπίαν νοσεῖ, περιῆστησι δ' οὖν ὅμως εἰς τὸ ἀπηχὲς, τῶν δι' ἐναντίας τὸ δόγμα.

B. Durus sermo. Magnam enim in se absurditatem et asperitatem continet adversariorum dogma.

A. Κατατεθήποι δ' ἄν τις εἰκότως, τίνα δὴ τρόπον ἐν τῷ Υἱῷ τῷ μὴ λαχόντι τὸ εἶναι, τὰ ὄντα πεποίηκεν ὁ Πατήρ. Εἰ δὲ δή τις ἔροιτο, πότερα τοῖς οὖσι.

A. Admiretur autem non immerito quispiam, quo pacto in Filio cum nondum esse consecutus esset, omnia creavit Pater. Si quis vero interroget, utrum

[29] Joan. XIV, 8. [30] ibid. 9, 10. [31] Joan. X, 30.

BON. VULCANII NOTÆ.

(3) Isid. epist. 63, lib. III: Ὁ τοίνυν μεταγενέστερον τὸν Υἱὸν λέγων τοῦ Πατρὸς, ἐξ οὗ ἀνάρχως ἀνέλαμψεν, οὗτος, αὐτὸ τὸ χαρακτηρίζον τὴν ἀκήρατον οὐσίαν (τό γε αὐτοῦ μέρος) ἀνσιρεῖ. Id est: *Quocirca qui Filium posteriorem dicit Patre, ex quo ab æterno effulsit, is etiam id quod æternam illam essentiam characterе illo insignit, quantum in ipso est, evertit.* Nam quod Cyrillus τὸ ἀρχέτυπον vocat, Isidorus τὸ χαρακτηρίζον, Patrem nimirum appellat.

Digitized by Google

iis qui exsistunt bonum sit esse, aut potius, non esse, quo pacto respondeas?

B. Responderim, esse. Deus enim creator eo præcipue nomine bonus vocatur, quod iis quæ aliquando non erant, esse dederit.

A. Optime dicis. Ita enim natura sese res habet. Melior itaque est conditio creaturarum, quam ejus per quem omnia ortum acceperunt; si hic quidem non exsistere dicatur, illæ vero, et exsistunt et in suo esse cognoscuntur.

B. Absit blasphemia! « Vivens enim est Verbum Dei atque efficax, » sicut scriptum est [32]. Idcirco etiam dixit, « Ego sum vita [33]. »

A. Cæterum non potest intelligi vita, cum non subsistat. Vita autem est naturaliter. Nullo enim modo mentiri potest. Merum 688 itaque mendacium est, et vanissimæ mentis delirium Verbum quod ex Deo apparuit, per se non subsistere.

B. Omnino. Nam ad Moysen ita ipse ait: « Ego sum ens [34]. » Quod autem vere est, quonam pacto quis censuerit suam hypostasim non retinere?

A. Merito itaque eorum qui ita sentiunt summam dementiam detestabimur.

B. Omnibus modis.

A. Sed nec illos, Hermia, probabimus, qui veritatem sedulo sectari didicimus.

B. Quosnam, obsecro?

A. Qui carnem Verbo unitam rationali anima carere dicunt. Sola enim carne vitali et sensitivo motu prædita Verbum induentes, in mundum inducunt, mentis atque animæ facultatem tribuentes Unigenito. Perhorrescunt enim, nescio quo pacto, homini perfecte sese ratione humanitatis habenti, hoc est, qui anima et corpore constet, Verbum unitum esse, fateri, sed antiquissimæ fidei traditione contempta, privatas suas opiniones humanasque rationes sequi debere existimant, aliter certe quam oportet sentientes.

τὸ εἶναι καλὸν, ἢ γοῦν τὸ μὴ εἶναι τυχὸν, ἀποκρίνῃ τίνα τρόπον;

B. Φαίην ἂν ὅτι τὸ εἶναι. Τοῖς γὰρ οὐκ οὖσί ποτε τὸ εἶναι διδοὺς, ἀγαθὸς ὅτι μάλιστα κεχρημάτικέ τε καὶ ἔστιν ὁ δημιουργός.

A. Ἄριστα ἔφης· ἔχοι γὰρ ἂν ὧδε τὸ χρῆμα τῇ φύσει. Οὐκοῦν ἐν ἀμείνοσι ἡ κτίσις, εἴπερ ὁ δι' οὗ τὰ πάντα καλεῖται πρὸς γένεσιν· εἰ ὁ μὲν, οὐχ ὑφεστηκέναι λέγεται, τὰ δὲ ὑφέστηκέ τε καὶ ἐν τῷ εἶναι νοεῖται.

B. Ἄπαγε τῆς δυσφημίας· « Ζῶν γὰρ ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ καὶ ἐνεργὴς, » καθὰ γέγραπται. Τοιγάρτοι καὶ ἔφασκεν· « Ἐγώ εἰμι ἡ ζωή. »

A. Ἀλλ' οὐκ ἂν νοοῖτο ζωὴ, ὑφεστηκώς. Ζωὴ δέ ἐστι κατὰ φύσιν, καταψεύσεται γὰρ οὐδαμῶς. Τὸ ἄρα μὴ ὑφεστάναι τὸν ἐκ Θεοῦ πεφηνότα Λόγον, ψευδηγόρημα σαθρὸν, καὶ φρενὸς ἀπόδρασμα τῆς ἠλιθιωτάτης.

B. Παντελῶς. Μωσεῖ γὰρ ἔφασκεν αὐτὸς, « Ἐγώ εἰμι ὁ ὤν. » Τὸ δὲ ὂν ἀληθῶς, οὐκ ἐν ὑποστάσει καθ' ἑαυτὸ σωζόμενον πῶς ἂν νοοῖτό ποτε;

A. Οὐκοῦν τῶν τῇδε διειληφότων, καθορισῦμεν εἰκότως τὸ εἰς ἄκρον ἀμαθές.

B. Πάνυ μὲν οὖν.

A. Οὐ μὴν οὐδὲ ἐκείνους ἐπαινέσαιμεν ἄν, ὦ Ἑρμεία, φιλοθηρεῖν εὖ μάλα δεδιδαγμένοι τὸ ἀληθές.

B. Τίνας;

A. Οἳ τητᾶσθαι λέγουσι ψυχῆς λογικῆς τὴν ἑνωθεῖσαν τῷ Λόγῳ σάρκα. Σαρκὶ γάρ που μόνῃ, καὶ τὴν ζωτικήν τε καὶ αἰσθητικὴν λαχούσῃ κίνησιν, ἀμφιεννύντες τὸν Λόγον, παραφέρουσιν εἰς κόσμον, τὴν νοῦ καὶ ψυχῆς ἐνέργειαν ἀπονέμοντες τῷ Μονογενεῖ. Καταπεφρίκασι γάρ, οὐκ οἶδ' ὅπως ἐρῶ, ἀνθρώπῳ τελείως ἔχοντι, κατά γε τὸν τῆς ἀνθρωπότητος Λόγον, τουτέστι, τῷ ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος ἠνῶσθαι τὸν Λόγον ὁμολογεῖν, τῆς μὲν ἀνωθέν τε καὶ ἀρχαιοτάτης πίστεως τὴν παράδοσιν, ὀλίγου παντελῶς ἀξιοῦντες λόγου, θελήσει δὲ μόνῃ τῇ κατὰ σφᾶς αὐτοὺς, καὶ τοῖς ἀνθρωπίνοις δεῖν ἕπεσθαι λογισμοῖς ἀμαθῶς ἠρημένοι, καὶ φρονοῦντες ἀληθῶς παρὰ δέ φρονεῖν.

B. Quænam vero ipsis est ratio ejusmodi dogmatis?

A. Dicam. Nos, secundum Scripturam dicimus mediatorem Dei et hominum compositum esse, ex nostra humanitate, quæ propria sua ratione perfecte sese habeat, et ex Filio qui naturaliter ex Deo apparuit, hoc est Unigenito. Asserimus autem ex inæqualium dissimiliumque naturarum congressu inenarrabilique concursu unitatem fieri. Unum tamen Christum et Dominum, ac Filium agnoscimus, et in eodem exsistere atque intelligi Deum simul et hominem. Individuam autem omnino unitatem tueri consuevimus, eumdem esse credentes et unigenitum et primogenitum. Unigenitum quidem, veluti ex Deo Patre Verbum, quodque ex essentia ipsius apparuit; primogenitum autem, quatenus factus est homo, et in multis fratribus [35]. Quemadmodum

B. Καὶ τίς ὁ λόγος αὐτοῖς τοῦ τοιοῦδε δόγματος;

A. Ἐγὼ φράσω. Τὸν Θεοῦ μεσίτην καὶ ἀνθρώπων, κατὰ τὰς Γραφὰς, συγκεῖσθαί φαμεν, ἔκ τε τῆς καθ' ἡμᾶς ἀνθρωπότητος, τελείως ἐχούσης κατὰ τὸν ἴδιον λόγον, καὶ ἐκ τοῦ πεφηνότος ἐκ Θεοῦ κατὰ φύσιν Υἱοῦ, τουτέστι, τοῦ Μονογενοῦς. Διϊσχυριζόμεθα δὲ, σύνοδον μέν τινα καὶ τὴν ὑπὲρ λόγον συνδρομὴν εἰς ἕνωσιν, ἀνίσων τε καὶ ἀνομοίων πεπράχθαι φύσεων· ἕνα δ' οὖν ὅμως Χριστὸν, καὶ Κύριον, καὶ Υἱὸν ἐπιγινώσκομεν, ἐν ταυτῷ καὶ ὑπάρχοντα καὶ νοούμενον Θεόν τε καὶ ἄνθρωπον. Ἀδιάσπαστον δὲ παντελῶς τὴν ἕνωσιν διατηρεῖν εἰθίσμεθα, τὸν αὐτὸν εἶναι πιστεύοντες, καὶ μονογενῆ καὶ πρωτότοκον· Μονογενῆ μὲν, ὡς ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγον, καὶ ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ πεφηνότα· πρωτότοκον δὲ αὖ, καθὸ γέγονεν ἄνθρωπος, καὶ ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς.

[32] Hebr. IV. 12. [33] Joan. XIV, 6 [34] Exod. III, 14. [35] Rom. VIII, 29.

Digitized by Google

Ὥσπερ γὰρ εἷς ἐστι Θεὸς ὁ Πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα, οὕτω καὶ εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα. Θεὸν γὰρ ὄντα κατὰ φύσιν ἐπιγινώσκομεν τὸν δι' οὗ τὰ πάντα, Λόγον, καὶ εἰ γέγονε σὰρξ, τουτέστιν, ἄνθρωπος.

B. Ὀρθότατα ἔφης.

A. Ἀλλ' οὔτι που σφόδρα ταῖς ἐν ἡμῖν περὶ τούτου δόξαις τὰ ἐκείνων συμφέρεται. Ἕνα μὲν γὰρ ὁμολογουμένως παραδέχονται καὶ αὐτοὶ Χριστὸν Ἰησοῦν, ἄριστα φρονοῦντες ἔν γε τούτῳ. Παρωθοῦνται δὲ λίαν ὡς δυσσεβὲς ὅτι μάλιστα καταδιϊστᾷν εἰς δύο τὸν Ἐμμανουήλ· ψυχῆς δ' οὖν ὅμως τῆς ἀνθρωπίνης καὶ λογικῆς τὴν σάρκα γυμνώσαντες, ἡνῶσθαί φασιν αὐτῇ τὸν ἐκ Θεοῦ Λόγον. Ἐξεύρηταί δέ τις αὐτοῖς πιθανὸς, ὡς οἴονται, πρὸς τοῦτο Λόγος. Τὰ γάρ τοι, φασὶ, κατὰ σύνθεσιν πρὸς ἑνὸς τελείου B σύστασιν συνδεδραμηκότα, μέρη τε καὶ ἐξ ἀτελῶν ὁρᾶσθαι φιλεῖ, τοῦ τελείως ἔχοντος καθ' ἑαυτὸ, καὶ ὡς ἐν ἰδίᾳ φύσει, τῆς ἐκ μερῶν συνθέσεως οὐ δεδεημένου. Τοιγάρτοι φασὶ, παραιτητέον εἰκότως, ἄνθρωπον ὄντα τέλειον, τὸν συνενωθέντα τῷ Λόγῳ ναὸν, ἵνα καὶ ἡ σύνθεσις, ἥπερ ἂν ἐπὶ Χριστῷ νοοῖτο τυχὸν, ἀκριβῆ τε καὶ ἀδιάβλητον τὸν ἑαυτῆς ἀποσώζοι Λόγον. Καὶ μὴν κἀκεῖνο προσθεῖεν ἄν, ὥσπερ οὖν ἐγῷμαι. Εἰ γὰρ ἐξ ἀνθρώπου τελείου, φασὶ, καὶ τοῦ ἐκ Πατρὸς ὄντος Λόγου, συντίθεμεν τὸν Ἐμμανουὴλ, οὐ βραχὺ τὸ δεῖμα, μᾶλλον δὲ ἀδιάφυκτον ἤδη πως ἂν φανεῖται λοιπὸν, τὸ καὶ ἀβουλήτως δεῖν, δύο μὲν υἱοὺς, Χριστοὺς δὲ αὖ δύο φρονεῖν τε καὶ λέγειν.

B. Εἶτα τί τούτοις ἀντεροῦμεν ἡμεῖς;

A. Πρῶτον μὲν, ὅτι τῆς πίστεως τὴν οὕτως ἀρχαιοτάτην καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν ἁγίων ἀποστόλων διήκουσαν εἰς ἡμᾶς παράδοσιν, οὐ ταῖς ὑπερμέτροις ἀκριβείαις καταλυπεῖν ἄξιον, οὔτε μὴν ταῖς εἰς ἄκρον ἐρεύναις ὑποφέρειν τὰ ὑπὲρ νοῦν, ἀλλ' οὐδὲ ἥκειν εἰς μέσον οἷάπερ τινὰς ὁριστὰς, καὶ ῥιψοκινδύνως λέγοντας, ὡς τὸ δεῖνα μὲν, ὀρθῶς, τὸ δεῖνα δὲ αὖ, ἑτεροίως ἔχειν χρῆν δήπου, καὶ ἦν ἄμεινον ἀληθῶς, ἀπονέμειν δὲ μᾶλλον τῷ πανσόφῳ Θεῷ τῶν ἰδίων διασκέψεων τὴν ὁδὸν, καὶ μὴ τοῖς εὖ ἔχειν παρ' αὐτῷ δεδοκιμασμένοις ὑπερφιάλως ἐπιτιμᾷν. Ἀκουσόμεθα γὰρ λέγοντος ἐναργῶς, « Οὐ γάρ εἰσιν αἱ βουλαί μου, ὥσπερ αἱ βουλαὶ ὑμῶν (4), οὐδὲ ὥσπερ αἱ ὁδοὶ ὑμῶν, αἱ ὁδοί μου, ἀλλ' ὥσπερ ἀπέχει ὁ οὐρανὸς ἀπὸ τῆς γῆς, D οὕτως ἀπέχει ἡ ὁδός μου ἀπὸ τῶν ὁδῶν ὑμῶν, καὶ τὰ διανοήματα ὑμῶν ἀπὸ τῆς διανοίας μου. » Εἶτα τὸ δοκοῦν αὐτοῖς ἠρῆσθαι σοφῶς, ἕωλον παντελῶς καὶ ἀμαθὲς ὂν ἁλώσεται. Εἰ γὰρ δή τις ἕλοιτο, ψυχῆς λογικῆς τὸν θεῖον ἐκεῖνον ἀπογυμνῶσαι ναὸν, οὐκ ἐξ ἀτελῶν ἡ σύνοδος ἔσται δύο, πολλοῦ γε καὶ δεῖ. Ἔστι μὲν γὰρ ὁμολογουμένως, ὡς πρὸς ὅλον ἄνθρωπον, τὸν ἐκ ψυχῆς δὴ λέγω καὶ σώματος, μόνη καὶ καθ'

enim unus est Deus Pater, ex quo sunt omnia : ita etiam unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia. Deum enim esse secundum naturam profitemur Verbum, per quod omnia, etiamsi factum sit caro, hoc est, homo.

B. Rectissime dixisti.

A. Atqui non admodum cum nostra de illo sententia illorum dogmata conveniunt. Unum enim procul dubio **689** etiam illi recipiunt Jesum Christum, optime hac quidem ex parte sentientes. Detestantur etiam tanquam vehementer impium, Emmanuelem in duo dividere : anima tamen humana et rationali carnem privantes, Verbum ex Deo ei unitum esse aiunt. Et probabilem quamdam, ut existimant, rationem opinioni suæ prætexunt. Quæ enim, inquiunt, per compositionem ad unius perfecti constitutionem concurrunt, partes et quidem ex imperfectis conspici solent ; ejus quod per se, et in propria sua natura perfectum est, et compositione ex partibus non eget. Idcirco, inquiunt, cavendum omnino est, ne perfectum statuamus hominem, templum quod Verbo unitum est, ut compositio, quæ in Christo intelligitur, perfectam suam et irreprehensibilem rationem obtineat. Illud vero etiam, ut arbitror, adjicient. Si enim, inquiunt, ex perfecto homine, et ex Verbo Patris Emmanuelem constituimus, non parum verendum, imo vero necessarium plane erit ut duos filios et duos christos faciamus.

C

A. Quid vero non his respondebimus?

A. Primum quidem quod antiquissimæ, quæque adeo ab ipsis sanctis apostolis ad nos pervenit fidei traditioni, singularis perfectio derogranda non sit, sed neque summæ investigationi ea quæ intellectum nostrum excedunt subjicienda, neque rursus nos in medium procedere debere, veluti quosdam arbitros quique limites constituamus, temerarieque dicamus, nonnulla quidem recte sese habere, nonnulla vero non item, sed alia ratione melius sese habitura, sed potius sapientissimo Deo relinquendam esse suorum consiliorum viam, neque ea quæ a Deo ut recta probata sunt temere reprehendere. Audiemus enim eum manifeste dicentem : « Non sunt consilia mea sicut consilia vestra, neque sicut viæ meæ, viæ vestræ : sed sicut distat cœlum a terra, tantum distant viæ meæ a viis vestris, et cogitationes vestræ a cogitationibus meis [36]. » Præterea id quod sapienter admodum ab illis inventum esse videtur, vanum prorsus atque absurdum esse deprehendetur. Si quis enim velit divinum illud templum rationali anima privare, non ex imperfectis congressus duorum erit : multum enim abest. Est enim profecto, compa-

[36] Isa. LV, 8, 9.

BON. VULCANII NOTÆ.

(4) Vide quæ ad hunc locum adnotavimus libro *adversus Anthropomorphitas* (Cyrilli t. IX, not. 11), ubi de voce οἰκονομίας egimus, ejusque varia significatione.

Digitized by Google

ratione totius hominis, anima, inquam, et corpore constantis, sola ac per se ut pars, caro. Sed **690** Deum Verbum, non pars alicujus esse intelligitur: sed neque imperfectus. Perfectissimus enim est in sua natura. Ubinam igitur ex imperfectis ad unum quiddam perfectum erit concursus? si modo est ex perfecto Verbo, et carne imperfecta, quantum attinet ad rationem hominis perfecti secundum propriam suam naturam. Filios autem nequaquam duos adorabimus, ut neque duos christos dicemus: tametsi ex homine perfecto, et ex Deo Verbo concursum ad unitatem factum credamus, Emmanuelem. Quemadmodum enim, ut illis quidem videtur, tametsi ex sola carne dicatur, et Verbo quod ex Deo Patre apparuit, nulla ratio hoc eis persuadebit, ut seorsim carnem collocantes, et seorsim Unigenitum duos christos confiteantur: sed in unum Dominum Jesum Christum Emmanuelem recipient (recte enim admodum in hoc sentire videntur), ita etiam tametsi homini perfecto, qui nimirum corpore et animo, veluti conflatum atque unitum esse Verbum ex Deo ineffabili quodammodo atque intellectum superante dicamus: non dualitatem filiorum statuimus, sed unum atque eumdem natura quidem existentem Deum, quique ex ipsa Dei ac Patris essentia apparuit, quique ultimis sæculi temporibus factus est homo, et ex sancta Virgine natus, atque a nobis pariter et sanctis angelis adoratus est, juxta Scripturas.

A ἑαυτὴν ὡς μέρος ἡ σάρξ. Ἀλλ' ὁ γε Θεὸς Λόγος, οὐχ ὡς μέρος ἂν νοοῖτό τινος, ἀλλ' οὐδὲ ἀτελής, ὦ γενναῖοι. Παντέλειος γὰρ ἐν ἰδίᾳ φύσει. Ποῦ τοίνυν ἐξ ἀτελῶν, ἢ πρὸς ἕν τι τέλειον ἔσται συνδρομή, εἴπερ ἐστὶν ἐκ τελείου Λόγου, καὶ σαρκὸς ἀτελοῦς, ὅτου ἦχεν εἰς λόγον τὸν ἐπ' ἀνθρώπῳ τελείῳ, καὶ ἀρτίως ἔχοντι κατὰ τὴν ἰδίαν φύσιν. Υἱοὺς δὲ οὔτι που δύο προσκυνήσομεν, ἀλλ' οὐδὲ χριστοὺς ἐροῦμεν δύο, κἂν ἐξ ἀνθρώπου τελείου καὶ ἐκ Θεοῦ Λόγου τὴν εἰς ἑνότητα συνδρομὴν πεπράχθαι πιστεύωμεν τοῦ Ἐμμανουήλ. Ὥσπερ γὰρ, κατά γε τὸ ἐκείνοις εὖ ἔχειν δοκοῦν, καὶ εἰ ἐκ μόνης λέγοιτο τῆς σαρκὸς, καὶ τοῦ ἐκ Θεοῦ Πατρὸς πεφηνότος Λόγου, οὐδεὶς αὐτοὺς ἀναπείσει τρόπος ἀναμέρος τὴν σάρκα τιθέντας, καὶ ἀναμέρος αὖ τὸν Μονογενῆ, δύάδα χριστῶν ὁμολογεῖν, ἀλλ' εἰς ἕνα Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν παραδέξονται τὸν Ἐμμανουήλ· ὀρθὰ γὰρ δὴ λίαν ἓν γε τούτῳ φρονεῖν ἐγνώκασιν· οὕτω κἂν ἀνθρώπῳ τελείῳ, δῆλον δὲ ὅτι τῷ ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος οἱονεὶ συνενηνέχθαι τε καὶ ἡνῶσθαι λέγωμεν ἀποῤῥήτως τε καὶ ὑπὲρ νοῦν τὸν ἐκ Θεοῦ Λόγον, οὐχ υἱῶν δυάδα διανοήσομεν, ἀλλ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν, φύσει μὲν ὄντα Θεὸν, καὶ ἐξ αὐτῆς πεφηνότα τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, ἐν ἐσχάτοις δὲ τοῦ αἰῶνος καιροῖς γενόμενον ἄνθρωπον, καὶ διὰ τῆς ἁγίας Παρθένου γεγεννημένον, καὶ πρός γε ἡμῶν αὐτῶν καὶ τῶν ἁγίων ἀγγέλων προσκυνούμενον κατὰ τὰς Γραφάς.

B Quid igitur, si dicant, Nostrum statum solo Unigeniti adventu indiguisse: cum autem vellet a mortalibus cerni, et cum hominibus versari, evangelicæque vitæ viam nobis ostendere, admirabili quadam dispensatione carnem nobis similem induisse? Deitas enim in sua natura cerni non potest.

B. Τί οὖν, εἰ δὴ φαῖεν, ὅτι Μόνης μὲν ἐδεῖτο τὸ καθ' ὑμᾶς τῆς τοῦ Μονογενοῦς ἐπιδημίας, ἐθέλησε δὲ ὀφθῆναι τοῖς ἐπὶ γῆς, καὶ ἀνθρώποις συναναστραφῆναι, παραδεῖξαί τε ἡμῖν τῆς εὐαγγελικῆς πολιτείας τὴν ὁδὸν, οἰκονομικῶς ἠμπέσχετο τὴν ὁμοίαν ἡμῖν σάρκα; τὸ γάρ τοι Θεῖον, κατὰ φύσιν ἰδίαν οὐχ ὁρατόν.

A Certe incarnationis scopum ignorasse deprehendentur, et magnum religionis mysterium nulla ratione intellexisse. Si enim incarnatio sive humanatio eam solam ob causam facta est ut a mortalibus cerneretur, nihilque aliud humanæ naturæ inde accessit, quo pacto non satius fuerit ut Docetarum opinionem etiam nos amplectamur? qui quidem carne simul et terreno corpore Verbum vestientes, visum quidem esse fabulantur ut hominem, miseri D quodque optimarum rerum auctor fuerit, aperte fatentur. Nonne vero, si Verbum ex **691** Deo nihil utilitatis humanæ naturæ attulit, tametsi caro factum sit, satius esse duxeris, illud ab immunditia carnali vindicare, semel autem corpore terreno usum existimare, atque ita propositum sibi scopum absolvisse?

A. Ἠγνοηκότες ἁλίσκονται τῆς ἐνανθρωπήσεως τὸν σκοπὸν, καὶ συνέντες οὐδαμῶς τὸ μέγα τῆς εὐσεβείας μυστήριον. Εἰ γὰρ δὴ μόνην ἔχει τὴν αἰτίαν τὸ ὀφθῆναι τοῖς ἐπὶ γῆς, τοῦ Μονογενοῦς ἡ σάρκωσις, εἶτ' οὖν ἐνανθρώπησις, προτετίθει γε μὴν ἕτερον οὐδὲν τῇ ἀνθρωπείᾳ φύσει, πῶς οὐκ ἄμεινον ἦδη πως καὶ σοφὸν, τῇ τῶν δοκητῶν συμφέρεσθαι δόξῃ καὶ ἡμᾶς αὐτούς; οἳ σαρκός τε ὁμοῦ καὶ γηΐνου σώματος ἀπαμφιεννύντες τὸν Λόγον, ὦῃθαι μὲν ὡς ἄνθρωπον μυθοπλαστοῦσιν οἱ δείλαιοι, γένοιτο δὲ ὅτι τῶν καλλίστων εἰσηγητὴς διωμολογήκασιν ἐναργῶς· ἢ οὐκ ἄμεινον ἐρεῖς, εἰ μηδὲν ὀνίνησι τὴν ἀνθρώπου φύσιν ὁ ἐκ Θεοῦ Λόγος, καὶ εἰ γέγονε σὰρξ, ἀπαλλάττεσθαι μὲν ἀκαθαρσίας σαρκικῆς δόξαι δ' οὖν ἅπαξ τῷ γηΐνῳ προσκεχρῆσθαι σώματι, διαπεπρᾶναί τε οὕτω τὸν προτεθέντα σκοπόν;

B. Quænam igitur fuerit ejus in carnem adventus ratio, aut quisnam modus incarnationis, aut cujus causa facta fuerit, velim equidem intelligere.

A. Age ergo, audi sacras Litteras, et sanctorum apostolorum dictis mentis aciem acriter intendens, vide id quod quæritur. Sapiens itaque Paulus ita

A. Τίς οὖν ἂν γένοιτο τῆς ἐπιδημίας ὁ Λόγος, ἢ τίς ὁ τρόπος τῆς ἐνανθρωπήσεως, πέπρακται δὲ ὅτου χάριν, ἐθέλοιμ' ἂν ἐκμαθεῖν.

Α. Ἴθι δὴ οὖν, ὦ γενναῖε, πύθου τῶν ἱερῶν Γραμμάτων, καὶ ταῖς τῶν ἁγίων ἀποστόλων φωναῖς ἐνείρεισας εὖ μάλα τῆς διανοίας τὸν ὀφθαλμὸν, ἄθρει

Digitized by Google

δὴ οὖν καλῶς τὸ ζητούμενον. Ἔχει τοίνυν ὁ σοφὸς ἡμῖν Παῦλος, αὐτὸν ἔχων ἐν ἑαυτῷ λαλοῦντα Χριστόν· « Ἐπειδὴ γὰρ τὰ παιδία κεκοινώνηκεν αἵματος καὶ σαρκὸς, καὶ αὐτὸς παραπλησίως μετέσχε τῶν αὐτῶν, ἵνα διὰ τοῦ θανάτου καταργήσῃ τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου, τουτέστι, τὸν διάβολον, καὶ ἀπαλλάξῃ τούτους, ὅσοι φόβῳ τοῦ θανάτου διὰ παντὸς τοῦ ζῆν, ἔνοχοι ἦσαν δουλείας. » Καὶ μὴν καὶ ἑτέρωθι τρόπον ἡμῖν ἕτερον ἀφηγούμενος, « Τὸ γὰρ ἀδύνατον τοῦ νόμου, φησὶν, ἐν ᾧ ἠσθένει διὰ τῆς σαρκὸς, ὁ Θεὸς τὸν ἑαυτοῦ Υἱὸν πέμψας ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας, καὶ περὶ ἁμαρτίας, κατέκρινε τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκὶ, ἵνα τὸ δικαίωμα τοῦ νόμου πληρωθῇ ἐν ἡμῖν τοῖς μὴ κατὰ σάρκα περιπατοῦσιν, ἀλλὰ κατὰ Πνεῦμα. » Ἆρ' οὖν οὐχὶ προδηλότατον, καὶ οὐδενὶ τῶν ὄντων ἀσυμφανὲς, ὅτι καθ' ἡμᾶς γέγονεν ὁ Μονογενὴς, τουτέστι, τέλειος ἄνθρωπος, ἵνα τῆς μὲν ἐπεισάκτου φθορᾶς τὸ γήϊνον ἡμῶν ἀπαλλάξῃ σῶμα, τῇ καθ' ἕνωσιν οἰκονομίᾳ καταβεβηκὼς εἰς ταυτότητα κατὰ νόμον τῆς ζωῆς, ψυχὴν δὲ ἰδίαν σὴν ἀνθρωπίνην ποιούμενος, ἁμαρτίας αὐτὴν ἀποφήνῃ κρείττονα τῆς ἰδίας φύσεως τὸ πεπηγός τε καὶ ἄτρεπτον, καθάπερ τινὰ βαφὴν, ἐγκαταχρώσας αὐτῇ;

A nobis ait, ipsum in se loquentem habens Christum: « Quia ergo pueri communicaverunt carni et sanguini, et ipse similiter participavit eisdem: ut per mortem destrueret eum qui habebat imperium mortis, hoc est diabolum: et liberaret eos qui timore mortis per totam vitam obnoxii erant servituti [37]. Et alibi, modum nobis alium explicans: « Nam quod, inquit, impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem: Deus Filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, et de peccato, damnavit peccatum in carne, ut justificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum Spiritum [38]. » Nonne ergo manifestissimum est, nullique prorsus mortalium obscurum, Unigenitum nostri similem, hoc est hominem perfectum esse factum, ut a corruptione quæ nos invaserat mortale nostrum corpus liberaret, cum arctissima quadam unitatis dispensatione in identitatem nobiscum se demisit juxta vitæ legem ac regulam: animamque humanam propriam sibi efficiens, peccato eam superiorem reddidit, propriæ suæ naturæ firmitate atque immutabilitate tanquam tinctura eam tingens.

B. Οὐκ ἀσυμφανὲς οἶμαί που τὸ χρῆμα. Φέρει γὰρ ἐν ἑαυτῷ τὸν εἰκότα, μᾶλλον δὲ τὸν ἀληθῆ λογισμόν.

B. Non obscura meo quidem judicio res hæc est: verisimilem enim, imo potius veram rationem in se habet.

A. Ὥσπερ οὖν ἐπειδὴ γέγονε σὰρξ τοῦ ζωοποιοῦντος τὰ πάντα Λόγου, τὸ θανάτου καὶ φθορᾶς ὑπερθρώσκει κράτος· κατὰ τὸν αὐτὸν οἶμαι τρόπον, ἐπεί τοι γέγονε ψυχὴ τοῦ πλημμελεῖν οὐκ εἰδότος, ἐρρεισμένην ἔχει λοιπὸν τὴν ἐφ' ἅπασι τοῖς ἀγαθοῖς ἀμεταποίητον στάσιν, καὶ τῆς πάλαι τυραννούσης ἁμαρτίας ἀσυγκρίτως εὐσθενεστέραν. Πρῶτος γὰρ ἄνθρωπος ὁ Χριστὸς, ὃς οὐκ ἐποίησεν ἁμαρτίαν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ, ῥίζα δὲ ὥσπερ καὶ ἀπαρχὴ τεθειμένος τῶν εἰς καινότητα ζωῆς ἀναμορφουμένων ἐν πνεύματι, καὶ τὴν τοῦ σώματος ἀφθαρσίαν, καὶ τὸ τῆς θεότητος ἀσφαλὲς καὶ ἐρρεισμένον, ὡς ἐν μεθέξει καὶ κατὰ χάριν, καὶ εἰσάπαν [γρ. εἰς ἅπαν] ἤδη τὸ ἀνθρώπινον παραπέμψῃ γένος. Καὶ τοῦτο εἰδὼς ὁ θεσπέσιος γράφει Παῦλος· « Ὥσπερ γὰρ ἐφορέσαμεν τὴν εἰκόνα τοῦ χοϊκοῦ, φορέσωμεν καὶ τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου. » Εἰκόνα μὲν γὰρ τοῦ χοϊκοῦ, τὸ εὐόλισθον ἔφη πρὸς ἁμαρτίαν, καὶ τὸν ἐντεῦθεν ἡμῖν ἐπιῤῥιφέντα θάνατον· εἰκόνα δὲ αὖ τοῦ ἐπουρανίου, τουτέστι Χριστοῦ, τὸ ἑδραῖον εἰς ἁγιασμὸν, καὶ τὴν ἐκ θανάτου καὶ φθορᾶς ἀνακομιδήν τε καὶ ἀνακαίνισιν εἰς ἀφθαρσίαν καὶ ζωήν. Ὅλον οὖν ὅλῳ συνηνῶσθαί φαμεν ἀνθρώπῳ τὸν Λόγον. Οὐ γάρ που τὸ ἄμεινον ἐν ἡμῖν, τουτέστι ψυχὴν, οὐδενὸς ἂν ἠξίωσε λόγου, μόνῃ δωρούμενος τῇ σαρκὶ τῆς ἐπιδημίας τοὺς πόνους. Ἐπράττετο δὲ δι' ἄμφω καλῶς τῆς οἰκονομίας τὸ μυστήριον. Προσεχρήσατο δὲ καθάπερ ὀργάνῳ, τῇ μὲν ἰδίᾳ σαρκὶ, πρὸς τὰ σαρκὸς ἔργα τε καὶ ἀῤῥωστήματα φυσικὰ, καὶ ὅσα μώμου μακράν· ψυχῇ δὲ αὖ τῇ ἰδίᾳ, πρὸς τὰ ἀνθρώπινά τε καὶ ἀνυπ-

C. Quemadmodum igitur quia facta est caro Verbi omnia vivificantis, mortis atque interitus imperium superat: eodem plane modo, quia facta est anima ejus qui peccare nescit, firmum deinceps atque immutabilem in omni bono statum, et peccato quod antea imperium obtinebat, incomparabiliter validiorem. Primus enim homo, Christus est, qui peccatum non fecit, neque inventus est in ore ejus dolus [39], radix autem **692** est ac veluti primitiæ eorum qui in novitatem vitæ spiritualis reformati sunt, et incorruptionem corporis, divinitatisque firmitatem ac stabilitatem per gratuitam participationem in universum humanum genus transmittet. Quod quidem cum nosset divinus Paulus, ita scribit: « Quemadmodum enim gestavimus imaginem terreni, gestemus et imaginem cœlestis [40]. » Imaginem terreni vocavit labilitatem ad peccatum, et mortem inde nobis incumbentem. Imaginem vero cœlestis, hoc est Christi, firmitatem ad sanctificationem, reditumque et instaurationem ex morte et corruptione ad incorruptionem et vitam. Totum itaque Verbum toti homini unitum esse dicimus. Nihil enim melius in nobis, hoc est, in anima nostra effecisset, si in solam carnem adventus sui labores ac fructus contulisset. At vero per utrumque pulchre effectum est dispensationis mysterium. Usus autem est veluti instrumento propria quidem carne, ad carnis opera, et naturales morbos, et quæcunque reprehensione carent: et rursus etiam, propria anima ad humanas et vitii expertes affe-

[37] Hebr. II, 14, 15. [38] Rom. VIII, 4, 5. [39] Isa. LIII, 9; I Petr. II, 22. [40] I Cor. XV, 49.

Digitized by Google

ctiones. Esurisse enim dicitur, et labores ex longis A
profectionibus tolerasse, pavorem etiam ac metus,
dolorem et mœrorem, mortem denique in cruce
subiisse. Cogente enim nemine animam suam pro
nobis posuit [61], ut mortuis simul et viventibus do-
minetur [62]. Carnem namque suam pro omnium car-
ne persolvens, donum revera omnibus æquivalens,
animam etiam suam omnium animarum redemptio-
nis pretium dedit, tametsi rursum revixerit, vita
naturaliter exsistens, ut Deus. Idcirco et divinus
Petrus ita ait : « Viri fratres, liceat audenter di-
cere ad vos de patriarcha David, quoniam defunctus
est et sepultus est, et sepulcrum ejus est apud nos
usque in hodiernum diem. Propheta igitur cum es-
set, et sciret quia jurejurando jurasset illi Deus de
fructu lumbi ejus sedere super sedem ejus, prævi- B
dens locutus est de resurrectione Christi, quia ne-
que derelicta est in inferno anima ejus, neque caro
ejus vidit corruptionem [63]. » Neque enim fas fuerit
dicere perpetuæ corruptioni obnoxiam esse potuisse
carnem Verbo unitam ; neque rursus divinam ani-
mam portis inferni subjectam. Nam in inferno dere-
lictus non est, ut divinus **693** Petrus ait. Non enim
naturam quæ a morte comprehendi et vinci non po-
test, hoc est, divinitatem Unigeniti, e subterraneis
specubus reductam ait. Neque enim admiratione
digna res esset, si non mansit in inferno Verbum,
quod Deitatis efficacia et natura admirabili et ra-
tionem excedente modo omnia implet omniaque per-
meat. Superior enim est omni loco et circumscri-
ptione, magnitudineque mensurabili Deitas, nec ab C
ullo continetur. Illud vero nemini non summopere
admirandum est, quod corpus natura sua corrupti-
bile revixerit, siquidem incorruptibili Verbo uni-
tum erat. Anima autem divina, quæ congressum
atque unitatem cum Verbo consecuta erat, descen-
dit quidem in infernum, et divina potentia facul-
tateque utens, etiam spiritibus in inferno constitutis
apparuit. Idcirco etiam dixit iis qui in vinculis erant,
« Exite : et iis qui in tenebris, Revelamini [64]. » Ac
mihi quidem ejuscemodi aliquid dicere videtur bea-
tus Petrus de Verbo Dei, deque anima quæ ei per
dispensationem unita est. « Melius est, inquiens,
benefacientes (si voluntas Dei velit) pati, quam ma-
lefacientes, quia et Christus semel pro peccatis D
mortuus est, justus pro injustis, ut nos offerret Deo,
mortificatus quidem carne, vivificatus autem Spi-
ritu : In quo, inquit, et iis qui in carcere erant, spi-
ritibus veniens prædicavit, qui aliquando increduli
fuerant [65]. » Neque enim, ut arbitror, dixerit, nudam
solamque per se Deitatem Unigeniti in infernum de-
scendisse : siquidem invisibilis exsistens spiritibus
qui illic erant, prædicare omnino non potuit. Præ-
stantior enim est Deitas quam ut cerni possit : sed
neque imaginaria quadam apparentia divinitatem in
animæ speciem transformatam concedemus ; sed
perinde atque iis qui adhuc in carne versantur, ita

αἰτια πάθη. Πεινῆσαι γὰρ λέγεται, κόπους τε ὑπε-
νεγκεῖν τοὺς ἐκ μακρῶν ὁδοιποριῶν, πτοίας τε καὶ
φόβους, καὶ λύπην καὶ ἀγωνίαν, καὶ τὸν ἐπὶ τῷ
σταυρῷ θάνατον. Ἐπαναγκάζοντος γὰρ οὐδενὸς, τέ-
θεικεν ἀφ' ἑαυτοῦ τὴν ἰδίαν ψυχὴν ὑπὲρ ἡμῶν, ἵνα καὶ
νεκρῶν καὶ ζώντων κυριεύσῃ. Σάρκα μὲν τὴν ἰδίαν
τῆς ἁπάντων σαρκὸς ἀνταποτίννυς, δῶρον ἀληθῶς
ἀντάξιον, ψυχὴν δὲ ψυχῆς ἀντίλυτρον τῆς ἁπάντων
ποιούμενος, εἰ καὶ ἀνεδίω πάλιν, ζωὴ κατὰ φύσιν
ὑπάρχων ὡς Θεός. Καὶ γοῦν ὁ θεσπέσιος Πέτρος,
« Ἄνδρες ἀδελφοὶ, φησὶν, ἐξὸν εἰπεῖν μετὰ παῤῥη-
σίας πρὸς ὑμᾶς περὶ τοῦ πατριάρχου Δαβὶδ, ὅτι καὶ
ἐτελεύτησε καὶ ἐτάφη, καὶ τὸ μνῆμα αὐτοῦ ἐστιν ἐν
ἡμῖν ἄχρι τῆς ἡμέρας ταύτης. Προφήτης οὖν ὑπάρ-
χων, καὶ εἰδὼς, ὅτι ὅρκῳ ὤμοσεν αὐτῷ ὁ Θεὸς, ἐκ
καρποῦ τῆς ὀσφύος αὐτοῦ καθίσαι ἐπὶ τὸν θρόνον
αὐτοῦ, προϊδὼν ἐλάλησε περὶ τῆς ἀναστάσεως τοῦ
Χριστοῦ, ὅτι οὔτε ἐγκατελείφθη εἰς ᾅδην ἡ ψυχὴ
αὐτοῦ, οὔτε ἡ σὰρξ αὐτοῦ εἶδε διαφθοράν. » Οὐ γὰρ
τοι θέμις εἰπεῖν, φθορᾷ μὲν δύνασθαι κρατεῖσθαι δι-
ηνεκεῖ τὴν ἑνωθεῖσαν τῷ Λόγῳ σάρκα, κάτοχον δὲ αὖ
ταῖς ᾅδου πύλαις τὴν θείαν γενέσθαι ψυχήν. Οὐκ
ἐγκατελείφθη γὰρ εἰς ᾅδου, καθὰ καὶ ὁ θεσπέσιος
ἔφη Πέτρος. Οὐ γάρ που τήν γε ἅληπτον παντελῶς
καὶ ἀνάλωτον τῷ θανάτῳ φύσιν, τουτέστι, τὴν θεό-
τητα τοῦ Μονογενοῦς, τῶν ὑπὸ χθόνα μυχῶν ἀνα-
κεκομίσθαι φησίν. Οὐ γὰρ ἂν ἠξιώθη τὸ χρῆμα θαύ-
ματος, εἰ μὴ μεμένηκεν εἰς τὸν ᾅδην ὁ ἐκ Θεοῦ Λό-
γος, τῇ τῆς θεότητος ἐνεργείᾳ τε καὶ φύσει, παρα-
δόξως καὶ ὑπὲρ λόγον, πληρῶν μὲν τὰ πάντα, καὶ
τοῖς πᾶσιν ἐπιδημῶν. Ἀνωτέρω γὰρ τόπου, καὶ
περιορισμοῦ, καὶ μεγέθους μετρητοῦ τὸ Θεῖον, αὐτὰ
δὲ ὑπὸ μηδενὸς χωρούμενον. Παράδοξον δὲ, καὶ οὐδενὶ
τῶν ὄντων ἀθαύμαστον, ὅτι σῶμα μὲν ἀνεδίω τὸ τῇ
φύσει φθαρτὸν, συνήνωτο γὰρ τῷ ἀφθάρτῳ Λόγῳ.
Ψυχὴ δὲ ἡ θεία, τὴν πρὸς αὐτὸν λαχοῦσα συνοδίαν
μήν τε καὶ ἕνωσιν καταπεφοίτηκε μὲν εἰς ᾅδου, θο-
πρεπεῖ δὲ δυνάμει καὶ ἐξουσίᾳ χρωμένη, καὶ τοῖς
ἐκεῖσε πνεύμασι κατεφαίνετο. Τοιγάρτοι καὶ ἔφατο
τοῖς ἐν δεσμοῖς, « Ἐξέλθετε, καὶ τοῖς ἐν τῷ σκότει,
Ἀνακαλύφθητε. » Καί μοι δοκεῖ, φάναι τι τοιοῦτον
καὶ ὁ μακάριος Πέτρος περί τε τοῦ Θεοῦ Λόγου, καὶ
τῆς καθ' ἕνωσιν οἰκονομικὴν γεγενημένης αὐτοῦ
ψυχῆς, « Κρεῖττον γὰρ ἀγαθοποιοῦντας, εἰ θέλοι τὸ
θέλημα τοῦ Θεοῦ, πάσχειν, ἢ κακοποιοῦντας, ὅτι καὶ
ὁ Χριστὸς ἅπαξ ὑπὲρ ἁμαρτιῶν ἀπέθανε, δίκαιος
ὑπὲρ ἀδίκων, ἵν' ἡμᾶς προσαγάγῃ τῷ Θεῷ, θανατω-
θεὶς σαρκὶ, ζωοποιηθεὶς δὲ πνεύματι· Ἐν ᾧ, φησὶ, καὶ
τοῖς ἐν φυλακῇ πνεύμασι πορευθεὶς ἐκήρυξεν, ἀπει-
θήσασί ποτε. » Οὐδὲ γὰρ οἶμαι φαῖεν ἄν, ὡς γυμνὴ
καὶ καθ' ἑαυτὴν ἡ Θεότης τοῦ Μονογενοῦς, καταπεφοί-
τηκε μὲν εἰς ᾅδου, διεκήρυξε δὲ τοῖς ἐκεῖσε πνεύ-
μασι, ἄοπτος οὖσα παντελῶς. Κρεῖττον γὰρ ἀεὶ τοῦ
ὁρᾶσθαι τὸ Θεῖον, ἀλλ' οὐδὲ δοκήσει, καὶ ἐσχημάτι-
σμένως, εἰς τὸ ψυχῆς εἶδος αὐτὴν μεμορφῶσθαι δώ-
σομεν, παραιτητέον δὲ πανταχῇ τὴν δόκησιν· ἀλλ'
ὥσπερ τοῖς ἔτι μετὰ σαρκὸς, οὕτω καὶ ταῖς εἰς ᾅδου

[61] I Joan. III, 16. [62] Rom. XIV, 9. [63] Act. II, 29-31. [64] Isa. XLIX, 9. [65] I Petr. III, 17-20.

Digitized by Google

ψυχαῖς διεκήρυξεν, ἴδιον ἔχων φόρτμα (5), τὴν ἑνωθεῖσαν αὐτῷ ψυχήν. Καὶ βαθὺς μὲν ἴσως καὶ ἀπόρρητος ἀληθῶς, καὶ ταῖς ἡμετέραις διανοίαις οὐχ ἁλώσιμος ὁ τῆς ἑνώσεως τρόπος. Ἐκεῖνο δ' οὖν ὅμως ἀναλογίζεσθαι πρέπει. Τὰ γάρ τοι (6) μὴ καθ' ἡμᾶς πολυπραγμονεῖν, οὐκ ἀζήμιον, ἀνούστατον δὲ παντελῶς, τὸ βασάνοις ὑπερφέρειν τὰ ὑπὲρ νοῦν, καὶ πειρᾶσθαι νοεῖν, ἃ νοεῖν οὐχ οἷόν τε. Ἢ οὐκ οἶσθα, ὅτι τὸ βαθὺ δὴ τοῦτὶ μυστήριον, καὶ νοῦν ὑπερθρῶσκον τὸν ἐν ἡμῖν, ἀπεριεργάστῳ πίστει τετίμηται, τὸ δὲ ἀδουλήτους λέγειν, πῶς δύναται (7) ταῦτα γενέσθαι, Νικοδήμῳ τε ἐκείνῳ καὶ τοῖς κατ' αὐτὸν ἀπονέμοντες, ἀνενδιάστως, παραδεξόμεθα τὰ διὰ θείου Πνεύματος χρησμῳδούμενα, καὶ αὐτῷ δὲ πιστεύσομεν λέγοντι τῷ Χριστῷ, « Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἃ οἴδαμεν λαλοῦμεν, καὶ ἃ ἑωράκαμεν μαρτυροῦμεν. »

A etiam animalibus in inferno prædicavit, proprium suum gestamen habens, animam sibi unitam. Atqui obscura certe est et revera ineffabilis, quæque a nostro intellectu percipi non potest hujus unitatis ratio. Ita tamen affectos nos esse decet, eorum quæ ultra nos sunt nimis curiosam investigationem periculo non vocare, magnæque stultitiæ esse ea quæ mentem nostram excedunt inquisitioni subjicere, eaque intelligere velle quæ a nobis intelligi non possunt. An enim ignoras ingens hoc mysterium, quodque intellectum nostrum longe excedit, **694** simplici fide venerandum esse? stultam vero illam interrogationem, quo pacto hæc fieri possunt? Nicodemo illi, ejusque similibus relinquentes, citra ullam dubitationem firmiter Spiritus sancti B oracula amplectamur, ipsique Christo credamus, dicenti, « Amen, amen dico vobis, quæ scimus loquimur, et quæ vidimus testamur [46]. »

B. Εὖ λέγεις.

A. Οἰχέσθω δὴ οὖν, λῆρος μὲν ἅπας, μῦθός τε ἀδρανής, καὶ ψευδοδοξία, καὶ κεκομψευμένων ῥημάτων φενακισμός· προσιέμεθα γὰρ οὔτε που τὸ κατασίνεσθαι πεφυκὸς, κἂν εἰ τοῖς ἄγαν ἐξησκημένοις, καὶ μὴν καὶ πικροῖς ἡμᾶς κατακροτοῖεν λόγοις οἱ δι' ἐναντίας. Ἔστι γὰρ τὸ θεῖον ἡμῶν μυστήριον οὐκ ἐν πειθοῖς σοφίας ἀνθρωπίνης λόγοις (8), ἀλλ' ἐν

D. Recte ais.

A. Valeant itaque omnes nugæ atque inanes fabulæ, et mendacia, et phaleratorum verborum ornatus ac pompa, neque perniciosam doctrinam amplectamur, tametsi adversarii ampullatis exquisitisque verbis aures nostras personent. Neque enim arcana divina in persuasoriis humanæ sapientiæ verbis sita sunt [47], sed in demonstratione Spiritus.

[46] Joan. III, 11. [47] I Cor. II, 4.

BON. VULCANII NOTÆ.

(5) *Φόρτμα.* Sive ἔνδυμα. Vide quæ hac de re adnotavi ad epist. Joan. Zonaræ decimam, cujus titulus, *Cur novissimis temporibus incarnatum sit Verbum.* (In not. ad Cyrilli librum *adversus Anthropomorphitas*, not. 16, edit. nostræ tom. IX. Edit.

(6) Eleganter in eamdem sententiam Isid. Pelusiota epist. 93 libri secundi : Ὅταν γὰρ ἅπερ Θεὸς ἡμᾶς οὐκ ἠθέλησεν εἰδέναι, ταῦτα βιαζώμεθα μανθάνειν, οὔτε εἰσόμεθα (πῶς γὰρ, Θεοῦ μὴ βουλομένου;) καὶ τὸ κινδυνεύειν ἡμῖν ἐκ τοῦ ζητεῖν περιέστηκε μόνον. *Cum ea ne quæ Deus nos non voluit scire, ad ea ipsa cognoscenda vim adhibemus; neque scimus (quo pacto enim, Deo nolente?) et ex inquisitione periculum solum nobis fiet reliquum.*

(7) Frequenter hoc passim inculcat Cyrillus in mysteriis fidei intellectum nostrum superantibus, qualis est hypostatica Verbi cum carne unitas, Judaicum esse interrogare, *Quo modo?* ideoque plerumque ab ejusmodi curiosa investigatione mysteriorum et consiliorum divinorum nos deterreas Cyrillus hæc fieri docet καθ' ὃν αὐτὸς οἶδε τρόπον, id est modo qui ipsi (Deo nimirum, et quidem soli) est cognitus. Et non immerito Proverbiorum XXV, 27, dictum est : *Sicut qui mel multum comedit, non est ei bonum, ita qui scrutator est majestatis, opprimetur a gloria.*

(8) Crediderim me in hoc Pauli loco quem citat Cyrillus, secutum esse versionem veterem, putarim tamen (neque enim vetustissimum exemplar Græcum membranaceum ms. quo usus sum, ad manum est, ut id certo affirmare possim) Cyrillum, ut et alios Patres, hoc in loco discrepare a lectione quæ in omnibus excusis Novi Testamenti editionibus hodie circumfertur. Certe Origenes, et qui ex ipsius scriptis librum illustrium expositionum theologicarum concinnarunt, cui *Philocaliæ* titulum indiderunt, Basilius, inquam, et Gregorius Nazianzenus, ita legunt : primum quidem capite illius libri 15, ubi agit de philosophis ethnicis qui sacram Scripturam ob dictionis sive styli simplicitatem convellunt, ubi quia non solum hunc Pauli locum citat, verum etiam explicat, integrum illum uti in *Philocaliæ* Origenis habetur ascribam, qui sic habet : Καὶ ὁ λόγος μου καὶ τὸ κήρυγμά μου οὐκ ἐν πειθοῖς σοφίας λόγοις, ἀλλ' ἐν ἀποδείξει πνεύματος καὶ δυνάμεως, ἵνα ἡ πίστις ὑμῶν μὴ ᾖ ἐν σοφίᾳ ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐν δυνάμει Θεοῦ. Ἔστι γάρ τις οἰκεία ἀπόδειξις τοῦ λόγου θειοτέρα παρὰ τὴν ἀπὸ διαλεκτικῆς Ἑλληνικὴν, ἣν ὁ Ἀπόστολος ὀνομάζει ἀπόδειξιν πνεύματος καὶ δυνάμεως· πνεύματος μὲν, διὰ τὰς προφητείας, ἱκανὰς πιστοποιῆσαι τὸν ἐντυγχάνοντα, μάλιστα εἰς τὰ περὶ Χριστοῦ· δυνάμεως δὲ, διὰ τὰς τεραστίους δυνάμεις, ἃς κατασκευαστέον γεγονέναι, καὶ ἐκ πολλῶν μὲν ἄλλων, καὶ ἐκ τοῦ ἴχνη αὐτῶν ἔτι σώζεσθαι παρὰ τοῖς κατὰ τὸ βούλημα τοῦ Λόγου βιοῦσιν. Ἔτι δὲ καὶ τοῦτό φησιν ὁ Θεῖος λόγος, οὐκ αὐταρκες εἶναι τὸ λεγόμενον, κἂν καθ' αὑτὸ ἀληθὲς καὶ πιστικώτατον ᾖ πρὸς τὸ ἀνθρωπίνης καθικέσθαι ψυχῆς, ἐὰν μὴ καὶ δύναμίς τις θεόθεν δοθῇ τῷ λέγοντι, καὶ χάρισμα ἐπανθήσῃ τοῖς λεγομένοις· καὶ αὕτη οὐκ ἀθεεὶ ἐγγινομένη τοῖς ἀνυσίμως λέγουσι. Φησὶ γοῦν ἐν ἑξηκοστῷ ψαλμῷ· « Ὅτι δώσει ῥῆμα τοῖς εὐαγγελιζομένοις δυνάμει πολλῇ. » Quæ quidem ita Latine verti : *Et sermo meus et prædicatio mea non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in demonstratione spiritus et potentiæ, ut fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in potentia Dei. Est enim propria quædam demonstratio verbi divinior Græcanica sive e gentili dialectica desumpta, quam Apostolus vocat demonstrationem spiritus et potentiæ; spiritus quidem, propter prophetias quæ idoneæ aptæque sunt ad fidem cuilibet faciendam, maxime in rebus ad Christum pertinentibus; potentiæ vero, propter prodigiosas virtutes, quas probari potest factas fuisse, cum ex multis aliis, tum quia earum vestigia adhuc servantur in iis qui juxta Verbi voluntatem vivunt.*

Digitized by Google

Unigenitus itaque cum sit Deus, et totius universi Dominus secundum Scripturas, apparuit nobis. In terra enim visus est [48], illuxitque iis qui in tenebris degebant [49], factus homo; non imaginaria quadam apparentia, absit (mera enim insania est hoc vel cogitare vel dicere) : neque rursus per mutationem aliquam in carnem translatus (mutationis enim expers est, eodemque semper se modo habet Dei Verbum), neque illius exsistentia uno eodemque tempore cum carne esse cœpit (nam ipse est conditor sæculorum), neque ut sermo hypostasi carens, aut ut nudum verbum in homine factus est (qui enim ea quæ non erant ad esse vocavit, necessario ante illa exstitit : nam ipse est declaratus vita ex Deo ac Patre, qui impropria hypostasi subsistit) : sed neque solam carnem induit, anima rationali destitutam; sed revera natum est e muliere, apparuitque homo vivens atque exsistens, coæternum Deo ac Patri Verbum, forma servi accepta, estque ut in divinitate perfectus, ita etiam in humanitate perfectus : non ex sola divinitate et carne, in unum Christum et Dominum, et Filium compositus, sed ex duobus perfectis, humanitate nimirum et divinitate, in unum atque eumdem admirabiliter copulatus.

B. Quemnam igitur peperit sancta Virgo? hominemne an Verbum ex Deo?

ἀποδείξει Πνεύματος. Θεὸς οὖν ὑπάρχων καὶ τῶν ὅλων Κύριος, κατὰ τὰς Γραφάς, ὁ Μονογενὴς, ἐπέφανεν ἡμῖν. Ὤφθη γὰρ ἐπὶ γῆς, καὶ ἐπέλαμψε τοῖς ἐν σκότῳ, γενόμενος ἄνθρωπος, οὐ δοκήσει, μὴ γένοιτο· μανία γὰρ τοῦτο φρονεῖν ἢ λέγειν· οὔτε μὴν εἰς σάρκα παρενεχθεὶς κατὰ μετάστασιν καὶ τροπήν· ἀναλλοίωτος γὰρ, καὶ ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχων, ὁ ἐκ Θεοῦ Λόγος· ἀλλ' οὐδὲ ὁμόχρονον τῇ σαρκὶ τὴν ὕπαρξιν ἔχων· αὐτὸς γάρ ἐστι τῶν αἰώνων ὁ ποιητής· οὔτε μὴν ὡς λόγος ἀνυπόστατος, οὐδὲ ὡς ῥῆμα ψιλὸν ἐν ἀνθρώπῳ γεγονώς· ὁ γὰρ τὰ καλῶν τὰ οὐκ ὄντα ποτὲ πρὸς ὕπαρξίν τε καὶ γένεσιν, προϋφέστηκεν ἀναγκαίως· αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ ζωὴ πεφυκὼς ἐκ ζωῆς τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ὄντος· καὶ νοουμένου κατ' ἰδίαν ὑπόστασιν· ἀλλ' οὐδὲ μόνην ἠμπέσχετο σάρκα, ψυχῆς ἐρήμην τῆς λογικῆς, γεγέννηται δὲ κατ' ἀλήθειαν ἐκ γυναικὸς, καὶ πέφηνεν ἄνθρωπος ὁ ζῶν καὶ ὑπάρχων, καὶ συναΐδιος τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ Θεὸς Λόγος, μορφὴν δούλου λαβών, καὶ ἔστιν ὥσπερ ἐν θεότητι τέλειος, οὕτω καὶ ἐν ἀνθρωπότητι τέλειος, οὐκ ἐκ μόνης θεότητος καὶ σαρκὸς εἰς ἕνα Χριστὸν καὶ Κύριον καὶ Υἱὸν συγκείμενος, ἀλλ' ἐκ δυοῖν τελείοιν, ἀνθρωπότητος δὴ λέγω καὶ θεότητος, εἰς ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν παραδόξως συνδύμενος.

B. Τίνα δὴ οὖν τέτοκεν ἡ ἁγία Παρθένος; τὸν ἄνθρωπον, ἢ τὸν ἐκ Θεοῦ Λόγον;

[48] Baruch. III, 28. [49] Luc. I, 79.

BON. VULCANII NOTÆ.

Præterea hoc etiam dicit divinus sermo, non sufficere id quod dicitur, etiamsi per se verum sit, maximeque fidem facere possit ad penetrandum in animam humanam, nisi etiam divinitus detur dicenti potentia quædam, et gratia iis quæ dicuntur afflorescat, atque hæc ipsa non absque Deo indita iis qui cum fructu atque effectu dicunt. Ait itaque Propheta psalmo sexagesimo. « Quia, dabit verbum evangelizantibus potentia multa. »

Hic ipse Pauli locus citatur iisdem verbis *Philocalius* c. 15, ad probandum, illam persuadendi vim divina potentia rudibus piscatoribus inditam.

Eusebius sub initium *Evangelicæ præparationis*, pro ἐν πειθοῖ σοφίας λόγοις, legit πειθοῖ ἀνθρωπίνης σοφίας λόγων, id est *in persuasione verborum humanæ sapientiæ*. In eo convenit Eusebius cum Origene, quod uterque πειθοῖ substantive legat, non πειθοῖς adjective. Et sane a verbo πείθω, verbale πειθὸς deduci nulla ratione potest, quod etiam adnotarunt viri docti. Mihi vero multum dinque de hoc loco cogitanti conjectura quædam in mentem venit, quam ego theologis examinandam reverenter propono. Putarim itaque ita aliquando scriptum fuisse ἐν πειθοῖ, atque hanc dictionem ad finem lineæ positam fuisse cum adjecta ei nota quadam quæ est sigma transversum duobus punctis interjectum, significans, *id est*, quod hodie notamus per i.; deinde ad marginem appositum fuisse σοφίας λόγοις, ut sit glossema et interpretatio τοῦ, ἐν πειθοῖ, ad quam vocem adjecta nota quam modo diximus (quæ frequenter in codd. Græcis mss. occurrit,) lecta fuit pro littera sigma, ς; atque ita ex πειθοῖ factum esse πειθοῖς. Facit ad probandam meam conjecturam locus Origenis modo citatus, qui τὴν πειθὼ interpretatur τὴν ἀπὸ διαλεκτικῆς, lata uti arbitror significatione sub hac appellatione etiam τὴν ῥητορικήν (Zeno enim illam pugno, hanc manu explicatæ comparabat) comprehendens. Locum itaque Pauli ita legi posse existimaverim, Καὶ λόγος μου καὶ τὸ κήρυγμα οὐκ ἐν πειθοῖ, id est in suadela; quod idem est atque si diceret, in demonstratione dialectica, ἀλλ' ἐν ἀποδείξει πνεύματος. Si vero legamus οὐκ ἐν πειθοῖ σοφίας λόγοις, nihil necesse fuerit adjicere ἀνθρωπίνης, si subaudiamus vel adjiciamus, τοῦτ' ἔστι, ut per λόγους σοφίας intelligantur verba et rationes dialecticæ. Σοφία enim Græcis non tantum sapientiam, sed etiam artem significat, adeo ut etiam medici et grammatici veteres vocentur σοφοί, quod non recte verterit quis *sapientes*, sed *periti illius artis*. Proposui super hoc Pauli loco conjecturam meam, quæ si propter consensum omnium editionum quæ typis excusæ sunt, et πειθοῖς legunt, doctis non probabitur, ego me libens ad eorum sententiam aggrego, et de mea discedo, facileque feram conjecturam meam ut parum probam χάζεσθαι. Hoc tantum addam, esse in sacris Litteris loca nonnulla, quæ cum in omnibus exemplaribus Græce ant Latine eodem modo legantur, unum Cyrillum ab usurpata ab omnibus lectione discrepare. E quibus locis, iste mihi nunc in mentem venit, e tertio libro *De adoratione in spiritu et veritate*, qui olim a me cum in Hispania apud cardinalem Franciscum a Mendoza episcopum Burgensem agerem Latine a me versi, excusi sunt Toleti apud Jac. Ayalam an. 1574. Ibi enim Cyrillus interpretans locum illum Exod. XIV, καὶ ἔκτεινον τὴν χεῖρά σου ἐπὶ τὴν θάλασσαν, καὶ ῥῆξον αὐτήν, pro eo quod omnes editiones habent, ῥῆξον, legit, ξήρανον. Ita libro XI, *De adorat.* locum illum e psalmo XCVIII, qui omnibus codd. Veteris Testamenti, imo vero apud auctores omnes hunc ipsum locum citantes, quos quidem mihi videre contigit, ita legitur, καὶ τιμὴ βασιλέως κρίσιν ἀγαπᾷ, unus Cyrillus pro ἀγαπᾷ, et quidem multo significantius legit ἀγαπᾷν.

Digitized by Google

A. Καὶ μὴν τοῦτό γέ ἐστιν ἡ πλάνησις, καὶ τὸ ἁμαρτεῖν τοῦ πρέποντός τε καὶ ἀληθοῦς. Μὴ γάρ μοι διέλῃς, μηδὲ διΐστας εἰς ἄνθρωπον ἰδικῶς καὶ εἰς Θεὸν Λόγον, διπρόσωπον ἡμῖν ἀνατύπου τὸν Ἐμμανουήλ. Μὴ ἄρα τις ἡμῖν εἰκότως διαμωμήσαιτο φρονεῖν ἐλομένοις ὀρθὸν μὲν οὐδέν, ἐκεῖνα δὲ μᾶλλον, ἃ καὶ διὰ τῆς ἁγίας κατεδικάσθη Γραφῆς; Ἴδε γάρ τις ἔφη τῶν Χριστοῦ μαθητῶν· « Ὑμεῖς δέ, ἀγαπητοί, μνήσθητε τῶν ῥημάτων τῶν προειρημένων ὑπὸ τῶν ἀποστόλων τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅτι ἔλεγον ὑμῖν, ὅτι ἐπ' ἐσχάτων τῶν χρόνων ἐλεύσονται ἐν ἐμπαιγμονῇ ἐμπαίκται κατὰ τὰς ἑαυτῶν ἐπιθυμίας πορευόμενοι τῶν ἀσεβειῶν. Οὗτοί εἰσιν οἱ ἀποδιορίζοντες ψυχικοί, πνεῦμα μὴ ἔχοντες. »

B. Οὐ διοριστέον οὖν ἄρα κατ' οὐδένα τρόπον;

A. Οὐμενοῦν. Εἷς γε δὴ μάλιστα τὸ δύο φάναι μετὰ τὴν ἕνωσιν, καὶ ἀναμέρος ἑκάτερον ἐννοεῖν. Ἰστέον δ' οὖν, ὅτι θεωρεῖ μέν τινα φύσεων διαφορὰν ὁ νοῦς· ταυτὸν γὰρ οὔ τί που θεότης τε καὶ ἀνθρωπότης· εἰσδέξεται δὲ ὁμοῦ ταῖς περὶ τούτων ἐννοίαις, καὶ τοῖν ἀμφοῖν εἰς ἑνότητα συνδρομήν. Οὐκοῦν Θεοῦ μὲν ἐξέφυ τοῦ Πατρὸς, ὡς Θεὸς, ὡς ἐκ Παρθένου δὲ, ἄνθρωπος· ὁ γὰρ Θεοῦ Πατρὸς ἀπορρήτως τε καὶ ὑπὲρ νοῦν ἀναλάμψας Λόγος, γεγεννῆσθαι λέγεται καὶ διὰ γυναικὸς, καταφοιτήσας εἰς ἀνθρωπότητα, καὶ καθεὶς ἑαυτὸν εἰς ὅπερ οὐκ ἦν, οὐχ ἵνα μείνῃ κεκενωμένος, ἀλλ' ἵνα Θεὸς εἶναι πιστεύηται καὶ ἐν εἴδει τῷ καθ' ἡμᾶς πεφηνὼς ἐπὶ γῆς, οὐχ ὡς ἐν ἀνθρώπῳ κατοικήσας, ἀλλ' ὡς αὐτὸ κατὰ φύσιν ἄνθρωπος γεγονὼς, μετὰ τοῦ τὴν ἰδίαν ἀνασώσασθαι δόξαν. Καὶ γοῦν ὁ θεσπέσιος Παῦλος, τὰ πολὺ τῆς ἀλλήλων ὁμοουσιότητος διεστηκότα τε καὶ ἀμετρήτῳ διαφορᾷ διεσχοινισμένα, θεότητά τε καὶ ἀνθρωπότητα συλλέγων εἰς ἓν οἰκονομικῶς, καὶ ἐξ ἀμφοῖν τὸν ἕνα κατασημαίνων Χριστὸν, καὶ Υἱὸν καὶ Θεὸν, « Παῦλος δοῦλος, φησὶν, Ἰησοῦ Χριστοῦ, κλητὸς ἀπόστολος, ἀφωρισμένος εἰς Εὐαγγέλιον Θεοῦ, ὃ προεπηγγείλατο διὰ τῶν προφητῶν αὐτοῦ ἐν Γραφαῖς ἁγίαις, περὶ τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ τοῦ γενομένου ἐκ σπέρματος Δαβὶδ κατὰ σάρκα, τοῦ ὁρισθέντος Υἱοῦ Θεοῦ ἐν δυνάμει κατὰ Πνεῦμα ἁγιωσύνης. » Ἰδοὺ δὴ σαφῶς ἀφωρίσθαι φησὶν ἑαυτὸν εἰς Εὐαγγέλιον Θεοῦ, καίτοι γράφων ἀναφανδόν· « Οὔτε γὰρ ἑαυτοὺς κηρύσσομεν, ἀλλὰ Χριστὸν Ἰησοῦν Κύριον. » Καὶ πάλιν· « Οὐ γὰρ ἔκρινά τι εἰδέναι ἐν ὑμῖν, εἰ μὴ Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ τοῦτον ἐσταυρωμένον· » Υἱὸν δὲ αὐτὸν ὀνομάσας Θεοῦ, καὶ ἐκ σπέρματος Δαβὶδ γεγεννῆσθαί φησιν, ὡρίσθαι τε διΐσχυρίζεται, καὶ εἰς Υἱὸν Θεοῦ. Πῶς οὖν, εἰπέ μοι, Θεὸς, ὁ ἐκ σπέρματος ἀναφὺς τοῦ Δαβὶδ; ὁ δὲ δὴ καὶ πρὸ αἰώνων καὶ ἀϊδίως Υἱὸς, καθὸ πέφηνεν ἐκ Θεοῦ, τίνα δὴ τρόπον εἰς Υἱὸν ὡρίσθη Θεοῦ, καθάπερ εἰς ἀρχὰς τοῦ ὑφεστάναι παρενεχθείς; Ἔφη γὰρ αὐτὸς περὶ ἑαυτοῦ, « Κύριος εἶπε πρός με· Υἱός μου εἶ σὺ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. » Καίτοι τοῦ *σήμερον* ἀεί πως ἡμῖν, οὐχὶ τὸν παρῳχηκότα, τὸν ἐνεστῶτα δὲ μᾶλλον καταδηλοῦντος καιρόν.

A. Atqui hoc quidem est errare, et a veritate deflectere. Neque enim hæc divellenda sunt, ita ut hominem seorsim statuas, et Deum Verbum seorsim, et duplici persona præditum nobis Emmanuelem effingas. Nonne enim merito nos **695** quispiam reprehendat, si relicta vera rectaque sententia, ea potius sectemur quæ sacra Scriptura condemnat? Nam ita quidam discipulorum Christi inquit : « Vos autem, dilecti, memores estote verborum quæ prædicta sunt ab apostolis Domini nostri Jesu Christi : qui dicebant vobis, quoniam in novissimis temporibus venient illusores secundum desideria sua ambulantes in impietatibus. Hi sunt qui segregant semetipsos, animales, spiritum non habentes [80]. »

B. Nulla igitur ratione sunt dirimenda ista.

A. Ut maxime duo dicantur postquam unita sunt, et seorsim singula intelligantur, sciendum est, quod mens quidem naturarum diversitatem considerat (neque enim idem sunt humanitas et divinitas), sed simul etiam cum hac consideratione utriusque concursum ad unitatem contemplatur. Proinde ex Deo quidem processit, ut Deus : ex Virgine autem, ut homo. Verbum enim quod ineffabiliter, supraque intellectum humanum e Deo Patre effulsit, natum esse dicitur etiam ex muliere, cum humanitatem assumpsit, et seipsum demisit ad id quod non erat ; non ut divinitatem amittat, sed ut Deus esse credatur, nostramque formam in terris gestasse, non tanquam in homine habitans, sed tanquam hoc ipsum, homo nimirum naturaliter factus, propria tamen sua gloria integra manente. Idcirco divinus ille Paulus, humanitatem et divinitatem quæ longe a consubstantialitate inter se distant, et immensa quadam differentia disjunguntur, in unum ratione incarnationis colligens, atque ex duobus unum designans Christum, et Filium, et Deum, ita inquit : « Paulus servus Jesu Christi, vocatus apostolus, segregatus in Evangelium Dei. Quod promiserat per prophetas suos in Scripturis sanctis de Filio suo, qui factus est ei ex semine David secundum carnem. Qui prædestinatus est Filius Dei in virtute secundum Spiritum sanctificationis [81]. » Ecce manifeste segregatum se esse dicit in Evangelium Dei, aperte alioqui scribens : « Non enim nosmetipsos prædicamus, sed Christum Jesum Dominum [82]. » Et rursus : « Neque enim judicavi quidquam scire in vobis, nisi Jesum Christum, et quidem crucifixum [83]. » Filium vero Dei ipsum nominans, etiam ex semine David natum ait, segregatumque se affirmat, etiam in Filium Dei. Quomodo igitur est Deus, qui ex semine David natus est? Et qui ante **696** sæcula et ab æterno est Filius, quatenus ex Deo processit, quo pacto est segregatus in Filium Dei, exsistentiæ suæ principium quodammodo nactus? Ait enim ipse de seipso, « Dominus dixit ad me : Filius meus es tu, ego hodie genui te [84]. » Cum alioqui *hodie* non præteritum, sed præsens tempus semper significet.

[80] Jud. 17-19. [81] Rom. I, 1-5. [82] II Cor. IV, 5. [83] I Cor. II, 2. [84] Psal. II, 7 ; Hebr. I, 5.

Digitized by Google

B. Equidem non parum dubitaverim, et difficulter hoc in multis intelligi posse judicarim.

A. Iis certe qui Emmanuelem dividunt atque in duo secant, difficile intellectu fuerit : qui vero eum unum statuunt facillime veram sacrorum dogmatum sententiam consequuntur. Filius enim Patri coæternus, atque ante omnia sæcula exsistens, quando in humanam naturam descendit, non amissa deitate, sed assumpta humanitate, merito ex semine David natus esse dicitur, novissimamque hanc secundum humanam naturam nativitatem consecutus esse. Id vero quod assumpsit non est alienum ab ipso, sed revera proprium. Quo fit, ut unum quodammodo cum ipso censeatur, sicuti etiam in constitutione hominis videre licet. Constat enim homo ex dissimilibus natura : corpore nimirum et anima, utrumque tamen censetur unus homo, adeo ut ex sola carne totum interdum animal vocetur : cum vero animam nominamus, utrumque intelligatur. Eadem itaque ratione de Christo judicandum est. Unus enim Filius, et unus Dominus Jesus Christus, et ante carnem assumptam, et cum factus est homo. Neque vero Dominum qui nos redemit negabimus, si ipsum ex humanis rebus, atque exinanitionis modo significemus.

B. Non assequor : velim autem id clarius explicari.

A. Dominus noster Jesus Christus ad Judæos ita ait : « Si filii Abraham essetis, opera Abrahæ faceretis ; nunc vero quæritis me interficere, hominem qui veritatem vobis locutus sum, quam audivi a Deo ; hoc Abraham non fecit [55]. » Quin et Paulus de ipso scribit : « Qui in diebus carnis suæ preces supplicationesque ad eum qui possit illum salvum facere a morte cum clamore valido et lacrymis offerens, exauditus est pro sua reverentia. Et quidem cum esset Filius Dei, didicit ex eis quæ passus est obedientiam [56]. » Anne igitur ob hoc ipsum nudum hominem, nullaque **697** ratione nobis superiorem Christum censebimus ?

B. Absit !

A. At vero sapientiam ac potentiam Dei eo imbecillitatis venisse fatebimur, ut mortem extimesceret, atque ab ea liberari a Patre peteret, et Emmanuelem veram vitam esse negabimus ? aut hanc verborum humilitatem ad humanitatem nostræque naturæ modulum referentes, recte sentiemus : et ex quibus est Deus, supermundanam ipsius gloriam contemplabimur, intelligentes ipsum esse et hominem et Deum, aut Deum incarnatum ?

B. Dic quo pacto.

A. Afferamus in medium sapientissimum Paulum, qui ita dicit : « Sapientiam autem loquimur inter perfectos, sapientiam vero non hujus sæculi, neque principum hujus sæculi, qui destruuntur :

[55] Joan. VIII, 39, 40. [56] Hebr. V, 7, 8.

B. Διηπόρηκα μὲν οὐ μετρίως ἐγὼ, φαίην δ' ἂν. ὅτι δυσέφικτον κομιδῇ καὶ πολλοῖς ἑτέροις τὸ συνιέναι δύνασθαι τουτί.

A. Τοῖς ἀναμέρος τιθεῖσι καὶ διορίζουσι, δυσέφικτόν τε καὶ ἄπορον ἀληθῶς· τοῖς γε μὴν εἰς ἑνότητα κατασφίγγουσι τὸν Ἐμμανουὴλ, ἐγγύς τε ἐλεῖν καὶ ἑτοιμοτάτη λίαν ἡ τῶν ἱερῶν δογμάτων ἀκριβὴς ἐξήγησις γνῶσις. Ὁ γὰρ τῷ φύσαντι συναΐδιος καὶ πρὸ παντὸς αἰῶνος Υἱὸς, ἐπειδὴ καταβέβηκεν εἰς τὴν ἀνθρώπου φύσιν, οὐκ ἀπολισθήσας τοῦ εἶναι Θεὸς, προσλαβὼν δὲ τὸ ἀνθρώπινον, νοοῖτ' ἂν εἰκότως καὶ ἐκ σπέρματος γεγεννῆσθαι Δαβὶδ, καὶ νεωτάτην ἔχειν τὴν ἐν ἀνθρωπότητι γέννησιν. Ἔστι δὲ οὐκ ἀλλότριον αὐτοῦ τὸ προσληφθὲν, ἀλλ' ἴδιον ἀληθῶς. Λελόγισται τοιγαροῦν ὡς ἓν πρὸς αὐτὸν, καθάπερ ἀμέλει καὶ τὴν ἀνθρώπου σύνθεσιν καταθρήσαι τις ἂν. Πέπλεκται μὲν γὰρ ἐξ ἀνομοίων τὴν φύσιν, ψυχῆς δὴ λέγω καὶ σώματος, ἀλλ' οὖν εἷς νοεῖται τὸ συναμφότερον ἄνθρωπος, ὡς ἀπὸ μόνης τῆς σαρκὸς, ὅλον ἔσθ' ὅτε κατωνομάσθαι τὸ ζῷον, ψυχῆς δὲ ὠνομασμένης, νοεῖσθαι τὸ συναμφότερον. Κατὰ τὸν ἴσον οὖν ἄρα τρόπον, καὶ ἐπ' αὐτοῦ παραδέξῃ Χριστοῦ. Εἷς γὰρ Υἱὸς, καὶ εἷς Κύριος Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, καὶ πρὸ σαρκὸς, καὶ ὅτε πέφηνεν ἄνθρωπος· καὶ τὸν ἀγοράσαντα ἡμᾶς Δεσπότην οὐκ ἀρνησόμεθα, κἂν εἰ διὰ τῶν ἀνθρωπίνων ἡμῖν, καὶ ἐκ τῶν τῆς κενώσεως μέτρων κατασημαίνοιτο.

B. Οὐχ ἕπομαι λίαν, ἀναμαθεῖν δ' ἂν ἐθέλοιμι σαφῶς.

Α. Εἰ δὲ ἀληθὲς, καθά φασι, καὶ ἀπηξίωσε τὴν οἰκονομίαν ὁ Μονογενὴς, ποίας ἔτι κατεφρόνησεν αἰσχύνης; ποῦ δὲ γέγονεν ὑπήκοος τῷ Πατρὶ μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ; Καὶ εἰ λαβὼν ἄνθρωπον, ἦγαγε μὲν καὶ εἰς πεῖραν αὐτὸν τοῦ θανάτου, ἀνακομίσας δὲ καὶ εἰς οὐρανοὺς σύνεδρον ἀπέφηνε τῷ Πατρὶ, ποῖ δὴ ἄρα λοιπὸν ὁ αὐτοῦ φανεῖται θρόνος, εἴπερ οὐ δύο φασὶν υἱοὺς, ἕνα δὲ μᾶλλον τὸν συνεδρεύοντα, τὸν ἐκ σπέρματος δηλονότι Δαβὶδ τε καὶ Ἀβραάμ; πῶς δ' ἂν καὶ αὐτὸς Σωτὴρ λέγοιτο γενέσθαι τοῦ κόσμου, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον ἀνθρώπου πρόξενος, ἤτοι παρακομιστὴς, δι' οὗ καὶ σεσώσμεθα· καὶ τέλος νόμου καὶ προφητῶν γέγονεν ἄνθρωπος, C ἕτερος ὢν παρ' αὐτόν. Λαλεῖ γὰρ ὁ νόμος τὸ Χριστοῦ μυστήριον, καὶ περὶ αὐτοῦ γέγραφεν ὁ Μωσῆς, ὃς καὶ γέγονεν ἡμῖν παιδαγωγὸς ἐπ' αὐτόν. Οἴχεται δέ που πρὸς τὸ μηδὲν ἡ πίστις, ἔῤῥει γάρ· ὅπου δὲ παντελῶς, οὐδὲν τὸ σεπτὸν ἡμῶν μυστήριον. Ὅ δὴ καὶ ὁ πανάριστος Παῦλος διατρανοῖ, λέγων· « Μὴ εἴπῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου· Τίς ἀναβήσεται εἰς τὸν οὐρανόν; τουτέστι Χριστὸν καταγαγεῖν, ἢ τίς καταβήσεται εἰς τὴν ἄβυσσον; τουτέστι Χριστὸν ἀναγαγεῖν ἐκ νεκρῶν. Ἀλλὰ τί λέγει ἡ Γραφή; Ἐγγύς σου τὸ ῥῆμά ἐστιν, ἐν τῷ στόματί σου καὶ ἐν τῇ καρδίᾳ σου, τουτέστι τὸ ῥῆμα τῆς πίστεως, ὃ κηρύσσομεν, ὅτι ἐὰν εἴπῃς ἐν τῷ στόματί σου, Κύριος Ἰησοῦς, καὶ πιστεύσῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου, ὅτι ὁ Θεὸς αὐτὸν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, D σωθήσῃ. » Πῶς οὖν ἔτι μέγα τε καὶ εὐκλεὲς καὶ ἐν ὑπερτάτῳ θαύματι τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον, εἰ χρὴ πιστεύειν, ὅτι, καθά φασιν οἱ διεστραμμένοι, ἄνθρωπος ληφθεὶς, καὶ τῷ Θεῷ Λόγῳ σχετικῶς συνημμένος, ἀπέθανέ τε καὶ ἀνεβίω, καὶ ἀνεκομίσθη μὲν εἰς τὸν οὐρανόν; Ἄπιστον δὲ ἴσως φανεῖταί τισιν, εἰ μὴ Θεὸς ὢν φύσει καὶ ἀληθῶς, τοῖς τῆς θεότητος ἐναβρύνεται θάκοις, ἐξωσθέντος τάχα που τοῦ κατὰ φύσιν Υἱοῦ, καὶ παρεστήκασι μὲν τάξιν ἔχοντες τὴν λειτουργικὴν, ἄγγελοι καὶ ἀρχάγγελοι, καὶ τὰ ἔτι τούτων ἐπέκεινα Σεραφὶμ, οὐ τῷ κατὰ ἀλήθειαν Υἱῷ καὶ Θεῷ, ἀνθρώπῳ δὲ μᾶλλον, τὸ τῆς

mortuis in cœlum sustulit, et ad dexteram Dei sedere jussit, supervacanee, ut videtur, a sanctis Patribus, et a nobis ipsis, atque adeo ab universa sacra et divinitus inspirata Scriptura homo factum esse dicitur. Hoc enim, neque aliud quidquam mihi significare videtur sapientissimus Joannes cum inquit : « Verbum caro factum est. » Sed universum administrationis in carne mysterium plane in contrarium mutabitur. Neque enim Deus natura exsistens atque ex Deo Verbum, seipsum ad exinanitionem demisisse cernitur, neque humiliaverit seipsum : sed e contrario relatus quidem fuerit homo in deitatis gloriam, inque excellentiam omnium supremam; acceperit vero et formam Dei, et exaltatus fuerit, assessor Patri factus. Anne tibi vere dicere videor?

B. Omnino.

A. At si verum est quod dicunt, et dedignatus est Unigenitus incarnationem, quam tandem ignominiam contempsit? aut quo pacto factus est obediens Patri usque ad mortem, mortem autem crucis? Jam vero si acceptum illum hominem mortem obire jussit, et evectum in cœlum assessorem Patri constituit, ubinam deinceps erit thronus Filii, siquidem nequaquam duos filios esse statuunt, sed potius unum assidentem, nimirum ex semine David et Abrahæ? aut quomodo ipse dicatur factus esse Salvator mundi, et non potius hominis proxeneta sive pararius fuisse, per quem salvati simus? Atque ita finis legis et prophetarum factus est homo, diversus ab ipso exsistens. Loquitur enim lex Christi mysterium, et de ipso scripsit Moyses, qui et factus est nobis pædagogus ad ipsum. Fides vero nostra irrita sit et in nihilum redigatur, et venerandum nostrum mysterium plane labefactetur. Quod et optimus Paulus declarat, dicens : « Ne dixeris in corde tuo : Quis ascendet in cœlum? id est, Christum deducere; aut quis descendet in abyssum? hoc est Christum a mortuis revocare. Sed quid dicit Scriptura? Prope est verbum in ore tuo, et in corde tuo, hoc est, verbum fidei quod prædicamus. Quia si confitearis in ore tuo Dominum Jesum, et in corde tuo credideris **731** quod Deus illum suscitavit a mortuis, salvus eris [81]. » Quo pacto igitur erit deinceps magnum et gloriosum atque admirandum religionis mysterium, si credendum est, ut isti a veritate distorti volunt, quod homo sumptus, et Deo Verbo relative copulatus, mortuus est et revixit, et relatus est in cœlum? Incredibile vero nonnullis videbitur nisi natura ac vere Deus exsistens, deitatis solio glorietur, expulso eo qui natura sua Filius est. Et circumstabunt quidem angeli atque archangeli, hisque eminentiora Seraphim, non ut vero Filio ac Deo ministrent atque inserviant, sed potius homini, qui filiationis nomen per participationem insinuationemque, ac nostro more adeptus, et ad divinissi-

[81] Rom. x, 6-9.

Digitized by Google

mam hanc gloriam evectus est. Neque enim verentur hæretici ejusmodi blasphemias deblaterare. Anne vero etiam tibi summa impietate referta illorum doctrina videtur? Nam quod datum atque insinuatum est, rejiciendum merito fuerit, et quod extrinsecus advenit ascititiumque est, damni suspicione non caret : ut de blasphemia et absurditate doctrinæ nihil dicam, cum incarnationis excellentiam ad turpitudinem rapiant, et divinum sacratissimumque nostrum cultum, anthropolatriam, hoc est, *hominis cultum*, esse statuant, et a cultu veri Filii nos abducentes, persuadere velint ut quemdam qui ipsi relative copulatus est adoremus, quem supra omnes Principatus et Potestates ac Dominationes constitutum volunt [83]; non iis solum qui in terris degunt, sed et ipsis cœlestibus et rationalibus potestatibus erroris labem infligentes, si una nobiscum adorent, non incarnatum natura ac vere Filium, quodque ex essentia Dei ac Patris effulsit Verbum, sed alium quemdam hominem ab ipso ex semine Davidis, qui sola voluntate, et exterioribus ornamentis formatus sit Deus, revera autem id non sit.

σπέρματος τοῦ Δαβὶδ, θελήσει τάχα που μόνῃ παρ' Θεὸν, οὐκ ὄντα δὲ τοῦτο κατὰ ἀλήθειαν, ἄνθρωπον.

B. Atqui tametsi homo specialiter intelligatur, inquiunt, relative tamen et respectu Dei ab omni creatura adoratur.

A. Quonam vero pacto, obsecro, intelligi a nobis aut statui potest hæc relatio quam ita prædicant? Sed age, divinam ac sacram Scripturam pervestigantes, quæstionis hujus rationem ab ea petamus. Ergo cum **732** olim Israelitæ contempto metu Dei, in Mosen et Aaronem acerbe invecherentur, Moses et Aaron ita eos compellarunt : « Quis est quod murmuratis contra eum? Non enim contra nos, sed contra Deum est hæc oblocutio vestra [84]. » Peccarant enim in Mosen et Aaronem, sed factum ipsum ad Dei gloriam pertinuit, et ad eam referebatur eorum qui injuriam inferebant cogitatio. Cæterum non erant dii Moses et Aaron, neque relative et respectu Dei creatura eos adoravit. Regnavit Deus per prophetas in Israel secundum carnem. Postmodum accesserunt ad divinum Samuelem dicentes : « Fac nobis regem, sicut et reliquæ gentes. » Quod ille Spiritu afflatus moleste et quidem merito tulit : sed audivit Deum dicentem : « Non te contempserunt, sed me, ne regnem super eos [85]. » En rursus aperte contemptus rationem ad Deum referri ait. Quin etiam ipse omnium Salvator ac Dominus, de iis qui egestate premuntur, ait : « Quidquid fecistis uni ex istis minimis, mihi fecistis [86]. » Hac igitur ratione si quis dicatur colere eum qui est ex semine David, Filione id præstitit? et nisi quis crediderit, offenderit profecto eum qui natura est Filius, qui se quoque coli vult, et eodem plane modo a nobis credi. Quomodo igitur non sit factus par atque æqualis honore servus cum domino, et deitatis excellentia

A υἱότητος ὄνομα, μεθεκτῶς καὶ εἰσεχεριμένως, καὶ τρόπῳ τῷ καθ' ἡμᾶς πλουτήσαντι, καὶ τῆς οὕτω θεοπρεπεστάσης ἀξιωθέντι τιμῆς. Καταπεφρίκασι γὰρ ἥκιστά γε καὶ τοῦτο λέγοντες οἱ δι' ἐναντίας. Ἀρ' οὐ τῆς ἐσχάτης ἀνοσιότητός τε καὶ δυσσεβείας αὐτοῖ, τὸ δόγμα μεμέστωται; Τὸ γάρ τοι δοτὸν καὶ εἰσκεχριμένον, ἀπόβλητον εἴη ἄν, καὶ τὸ θύραθεν παρεσθὲν, οὐκ ἀνύποπτον ἔχει τὴν ζημίαν. Καὶ σιωπῶ τὸ δύσφημον ἔτι καὶ ἀπηχὲς εἰς λόγους, ἀνθότου δὴ οὖν τῆς οἰκονομίας τὸ ἐξαίρετον κατασύρουσιν εἰς τὸ ἀκαλλὲς, καὶ τὴν θείαν τε καὶ ἱεροτάτην ἡμῶν θρησκείαν, ἀνθρωπολατρείαν ἤδη καὶ ἕτερον οὖσαν οὐδὲν ἀποφαίνουσι, ἀποκομίζοντες μὲν τοῦ κατ' ἀλήθειαν Υἱοῦ, συναφθέντα δέ τινα σχετικῶς αὐτῷ προσκυνεῖν ἀναπείθοντες, ὃν καὶ ὑπεράνω πάσης Ἀρχῆς τε καὶ Ἐξουσίας, καὶ Κυριοτήτων διελάσαι
B φασὶν, οὐχὶ μόνοις τοῖς ἐπὶ γῆς, ἀλλὰ καὶ αὐταῖς ταῖς ἄνω λογικαῖς δυνάμεσι τὸν τοῦ πεπλανῆσθαι μῶμον ἐπάγοντες, εἰ προσκυνοῦσι μεθ' ἡμῶν ἐνανθρωπήσαντα μὲν οὐδαμῶς τὸν φύσει τε καὶ ἀληθῶς Υἱὸν, καὶ ἐκ τῆς τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς οὐσίας ἀναλάμψαντα Λόγον, ὡς ἕτερον δέ τινα παρ' αὐτὸν ἐκ αὐτοῦ καὶ τοῖς θύραθεν ἐξωραϊσμοῖς εἰδοποιηθέντα

B. Ἀλλὰ κἂν ἄνθρωπος ἰδικῶς νοῆται, φασὶν, ἀναφορᾷ Θεοῦ καὶ ἐννοίᾳ τὴν παρὰ πάσης τῆς κτίσεως προσκύνησιν ἔχει.

A. Εἶτα τίνα τρόπον πρέποι ἄν, εἰπέ μοι, πρὸς ἡμῶν νοεῖσθαι καὶ λέγεσθαι τῆς παρ' αὐτῶν θρυλλουμένης ἀναφορᾶς τὸ χρῆμα; Καὶ φέρε τὴν θείαν
C τε καὶ ἱερὰν πολυπραγμονοῦντες Γραφὴν, καταθρήσωμεν ἀπ' αὐτῆς τὸ ζητούμενον. Οὐκοῦν ὀλιγωρήσαντές ποτε τῆς εἰς Θεὸν αἰδοῦς οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, Μωσεῖ τε καὶ Ἀαρὼν ἐπεφύοντο πικρῶς, εἶτα προσπεφώνηκε Μωσῆς τε καὶ Ἀαρών· « Τίς ἐστιν ὅτι διαγογγύζετε κατ' αὐτοῦ; Οὐ γὰρ καθ' ἡμῶν, ἀλλὰ κατὰ Θεοῦ ὁ γογγυσμὸς ὑμῶν οὗτός ἐστιν. » Ἐπλημμέλουν μὲν γὰρ εἰς Μωσέα καὶ Ἀαρὼν, ἀλλὰ τῆς θείας ἥπτετο δόξης τὸ δρώμενον, καὶ ἐπ' αὐτὴν εἶχε τὴν ἀναφοράν, ἧς τῶν ὑβριζόντων ὑπονοίας ὁ τρόπος. Πλὴν οὐκ ἦσαν Θεοὶ Μωσῆς τε καὶ Ἀαρὼν, οὔτε μὴν ἀναφορᾷ Θεοῦ. . . . . διὰ προφητῶν, τοῦ κατὰ σάρκα Ἰσραὴλ. Εἶτα προσῆσαν λέγοντες τῷ Θεσπεσίῳ Σαμουὴλ· « Ποίησον ἡμῖν βασιλέα, καθὰ καὶ τὰ λοιπὰ ἔθνη. » Πρὸς ταῦτα κατεπικραίνετο
D καὶ σφόδρα εἰκότως ὁ πνευματοφόρος, ἀλλ' ἦκουε τοῦ Θεοῦ λέγοντος· « Οὐ σὲ ἐξουθενήκασιν, ἀλλ' ἐμὲ, τοῦ μὴ βασιλεύειν ἐπ' αὐτούς. » Ἰδοὺ δὴ πάλιν, κἀνθάδε σαφῶς ὁ τῆς ἐξουθενήσεως τρόπος εἰς Θεὸν ἔχει τὴν ἀναφοράν. Καὶ μὴν καὶ αὐτὸς ὁ τῶν ὅλων Σωτὴρ καὶ Κύριος περὶ τῶν ἐν ἐνδείᾳ φησίν· « Ἐφ' ὅσον ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων τῶν ἐλαχίστων, ἐμοὶ ἐποιήσατε. » Ἆρ' οὖν κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον, εἴ τις λέγοιτο τιμᾶν τὸν ἐκ σπέρματος Δαβὶδ, τῷ Υἱῷ πεποίηκε; κἂν εἰ μὴ πιστεύσειε, προσκέκρουκε ἀραρότως τῷ κατὰ φύσιν Υἱῷ, τιμᾶσθαι τάχα που καὶ αὐτὸν ἐθέλοντι, καὶ πιστεύεσθαι πρὸς ἡμῶν

[83] Ephes. I, 21. [84] Exod. XVI, 8. [85] I Reg. VIII, 4-6. [86] Matth. XXV, 40.

Digitized by Google

κατὰ τὸν ἴσον καὶ ἀπαραλλάκτως ἔχοντα τρόπον. Εἶτα πῶς οὐ γέγονεν ἰσότιμον μὲν τῷ δεσπότῃ τὸ δοῦλον, ἐν ὑπεροχαῖς δὲ θεότητος τὸ πεποιημένον, καὶ Θεὸς πρόσφατος, κατὰ τὰς Γραφάς; ἐπενήνεκται δὲ τῇ ἁγίᾳ καὶ ὁμοουσίῳ Τριάδι τὸ ἀνισοφυὲς αὐτῇ καὶ σὺν αὐτῇ προσκυνούμενον, καὶ τῆς ἴσης αὐτῇ συνωνοῦν σύγκλειας;

A polleat id quod creatum est, et Deus recens, ut Scriptura testatur [87]? Asciscitur vero in sanctam et consubstantialem Trinitatem id quod diversæ ab ea naturæ est, unaque cum ea adoratur, communemque et parem cum ea gloriam habet?

Β. Φασὶ τὴν ἀναφορὰν κατὰ τοιόνδε τινὰ χρῆναι λαμβάνεσθαι τρόπον. Ἐννοοῦντες γὰρ τὸν τῷ ἐκ σπέρματος Δαβὶδ ἀχωρίστως συναφθέντα Θεὸν Λόγον, προσκυνοῦμεν ὡς Θεόν.

B. Aiunt hanc relationem hujuscemodi quadam ratione accipi debere. Statuentes enim huic qui est ex semine David inseparabiliter copulatum esse Deum Verbum, adoramus ut Deum.

Α. Ἆρ' οὖν ἀπόχρη πρὸς τὸ δεῖν αὐτῷ τὴν τῷ Θεῷ πρέπουσαν δόξαν ἐλεῖν, καὶ τῶν τῆς κτίσεως ὑπερφέρεσθαι μέτρων, τὸ συνῆφθαι μόνον αὐτῷ; καὶ τοῦτο προσκυνητὸν τὸν οὐκ ὄντα Θεὸν ἐργάσεται; ἀλλ' εὑρίσκω τινὰ τῷ Θεῷ λέγοντα διὰ τῆς τοῦ Ψάλλοντος λύρας· « Ἐκολλήθη ἡ ψυχή μου ὀπίσω σου. » Γράφει δὲ καὶ ὁ μακάριος Παῦλος· « Ὁ κολλώμενος τῷ Κυρίῳ, ἓν πνεῦμά ἐστιν. » Ἆρ' οὖν, εἰπέ μοι, καὶ τούτους ἀναφορᾷ Θεοῦ προσκυνήσομεν, ὡς κεκολλημένους αὐτῷ; Καίτοι τοῦ συνῆφθαι λέγειν, τὸ τῆς κολλήσεως ὄνομα, μείζονά που πάντως καὶ ἀξιολογωτέραν τὴν ἔμφασιν ἔχει· εἴπερ ἐστὶν ἀληθὲς εἰπεῖν, ὡς τό τισι κολλώμενον, ἐν ἐπιτάσει πολλῇ τὴν συνάφειαν ἔχει.

A. Atqui sufficitne hoc ad deferendam illi gloriam quæ Deo convenit, et ad eum ultra creaturarum conditionem evehendum, quod conjunctus ei tantum sit, idque adorabilem eum faciet qui non sit Deus? B At reperio quemdam per Psalmistæ lyram dicentem: « Conglutinata est anima mea post te [88]; » et beatus Paulus ita scribit: « Qui conglutinatus est Domino, unus spiritus est [88a]. » Anne igitur, obsecro, etiam hos adorabimus respectu Dei, utpote ei conglutinatos? Atqui conglutinationis nomen majorem vim **733** atque emphasim habet quam conjunctionis. Siquidem vere dicitur, si quid alteri cuipiam conglutinatum est, vehementem ei arctamque cum illo conjunctionem intercedere.

Β. Ἔοικεν.

B. Ita videtur.

Α. Ἀνθότου δὲ δὴ παρέντες τὴν ἕνωσιν, καίτοι φωνὴν οὖσαν εὐτριβῆ παρ' ἡμῖν αὐτοῖς, μᾶλλον δὲ καὶ ἐκ τῶν ἁγίων Πατέρων καταβαίνουσαν εἰς ἡμᾶς, συνάφειαν ὀνομάζουσι; Καίτοι συγχεῖ μὲν ἡ ἕνωσις οὐδαμῶς τὰ καθ' ὧν ἂν λέγοιτο, διαδείκνυσι δὲ μᾶλλον τὴν εἰς ἕν τι συνδρομὴν τῶν ἡνῶσθαι νοουμένων. Καὶ οὐχὶ πάντη τε καὶ πάντως ἓν ἂν λέγοιτο μόνως τὸ ἁπλοῦν καὶ μονοειδές, ἀλλὰ γὰρ καὶ τὰ ἐκ δυοῖν ἢ πλειόνων ἔτι καὶ ἐξ ἑτεροειδῶν συγκείμενα. Δοκεῖ γὰρ οὕτως εὖ ἔχειν τοῖς ταῦτα σοφοῖς. Κακουργότατα τοίνυν τὸν ἕνα καὶ φύσει καὶ ἀληθῶς Υἱὸν, ἐνανθρωπήσαντα καὶ σεσαρκωμένον διιστάντες εἰς δύο, παραιτοῦνται μὲν τὴν ἕνωσιν, συνάφειαν δὲ ὀνομάζουσιν, ἣν ἂν ἔχοι τυχὸν καὶ ἕτερός τις πρὸς Θεὸν, ὡς ἐξ ἀρετῆς καὶ ἁγιασμοῦ μονονουχὶ συνδούμενος, κατά γε τὸ ὑπό του τῶν προφητῶν ὀρθῶς εἰρημένον, τοῖς ἀναπίπτουσιν εἰς τὸ ῥᾴθυμον· « Συνάχθητε καὶ συνδέθητε, τὸ ἔθνος τὸ ἀπαίδευτον, πρὸ τοῦ γενέσθαι ὑμᾶς ὡς ἄνθος παρερχόμενον. » Συνάπτοιτο δ' ἂν καὶ μαθητὴς διδασκάλῳ κατά γε τὸ φιλομαθὲς, καὶ ἡμεῖς ἀλλήλοις, οὐ καθ' ἕνα τρόπον, ἀλλὰ πολλούς. Ἢ τάχα που καὶ ὁ τοῦδέ τινος πράγματος ὑπουργὸς, οὐκ ἀσυναφὴς κατὰ τὸ ἑκούσιον νοοῖτ' ἂν εἰκότως τῷ λαβόντι πρὸς ὑπουργίαν. Ὁ δὲ μᾶλλον ἔοικεν ἡ παρὰ τῶν καινοτόμων ἡμῖν συνάφεια δηλοῦν. Διεπύθου γὰρ διατεινομένων ἀμαθῶς, ὅτι λαβὼν ἄνθρωπον, ὡς ἕτερόν τινα παρ' ἑαυτὸν υἱὸν ὁ Θεὸς Λόγος, ὑπουργὸν ὥσπερ τινὰ τῶν ἑαυτοῦ θελημάτων ἀπέφηνεν αὐτὸν, ὥστε καὶ θανάτου πεῖραν ἑλεῖν, ἀναβιῶναί τε, καὶ εἰς αὐτὸν ἀνελθόντα τὸν οὐρανὸν, τοῖς τῆς ἀῤῥήτου θεότητος ἐνιζῆσαι θάκοις.

A. Cur autem, rejecto nomine unitatis, cum alioqui sit usitatum nobis ipsis, imo vero a sanctis Patribus ad nos fluxerit, conjunctionem potius vocant? Atqui unitas nequaquam confundit ea de C quibus prædicatur, sed potius significat concursum in unum eorum quæ unita esse intelliguntur. Sed neque in universum dicitur unum solummodo id quod simplex est, atque unius speciei, verum etiam ea quæ ex duobus aut etiam pluribus etiam diversarum specierum composita sunt. Ita enim statuunt harum rerum periti. Fraudulentissime igitur unum et natura et vere Filium hominem factum atque incarnatum distinguentes in duo, unitatem quidem detrectant, conjunctionem vero vocant, quam fortasse etiam alius quispiam cum Deo habet, utpote virtute ac sanctificatione tantumnon ei colligatus, juxta illud recte a prophetia dictum iis qui ad ignaviam devolvuntur: « Congregamini, et colligamini, gens imperita, antequam fiatis vos ut flos D præteriens [89]. Conjungitur vero etiam discipulus magistro ratione docilitatis; et nos alter alteri non uno modo, sed pluribus. Et qui alicujus negotii adjutor est, non potest merito disjunctus censeri ratione voluntatis ab eo qui ipsum in adjutorem accepit. Hoc autem potius videtur hæc innovatorum conjunctio significare. Audisti enim eos imperite contendentes, quod Deus Verbum, accepto homine tanquam alio quodam ac diverso a se filio, veluti adjutorem quemdam atque exsecutorem suæ voluntatis ipsum constituit, ita ut et mortem obiret, et reviviscere, atque in cœlum relatus, ineffabilis

[87] Psal. LXXX, 10. [88] Psal LXII, 9. [88a] I Cor. VI, 17. [89] Sophon. II, 1, 2.

Digitized by Google

deitatis solio insideret. Nonne enim ex his verbis diversus plane cernitur ab eo qui est natura et vere Filius?

B. Omnino.

A. At cum semel eo dementiæ devenerint, ut existiment atque asserant non ipsum unigenitum Dei Verbum nostri similem factum fuisse, sed hominem sumpsisse, quonam, obsecro, modo assumptionem hanc a nobis intelligi volunt? Anne ut edoctum ac designatum ab ipso ad exsequendum aliquid quod ipsi placeret: perinde fere atque per quemdam ex sanctis prophetis dicitur: « Et dixit Dominus ad me: Vade, propheta **734** ad populum meum Israel [90]? » Ex caprario enim prophetam effecit, et mandatorum suorum exsecutorem designavit.

B. Dixerint fortasse non hac prorsus ratione factam esse assumptionem, sed ita ut intelligitur a nobis illud: « Formam servi accipiens [91]. »

A. Ergo secundum unitatem indivulsam, proprium factum esse id quod sumptum est ejus qui accepit, merito censebitur: ita ut et Deus sit Jesus, et veri Dei Filius, unumque ac solum ut ex Deo Patre Verbum; genitus quidem divinitus ante omnia sæcula et tempora, novissimis autem sæculi temporibus idem secundum carnem ex muliere.

B. Neque enim erat alterius cujuspiam, sed ipsius facta est servi forma.

A. Quomodo ais? Anne, obsecro, id quod natura servum est, dicatur non absurde formam servi accepisse; an vero id quod vere liberum est, et servili conditione essentialiter superius?

B. Id quod liberum est censuerim. Quod enim erat natura, quo pacto amplius fiat?

A. Animadverte itaque quod, tametsi nostri similis factum est unigenitum Dei Verbum, et servilem conditionem subierit ratione humanitatis, naturalem tamen suam libertatem testificatus est in drachmarum collationes, dicens: « Ergo liberi sunt filii [92]. » Suscipit itaque servi formam, ea quæ exininationi annexa sunt sibi asciscens, et similitudinem nostri non aspernatus. Neque enim fieri poterat ut alia ratione servitus cum honore commutaretur, nisi id quod servituti convenit proprium ipsius factum fuisset, ut et ipsius gloria illustraretur. Vincit enim semper id quod præstantius est, et turpitudo ex servitute orta in nobis abolita est. Factus enim nostri similis, qui nobis superior est, et servilem conditionem subiit qui natura est liber. Idcirco etiam in nos dignitas propagata est. Vocati enim sumus et nos filii Dei, et Patrem nobis vindicavimus, qui peculiariter ipsius est. Facta enim etiam ipsius quæ hominum propria erant. Proinde cum dicimus eum formam servi accepisse, universum in eo administrationis in carne mysterium continetur. Si vero Filium profitentes, unum et Dominum, Verbum ex Deo Patre, hominem simpliciter

Ἢ γὰρ οὐχὶ πάντη τε καὶ πάντως διὰ τούτων τῶν λόγων ἕτερος ὢν ὁρᾶται παντελῶς παρὰ τὸν φύσει καὶ ἀληθῶς Υἱόν;

B. Φημί.

A. Ἐπειδὴ δὲ ἅπαξ εἰς τοῦτο κατώλισθον ἀμαθίας, ὡς οἴεσθαί τε καὶ λέγειν οὐκ αὐτὸν γενέσθαι μᾶλλον καθ' ἡμᾶς τὸν μονογενῆ τοῦ Θεοῦ Λόγον, ἄνθρωπον δὲ λαβεῖν· κατὰ ποῖον ἄρα νοεῖσθαι τρόπον ἐθέλουσι πρὸς ἡμῶν τὴν ἀνάληψιν; Ἆρα γάρ, ὡς προχειρισθέντα παρ' αὐτοῦ πρός γε τὸ δεῖν ἀποπερᾶναί τι τῶν κατὰ γνώμην αὐτῷ, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἑνὸς τῶν ἁγίων προφητῶν· « Καὶ εἶπε Κύριος πρός με· Βάδιζε, προφήτευσον ἐπὶ τὸν λαόν μου τὸν Ἰσραήλ; » Ἀλλόλον γὰρ ὄντα, προφήτην ἐτίθει, καὶ τῶν ἑαυτοῦ θελημάτων ὑπουργὸν ἀπέστειλε;

B

B. Φαῖεν ἂν ἴσως οὐχ ὧδέ που πάντως γενέσθαι τὴν λῆψιν, ἀλλ' ὡς ἂν νοοῖτο πρὸς ἡμῶν τὸ, « Μορφὴν δούλου λαβών. »

A. Οὐκοῦν καθ' ἕνωσιν ἀδιάσπαστον, ἴδιον γεγονὸς τοῦ λαβόντος τὸ ληφθὲν, νοοῖτ' ἂν εἰκότως, ὡς καὶ Θεὸν εἶναι τὸν Ἰησοῦν, καὶ Θεοῦ τοῦ κατὰ ἀλήθειαν Υἱὸν, ἕνα τε καὶ μόνον, ὡς ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγον, γεννηθέντα μὲν θεϊκῶς πρὸ παντὸς αἰῶνος καὶ χρόνου, ἐν ἐσχάτοις δὲ τοῦ αἰῶνος καιροῖς, τὸν αὐτὸν κατὰ σάρκα ἐκ γυναικός.

B. Οὐ γὰρ ἦν ἑτέρου τινὸς, ἀλλ' αὐτοῦ γέγονεν ἡ τοῦ δούλου μορφή.

A. Πῶς ἔφης; Ἆρα γάρ, εἰπέ μοι, τὸ τῇ φύσει δοῦλον, λέγοιτ' ἂν οὐκ ἀπεοικότως, μορφὴν δούλου λαβεῖν, ἢ τὸ ἐλεύθερον ἀληθῶς, καὶ τῶν τῆς δουλείας μέτρων οὐσιωδῶς ἀνωτέρω κείμενον;

B. Τὸ ἐλεύθερον οἶμαί που. Ὃ γὰρ ἦν φύσει, πῶς ἂν γένοιτο ἔτι;

A. Ἄθρει δὴ οὖν, ὅτι, καίτοι καθ' ἡμᾶς γεγονὼς ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος, καὶ τοῖς τῆς δουλείας μέτροις ἐμβεβηκὼς κατὰ τὸ ἀνθρώπινον, προσεμαρτύρησεν αὐτῷ τὸ κατὰ φύσιν ἐλεύθερον, ἐν τῇ τῶν δραχμῶν συνεισφορᾷ λέγων· « Ἄρα γε ἐλεύθεροί εἰσιν οἱ υἱοί. » Δέχεται τοίνυν δούλου μορφὴν, τὰ ἐκ τῆς κενώσεως οἰκειούμενος, καὶ τὴν πρὸς ἡμᾶς ὁμοίωσιν οὐκ ἀτιμάσας· οὐ γὰρ ἦν ἑτέρως τιμῆσαι τὸ δοῦλον, εἰ μὴ γέγονεν αὐτοῦ τὸ δουλοπρεπὲς, ἵνα καὶ τῇ παρ' αὐτοῦ καταλαμπρύνοιτο δόξῃ, νικᾷ δὲ τὸ προῦχον ἀεὶ, καὶ τὸ ἐκ τῆς δουλείας αἶσχος ἐφ' ἡμῶν ἠφανίζετο. Καθ' ἡμᾶς γὰρ γέγονεν ὁ ὑπὲρ ἡμᾶς, καὶ ἦν ἐν μέτροις τοῖς οἰκετικοῖς ὁ ἐλεύθερος φύσει. Ταύτῃτοι κεχώρηκε καὶ εἰς ἡμᾶς τὸ ἀξίωμα. Κεκλήμεθα γὰρ καὶ ἡμεῖς υἱοὶ Θεοῦ, ἐπεγραψάμεθά τε Πατέρα τὸν ἰδικῶς αὐτοῦ. Γέγονε γὰρ καὶ αὐτοῦ τὰ ἀνθρώπινα. Οὐκοῦν ἐν τῷ λέγεσθαι λαβεῖν αὐτὸ, τὴν δούλου μορφὴν, ὅλον ἐστὶ τῆς οἰκονομίας τῆς μετὰ σαρκὸς τὸ μυστήριον. Εἰ δὲ Υἱὸν ὁμολογοῦντες ἕνα καὶ Κύριον, τὸν ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγον, κοινωνὸν αὐτῷ τῆς υἱότητος, καὶ μέντοι τῆς δόξης ἄνθρωπον ἁπλῶς συνῆφθαί φαμεν τὸν ἐκ σπέρματος τοῦ Δαβὶδ, ὥρα λέγειν ἡμᾶς τοῖς ὧδε φρονεῖν ἠρημένοις,

[90] Jerem. II, 2. [91] Philipp. II, 7. [92] Matth. XVII, 25.

Digitized by Google

φιλαλλήλως ἐπιστυγνάζοντας· « Τίς δώσει τῇ κεφαλῇ μου ὕδωρ, καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς μου πηγὴν δακρύων, καὶ κλαύσομαι τὸν λαόν μου τοῦτον ἡμέρας καὶ νυκτός; Παρεκομίσθησαν γὰρ εἰς ἀδόκιμον νοῦν, τὸν ἀγοράσαντα αὐτοὺς Δεσπότην ἀρνούμενοι. » Δυὰς γὰρ ἡμῖν υἱῶν ἀνισοφυὴς ἀναφαίνεται, καὶ δόξῃ θεοπρεπεῖ στεφανοῦται τὸ δοῦλον, καὶ ἰσομέτροις ὑπεροχαῖς ἐκλαμπρύνεται νόθος τις υἱὸς τῷ κατὰ φύσιν καὶ ἀληθῶς, καίτοι Θεοῦ λέγοντος ἐναργῶς· « Τὴν δόξαν μου ἑτέρῳ οὐ δώσω. » Πῶς γὰρ οὐχ ἕτερος ἰδικῶς παρὰ τὸν φύσει τε καὶ ἀληθῶς Υἱὸν, ὁ ψιλῇ τε καὶ μόνῃ συναφείᾳ τετιμημένος, καὶ ἐν ὑπηρέτου τάξει ληφθεὶς, καὶ ἀξιωθεὶς υἱότητος, καθὰ καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ, καὶ τῆς παρ' ἑτέρου δόξης μετεσχηκώς, δόσει τε καὶ χάριτι πρὸς τοῦτο ἐγμένος; Οὐ διαιρετέον οὖν εἰς ἄνθρωπον ἰδικῶς καὶ Θεὸν Λόγον τὸν Ἐμμανουήλ.

A ex semine David socium filiationis atque adeo gloria ei conjunctum esse dicunt, opportunum fuerit ut nos eorum qui ita sentiunt vicem, pro ea commiseratione quam alteri alteris debemus, dolentes, exclamemus : « Quis dabit capiti meo aquam, et oculis meis **735** fontem lacrymarum, et deflebo populum meum hunc dies et noctes ? Adducti enim sunt in mentem reprobam, Dominum qui ipsos redemit negantes [93]. » Dualitatem enim filiorum inæqualis naturæ constituunt, et divinam gloriam ascribunt servo, æqualique honoris excellentia ornant spurium quemdam, qua naturalem ac verum Filium, cum alioqui Deus manifeste dicat : « Gloriam meam alteri non dabo [94]. » Quomodo enim non sit diversus separatim a naturali ac vero Filio, qui B tenui ac sola conjunctione decoratus est, et ministri loco assumptus, quique, ita ut nos ipsi, adoptatus est, et ab alio gloriæ particeps factus, et dono et gratia id consecutus est ? Non est itaque dividendus Emmanuel in hominem seorsim, et in Deum Verbum.

B. Ἥκιστά γε.

A. Χρῆναι δέ φημι, Θεὸν ἐνηνθρωπηκότα λέγειν αὐτὸν, εἶναί τε κατὰ ταυτὸν, τοῦτό τε κἀκεῖνο. Οὔτε γὰρ ἀποπεφοίτηκε τοῦ εἶναι Θεὸς γενόμενος ἄνθρωπος, οὔτε μὴν ἀπαράδεκτον ἔχει τὴν οἰκονομίαν, τὸ τῆς κενώσεως ἀτιμάσας μέτρον.

B. Ἦν οὖν ἄρα, φασὶν, ὁμοούσιον τῷ Λόγῳ τὸ σῶμα αὐτοῦ, νοηθείη γὰρ ἂν ὧδε καὶ οὐχ ἑτέρως, εἷς καὶ μόνος Υἱός.

A. Καίτοι πῶς οὐ λῆρος ἥδη ταῦτα, καὶ νοῦ παραπαίοντος ἀπόδειξις ἐναργής ; Πῶς γὰρ ἐν οὐσίας ταυτότητι κατίδοι τις ἂν τὰ τῆς φύσεως λόγοις τοσοῦτον ἀλλήλων διῳκισμένα; Ἕτερον γάρ τι θεότης, καὶ ἕτερον ἀνθρωπότης· ἐπεὶ τίνων (a) φαμὲν γενέσθαι τὴν ἕνωσιν. Οὐ γὰρ ἐν τῷ ἀριθμῷ φαίη τις ἂν εἶναι τὰ ἑνούμενα, ἀλλὰ δύο τυχὸν, καὶ τούτου πέρα.

B. Διαιρετέον οὖν ἄρα φασὶ τὰ ὠνομασμένα.

A. Οὐ διαιρετέον, ὡς ἔφην, εἰς ἰδικὴν ἑτερότητα, τὴν κατά γε τὸ ἀπ' ἀλλήλων εἶναι καὶ ἀναμέρος. Συγκομιστέον δὲ μᾶλλον εἰς ἕνωσιν ἀδιάτμητον. Γέγονε γὰρ σὰρξ ὁ Λόγος, κατὰ τὴν Ἰωάννου φωνήν.

B. Ἆρ' οὖν συγκέχυνται, καὶ μία γεγόνασιν ἄμφω φύσις.

A. Εἶτα τίς οὕτως ἐμβρόντητός τε καὶ ἀμαθὴς εἴη ἂν ὡς ἢ τὴν θείαν οἴεσθαι τοῦ Λόγου τετράφθαι φύσιν εἰς ὅπερ οὐκ ἦν, ἢ μεταχωρῆσαι τὴν σάρκα, κατά γε τὸν τῆς ἀλλοιώσεως τρόπον, εἰς τὴν αὐτοῦ τοῦ Λόγου ; Ἀμήχανον γάρ· ἕνα γε μὴν Υἱὸν, καὶ μίαν αὐτοῦ φύσιν εἶναί φαμεν, κἂν εἰ ἐν προσλήψει γενέσθαι σαρκὸς, ψυχὴν ἐχούσης τὴν νοεράν. Αὐτοῦ γὰρ, ὡς ἔφην, γέγονε τὸ ἀνθρώπινον, νοεῖται δὲ πρὸς ἡμῶν, οὐχ ἑτέρως, πλὴν ὅτι κατὰ τοῦτον αὐτὸν τὸν τρόπον, Θεὸς ὁμοῦ τε καὶ ἄνθρωπος.

B. Ἆρ' οὖν, οὐ δύο φύσεις εἶεν ἂν, Θεοῦ καὶ ἀνθρώπου.

B. Nequaquam.

A. Censuerim vero, dicendum esse Deum hominem indutum, esseque eumdem ipsum, et hoc et illud. Neque enim factus homo desiit esse Deus, neque rursus administrationem in carne detrectavit, exinanitionis conditionem despiciens.

B. Erat itaque, aiunt, consubstantiale Trinitati ipsius corpus. Ita enim, neque alia ratione intelligi queat unus ac solus Filius.

A. Atqui quomodo non id mera sit insania, et C emotæ mentis certissimum argumentum ? Quo pacto enim in una atque eadem essentia consistere possint, quæ ratione naturæ tantopere inter se differunt? Aliud enim est Deus, aliud homo ; siquidem eorum dicimus factam esse unitatem. Neque enim quispiam censuerit unum numero facta esse ea quæ unita sunt, sed duo, aut his plura.

B. Dividendas igitur esse aiunt has appellationes.

A. Non sunt dividendæ, ut dixi, in privatam ac peculiarem diversitatem, quæ efficiat ut sejunctæ a se mutuo et seorsim subsistant : sed potius conferendæ sunt in unitatem indissolubilem. Verbum enim caro factum est, ut Joannes testatur.

B. Confusæ itaque sunt naturæ, unaque e duabus effecta.

A. At quis ita delirus aut imperitus sit, ut aut D divinam naturam mutatam esse in id quod non erat existimet, aut carnem ratione mutationis in naturam Verbi translatam fuisse ? Neque enim id ullo modo fieri potest. Unum porro Filium, et unam ipsius naturam esse dicimus, tametsi carnem anima intelligente præditam assumpserit. Ipsius enim, ut dixi, facta est humanitas. **736** Atque hoc quidem pacto, neque alio ullo censetur a nobis Deus simul et homo.

B. Non erunt itaque duæ naturæ, Dei et hominis.

[93] Jerem. IX, 1, 2. [94] Isa. XLII, 8.

(1) Lege τούτων. Ed.

Digitized by Google

A. Aliud quidem est Deitas, aliud humanitas, ratione ejus quod cuique inest : cæterum hæc inusitato quodam modo atque intellectum nostrum superante in unitatem concurrerunt, citra ullam confusionem ac mutationem. Unitatis vero ratio nullo pacto intelligi potest.

A. Ἕτερον μέν τι καὶ ἕτερον θεότης καὶ ἀνθρωπότης, κατά γε τοὺς ἐνόντας ἑκατέρῳ λόγους· ἀλλ' ἦν ἐν Χριστῷ ξένως τε καὶ ὑπὲρ νοῦν εἰς ἑνότητα συνδεδραμηκότα, συγχύσεως δίχα καὶ τροπῆς. Ἀπερινόητος δὲ παντελῶς ὁ τῆς ἑνώσεως τρόπος.

B. At quomodo ex duobus, divinitate nimirum et humanitate, unus censeatur Christus?

B. Καὶ πῶς ἐκ δυοῖν, θεότητός τε καὶ ἀνθρωπότητος, εἷς ἂν νοοῖτο Χριστός;

A. Non alio modo censuerim, quam quo duæ res inter se coeunt unione inseparabili atque intellectum superante, ut dixi.

A. Οὐ καθ' ἕτερον οἶμαι τρόπον, ἢ καθ' ὃν ἂν εἶεν τὰ ἀλλήλοις συνηγμένα πρὸς ἕνωσιν ἀδιάτμητον, καὶ τὴν ὑπὲρ νοῦν, ὡς ἔφην.

B. Exempli gratia?

B. Οἷον δὴ τί;

A. Nonne unum dicimus hominem nostri similem, atque unam ipsius naturam, tametsi uniformis et simplex non sit, sed potius ex duobus compositus, anima, inquam, et corpore?

A. Ἆρ' οὐχ ἕνα φαμὲν τὸν καθ' ἡμᾶς νοούμενον ἄνθρωπον, καὶ μίαν αὐτοῦ φύσιν, καίτοι τὸ μοναειδὲς οὐκ ἔχοντος, συντεθειμένου δὲ μᾶλλον ἐκ δυοῖν, ψυχῆς λέγω καὶ σώματος;

B. Dicimus.

B. Φαμέν.

A. At si quis seorsim statuens carnem, separans vero ab ea animam quæ ipsi unita est, in duos homines eum qui unus est partiatur, nonne humanitatis rationem subvertat?

A. Μὴ ἀναμέρος τις ἀπολαβὼν τὴν σάρκα, διαστήσας δὲ αὐτῆς τὴν ἑνωθεῖσαν αὐτῇ ψυχὴν, εἰς ἀνθρώπους δύο τὸν ἕνα κατατέμῃ, καὶ τὸν τῆς ἀνθρωπότητος οὐ καταφθείρῃ λόγον;

B. Atqui sapientissimus Paulus inquit : « Si enim etiam externus homo noster corrumpitur, sed interior renovatur de die in diem [95]. »

B. Καὶ μὴν ὁ πάνσοφος γράφει Παῦλος· « Εἰ γὰρ καὶ ὁ ἔξω ἄνθρωπος διαφθείρεται, ἀλλ' ὁ ἔσω ἀνακαινοῦται ἡμέρᾳ καὶ ἡμέρᾳ. »

A. Recte ais. Norat enim, norat aperte ea ex quibus unus constat, et differentiam sola contemplatione perceptibilem statuit. Hominem vero interiorem, animam vocat : at exteriorem, carnem. Meminit enim sacrarum Scripturarum, quæ aliquando ex parte totum nobis hominem significant, ut cum dicit Deus : « Effundam de Spiritu meo in universam carnem [96]; » et Moyses ad Israelitas loquens : « In septuaginta quinque animabus descenderunt patres tui in Ægyptum [97]. » Atqui in ipso etiam Emmanuele idem accidisse comperiemus. Nam post unitatem, cum carne, inquam, tametsi Unigenitum et Deum ex Deo ipsum quis vocet, non absque carne sive humanitate exsistere censeatur. Ac rursus, tametsi quis ipsum vocet hominem, non excludet ab eo quod sit Deus et Dominus.

A. Ὀρθῶς ἔφης. Ἤδει, καὶ ἤδει σαφῶς, τὰ ἐξ ὧν ὁ εἷς ἐστι, καὶ θεωρίᾳ μόνῃ ληπτὴν ποιεῖται τὴν διαφοράν· ἄνθρωπον δὲ τὸν ἔσω, ψυχὴν ὀνομάζει, καὶ μὴν καὶ σάρκα, τὸν ἔξω. Διαμέμνηται γὰρ τῶν ἱερῶν Γραμμάτων, καὶ ἀπὸ μέρους ἔσθ' ὅτε τὸ σύμπαν ἡμῖν καταδηλούντων ζῶον, ὥστε τὸ φάναι θεόν, « Ἐχεῖ ἀπὸ τοῦ Πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα, » Μωσέα γε μὴν προσδιαλεγόμενον τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ, « Ἐν ἑβδομήκοντα πέντε ψυχαῖς κατέβησαν οἱ πατέρες σου εἰς Αἴγυπτον, » καὶ ἐπ' αὐτοῦ δὲ τουτὶ τοῦ Ἐμμανουὴλ γεγονὸς εὑρήσομεν. Μετὰ γάρ τοι τὴν ἕνωσιν, πρός γέ φημι τὴν σάρκα, κἂν Μονογενῆ καὶ Θεὸν ἐκ Θεοῦ, καλέσειέ τις αὐτὸν, οὐ δίχα σαρκὸς ἤγουν ἀνθρωπότητος νοοῖτ' ἂν ὑπάρχειν. Κἂν εἴποι ἄνθρωπον λέγοι, οὐκ ἀποσοβήσει τοῦ εἶναι Θεὸν καὶ Κύριον.

B. Cæterum si unam esse dicimus Filii naturam, tametsi intelligatur incarnatus, necessarium plane est ut confusionem et misturam factam fuisse statuamus, absorpta quodammodo in ipso humana natura. Quid enim est humana natura cum divinitatis excellentia collata?

B. Ἀλλ' εἰ μίαν εἶναι φύσιν Υἱοῦ φαμεν, κἂν εἰ νοοῖτο σεσαρκωμένος, πᾶσά πως ἀνάγκη γενέσθαι φυρμὸν ὁμολογεῖν καὶ σύγκρασιν, ὑποκλεπτομένης ὥσπερ τῆς ἀνθρώπου φύσεως ἐν αὐτῷ. Τί γὰρ ἡ ἀνθρώπου φύσις πρὸς τὴν τῆς θεότητος ὑπεροχήν;

737 A. Vehementer profecto imperitus fuerit qui confusionem et misturam factam fuisse dixerit. Neque vero unam factam esse naturam incarnati, et qui in homine versatus est declaravimus. Neque enim quisquam necessariis et veris syllogismis id demonstrare queat. Sed si suam voluntatem nobis legem statuunt, consilium inierunt quod stabilire non possunt. Adhærendum enim nobis est, non ipsis, sed sacræ Scripturæ. Si vero existimant, quia natura humana, si cum divina excellentia comparetur, nihil plane est, idcirco absorptam atque absumptam esse, ut

A. Μάλιστα μὲν, ὦ ἑταῖρε, περιττοεπὴς ὁ λέγων φυρμὸν γενέσθαι καὶ σύγκρασιν. Οὐδὲ μία πρὸς ἡμῶν ὡμολόγητο φύσις σεσαρκωμένου τε καὶ ἐνηνθρωπηκότος. Οὐ γὰρ ἂν ἔχοι τις ἐξ ἀναγκαίων τε καὶ ἀληθῶν συλλογισμῶν ποιεῖσθαι τὴν δεῖξιν. Ἀλλ' εἰ μὲν νόμον ἡμῖν τὸ οἰκεῖον ἱστᾶσι θέλημα, διελογίσαντο βουλήν, ἣν οὐ μὴ δύνωνται στῆσαι. Προσεκτέον γὰρ ἡμῖν, οὐκ ἐκείνοις μᾶλλον, ἀλλὰ τῇ θεοπνεύστῳ Γραφῇ. Εἰ δὲ δεῖν οἴονται, διὰ τὸ εἶναι μηδὲν τὴν ἀνθρώπου φύσιν ὡς πρός γε τὴν θείαν ὑπεροχὴν, ὑποκλέπτεσθαί τε καὶ δαπανᾶσθαι, καθά φασιν αὐτοὶ, παλαι-

[95] II Cor. IV, 16. [96] Joel II, 28. [97] Deut. X, 22.

Digitized by Google

ἐροῦμεν· « Πλανᾶσθε, μὴ εἰδότες τὰς Γραφὰς, μηδὲ τὴν δύναμιν τοῦ Θεοῦ. » Οὐ γὰρ ἦν ἀμήχανον τῷ φιλανθρώπῳ Θεῷ, οἱστὸν ἑαυτὸν ἀποφῆναι τοῖς τῆς ἀνθρωπότητος μέτροις, καὶ τοῦτο ἡμῖν προϋπέφηνεν αἰνιγματωδῶς Μωσέα μυσταγωγῶν, καὶ τὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως μυστήριον ὡς ἐν τύποις ἔτι ζωγραφῶν. Ἐπεφοίτησε μὲν γὰρ ἐν εἴδει πυρὸς τῷ βάτῳ κατὰ τὴν ἔρημον (11), καὶ ἐνήστραπτε μὲν τῷ θάμνῳ τὸ πῦρ, πλὴν οὐ κατεκαίετο. Τεθαύμακε δὲ τὴν ὅρασιν ὁ Μωσῆς. Καίτοι πῶς οὐκ ἀσύμβατον εἴη ἂν τῷ πυρὶ τὸ ξύλον; Οἱστὴ δὲ ὅπως ταῖς τῆς φλογὸς ἐμβολαῖς ἡ εὐκατάπρηστος ὕλη. Ἀλλ' ἦν, ὡς ἔφη, μυστηρίου τὸ χρῆμα τύπος, οἱστὴν ἀποφαίνοντος τοῖς τῆς ἀνθρωπότητος μέτροις τὴν θείαν τοῦ Λόγου φύσιν, αὐτοῦ γε ἐθέλοντος· ἀδυνατεῖ γὰρ αὐτῷ παντελῶς οὐδέν.

A ipsi volunt, iterum respondebimus : « Erratis nescientes Scripturas, neque potentiam Dei [28]. » Neque enim erat difficile benignissimo Deo gestabilem ac tolerabilem se præbere humanæ conditioni; atque hoc quidem nobis figurate præsignificavit Mosen instruens, et incarnationis mysterium veluti in typis adhuc atque umbris describens. Immisit enim se in forma ignis rubo in deserto. Atque ignis quidem in rubo emicabat, neque tamen adurebatur. Attonitus fuit ejus rei spectaculo Moyses [29]. Atqui quo pacto non agat ignis in lignum? Materia tamen quæ facile succendi potest flammæ vim pertulit. Cæterum erat, ut dixi, res hæc mysterii adumbratio, declarans tolerabilem fore humanæ imbecillitati divinam Verbi naturam, ipso ita vo-

B lente. Nihil enim ipsi est impossibile.

Β. Ὡς εὖ ἴσθι τοι, μὴ ἂν ἐλέσθαι τὰ ἴσα φρονεῖν αὐτοὺς ἄλλως.

B. Quam recte nosti illos ita sentire nolle!

Α. Ἔσται τοίνυν καὶ ἀναμφιλόγως υἱοὺς ἡμῖν δύο καὶ χριστοὺς ὁ πρὸς αὐτῶν πρεσβεύων λόγος.

A. Duos itaque procul dubio filios, et duos christos illorum sermo nobis prædicat.

Β. Δύο μὲν, οὐχί· φασὶ δὲ, ὅτι εἷς μέν ἐστιν ὁ κατὰ φύσιν Υἱὸς, ὁ ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγος· ὁ δὲ ληφθεὶς, ἄνθρωπος μέν ἐστι φύσει τοῦ Δαβὶδ, Υἱὸς δὲ τοῦ Θεοῦ, διὰ τὸ ἀνειλῆφθαι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ Λόγου, ὃς διὰ τὸ κατῳκηκέναι ἐν αὐτῷ τὸν Θεὸν Λόγον, εἰς ταύτην ἦλθε τὴν ἀξίαν, καὶ χάριτι τὴν υἱοθεσίαν ἔχει.

B. Duos quidem, nequaquam. Aiunt vero unum quidem esse secundum naturam Filium, Verbum ex Deo Patre : eum autem qui assumptus est, hominem quidem esse natura David, Dei vero Filium ideo quod a Verbo Dei assumptus sit, et quia inhabitavit in ipso Verbum Dei, eamdem dignitatem consecutus est, et Filius per gratiam est.

Α. Εἶτα ὅποι ποτὲ νοῦ καὶ φρενὸς ἴοιεν ἂν οἱ τῇδε δοξάζοντες; Ἢ πῶς οὐ δυάδα φασὶν υἱῶν, ἀποδιϊστάντες ἀλλήλων ἄνθρωπον καὶ Θεόν; Εἴπερ ἐστὶ κατ' αὐτοὺς, ὁ μὲν φύσει καὶ ἀληθῶς, ὁ δὲ χάριτι τὴν υἱοθεσίαν ἔχων, καὶ εἰς ταύτην ἦλθε τὴν ἀξίαν, ὡς ἐνοικοῦντος αὐτῷ τοῦ Λόγου; Ἆρ' οὖν ἔχει τι τὸ μεῖζον ὁ καθ' ἡμᾶς, ἐναυλίζεται γὰρ καὶ ἡμῖν αὐτοῖς, καὶ πρός γε τοῦτο ἡμᾶς ἐμπεδοῖ λέγων ὁ ἱερώτατος Παῦλος· « Τούτου χάριν κάμπτω τὰ γόνατά μου πρὸς τὸν Πατέρα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐξ οὗ πᾶσα πατριὰ ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς ὀνομάζεται, ἵνα δῷ ὑμῖν κατὰ τὸν πλοῦτον τῆς δόξης αὐτοῦ, δυνάμει κραταιωθῆναι διὰ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ, κατοικῆσαι τὸν Χριστὸν ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν. »

A. At quo pacto non sint emotæ mentis qui ita statuunt? aut quomodo non duos filios faciunt, separantes inter se hominem et Deum? Siquidem est C ex ipsorum sententia hic quidem natura ac vere Filius, hic vero per adoptionem eadem dignitate præditus est', utpote inhabitante ipsum Verbo? Habet itaque aliquid amplius nostri similis. Inhabitat enim etiam in nobisipsis. Quod et confirmat sacratissimus Paulus dicens : **738** « Hujus rei gratia flecto genua mea ad Patrem Domini nostri Jesu Christi, ex quo omnis paternitas in cœlis et in terra nominatur, ut det vobis secundum divitias gloriæ suæ, virtute corroborari per Spiritum ejus, habitare Christum in cordibus nostris [1]. »

Ἐν ἡμῖν γάρ ἐστι διὰ τοῦ Πνεύματος, « ἐν ᾧ κράζομεν· Ἀββᾶ ὁ Πατήρ. » Οὐκοῦν κατ' οὐδένα τρόπον εἴη ἂν τὰ καθ' ἡμᾶς ἐν μείοσιν, εἰ τῶν ἴσων ἠξιούμεθα παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός. Χάριτι γὰρ καὶ ἡμεῖς D υἱοὶ καὶ θεοί. Ἐνηνέγμεθα δὲ πάντως εἰς ταύτην τὴν ὑπερφυᾶ καὶ τεθαυμασμένην ἀξίαν, ὡς ἔναυλον ἔχοντες τὸν μονογενῆ τοῦ Θεοῦ Λόγον. Ἀνόσιον δὲ καὶ ἀπόπληκτον παντελῶς, τὸ ἠξιῶσθαι λέγειν αὐτοὺς τῆς υἱοθεσίας τὸν Ἰησοῦν, καὶ ὡς ἐν χάριτος μείρᾳ τὴν ἐπὶ τῷδε δόξαν ἐλεῖν.

For in nobis enim est per Spiritum, « in quo clamamus : Abba, Pater [2]. » Nulla itaque ratione erimus inferiores etiam nos, siquidem Deus ac Pater nos iisdem rebus dignatus est. Nam et nos per gratiam summi filii et dii. Translati porro sumus omnino ad eamdem illam supereminentem atque admirandam dignitatem, utpote inhabitante in nobis unigenito Dei Verbo. Impium vero et absurdum prorsus fuerit dicere dignatos esse nos Jesum filiatione, ac veluti per gratiam hunc honorem accepisse.

Β. Φράσαις ἂν ὅπως.

B. Dic quomodo.

Α. Καὶ μάλα. Πρῶτον μὲν γάρ, ὡς ἔφην, ἕτερος

A. Dicam. Primum enim, ut dixi, diversus exsi-

[28] Matth. xxii, 29. [29] Exod. iii, 2 seqq. [1] Ephes. iii, 14-16. [2] Galat. iv, 6.

BON. VULCANII NOTÆ.

(11) Cyrillus *Glaphyris in Exodum* cap. 3, id latius explicat.

Digitized by Google

stens separatim Filius et Christus et Dominus, A præter illum qui vere et secundum naturam, hinc intelligatur. Præterea aliud etiam absurdum consequitur, rectisque ratiocinationibus repugnans.

B. Quidnam?

A. Sapientissimus Joannes de Christo inquit: « In propria venit, et sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri [3]. » Qui ergo per gratiam filiationem consecutus est, et ascititiam dignitatem adeptus est esse id quod est, largietur aliis quod ipse ægre nactus est. Annon tibi id dissentaneum vero videatur?

B. Omnino.

A. Quod vero non naturaliter inest, sed potius B adventitium est, nonne etiam fieri potest ut amittatur?

B. Quidni?

A. Fieri itaque poterit ut et Filius aliquando filiatione sua excidat. Neque enim extra amittendi aleam positum est quod natura stabilitum non est.

B. Ita videtur.

A. Sed et alia ratione perspici potest quanta turpitudine absurditateque illorum doctrina sit referta. Nam si verum est, id quod per adoptionem et gratiam est similitudinem referre ejus quod naturaliter ac vere est: quo pacto simus nos per adoptionem filii, relationem ad ipsum habentes ut vere Filium, si etiam ipse nobiscum inter adoptitios censetur? quo pacto autem in evangelicis parabolis tanquam filius mittitur post servos? quem cum aspexissent curatores vineæ, dixerunt: « Hic est hæres, venite, interficiamus eum [4]. » Est igitur is qui in carne **739** apparuit, et Judæorum sævitiam expertus est, vere Filius et liber, utpote ex libera natura genitus, et non ex iis qui sub jugo sunt, quatenus censetur Deus, tametsi factus sit similis nobis qui sub jugo versamur; filius servitutis qui natura ac vere Filius est, quique extra omne jugum omni creatura superior est: ad quem nos per adoptionem et gratiam filii formati sumus.

B. Non dicimus, inquiunt, hominem esse Filium Dei, ne duos natura filios statuamus. Quemadmodum enim Verbum quod ex cœlis descendit non est secundum naturam filius David: ita neque is qui est ex semine David est Filius Dei secundum naturam.

A. Dividentur itaque in duos filios, atque ambo falso ita appellari deprehendentur? Dixerit vero aliquis inanem ac vanam imposturam esse Christi mysterium, si ita se res habet atque deliri hæretici volunt. Quænam igitur erit unitas? aut qua de causa factam illam dicent? Quinetiam falsum quoque fuerit, quod factus sit caro, et supervacaneum commentum erit, si non vocatus sit filius David Ver-

[3] Joan. I, 11, 12. [4] Matth. XXI, 38.

ὢν ἰδικῶς Υἱὸς καὶ Χριστὸς καὶ Κύριος, παρὰ τὸν ἀληθῆ τε καὶ κατὰ φύσιν, νοοῖτ' ἂν ἐντεῦθεν. Εἶτα πρὸς τούτῳ, καὶ ἕτερόν τι τῶν ἀμηχάνων εἰσκρίνεται, καὶ τοῖς εἰς ὀρθότητα λογισμοῖς οὐκ ἀπεοικότως ἀντανιστάμενον.

B. Τὸ ποῖόν τι φῄς;

A. Ὁ πάνσοφος Ἰωάννης περὶ Χριστοῦ φησιν· « Εἰς τὰ ἴδια ἦλθε, καὶ οἱ ἴδιοι αὐτὸν οὐ παρέλαβον. Ὅσοι δὲ ἔλαβον αὐτόν, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα Θεοῦ γενέσθαι. » Ἆρ' οὖν ὁ χάριτι τὴν υἱοθεσίαν ἔχων, καὶ εἰσκεκριμένον ἐλεῖν ἀξίωμα τὸ εἶναι ὅ ἐστι, χαίρυαιτ' ἂν καὶ ἑτέροις ὃ πεπλούτηκε μόλις. Οὐκ ἀπίθανον εἶναί σοι τὸ χρῆμα δοκεῖ;

B. Καὶ μάλα.

A. Τὸ δὲ μὴ φύσει προσὸν, ἔξωθεν δὲ μᾶλλον εἰσπεποιημένον, οὐκ ἀπόβλητον γένοιτ' ἄν, κατά γε τὸ ἐγχωροῦν;

B. Πῶς γὰρ οὔ;

A. Οὐκοῦν εἴη ἂν τῶν ἐνδεχομένων καὶ ἀπολισθεῖν ποτε δύνασθαι τῆς υἱότητος τὸν Υἱόν. Οὐ γὰρ ἀνύποπτον εἰς ἀποβολὴν, ὃ μὴ φυσικοῖς ἐρήρεισται νόμοις.

B. Ὧδε ἔχει.

A. Καὶ κατ' ἕτερον δὲ τρόπον καταθεῷτό τις ἂν, ὡς ἀκαλλές τέ ἐστι, καὶ τῆς ἀνωτάτω δυσβουλίας ἐπίμεστον ἀληθῶς τὸ δόγμα αὐτοῖς. Εἰ γάρ ἐστιν ἀληθὲς, ὡς τὸ κατὰ θέσιν καὶ χάριν ἀεί πως ἐστὶν ἐν ὁμοιώσει τοῦ κατὰ φύσιν καὶ ἀλήθειαν, πῶς ἡμεῖς κατὰ θέσιν υἱοὶ, πρὸς αὐτὸν ἔχοντες τὴν ἀναφορὰν ὡς πρὸς Υἱὸν ἀληθῶς, εἰ καὶτοὺς μεθ' ἡμῶν ἐν τοῖς κατὰ χάριν ἐστί; πῶς δὲ καὶ ἐν ταῖς εὐαγγελικαῖς παραβολαῖς, ὡς υἱὸς πέμπεται μετὰ τοὺς οἰκέτας; ὃν ἑωρακότες οἱ τοῦ ἀμπελῶνος μελεδωνοί· « Οὗτός ἐστιν ὁ κληρονόμος· δεῦτε, ἀποκτείνωμεν αὐτόν. » Ἔστι τοίνυν ὁ ἐν σαρκὶ πεφηνὼς, καὶ τῆς Ἰουδαίων σκαιότητος εἰς πεῖραν ἐλθὼν, Υἱὸς ἀληθῶς, καὶ ἐλεύθερος, ὡς φύσεως δηλονότι τῆς ἐλευθέρας ἐκπεφυκὼς, καὶ οὐκ ἔν γε τοῖς ὑπὸ ζυγὸν, καθὸ νοεῖται Θεὸς, καὶ εἰ γέγονε καθ' ἡμᾶς τοὺς ὑπὸ ζυγὸν, δουλείας υἱὸς, ὁ Υἱὸς, ὡς ἔφην, φύσει τε καὶ ἀληθῶς, ὁ πέρα ζυγοῦ καὶ ὑπὲρ τὴν κτίσιν· πρὸς ὃν καὶ ἡμεῖς οἱ κατὰ θέσιν καὶ χάριν υἱοὶ μεμορφώμεθα.

B. Οὐ λέγομεν, φασὶ, τὸν ἄνθρωπον, Υἱὸν εἶναι τοῦ Θεοῦ, ἵνα μὴ δύο φύσει υἱοὺς εἴπωμεν. Ὥσπερ γὰρ ὁ ἐξ οὐρανῶν κατελθὼν Λόγος, οὐκ ἔστι κατὰ φύσιν υἱὸς τοῦ Δαβὶδ, οὕτως οὐδὲ ὁ ἐκ σπέρματος τοῦ Δαβὶδ, Υἱός ἐστι κατὰ φύσιν τοῦ Θεοῦ.

A. Διατετμήσονται δὴ οὖν εἰς υἱοὺς δύο, καὶ ἀμφὼ ψευδώνυμοι καταφωραθεῖεν ἄν; Φαίη δ' ἄν, οἶμαι, τις εἰκαῖον εἶναι φενακισμὸν, τὸ Χριστοῦ μυστήριον, εἴπερ ὧδε ἔχει καθὰ ληροῦντές φασιν οἱ διεναντίας. Ποῦ τοιγαροῦν ἡ ἕνωσις, καὶ ἐφ' ὅτῳ πεπράχθαι φασὶν αὐτήν; Ἢ τάχα που, καὶ τὸ γενέσθαι σάρκα τὸν Λόγον, οὐκ ἀληθὲς ὂν ἐκφαίνεται, καὶ περιττῶς εἰσκεκομισμένον, εἰ μὴ κεχρημάτικεν Υἱὸς τοῦ Δαβίδ,

Digitized by Google

ὁ ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγος, διὰ τὸ ἐκ σπέρματος αὐτοῦ γενέσθαι κατὰ τὴν σάρκα. Χρῆναι δὲ οἶμαι καὶ πρὸς ἡμῶν ἀκούειν αὐτοὺς, τὸ παρ' αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ τοῖς Ἰουδαίων καθηγηταῖς εἰρημένον· « Τί ὑμῖν δοκεῖ περὶ τοῦ Χριστοῦ; τίνος υἱός ἐστι; » Κἂν εἰ φαῖεν ὅτι τοῦ Δαβίδ, ἀκούσονται πρὸς ἡμῶν· « Πῶς οὖν Δαβὶδ ἐν Πνεύματι Κύριον αὐτὸν καλεῖ, λέγων· « Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου· Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου; Εἰ οὖν Δαβὶδ ἐν Πνεύματι καλεῖ αὐτὸν Κύριον, πῶς Υἱὸς αὐτοῦ ἐστιν, » ὁ μὴ κατὰ φύσιν καὶ ἀληθῶς Υἱὸς, καθά φασιν οἱ διεναντίας, συνεδρεύει τε τῷ Θεῷ, καὶ ὁμόθρονος, εἰπέ μοι, τῷ πάντων κρατοῦντι γίνεται; Καίτοι, καθά φησιν ὁ πάνσοφος Παῦλος, οὐδενὶ πώποτε τῶν ἀγγέλων εἴρηκεν ὁ Πατήρ· « Υἱός μου εἶ σύ. » Ἀλλ' οὐδέ· « Κάθου ἐκ δεξιῶν μου. » Εἶτα, πῶς ἐν τοῖς ὑπερτάτοις ἀξιώμασι, καὶ ἐν τοῖς τῆς θεότητος θάκοις ὁ ἐκ γυναικὸς, καὶ πέρα πάσης Ἀρχῆς καὶ Κυριότητος, Θρόνων τε καὶ Ἐξουσίας, καὶ παντὸς ὀνόματος ὀνομαζομένου; Ἄθρει δὲ, ὅπως ὁ Κύριος λέγων· « Εἰ οὖν Δαβὶδ ἐν Πνεύματι Κύριον ὀνομάζει, πῶς υἱὸς αὐτοῦ ἐστι; » φρονεῖν ἀναπείθει τοὺς οἵπερ ἂν εἶεν τῆς ἀληθείας ἐρευνηταὶ, ὡς ἐν μεθέξει σαρκὸς καὶ αἵματος γεγονὼς ὁ Λόγος, εἷς μεμένηκε καὶ οὕτως Υἱὸς, ὅτι μέν ἐστι Θεὸς, ἐκ θεοπρεποῦς ὑπεροχῆς καὶ κυριότητος μαρτυρούμενος· ὅτι δὲ πέφηνεν ἄνθρωπος, τοῦ καὶ Υἱοῦ χρηματίσαι Δαβὶδ εὖ μάλα κατασημαίνοντος.

A bum ex Deo Patre. Atqui censuerim illos a nobis idipsum audire debere, quod Christus ipse Judæorum principibus dixit: « Quid vobis videtur de Christo? cujus filius est [a]? » Quod si dixerint, Davidis, audient a nobis: « Quomodo igitur David Dominum ipsum in Spiritu vocat, dicens: Dixit Dominus Domino meo: Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Si ergo David in Spiritu vocat ipsum Dominum, quomodo filius ejus est, » qui non est naturaliter ac vere Filius [b], ut hæretici censent? aut quo pacto assidet Deo totius universi Domino? Atqui, quemadmodum sapientissimus Paulus inquit, nemini unquam angelorum dixit Pater: « Filius meus es tu [c]. » Sed neque: « Sede a dextris meis [d]. » Præterea quomodo in suprema illa dignitate et in solio divinitatis sedebit qui ex muliere natus est, supraque omnes Principatus et Dominationes ac Thronos et Potestates, supraque omne nomen quod vocatur [e]? Animadverte vero quo pacto Dominus dicens: « Si ergo David in Spiritu Dominum vocat, quomodo Filius ejus est? » veritatis investigatoribus persuadere vult quod Verbum Dei carnis et sanguinis particeps factum, etiam hoc pacto mansit unus **740** Filius, Deum quidem esse ex divina supereminentia et dominatione declarans; hominem vero factum, per id quod vocet Filium David.

B. Φαῖεν ἂν ἴσως καὶ πρός γε ταῦτα, διατεκμαίρομαι γάρ· Ἆρ' ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, καὶ αὐτὸν εἶναι δώσομεν τὸν ἐκ σπέρματος τοῦ Δαβίδ;

B. Dixerint ad hæc fortasse, quantum conjectura consequi possum: Ergo ex essentia Dei ac Patris fatendum fuerit esse etiam eum qui est ex semine David?

A. Καίτοι πῶς ἡ τοιάδε πεῦσις οὐ πολὺ δὴ λίαν τὸ ἀσύφηλον ἔχει; Καὶ ἀπαδόντως ἂν γένοιτο τῇ τοῦ μυστηρίου δυνάμει καὶ τοῖς τῆς ἀληθείας φιλοθεάμοσιν;

A. At vero quomodo non hæc interrogatio soliditatis plena censeatur, et a studiosis veritatis virtuti mysterii plane repugnare judicetur?

B. Φράσον ὅπως.

B. Dic quo pacto.

A. Μὴ γάρ μοι διέλῃς, ὡς ἕτερόν τινα λέγων παρὰ τὸν ἕνα Χριστὸν καὶ Υἱὸν Κύριον, τὸν ἐκ σπέρματος τοῦ Δαβίδ. Ὁ γάρ τοι τῆς ὀρθότητος λόγος, τὸν ἐκ Θεοῦ Πατρὸς φύντα Υἱὸν μονογενῆ, αὐτὸν καὶ οὐχ ἕτερον εἶναι βούλεται τὸν ἐκ Δαβὶδ κατὰ σάρκα. Μὴ τοίνυν ἐξ ἀμετρήτου λεγόντων ἐμβροντησίας, ὅτι ὥσπερ ὁ ἐξ οὐρανοῦ κατελθὼν Λόγος, οὐκ ἔστι κατὰ φύσιν Υἱὸς τοῦ Δαβίδ. Οὕτως οὐδὲ ὁ ἐκ σπέρματος τοῦ Δαβὶδ, Υἱός ἐστι κατὰ φύσιν τοῦ Θεοῦ. Ὁ γάρ τοι φύσει καὶ ἀληθῶς ἐκ τοῦ Πατρὸς ἀναλάμψας Λόγος, ἐν προσλήψει γεγονὼς σαρκὸς καὶ αἵματος, καθάπερ ἔφην ἀρτίως, μεμένηκεν ὁ αὐτὸς, τουτέστι, φύσει τε καὶ ἀληθῶς Υἱὸς τοῦ Πατρὸς, εἷς ὢν καὶ μόνος, καὶ οὐχ ὡς ἕτερος μεθ' ἑτέρου, ἵνα καὶ ἐν αὐτοῦ νοῆται πρόσωπον. Συναγείροντες γὰρ οὕτως πρὸς ἕνωσιν ἀληθῆ, καὶ τὴν ὑπὲρ νοῦν καὶ λόγον τὰ τοῖς τῆς φύσεως λόγοις πρὸς ἀνομοιότητα διεσχοινισμένα, τὴν ἁπλανῆ τῆς πίστεως βαδιούμεθα τρίβον. Ἕνα γὰρ καὶ τὸν αὐτὸν εἶναί φαμεν Χριστὸν Ἰησοῦν, ἐκ Θεοῦ μὲν Πατρὸς, ὡς Θεὸν Λόγον, ἐκ σπέρματος δὲ κατὰ σάρκα

A. Ne mihi hæc dividas, tanquam diversum quemdam statuens ab uno Christo et Filio Domino, eum qui est ex semine David. Veritatis enim ratio hoc vult ut unigenitus Filius ex Deo Patre genitus, ipse et non alius sit ex David secundum carnem. Audiendi itaque non sunt, qui ex immensa quadam insania volunt, quod sicut Verbum quod e cœlo descendit non est secundum naturam filius David, ita neque is qui est ex semine David est Filius secundum naturam Dei. Nam Verbum quod naturaliter ac vere ex Patre effulsit, cum carnem et sanguinem assumpsit, quemadmodum modo dixi, mansit idem, hoc est, natura et vere Filius Patris: unus exsistens ac solus, et non ut alius cum alio, ut et una ipsius censeatur persona. Hoc enim pacto reducentes ad veram unitatem, et intellectum ac mentem nostram superantem quæ ratione naturæ dissimilia inter se sunt, rectam fidei viam insistimus. Unum enim etiam ipsum esse dicimus Jesum Christum: ex Deo quidem Patre ut Deum Verbum;

[a] Matth. xxii, 42. [b] ibid. 43-45. [c] Hebr. i, 5. [d] ibid. 13. [e] Ephes. i, 21.

Digitized by Google

ex semine autem, secundum carnem, Davidis. Anne tibi recte de his egisse videor?

B. Omnino.

A. Cæterum aliquid præterea adversariis adjiciam.

B. Quidnam?

A. Neque enim Unigenitum Deum Verbum essentiam ex Deo Patre habere credunt; sed hominem illum, qui per conjunctionem, ut ipsi volunt, assumptus est, ex semine David factum esse contendunt.

B. Ita aiunt.

A. Superabit itaque omnino Verbum quod natura ac vere Deus est, eum qui est ex semine David: et tanto quidem excellet, quantum est in naturarum differentia intervalli. Aut si ita se res non habet ac dico, cur itaque distinguunt? Atque huic quidem tribuunt gloriæ facultatem, hunc vero tanquam acceperit introducunt, atque id quod est, instar doni, atque **741** beneficii lucrifecisse. Inferior autem et posterior est qui accipit, quam qui dat; et is qui ab alio gloriæ particeps efficitur, quam is qui gloriam impertitur.

B. Maximam, arbitror, etiam ipsi differentiam statuunt inter Deum et homines.

A. Atqui quomodo sapientissimus Paulus divinorum mysteriorum minister ipsum illum qui prædicatur inhabitantem in se habens, et loquens in Spiritu, secundum carnem ex Judæis et Deum appellat, et benedictum esse dicit in sæcula: amen [10]? Quid superius est Deo qui supra omnes est? quid autem majus in Verbo quod ex Patre genitum est quis deprehendat, quam in eo qui secundum carnem ex Judæis? siquidem est alius ab ipso et peculiariter Filius atque hoc non vere.

B. Sed admissus est, inquiunt, secundum conjunctionem is qui est ex semine David, et cum inhabitarit in ipso Deus exsistens Verbum, communem cum illo dignitatem et gloriam consequitur; quod et sacratissimus Paulus de ipso scribens docet: « Quia factus est obediens Patri usque ad mortem, mortem autem crucis. Ideo et Deus superexaltavit eum, et dedit ei nomen quod est super omne nomen [11], » hoc est, Deus.

A. Peculiariter itaque, et ut diverso seorsim Filio qui est ex semine David, datum fuisse dicunt a Deo nomen quod est super omne nomen.

B. Ita aiunt. Cum enim Unigenitus sit Deus et ex Deo secundum naturam, quomodo illi datum fuerit id quod ex se habet?

A. Ergo si de ipso dictum non est quod acceperit, inquiramus accurate quamobrem divinus Paulus scripserit: « Hoc enim sentite in vobis quod et in Christo Jesu: qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est se esse æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus et habitu inventus

[10] Rom. IX, 5. [11] Philipp. II, 8, 9.

τοῦ θεσπεσίου Δαβίδ. Ἦ οὐκ ἀριστά σοι ταῦτα διεσκέφθαι δοκῶ;

B. Πάνυ μὲν οὖν.

A. Προσερήσομαι δέ τι καὶ ἕτερον τοὺς διεναντίας.

B. Τὸ τί δὴ φῄς;

A. Οὐ γὰρ ἐκ τοῦ Πατρὸς τὴν ὕπαρξιν ἔχειν πεπιστεύκασι τὸν μονογενῆ Θεὸν Λόγον, τόν γε μὴν, ὡς αὐτοί φασι ληφθέντα κατὰ συνάφειαν ἄνθρωπον, ἐκ σπέρματος γενέσθαι τοῦ θεσπεσίου Δαβὶδ διατείνονται.

B. Οὕτω φασί.

A. Πλεονεκτήσει δὴ οὖν πάντη τε καὶ πάντως, φύσει τε καὶ δόξῃ Θεὸς ὤν, ὁ Λόγος, τὸν ἐκ σπέρματος τοῦ Δαβίδ. Καὶ ὑπεραλεῖται τοσοῦτον, ὅσον ἂν ἔχοι τὸ μεσολαβοῦν τῶν φύσεων ἡ διαφορά. Ἦ εἴπερ οὐκ ἔστιν ἀληθὲς ὃ φημι, διαιροῦσιν ἀνθ' ὅτου, καὶ τῷ μὲν νέμουσι τῆς δόξης τὴν ἐξουσίαν, τὸν δὲ λαβόντα παρακομίζουσι, καὶ τοῦθ' ὅπερ ἐστὶν, ἐν τάξει γερῶν, καὶ ἐν χαρίσματος μοίρᾳ κερδαίνοντα. Μεῖον δὲ πάντως καὶ ἐν δευτέροις τοῦ διδόντος, τὸ δεχόμενον, καὶ τοῦ δοξάζοντος, τὸ τῆς παρ' αὐτοῦ δόξης μετεσχηκός.

B. Habeo quidem complura quæ sigillatim dicendo persequar. Aiunt itaque Christum sanctificatum a Patre. Scriptum est enim : « Et testimonium perhibet Joannes, dicens : Vidi Spiritum descendentem quasi columbam de cœlo, et mansit super eum, et ego nesciebam eum : sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit : Super quem videris Spiritum descendentem, et manentem super eum, hic est qui baptizat in Spiritu sancto. Et ego vidi, et testimonium perhibui quia hic est Filius Dei [88]. » Quin et Paulus de ipso scripsit : « Sacrificans enim et sanctificati ex uno omnes [89]. » Neque enim Verbum, cum sit Deus, et ex sua natura sanctus, sanctificatum fuit. Superest igitur sanctificatum fuisse hominem quem per conjunctionem assumpsit.

[83] Luc I, 15. [84] Joan. III, 31. [87] II Cor. X, 4, 5. [88] Joan. I, 32 34. [89] Hebr. II, 11.

Digitized by Google

A. Atqui quomodo is qui baptizatus est, et in quem Spiritus manifeste descendit, in sancto Spiritu baptizat, eaque præstat quæ soli divinæ naturæ sunt propria ? Sanctificationem enim largitur atque suppeditat. Quod quidem demonstrans Verbum proprium suum bonum esse, inspiravit sanctis apostolis, dicens : « Accipite Spiritum sanctum : quorumcunque remiseritis peccata, remittuntur : quorumcunque retinueritis, retenta sunt [60]. » Quo pacto autem sanctificatum manifestissime ostendens divinus Baptista, testatus est, quod hic sit Filius Dei, singulariter ac solus ? Oportebat enim hunc orbis terrarum doctorem, si modo alium a vero Filio cognoscebat, rei veritatem explicare, aperteque dicere : Hic est qui ratione conjunctionis cum eo qui natura ac vere Filius est, beneficio et gratia factus est Filius. Cæterum nihil hujusmodi dixit : sed unum atque eumdem esse scieus, et ex Deo Patre Verbum, et ex semine David secundum carnem, sanctificatum quidem ait, quatenus homo est ; ac rursus sanctificare, quatenus est Deus. Erat enim, ut dixi, et hoc et illud. Si ergo non est factus homo, si non natus est ex muliere secundum carnem, **753** avellimus ab ipso humanæ naturæ proprietates. At si verum est quod se demiserit ad exinanitionem, et factus sit nostri similis, quamobrem ea per quæ exinanitionem subiit, ipsi detrahunt administrationis in carne artificium imperitissime convellentes ?

A. Εἶτα πῶς ὁ βεβαπτισμένος, καὶ τὴν ἐμφανῆ τοῦ Πνεύματος λαβὼν καταφοίτησιν, ἐν ἁγίῳ βαπτίζει Πνεύματι, καὶ τὰ μόνῃ πρέποντα καὶ ἐοικότα τῇ θείᾳ φύσει πληροῖ; Χορηγὸς γάρ ἐστιν ἁγιασμοῦ, καὶ τοῦτο δεικνὺς, ὡς ἴδιον ἀγαθὸν ὁ ἐνανθρωπήσας Λόγος, σωματικῶς, ἐνέφυσησε τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις λέγων· « Λάβετε Πνεῦμα ἅγιον· ἄν τινων ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας, ἀφίενται· ἄν τινων κρατῆτε, κεχράτηνται. » Πῶς δὲ τὸν ἡγιασμένον ἐναργέστατα καταδεικνὺς ὁ θεσπέσιος Βαπτιστὴς, μεμαρτύρηκεν, ὅτι Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, μοναδικῶς καὶ ἐνάρθρως; Ἔδει γὰρ ὄντα τῆς ὑφ' ἡλίῳ μυσταγωγὸν, εἴ πω ἕτερον ὄντα παρά γε τὸν ἀληθῶς Υἱὸν ἠπίστατο, κατασημαίνειν τὸ ἀληθὲς, λέγοντα σαφῶς, Οὗτός ἐστιν. ὁ κατὰ συνάφειαν τὴν πρὸς τὸν φύσει καὶ ἀληθῶς Υἱὸν, δόσει τε καὶ χάριτι γεγονὼς Υἱός· ἀλλ' οὐδὲν μὲν ἔφη τοιοῦτον, ἕνα δὲ καὶ τὸν αὐτὸν ὄντα γινώσκων, καὶ ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγον, καὶ ἐκ σπέρματος τοῦ Δαβὶδ κατὰ σάρκα, ἁγιασθῆναι μέν φησι, καθὸ ἄνθρωπος, ἁγιάζειν δὲ αὖ, καθὸ νοεῖται Θεός. Ἦν γὰρ, ὡς ἔφην, ἐν αὐτῷ τοῦτο κἀκεῖνο. Εἰ μὲν οὖν οὐ γέγονεν ἄνθρωπος, εἰ μὴ γεγέννηται κατὰ σάρκα ἐκ γυναικὸς, ἀποσοβοῦμεν αὐτοῦ τὰ ἀνθρώπινα. Εἰ δὲ ἀληθὲς, ὅτι καθεὶς ἑαυτὸν εἰς κένωσιν γέγονε καθ' ἡμᾶς, ἀνθότου τὰ δι' ὧν ἂν νοοῖτο κεκενωμένος, ἀφιστᾶσιν αὐτοῦ, τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας τὸ εὐτεχνὲς ἀβουλότατα παραλύοντες ;

B. Si ergo dicatur etiam gloriam accepisse, et factus est Dominus, atque exaltatus esse a Patre, declaratusque esse rex, ascribesne etiam hæc Deo Verbo citra ullam gloriæ ipsius imminutionem ?

B. Ἐὰν οὖν λέγηται, καὶ δόξαν λαβεῖν, καὶ γενέσθαι Κύριος, ὑψωθῆναί τε παρὰ τοῦ Πατρὸς, καταστῆναι δὲ καὶ βασιλεὺς, ἀνάψεις ἄρα καὶ ταῦτα τῷ Θεῷ Λόγῳ, καὶ οὐ πάντη τε καὶ πάντως ἀδικήσεις αὐτοῦ τὴν δόξαν;

A. Quod quidem Dei Verbi natura omni gloria et regno atque dominatione vera referta sit, quonam pacto cuipiam dubium esse queat, quodque divina dignitas convenienter ei tribuatur ? Cum vero factus est homo, cui omnia sunt data atque ascititia, ea ratione tametsi omnibus abundet, et ex sua plenitudine omnibus impartiatur, humano more accipit, novumque est et inauditum in Christo miraculum, in servili forma, dominatio ; in humana tenuitate, gloria divina, et regia dignitas in servitute, quantum ad humanæ naturæ conditionem attinet ; et humilitas summa eminentia prædita. Factus est enim homo Unigenitus, non ut in exinanitione permaneat, sed ut accipiens cum ea ejus proprietates ; Deus tamen naturaliter esse etiam hoc pacto intelligatur, hominisque naturam in seipso illustret, sacrarum ac divinarum dignitatum participem ipsam declarans. Nam et sancti Filium, etiam postquam factus est homo, gloriam Dei ac Patris, et regem ac Dominum appellant. Isaias enim ita ait : « Sicut homo vindemiat oleam, ita vindemiabunt eos, et quando cessaverit vindemia, isti voce clamabunt. Qui vero relicti fuerint super

A. Ὅτι μὲν οὖν, δόξης τε καὶ βασιλείας καὶ κυριότητος ἀληθοῦς, ἡ τοῦ Θεοῦ Λόγου μεμέστωται φύσις, πῶς ἂν ἐνδοιάσειέ τις; ἀραρότως δὲ ὅτι καὶ ἐν ὑψώμασι νοεῖται τοῖς θεοπρεπεστάτοις; ἐπειδὴ δὲ πέφηνεν ἄνθρωπος, ᾧ πάντα ἐστὶ δοτὰ καὶ εἰσκεχριμένα, ταύτῃ τοι πλήρης ὑπάρχων καὶ ἐξ ἰδίου πληρώματος πᾶσι διδοὺς, ἀνθρωπίνως δέχεται, τὴν ἡμῶν πτωχείαν οἰκειούμενος, καὶ ἦν ἀληθές τε καὶ ξένον ἐν Χριστῷ τὸ παράδοξον, ἐν οἰκετικῇ μορφῇ, κυριότης, ἐν ἀνθρωπίνῃ σμικροπρεπείᾳ, δόξα θεοπρεπὴς, καὶ βασιλείας αὐχήμασιν ἐστεφανωμένον, τὸ ὑπὸ ζυγὸν, τό γε ἧκον εἰς ἀνθρωπότητος μέτρον, καὶ ἐν ὑπερτάταις ὑπεροχαῖς, τὸ ταπεινόν. Γέγονε γὰρ ἄνθρωπος ὁ Μονογενὴς, οὐχ ἵνα τοῖς τῆς κενώσεως ἐναπομείνῃ μέτροις, ἀλλ' ἵνα λαβὼν σὺν αὐτῇ τὰ αὐτῆς, Θεὸς ὢν φύσει, καὶ οὕτω γνωρίζηται, καὶ τὴν τοῦ ἀνθρώπου κατασεμνύνῃ φύσιν ἐφ' ἑαυτῷ, μέτοχον αὐτὴν ἀποφήνας ἱερῶν καὶ θείων ἀξιωμάτων· εὑρήσομεν δὲ καὶ αὐτοὺς τοὺς ἁγίους, δόξαν ὀνομάζοντας τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, καὶ μέντοι καὶ βασιλέα, καὶ προσέτι Κύριον, τὸν Υἱὸν, καὶ ὅτε γέγονεν ἄνθρωπος. Ἡσαΐας μὲν γὰρ ὧδέ πη φησίν· « Ὃν τρόπον ἐὰν ἄνθρωπος καλαμᾶται ἐλαίαν, οὕτω καλαμήσονται αὐτοὺς, καὶ

[60] Joan. xx, 22-23.

Digitized by Google

ἐὰν παύσηται ὁ τρυγητὸς, οὗτοι φωνῇ βοήσονται· οἱ δὲ καταλειφθέντες ἐπὶ τῆς γῆς, εὐφρανθήσονται ἅμα τῇ δόξῃ Κυρίου. » Καὶ πάλιν ἕτερος τῶν ἁγίων, « Φωτίζου, φησὶν, Ἱερουσαλήμ· ἥκει γάρ σου τὸ φῶς, καὶ ἡ δόξα Κυρίου ἐπὶ σὲ ἀνατέταλκεν. Ἰδοὺ σκότος καὶ γνόφος καλύψει γῆν, ἐπὶ δὲ σὲ φανήσεται Κύριος, καὶ δόξα Κυρίου ἐπὶ σὲ ὀφθήσεται. » Ἰάκωβός γε μὴν ὁ αὐτοῦ μαθητὴς, « Ἀδελφοὶ, φησὶ, μὴ ἐν προσωπολημψίαις ἔχετε τὴν πίστιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τῆς δόξης. » Πέτρος δὲ αὖ ὁ θεσπέσιος, « Εἰ ὀνειδίζεσθε ἐν Χριστῷ, μακάριοί ἐστε τῆς δόξης, καὶ τὸ τοῦ Θεοῦ Πνεῦμα ἐφ' ὑμᾶς ἀναπέπαυται. »

A terram, exsultabunt cum gloria Domini [61]. » Et rursus alius quidam e sanctis : « Illuminare, inquit, Jerusalem. Venit enim lumen tuum, et gloria Domini super te orta est. Quia ecce tenebræ operient terram, et caligo populos : super te autem orietur Dominus, et gloria ejus in te videbitur [62]. » Et Jacobus ejus discipulus : « Fratres, inquit, nolite in personarum acceptione habere fidem Domini nostri Jesu Christi gloriæ [63]. » Petrus vero : « Si exprobramini in Christo, beati eritis, quoniam quod est honoris gloriæ et virtutis Dei, et qui est ejus Spiritus super vos requiescet [64]. »

Β. Φράζε δὲ ὅπως πρὸς ἡμῶν νοεῖσθαι πρέπει τὸ περὶ Χριστοῦ γεγραμμένον, « Ὃς ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, δεήσεις τε καὶ ἱκετηρίας πρὸς τὸν δυνάμενον σώζειν αὐτὸν ἐκ θανάτου, μετὰ κραυγῆς ἰσχυρᾶς καὶ δακρύων προσενέγκας, καὶ εἰσακουσθεὶς ἀπὸ τῆς εὐλαβείας, καίπερ ὢν Υἱὸς, ἔμαθεν, ἀφ' ὧν ἔπαθε, τὴν ὑπακοὴν, καὶ τελειωθεὶς, ἐγένετο τοῖς ὑπακούουσιν αὐτῷ αἴτιος σωτηρίας ἀκαταλύτου· » προσεποίσω δὲ κἀκεῖνο οἷς ἔφην, τὸ, « Θεέ μου, Θεέ μου, ἵνα τί με ἐγκατέλιπες; » Ἀπεοικότα γὰρ εἶναί φασι τὰ τοιάδε τῷ Θεῷ Λόγῳ, καὶ ἡττῆσθαι πολὺ τῆς ἐνούσης ὑπεροχῆς αὐτῷ φαίην ἄν.

754 Β. Sufficiunt jam hæc. Cæterum hoc mihi dicas velim, quomodo intelligendum sit illud de Christo scriptum : « Qui in diebus carnis suæ preces supplicationesque ad eum qui possit ipsum salvum facere a morte cum clamore valido et lacrymis offerens, exauditus est pro sua reverentia. Et quidem cum esset Filius Dei, didicit ex iis quæ passus est, obedientiam. Et consummatus factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æternæ [65]. » Adjiciam vero dictis etiam illud : « Deus meus, Deus meus, quare me dereliquisti [66]? » Aliena enim hæc esse dicunt a Deo Verbo, atque ego quidem dignitate ipsius atque excellentia longe inferiora ea esse judicaverim.

Α. Ἴσημι καὶ αὐτὸς ἐγὼ, μὴ ἂν ἁρμόσαι ταυτὶ τῷ ἐκ Θεοῦ Πατρὸς. . . . . Λόγῳ, ἐξωσθέντος τοῦ τρόπου τῆς οἰκονομίας, καὶ οὐκ εἰσδεχθέντος πρὸς ἡμῶν τοῦ, ὅτι γέγονε σὰρξ κατὰ τὰς Γραφάς. Ἐπειδὴ δὲ πρὸς τοῦτο διερηρείσμεθα, καὶ τὸ ἐνδοιάζειν ὅλως δυσσεβείας ἔχει γραφὴν, φέρε τῆς οἰκονομίας τὸ βάθος, ὡς ἔνι, κατασκεπτώμεθα. Ἐπέφανε τοίνυν ἡμῖν ἐν εἴδει τῷ καθ' ἡμᾶς ὁ ἐκ Κυρίου Πατρὸς Λόγος, κατὰ μυρίους ὅσους ὀνήσων τρόπους τὰ ἀνθρώπινα, καὶ καταδείξων εὖ μάλα τὴν εἰς πᾶν ὁτιοῦν τῶν τεθαυμασμένων ἀποκομίζουσαν τρίβον. Ἦν οὖν ἀναγκαῖον ἀναμαθεῖν, πειρασμοῦ καταθέοντος τοὺς τῆς εἰς Θεὸν ἀγάπης ἕνεκα κινδυνεύοντας, ὁποίους τινὰς εἶναι χρὴ τοὺς τὴν εὐκλεᾶ καὶ ἐξαίρετον πολιτείαν καὶ ζωὴν κατορθοῦν ἠρημένους, πότερα μεθιεμένους καὶ ἀναπίπτοντας εἰς τὸ ῥᾴθυμον, καὶ οὐκ ἐν καιρῷ τρυφῶντας καὶ εὐρυνομένους εἰς εὐθυμίαν, ἢ συντεινομένους εἰς λιτὰς, καὶ δεδακρυμένους ὁρᾶσθαι τῷ σώζοντι, καὶ τὴν παρ' αὐτοῦ διῳῶντας ἐπικουρίαν, καὶ μέντοι καὶ εὐανδρίαν, εἴπερ ἔλοιτο καὶ παθεῖν ἡμᾶς. Ἔδει τε πρὸς τούτοις εἰδέναι χρησίμως, ὅποι ποτὲ ἄρα τὸ τῆς ὑπακοῆς διέξεισι πέρας, καὶ διὰ ποίων ἔρχεται γερῶν, ὅσος τε καὶ οἷος τῆς ὑπομονῆς ὁ μισθός. Γέγονε τοίνυν ὑποτύπωσις τῶν τοιούτων ἡμῖν ὁ Χριστὸς, καὶ πρός γε τοῦτο ἡμᾶς ἐμπεδοῖ λέγων ὁ θεσπέσιος Πέτρος· « Ποῖον γὰρ κλέος, εἰ ἁμαρτάνοντες καὶ κολαφιζόμενοι ὑπομένετε; Ἀλλ' εἰ ἀγαθοποιοῦντες ὑπομένετε, τοῦτο χάρις παρὰ Θεῷ, ὅτι καὶ Χριστὸς

A. Quin et ego ipse facile intelligo hæc non convenire Verbo genito ex Deo Patre, si illud ab administratione in carne removeamus, neque admittamus id quod Scriptura testatur, quod nimirum factus sit caro. Cum vero hoc firmiter teneamus et dubitatio hac in re cum impietate sit conjuncta, incarnationis mysterium quantum fieri potest perpendamus. Apparuit itaque nobis Verbum ex Deo in forma nostræ simili, innumeris modis humanam naturam juvans, optimeque nobis demonstrans viam quæ ad optima quæque deducit. Necesse itaque erat ut diceremus, cum tentatio invadit eos qui ob dilectionem Dei periclitantur, quales oporteat esse eos qui laudabilem atque eximiam vitam instituere velint : utrum ad ignaviam pronos, et deliciis deditos, hilaritatique et gaudio animum laxantes : an potius una precibus intentos, et lacrymantes coram Salvatore cerni, et ipsius auxilium avide appetentes, fortique animo præditos esse, si etiam nos pati voluerit. Consultum præterea erat scire quis sit obedientiæ finis, et qualis quantaque tolerantiæ merces sit proposita. Horum itaque omnium figura atque exemplum nobis factus est Christus, quod et divinus ille Petrus confirmat dicens : « Quæ enim est laus, si peccantes et colaphizati suffertis ? Sed si bene facientes patienter sustinetis, hæc est gratia apud Deum : quia et Christus passus est pro vobis, relinquens vobis exemplum ut sequamini vestigia ejus [67]. »

[61] Isa. xxiv, 13, 14. [62] Isa. lx, 1, 2. [63] Jac. ii, 1. [64] I Petr. iv, 14. [65] Hebr. v, 7-9. [66] Psal. xxi, 1; Matth. xxvii, 46. [67] I Petr. ii, 20, 21.

Digitized by Google

Proinde, non nudum et exinanitionis expers Dei Verbum, **755** sed in diebus carnis suæ factum est nobis exemplum ; adeo ut citra reprehensionem liceat ei humanis moribus uti, et preces offerre, et lacrymas profundere, et Salvatorem exspectare atque implorare, et obedientiam discere, tametsi sit Filius. Attonitus enim quodammodo fuit mysterii magnitudine Apostolus Spiritu afflatus, quod natura ac vere exsistens Filius, et divina gloria eminens, seipsum ad eam humilitatem demiserit, ut humanæ inopiæ vilitatem subire non recusarit. Sed, ut dixi, negotii hujus exemplum ad nos magno nostro commodo spectabat : ut doceremur non debere nos in aliam viam deflectere, cum tempus fortitudinem poscat ; quod vel hinc optime quispiam intellexerit. Christus enim alibi quidem inquit : « Nolite timere eos qui interficiunt corpus, animam autem non possunt occidere : sed potius timete eum qui potest et animam et corpus perdere in gehennam [68]. » Alibi vero : « Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, et tollat crucem suam et sequatur me [69]. » Quod autem oporteat ipsum sequi, quidnam aliud significet, quam debere nos fortiter obsistere tentationibus, cum invocatione auxilii divini, non negligenter ac remisse, sed potius intentes precibus ferventissimis, pias nobis ex oculis lacrymas excutientibus.

Ἀπόθανεν ὑπὲρ ὑμῶν, ὑμῖν ὑπολιμπάνων ὑπογραμμόν, ἵνα ἐπακολουθήσητε τοῖς ἴχνεσιν αὐτοῦ. » Οὐκοῦν, οὐ γυμνὸς ὢν ἔτι καὶ τῶν τῆς κενώσεως ἀμέτοχος τρόπων ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ἀλλ' ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς σαρκὸς αὐτοῦ γέγονεν ἡμῖν ὑπογραμμός, ἅτε καὶ ἀνεπιπλήκτως ἐξὸν αὐτῷ τοῖς τῆς ἀνθρωπότητος χρῆσθαι μέτροις, καὶ ἀνατεῖναι λιτὴν, καὶ καταστάξαι δάκρυον, καὶ δοκεῖν ἤδη πως καὶ δεῖσθαι τοῦ σώζοντος, καὶ μανθάνειν τὴν ὑπακοὴν, καίπερ ὄντα Υἱόν. Κατατέθηπε γὰρ ὥσπερ τὸ μυστήριον ὁ πνευματοφόρος, ὅτι φύσει τε καὶ ἀληθῶς ὑπάρχων Υἱὸς, καὶ τοῖς τῆς θεότητος αὐχήμασιν ἐμπρεπὴς, καθῆκεν ἑαυτὸν εἰς ταπείνωσιν, ὡς τῆς ἀνθρωπίνης πτωχείας ὑπελθεῖν τὸ σμικροπρεπές. Ἀλλ' ἦν εἰς ἡμᾶς, ὡς ἔφην, ὁ τοῦ πράγματος τύπος, καλὸς καὶ ὀνησιφόρος· ὡς τό τοι μὴ χρῆναι διάττειν ἡμᾶς εἰς ἑτέραν ὁδὸν, καὶ οὐ [γρ. καιροῦ] καλοῦντος εἰς εὐανδρίαν, ἀναμάθοι τις ἂν ἐντεῦθεν, καὶ ῥᾷστά γε δή. Καὶ γοῦν ἔφη Χριστὸς, ποτὲ μὲν, ὅτι καὶ « Μὴ φοβεῖσθε ἀπὸ τῶν ἀποκτεννύντων τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν μὴ δυναμένων ἀποκτεῖναι· φοβήθητε δὲ μᾶλλον τὸν δυνάμενον καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα ἀπολέσαι ἐν γεέννῃ· » ποτὲ δὲ αὖ, « Εἴ τις θέλει ὀπίσω μου ἐλθεῖν, ἀπαρνησάσθω ἑαυτὸν, καὶ ἀράτω τὸν σταυρὸν ἑαυτοῦ, καὶ ἀκολουθείτω μοι. » Τὸ δὲ δεῖν οἴεσθαι καταλουθεῖν αὐτῷ, τί ἂν ἕτερον εἴη παρά γε τὸ χρῆναι κατανδρίζεσθαι πειρασμῶν, μετὰ τοῦ τὴν ἄνωθεν ἐπικουρίαν αἰτεῖν, οὐκ ἀτημελῶς τε καὶ παρειμένως, κεχρημένους δὲ μᾶλλον λιταῖς ταῖς ἐκτενεστάταις, καὶ καθέντας ὀμμάτων τὸ ἐξ εὐλαβείας δάκρυον ;

B. Recte ais. At si dicat, « Deus meus, Deus meus, quare me dereliquisti [70] ? » existimaverint, ut arbitror, hominis assumpti voces illas esse, afflicti nimirum, quique diutius tentationis insultum ferre nequeat, aut alioqui præ humana pusillanimitate mœrentis. Siquidem et discipulis suis ita dixit : « Tristis est anima mea usque ad mortem [71] ; » quin et Patrem suum ita compellavit : « Pater, si fieri potest, transeat a me calix iste : verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu [72]. »

Β. Εὖ ἔφης· εἰ δὲ δὴ λέγοι, « Θεέ μου, Θεέ μου, ἵνα τί με ἐγκατέλιπες ; » ὅ τι ἂν ἄρα συνεῖεν αὐτεί ; Οἰηθεῖεν ἄν, ὡς γε οἶμαί που, τοῦ ἀναληφθέντος ἀνθρώπου τὰς τοιαύτας εἶναι φωνὰς, ἀκηδιῶντος ἅρα, καὶ ἥκιστα μὲν οἰστὴν, δυσφόρητον δὲ ποιουμένου τοῦ πειρασμοῦ τὴν ἔφοδον, ἢ πως ἀλύοντος, ὡς εἰκὸς, ἐξ ἀνθρωπίνης μικροψυχίας. Ἐπεὶ καὶ τοῖς ἁγίοις ἔφασκε μαθηταῖς· « Περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου ἕως θανάτου· » προσέπιπτε δὲ καὶ αὐτῷ τῷ Πατρὶ, λέγων· « Πάτερ, εἰ δυνατὸν, παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο· πλὴν οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὡς σύ. »

A. Atqui hoc ipsum nihil aliud est quam quod modo diximus : « Qui in diebus carnis suæ preces supplicationesque ad eum qui possit ipsum salvum facere a morte cum clamore valido et lacrymis obtulit [73]. » Si quis vero existimat eo pusillanimitatis devenisse Christum, ut summum dolorem ex passionis intolerantia conceperit, metu victus, **756** atque imbecillitate superatus ; incusat ipsum profecto, ut non Deum : frustra vero, ut apparet, ipsum censuerit increpasse Petrum.

Α. Καὶ μὴν τοῦτό γέ ἐστιν ἕτερον οὐδὲν, ἢ ὅπερ ἐλέγομεν ἀρτίως· « Ὃς ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, δεήσεις τε καὶ ἱκετηρίας πρὸς τὸν δυνάμενον σώζειν αὐτὸν ἐκ θανάτου, μετὰ κραυγῆς ἰσχυρᾶς καὶ δακρύων προσενέγκας. » Εἰ δὲ δή τις οἴεται μικροψυχίας εἰς τοῦτο καθικέσθαι Χριστὸν, λελυπῆσθαι τε καὶ ἀδημονεῖν ἀφορήτως ἔχοντα πρὸς τὸ παθεῖν, δέει νενικημένον, καὶ ἀσθενείᾳ κεκρατημένον· γράφεται μὲν ὁμολογουμένως αὐτὸν ὡς οὐκ ὄντα θεὸν, εἰκῇ δὲ, ὡς ἔοικεν, ἀποφήνειεν ἂν ἐπιτιμῶντα τῷ Πέτρῳ.

B. Quo pacto ?

A. Ita enim Christus ad Petrum inquit : « Ecce ascendimus in Hierosolyma, et Filius hominis tradetur in manus peccatorum, et illudent ipsi, et crucifigent eum, et tertia die resurget [74]. » Petrus

Β. Πῶς δὴ φῄς ;

Α. Ἔφη μὲν γὰρ ὁ Χριστός· « Ἰδοὺ ἀναβαίνομεν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδοθήσεται εἰς χεῖρας ἁμαρτωλῶν, καὶ ἐμπαίξουσιν αὐτῷ, καὶ σταυρώσουσιν αὐτὸν, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ

[68] Matth. x, 28. [69] Matth. 16, 24. [70] Psal. xxi, 1; Matth. xxvii, 46. [71] Matth. xxvi, 38. [72] ibid. 39. [73] Hebr. v, 7. [74] Marc. xiv, 41 ; Luc. xviii, 31-33.

Digitized by Google

ἐγερθήσεται. » Ὁ δὲ, ἐπείτοι φιλόθεος ἦν, « Ἵλεώς σοι, Κύριε, φησὶν, οὐ μὴ ἔσται σοι τοῦτο. » Καὶ τι πρὸς αὐτὸν ὁ Χριστός; « Ὕπαγε ὀπίσω μου, Σατανᾶ, σκάνδαλόν μοι εἶ, ὅτι οὐ φρονεῖς τὰ τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ τὰ τῶν ἀνθρώπων. » Καίτοι πῶς ἡμάρτανε τοῦ εἰκότος ὁ μαθητὴς, ἀποφέρεσθαι θέλων τοῦ διδασκάλου τὸν πειρασμὸν, εἰ δύσοιστος ἦν αὐτῷ, καὶ ἧκιστα μὲν φορητὸς, καθειὶς δὲ μᾶλλον ἐπὶ τὸ ἄναλκι καὶ συνθραύειν ἱκανὸν τὸν τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς ἐπισκήπτοντα, τῶν τοῦ θανάτου δειμάτων κατευμεγεθεῖν, καὶ παρ' οὐδὲν ἡγεῖσθαι τὸ παθεῖν, ἔστ' ἂν ἀνύηται πρὸς αὐτῶν τὸ Θεῷ δοκοῦν; Θαυμάζω δὲ, ὅτι συνῆφθαι λέγοντες αὐτὸν τῷ Μονογενεῖ, καὶ τῶν θείων ἀξιωμάτων ἀποφαίνοντες κοινωνὸν, τῶν τοῦ θανάτου δειμάτων ῥίπτουσι κατόπιν, ἵν' ὁρῷτο καθ' ἡμᾶς γυμνὸς δηλονότι, καὶ ὡς ἀπὸ τῶν θείων ἀξιωμάτων κεχερδακὼς οὐδέν.

Β. Ὁποῖος ἂν ἄρα ἐστὶ τῆς ἓν γε τούτοις οἰκονομίας ὁ λόγος;

Α. Μυστικὸς ὅτι καὶ βαθὺς, καὶ τεθαυμασμένος παρά γε τοῖς εἰδόσιν ὀρθῶς τὸ Χριστοῦ μυστήριον. Ἄθρει γάρ μοι τοὺς τῇ κενώσει πρέποντας λόγους, καὶ τοῖς τῆς ἀνθρωπότητος μέτροις οὐκ ἀπεοικότας, ὡς ἐν καιρῷ καὶ χρείᾳ γεγενημένους, ἵνα φανῇται πανταχοῦ καθ' ἡμᾶς γεγονὼς ὁ ὑπὲρ πᾶσαν τὴν κτίσιν. Ἕψεται δὲ τούτῳ κἀκεῖνο δῆ αὖ.

Β. Τὸ ποῖόν τι φῄς;

Α. Ἐπειδὴ γὰρ γεγόναμεν ἐπάρατοι, διὰ τὴν ἐν Ἀδὰμ παράβασιν, πεπτώκαμεν δὲ καὶ ὑπὸ θανάτου πάγην, ἐγκαταλειφθέντες ὑπὸ Θεοῦ, πάντα δὲ γέγονεν ἐν Χριστῷ καινὰ, καὶ ἀναφοίτησις τῶν καθ' ἡμᾶς εἰς τὸ ἐν ἀρχαῖς· ἐχρῆν ἀναγκαίως τὸν δεύτερον Ἀδὰμ τὸν ἐξ οὐρανοῦ, τὸν ἁπάσης ἁμαρτίας κρείττονα, τὴν πάναγνον καὶ ἀβέβηλον ἀπαρχὴν τοῦ γένους δευτέραν, τουτέστι Χριστὸν, ἀπαλλάξαι τῆς δίκης τὴν ἀνθρώπου φύσιν, καὶ καλέσαι πάλιν ἐπ' αὐτῇ τὴν ἄνωθεν καὶ παρὰ Πατρὸς εὐμένειαν, λῦσαί τε τὴν ἐγκατάλειψιν διὰ τῆς ὑπακοῆς καὶ τῆς εἰς ἅπαν ὑποταγῆς. Οὐ γὰρ ἐποίησεν ἁμαρτίαν, πεπλούτηκε δὲ τὸ ἀμώμητον ἡ ἀνθρώπου φύσις ἐν αὐτῷ, καὶ τὸ ἀνεπίληπτον παντελῶς, ἵνα δύνηται λοιπὸν ἐκ παῤῥησίας ἀναβοᾷν· « Θεέ μου, Θεέ μου, ἵνα τί με ἐγκατέλιπες; » Ἐννόει γὰρ, ὅτι γεγονὼς ἄνθρωπος ὁ Μονογενὴς, ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν, καὶ ὑπὲρ ἁπάσης τῆς φύσεως τὰς τοιαύτας ἠφίει φωνὰς, μονονουχὶ λέγων· Πεπλημμέληκεν ὁ πρῶτος ἄνθρωπος, παρώλισθεν εἰς παρακοὴν, κατημέλησε τῆς δοθείσης ἐντολῆς, τοῖς τοῦ δράκοντος φενακισμοῖς εἰς τὸ ἐξήνιον συνηρπάζετο· ταύτητοι, καὶ μάλα εἰκότως, ὑπενήνεκται τῇ φθορᾷ, καὶ γέγονεν ὑπὸ δίκην· ἀλλ' ἐμὲ δευτέραν ἐφύτευσας ἀρχὴν τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς, κεχρημάτικα δεύτερος Ἀδάμ. Ἐν ἐμοὶ κεκαθαρμένην ὁρᾷς τὴν ἀνθρώπου φύσιν, κατορθώσασαν τὸ ἀπλημμελὲς, ἁγίαν καὶ πάναγνον. Δίδου λοιπὸν τὰ ἐξ ἡμερότητος ἀγαθὰ, λύε τὴν ἐγκατάλειψιν, ἐπιτίμησον τῇ φθορᾷ, καὶ πέρας ἐχέτω τὰ ἐξ ὀργῆς. Νενίκηκα γὰρ αὐτὸν τὸν πάλαι κρατήσαντα Σατανᾶν. Εὗρε γὰρ ἐν ἐμοὶ τῶν

A autem cum ei vehementer charus esset : « Absit, inquit, hoc a te, Domine ; non erit tibi hoc. » Cui respondit Christus : « Vade post me, Satana, quia scandalum mihi es, et non sapis ea quæ Dei sunt, sed quæ hominum [75]. » At quomodo peccavit discipulus cupiens a magistro suo removere tentationem, si intolerabilis ipsi erat, et eo imbecillitatis dejecerat, quæ animum frangere posset ejus qui suis discipulis mandabat mortis terrores superare, et pro nihilo putare si quando ipsum pati cernerent ut Dei voluntas perficeretur ? Miror vero quod cum illum Unigenito conjunctum fuisse statuant, et in divinarum dignitatum sive proprietatum societatem assumptum, timori mortis subjiciant, ita ut nudus plane instar nostrum cernatur, nihilque ex divi-
B narum dignitatum communicatione commodi accepisse.

B. Quænam igitur est in hisce œconomiæ ratio ?

A. Mystica atque admiranda iis qui Christi mysterium recte intelligunt. Animadverte enim verba eximanitioni convenientia, et ab humanæ naturæ conditione nequaquam aliena, suo tempore atque opportune habita, ut is qui supra omnem creaturam est, nostri prorsus similis factus esse cernatur. Consequetur autem ad hoc, etiam illud.

B. Quidnam ?

A. Cum enim facti sumus exsecrabiles, propter transgressionem Adæ, incidimus vero in mortis
C laqueos, deserti a Deo, omnia vero facta sunt in Christo nova [76], et natura nostra pristinæ suæ integritati restituta est ; necessarium omnino fuit ut secundus Adam ex cœlo omnis peccati expers, et purissimæ generis nostri primitiæ, hoc est Christus, humanam naturam a pœna liberaret, et cœlestem Patris benevolentiam ei rursus conciliaret ; illamque nostri desertionem aboleret, per obedientiam integramque subjectionem. Neque enim fecit peccatum [77], humanaque natura in ipso inculpata irreprehensibilisque est effecta : ut **757** possit deinceps libere exclamare : « Deus meus, Deus meus, quare me dereliquisti ? » Animadverte enim, quod cum Unigenitus factus est homo, sicut unus ex nobis, pro universa etiam natura humana ejusmodi
D voces emisit, quasi dicens : Peccavit primus homo, lapsus in inobedientiam ; neglexit præceptum quod ei datum erat, et draconis impostura ad inobedientiam raptus est. Idcirco, et quidem merito, corruptioni et pœnæ obnoxius factus est. Sed me mortalibus secundum principium atque auctorem constituisti, et vocatus sum secundus Adam [78]. In me mundatam vides humanam naturam, atque integritati restitutam sanctam ac puram. Largire illi deinceps benignitatis tuæ bona, alienationem abs te abole, interitum solve, et finem habeat tua ira. Vici enim Satanam qui jam olim imperium obtinuerat. Nihil enim prorsus in me

[75] Matth. xvi, 22, 23. [76] II Cor. v, 17. [77] Isa. liii, 9 ; I Petr. ii, 22. [78] I Cor. xv, 45.

Digitized by Google

suum invenit. Talis itaque est, ut arbitror, verborum Salvatoris sensus. Non enim sibi, sed nobis benignitatem Patris poscebat. Nam sicut in universam hominis naturam ex Adamo veluti prima radice pœna peccato debita pervaserat, « regnavit enim mors ab Adamo usque ad Moysen, etiam in eos qui non peccaverunt in similitudinem prævaricationis Adæ [79] : » ita etiam ex secundo nostro principio, hoc est Christo, rursus in universum genus humanum vita transfunditur. Quod quidem etiam sapientissimus Paulus confirmat dicens : « Si enim unius delicto multi mortui sunt, multo magis unius justitia multi vivent [80]. » Et rursum : « Quemadmodum enim in Adam omnes moriuntur : ita etiam in Christo omnes vivificabuntur [81]. »

A ἑαυτοῦ παντελῶς οὐδέν. Τοιοῦτος μὲν οὖν, ὡς γε οἶμαι, τῶν τοῦ Σωτῆρος λόγων ὁ νοῦς. Ἐκάλει γὰρ οὐκ ἐφ' ἑαυτὸν μᾶλλον, ἀλλ' ἐφ' ἡμᾶς αὐτούς, τὴν παρὰ Πατρὸς εὐμένειαν. Ὥσπερ γὰρ εἰς ὅλην τὴν ἀνθρώπου φύσιν καθάπερ ἐκ ῥίζης τῆς πρώτης, φημὶ τοῦ Ἀδάμ, διέβη τὰ ἐξ ὀργῆς· « βεβασίλευκε γὰρ ὁ θάνατος ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Μωσέως, καὶ ἐπὶ τοὺς μὴ ἁμαρτήσαντας ἐπὶ τῷ ὁμοιώματι τῆς παραβάσεως Ἀδάμ· » οὕτω καὶ τὰ ἐκ τῆς δευτέρας ἡμῶν ἀπαρχῆς, τουτέστι Χριστοῦ, πάλιν εἰς ἅπαν τὸ ἀνθρώπινον διαβήσεται γένος, καὶ πιστώσεται λέγων ὁ πάνσοφος Παῦλος· « Εἰ γὰρ τῷ τοῦ ἑνὸς παραπτώματι οἱ πολλοὶ ἀπέθανον, πολλῷ μᾶλλον τῷ τοῦ ἑνὸς δικαιώματι οἱ πολλοὶ ζήσονται. » Καὶ πάλιν· « Ὥσπερ γὰρ ἐν τῷ Ἀδὰμ πάντες ἀποθνήσκουσιν, οὕτω καὶ ἐν τῷ Χριστῷ πάντες ζωοποιηθήσονται. »

B. Ineptum itaque et dissentaneum a sacra Scriptura est existimare et dicere hominem assumptum veluti desertum a Verbo ipsi conjuncto, humanis vocibus usum fuisse.

B Β. Ἄσοφον οὖν ἄρα καὶ ἀπᾷδον παντελῶς τοῖς ἱεροῖς Γράμμασι, τὸ οἴεσθαί τε καὶ λέγειν, τὸν ἀναληφθέντα ἄνθρωπον, ὡς ἐγκαταλειφθέντα ὑπὸ τοῦ συναφθέντος αὐτῷ Λόγου, ταῖς ἀνθρωπίναις χρήσασθαι φωναῖς.

A. Impium plane, atque extremæ cujusdam insaniæ argumentum fuerit, neque alienum ab iis qui recte sentire nesciunt. Cum enim sejungant ac separent omnino et voces et res, atque has quidem soli ac peculiariter Unigenito tribuant, has vero cuidam diverso ab hoc Filio, et ex muliere nato, a vera **758** rectaque via aberrant, Christique mysterium non intelligunt.

Α. Δυσσεβὲς μὲν οὖν, ὦ ἑταῖρε, καὶ τῆς εἰς λῆξιν ἐμβροντησίας ἀπόδειξις εἴη ἂν καὶ μάλα σαφὴς τοῦτο, οὐκ ἀπεοικός γε μὴν τοῖς μὴ φρονεῖν εὖ ἐγνωκόσιν. Ἐπειδὴ γὰρ διιστᾶσί τε καὶ διορίζουσι πανταχῇ καὶ φωνὰς καὶ πράγματα, καὶ τὰς μὲν μόνῳ καὶ ἰδικῶς ἐκνενεμήκασι τῷ Μονογενεῖ, τὰς δὲ ὡς ἑτέρῳ παρ' αὐτὸν Υἱῷ τε καὶ ἐκ γυναικὸς, ταύτῃ τοι διημαρτήκασι τῆς εἰς εὐθύ τε καὶ ἀπλανεστάτης C ὁδοῦ, καὶ τοῦ εἰδέναι σαφῶς τὸ Χριστοῦ μυστήριον.

B. Non sunt itaque separandæ voces aut res, allatis in medium evangelicis atque apostolicis testimoniis ?

Β. Οὐ διαιρετέον οὖν ἄρα φωνὰς, ἢ πράγματα, παροισθέντων εἰς μέσον τῶν εὐαγγελικῶν καὶ ἀποστολικῶν κηρυγμάτων;

A. Nequaquam, quantum attinet ad personas duas et hypostases duas distinctas inter se, et specialiter inter se remotas : cum enim sit unus Filius Verbum propter nos incarnatum, dixerim omnia esse ipsius, voces nimirum et res, divinaque simul et humana.

Α. Οὐμενοῦν, τό γε ἧκον εἰς πρόσωπα δύο, καὶ ὑποστάσεις δύο διῃρημένας ἀλλήλων, καὶ ἀποστατώσας εἰσάπαν ἰδικῶς τε καὶ ἀναμέρους. Ἑνὸς γὰρ ὄντος Υἱοῦ, τοῦ δι' ἡμᾶς ἐνανθρωπήσαντος Λόγου, φαίην ἂν εἶναι πάντα αὐτοῦ, λόγους τε καὶ πράγματα, τά τε θεοπρεπῆ καὶ προσέτι τὰ ἀνθρώπινα.

B. Ergo cum ex itinere defessus fuisse dicitur, atque esuriisse, somnumque cepisse, convenitne ut res adeo minutas ac viles Deo Verbo ascribamus?

Β. Οὐκοῦν, κἂν εἰ ἐκ τῆς ὁδοιπορίας κοπιάσαι λέγοιτο, πεινῆσαί τε καὶ ὕπνου μεταλαχεῖν, πρέποι ἂν, εἰπέ μοι, προσνεῖμαι τῷ Θεῷ Λόγῳ τὰ οὕτω σμικρὰ καὶ κατεῤῥιμμένα;

A. Nudo quidem et nondum incarnato, ac prius- D quam exinanitionem subiret, nequaquam : recte enim judicas. At vero incarnato atque exinanito quidnam detrimenti hoc ei afferre posse censeas ? Quemadmodum enim propriam ipsius carnem factam esse dicimus, ita vicissim ipsius esse statuimus per consortium incarnationis, et ratione exinanitionis, carnis etiam incommoda atque imbecillitatem. Similis enim factus est per omnia fratribus [82], excepto solo peccato. Neque mireris si una cum carne etiam carnis imbecillitates sibi ascivisse ipsum dicimus ; unde et externas contumelias a Judæis ferociter sibi illatas, sibiipsi ascripsit, dicens per vocem Psal-

Α. Γυμνῷ μὲν ἔτι, καὶ οὔπω σεσαρκωμένῳ, καὶ πρὶν καθικέσθαι πρὸς κένωσιν, πρέποι ἂν ἥκιστά γε· φρονεῖς γὰρ ὀρθῶς· ἐνανθρωπήσαντι δὲ καὶ κεκενωμένῳ ὁποῖον ἄρα προστρίψαι βλάβος τὸ χρῆμα αὐτῷ; Ὥσπερ γὰρ ἰδίαν αὐτοῦ τὴν σάρκα γενέσθαι φαμὲν, οὕτω πάλιν αὐτοῦ κατ' οἰκείωσιν οἰκονομικὴν, καὶ κατά γε τὸν τῆς κενώσεως τρόπον, τὰς τῆς σαρκὸς ἀσθενείας. Ὁμοιώθη γὰρ κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς, δίχα μόνης ἁμαρτίας. Καὶ μήτοι θαυμάσῃς, εἰ τὰς τῆς σαρκὸς ἀσθενείας οἰκειοῦσθαί φαμεν αὐτὸν μετὰ τῆς σαρκὸς, ὅθεν καὶ τὰς θύραθεν παροινίας, τὰς ἀπό γε τῆς τῶν Ἰουδαίων σκαιότητος ἐπενεχθείσας αὐτῷ, πάλιν ἑαυτῷ προσενέμηκε, λέγων διὰ

[79] Rom. v, 14. [80] ibid. 15. [81] I Cor. xv, 22. [82] Hebr. II, 17.

Digitized by Google

τῆς τοῦ Ψάλλοντος φωνῆς· « Διεμερίσαντο τὰ ἱμάτιά μου ἑαυτοῖς, καὶ ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου ἔβαλον κλῆρον. » Καὶ πάλιν· « Πάντες οἱ θεωροῦντές με, ἐξεμυκτήρισάν με, ἐλάλησαν ἐν χείλεσιν, ἐκίνησαν κεφαλήν. »

B. Οὐκοῦν κἂν εἰ λέγοι τυχόν, « Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα· Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ, ἓν ἐσμεν· » εἶτα πρὸς Ἰουδαίους, « Τί με ζητεῖτε ἀποκτεῖναι ἄνθρωπον, ὃς τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν λελάληκα, ἣν ἤκουσα παρὰ τοῦ Θεοῦ ; » ἑνὸς εἶναι δώσομεν καὶ τοῦ αὐτοῦ, ταύτας τε κἀκείνας τὰς φωνάς ;

A. Πάνυ μὲν οὖν, μεμέρισται γὰρ οὐδαμῶς ὁ Χριστὸς, εἷς δὲ καὶ μόνος καὶ ἀληθινὸς Υἱὸς πρὸς ἁπάντων εἶναι πιστεύεται τῶν προσκυνούντων αὐτόν. Ἡ γὰρ εἰκὼν τοῦ ἀοράτου Θεοῦ, τὸ ἀπαύγασμα τῆς δόξης τῆς ὑποστάσεως τοῦ Πατρὸς, ὁ τῆς οὐσίας αὐτοῦ χαρακτὴρ, ἔλαβε δούλου μορφὴν, οὐχ ὡς ἄνθρωπον ἑαυτῷ συνάψας, καθά φασιν, ἐν αὐτῇ δὲ μᾶλλον αὐτὸς γεγονὼς, μεμενηκὼς δὲ καὶ οὕτως ἐν ὁμοιώσει τῇ πρὸς Θεὸν καὶ Πατέρα. Γέγραφε γοῦν ὁ πάνσοφος Παῦλος, ὅτι « Ὁ Θεὸς, ὁ εἰπὼν ἐκ σκότους φῶς λάμψαι, ὃς ἔλαμψεν ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν πρὸς φωτισμὸν τῆς γνώσεως τῆς δόξης αὐτοῦ, ἐν προσώπῳ Χριστοῦ Ἰησοῦ. » Ἄθρει γὰρ ὅπως ἐν προσώπῳ Χριστοῦ τῆς θείας τε καὶ ἀπορρήτου δόξης τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ὁ φωτισμὸς ἀναλάμπει. Δείκνυσι γὰρ ἐν αὐτῷ τὴν τοῦ Πατρὸς δόξαν, καίτοι γεγονὼς ἄνθρωπος ὁ Μονογενής. Μόνος γὰρ οὗτος, καὶ οὐχ ἕτερος Χριστὸς νοεῖται καὶ ὀνομάζεται, ἤγουν διδασκόντων ἡμᾶς οἱ διεναντίας, τίνα τρόπον κατίδοι τις ἂν ὡς ἐν ἀνθρώπῳ κοινῷ τῆς θείας δόξης τὸν φωτισμὸν, ἤγουν τὴν ἐπίγνωσιν ; Οὐ γὰρ ἐν ἀνθρώπου μορφῇ Θεὸν ὀψόμεθα, πλὴν ἐν μόνῳ τῷ καθ' ἡμᾶς γεγονότι καὶ ἐνανθρωπήσαντι Λόγῳ, μεμενηκότι δὲ καὶ οὕτω φύσει τε καὶ ἀληθῶς Υἱῷ, παραδόξως ἦν καὶ τοῦτο ἰδεῖν, καθὸ νοεῖται Θεός. Καὶ γοῦν ὁ τῶν αὐτοῦ μυστηρίων ταμίας, Χριστὸν Ἰησοῦν ὀνομάσας αὐτὸν, ὡς καθ' ἡμᾶς γεγονότα καὶ σεσαρκωμένον, οἶδεν ὄντα μετὰ τοῦ φύσει τε καὶ ἀληθείᾳ Θεόν· γράφει γὰρ ὧδε· « Τολμηρότερον δὲ ἔγραψα ὑμῖν ἀπὸ μέρους, ὡς ἐπαναμιμνήσκων ὑμᾶς διὰ τὴν χάριν τὴν δοθεῖσάν μοι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, εἰς τὸ εἶναί με λειτουργὸν Χριστοῦ Ἰησοῦ εἰς τὰ ἔθνη, ἱερουργοῦντα τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Θεοῦ. » Προφητεύει δὲ καὶ Ζαχαρίας τῷ οἰκείῳ παιδὶ, φημὶ δὴ, τῷ Βαπτιστῇ· « Καὶ σὺ, παιδίον, προφήτης Ὑψίστου κληθήσῃ· προπορεύσῃ γὰρ πρὸ προσώπου Κυρίου, ἑτοιμάσαι λαὸν αὐτῷ. » Εἶτα τὸν Ὑψιστόν τε καὶ Κύριον ὁ θεσπέσιος Βαπτιστὴς κατεδείκνυ λέγων· « Ἴδε ὁ Ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. Οὗτός ἐστι περὶ οὗ ἐγὼ εἶπον· Ὀπίσω μου ἔρχεται ἀνὴρ ὃς ἔμπροσθέν μου γέγονεν, ὅτι πρῶτός μου ἦν. » Ἆρ' οὖν ἐνδοιάσαι θέμις, ὡς εἷς καὶ μόνος καὶ ἀληθῶς Υἱὸς εἴη ἂν ὁ ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγος μετὰ τῆς ἐνωθείσης αὐτῷ σαρκὸς, καὶ οὐκ ἀψύχου μᾶλλον κατά τινας, ὡς ἔφην, ἐψυχωμένης δὲ νοερῶς, καὶ ἓν σὺν αὐτῇ πρόσωπον πανταχῇ ;

mistæ : « Diviserunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem [83]. » Et rursum : « Omnes videntes me deriserunt me ; locuti sunt labiis, et moverunt caput [84]. »

B. Ergo etiamsi dicat : « Qui vidit me, vidit et Patrem [85] : ego et Pater unum sumus [86] ; » præterea ad Judæos : « Quid me quæritis interficere, hominem qui veritatem locutus sum vobis, quam audivi a Deo [87] ? » unius atque ejusdem dicemus esse has voces et illas ?

A. Omnino ; nulla enim ratione divisus est Christus [88]. Unus vero ac solus et verus Filius esse creditur ab omnibus qui ipsum adorant. Imago enim invisibilis Dei, splendor gloriæ substantiæ Patris [89], essentiæque ipsius character, servi formam accepit [90] : non ut hominem sibi conjungens, quemadmodum isti volunt, sed in illa potius ipse factus ; similitudinem interim cum Patre nihilominus retinens. **759** Scripsit itaque sapientissimus Paulus, quoniam « Deus qui dixit de tenebris lucem splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiæ claritatis Dei in facie Christi Jesu [91]. » Vide enim, quo pacto in persona Christi divinum atque ineffabile gloriæ Dei ac Patris lumen resplendeat. Ostendit enim in seipso Unigenitus Patris gloriam, tametsi factus sit homo. Solus namque hic, et non alius Christus censetur et vocatur. Aut alioqui doceant adversarii quomodo quis in vulgari aliquo homine cernere possit divinæ gloriæ lumen, sive notitiam ? Neque enim in hominis forma Deum cernemus, præterquam in solo Verbo nostri simili facto, atque incarnato ; quod tamen etiam hoc pacto permansit naturaliter ac vere Filius, admirabiliter id factum videmus, quatenus est Deus. Idcirco et Paulus, Christum Jesum ipsum nominans, ut nostri similem factum atque incarnatum, optime intellexit ipsum simul esse naturaliter ac vere Deum. Ita enim scribit : « Audacius autem scripsi vobis ex parte, tanquam in memoriam vos reducens, propter gratiam quæ mihi data est a Deo : ut sim minister Christi Jesu in gentibus ; sanctificans Evangelium Dei [92]. » Quinetiam Zacharias filio suo prophetat, Baptistæ inquam, « Et tu puer, propheta Altissimi vocaberis. Præibis enim ante faciem Domini, ad præparandum populum ipsius [93]. » Deinde divinus Baptista, Altissimum et Dominum demonstrat, dicens : « Ecce Agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Hic est de quo dixi : Post me venit vir, qui ante me factus est, quia prior me erat [94]. » Fasne igitur fuerit dubitare, quod unus et solus ac vere sit Filius, Verbum ex Deo Patre cum unita sibi carne, non illa inanimata secundum nonnullos, ut dixi, sed anima intelligente prædita, unaque prorsus cum ipso persona ?

[83] Psal. xxi, 19. [84] ibid. 8. [85] Joan. xiv, 9. [86] Joan. x, 30. [87] Joan. viii, 40. [88] I Cor. i, 13. [89] Hebr. i, 3. [90] Philipp. ii, 7. [91] II Cor. iv, 6. [92] Rom. xv, 15, 16. [93] Luc. i, 76. [94] Joan. i, 29, 30

Digitized by Google

B. Equidem nequaquam dubitaverim. « Unus enim Dominus, una fides, unum baptisma [95]. » At si dicatur Christus profecisse ætate, sapientia, et gratia [96], cuinam hæc acciderunt ? Cum Verbum ex Deo Patre sit plenum et perfectum per se, qualenam, obsecro, alicujus incrementum rei accipiat ? Cum vero ipse sit sapientia [97], non dicetur sapientiam accepisse. Quærendum itaque aiunt, cui hæc acciderint.

A

B. Ἐνδοιάσαιμι μὲν ἥκιστά γε. « Εἷς γὰρ Κύριος, μία πίστις, ἓν βάπτισμα. » Πλὴν εἰ λέγοιτο προκόπτειν Ἰησοῦς ἡλικίᾳ, καὶ σοφίᾳ, καὶ χάριτι, τίς ὁ ἐν τούτοις γεγονὼς ἐστι; Πλήρης γὰρ ὢν καὶ αὐτοτελὴς ὁ ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγος, ὁποίαν ἂν λάβοι καὶ εἰς τί τὴν ἐπίδοσιν, ἤτοι τὴν προκοπήν; Σοφὶα δὲ ὢν αὐτὸς, οὐκ ἂν λέγοιτο σοφίας δεκτικός. Ζητητέον οὖν ἄρα φασὶ, περὶ ὧν ἂν γένοιτο ταυτί.

760 A. Alius itaque, ut videtur, introducendus erit Filius et Dominus, quia nonnulli sacrarum Litterarum intelligentiam consequi nequeunt. Atqui sapiens evangelista cum inducit Verbum incarnatum, ostendit ipsum œconomice immissum propriæ carni, per propriæ suæ naturæ leges processisse. Humanæ vero naturæ est proficere ætate et sapientia, addiderim autem et gratia, concurrente ac promovente quodammodo una cum corporis incremento, etiam intelligentia quæ in unoquoque est. Minor enim est in infantibus, major in pueris. Neque vero erat impossibile ut Deo, Verbo ex Patre genito, corpus sibi unitum etiam ex ipsis fasciis attollere, atque ad perfectam ætatem transferre ; atque adeo facillimum ei fuisset etiam infanti exquisitam admirabilemque sapientiam tribuere. Cæterum hoc aliquid monstri simile fuisset, et a ratione incarnationis alienum. Mysterium enim tacite modesteque peractum est. Humanæ itaque naturæ leges œconomice etiam in se valere voluit. Nam et hoc ad similitudinem nostri referendum est. Nos enim a parvis ad magna procedimus, evehente nos tempore ad incrementum ætatis, et non absimilis parumque convenientis cum ætate intellectus. Verbum itaque ex Patre, quatenus est Deus, perfectissimum ex se est, nullaque plane re, ut nec incremento eget. Cæterum nostram naturam sibi propriam fecit, cum factus est nostri similis, tametsi sciamus ipsum etiam hoc pacto nobis superiorem esse, ut Deum. Ac proinde Paulus tametsi optime nosset ipsum carnem esse factum, tamen, Deitatis eminentiam contemplans, ipsum hominem non esse alicubi dicere audet. Nam ad Galatas ita scribit : « Paulus apostolus non ab hominibus, neque per hominem, sed per Jesum Christum [98]. » Et alibi : « Notum enim vobis facio Evangelium quod evangelizatum est a me, quia non est secundum hominem. Neque enim ab homine accepi illud, neque didici, sed per revelationem Jesu Christi [99]. »

B

C

D

A. Ἕτερον οὖν, ὡς ἔοικεν, εἰσκομιστέον Υἱὸν καὶ Κύριον, διὰ τὸ μὴ δύνασθαί τινας καθικνεῖσθαι τοῦ βάθους τῶν ἱερῶν Γραμμάτων. Ὁ γάρ τοι σοφὸς εὐαγγελιστὴς, σάρκα γεγονότα προεισενεγκὼν τὸν Λόγον, δείκνυσιν αὐτὸν οἰκονομικῶς ἐφέντα τῇ ἰδίᾳ σαρκὶ, διὰ τῶν τῆς ἰδίας φύσεως ἰέναι νόμων. Ἀνθρωπότητος δὲ τὸ προκόπτειν ἐστὶν ἡλικίᾳ τε καὶ σοφίᾳ, φαίην δ' ἂν ὅτι καὶ χάριτι, συναναπῤῥώσης τρόπον τινὰ τοῖς τοῦ σώματος μέτροις καὶ τῇ ἐν ἑκάστῳ συνέσεως. Ἑτέρα δὲ αὖ ἐν τοῖς ἒξ παισὶ, καὶ ὑπὲρ τοῦτο ἔτι. Ἦν μὲν γὰρ οὐκ ἀδύνατον, ἦμεν ἀνέφικτον, ὡς Θεῷ τῷ ἐκ Πατρὸς φύντι Λόγῳ, τὸ ἐνωθὲν αὐτῷ σῶμα, καὶ ἐξ αὐτῶν σπαργάνων αἴρειν τε ὑψοῦ, καὶ εἰς μέτρον ἡλικίας τῆς ἀρτίως ἐχούσης ἀνενεγκεῖν. Φαίην δ' ὅτι καὶ ἐν νηπίῳ σοφίαν ἐκφῆναι τεθαυμασμένην ῥᾴδιόν τε καὶ εὐήλατον ἦν αὐτῷ· ἀλλ' ἦν τὸ χρῆμα τερατοποιίας οὐ μακράν, καὶ τοῖς τῆς οἰκονομίας λόγοις ἀνάρμοστον. Ἐτελεῖτο γὰρ ἀψοφητὶ τὸ μυστήριον. Ἦφίει δὴ οὖν οἰκονομικῶς τοῖς τῆς ἀνθρωπότητος μέτροις ἐφ' ἑαυτῷ τὸ κρατεῖν. Τετάξεται γὰρ ἐν μοίρᾳ καὶ τοῦτο τῆς πρὸς ἡμᾶς ὁμοιώσεως, οἷς κατὰ βραχὺ πρὸς τὸ μεῖζον ἡ πρόοδος, αἴροντος ἡμᾶς καιροῦ πρὸς ἐπίδοσιν ἡλικίας καὶ οὐκ ἀναρμόστου φρονήσεως. Οὐκοῦν παντέλειος μὲν, καὶ ἀπροσδεὴς παντὸς ὁτουοῦν, καὶ τῶν αὐξήσεως, ὡς Θεὸς, ὁ ἐκ Πατρὸς Λόγος· οἰκειοῦται γε μὴν τὰ ἡμῶν, ἐπεί τοι γέγονε καθ' ἡμᾶς. . . ἴσμεν ὄντα αὐτὸν καὶ οὕτως ὑπὲρ ἡμᾶς, ὡς Θεόν. Τολμᾷ γοῦν ὁ Παῦλος, καίπερ εἰδὼς ὅτι γέγονε σὰρξ, ταῖς τῆς θεότητος ὑπεροχαῖς ἐνορῶν, ἔσθ' ὅτε, οὐδὲ ἄνθρωπον αὐτὸν εἶναι ἐνιαχοῦ λέγειν· ἐπιστέλλει γοῦν τοῖς ἐκ Γαλατίας· « Παῦλος ἀπόστολος οὐκ ἀπ' ἀνθρώπων, οὐδὲ δι' ἀνθρώπου, ἀλλὰ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ· » καὶ μὴν καὶ ἑτέρωθι, « Γνωρίζω δὲ ὑμῖν τὸ Εὐαγγέλιον τὸ εὐαγγελισθὲν ὑπ' ἐμοῦ, ὅτι οὐκ ἔστι κατὰ ἄνθρωπον. Οὐδὲ γὰρ ἐγὼ παρὰ ἀνθρώπου παρέλαβον αὐτὸ, οὐδὲ ἐδιδάχθην, ἀλλὰ δι' ἀποκαλύψεως Ἰησοῦ Χριστοῦ. »

761 A. Ipsius enim esse dicimus quatenus per incarnationem propria sibi illa fecit, et una cum carne etiam carnis proprietates assumpsit; siquidem non

B. Ἐφαρμοστέον οὖν ἄρα αὐτῷ καὶ τὸ λέγεσθαι προκόπτειν σοφίᾳ καὶ ἡλικίᾳ καὶ χάριτι, καθότι ἀμέλει καὶ τὸ πεινῆν καὶ μέντοι καὶ κοπιᾷν, καὶ τὰ τούτοις ἐοικότα. Καὶ τάχα που, κἂν εἰ λέγοιτο πρὸς ἐζωοποιῆσθαί τε παρὰ τοῦ Πατρὸς, αὐτῷ προσνεμοίμεν καὶ ταῦτα.

A. Αὐτοῦ γὰρ εἶναί φαμεν κατ' οἰκείωσιν οἰκονομικὴν τὰ ἀνθρώπινα, καὶ μετὰ τῆς σαρκὸς τὰ αὐτῆς· ἐπεὶ μὴ ἕτερος νοεῖται πρὸς ἡμᾶς

[95] Ephes. iv, 5. [96] Luc. II, 52. [97] I Cor. I, 24. [98] Galat. I, 1. [99] ibid. 11, 12.

Digitized by Google

παρ' αὐτὸν Υἱὸς, ἀλλ' αὐτὸς Κύριος σέσωκεν ἡμᾶς, A alius censetur a nobis ab ipso Filius, sed ipse Dominus salvavit nos, proprium suum sanguinem in pretium redemptionis vitæ omnium dans. « Redempti enim sumus non corruptibilibus argento et auro, sed pretioso sanguine quasi agni immaculati atque incontaminati Christi, qui obtulit se pro nobis in odorem suavitatis Deo ac Patri [1]; » cujus rei fidem quoque nobis faciet legis peritissimus Paulus ita scribens : « Estote itaque imitatores Dei, sicut filii charissimi, et ambulate in dilectione, sicut et Christus dilexit nos, et tradidit semetipsum pro nobis oblationem et hostiam Deo in odorem suavitatis [2]. » Cum igitur Christus sit factus pro nobis suavitas odoris, et humanam naturam in seipso inculpatam declararit, nacti sumus per ipsum et in ipso accessum ad cœlestem Patrem ac Deum. Scriptum est enim : « Habens itaque, fratres, fiduciam in introitu sanctorum in sanguine Christi, quam initiavit nobis viam novam et viventem per velamen, id est carnem [3]. » Intelligis itaque quomodo sanguinem ipsius et carnem ipsius dicat, quam et velamen vocat, et quidem merito, ut quod in templo sanctum velamen operabatur occultans Sancta sanctorum, tale quidpiam etiam Christi caro præstare censeatur : non permittens quodammodo ut nude et sine tegumento cernatur eximia atque immensa excellentia et gloria Dei Verbi quod carni unitum est. Porro nonnulli censebant Christum esse Eliam, aut unum ex prophetis. Judæi vero mysterium ejus plane non intelligentes, subsannantes dicebant : « Nonne hic est filius fabri [4]? at quo pacto dicit : Quia ex cœlo descendi [5]? » Neque enim Deitas naturaliter cerni potest. Apparuit autem mortalibus in forma nostræ simili, is qui ratione suæ naturæ videri nequit; manifestusque est nobis Deus exsistens Dominus. Atque hoc quidem, ut arbitror, docet divinus David dicens : « Deus manifeste veniet, Deus noster, et non silebit [6]. »

τῆς ἁπάντων ζωῆς ἀντάλλαγμα, τὸ ἴδιον αἷμα δούς. « Ἠγοράσθημεν γὰρ τιμῆς οὐ φθαρτῆς ἀργυρίῳ ἢ χρυσίῳ, ἀλλὰ τιμίῳ αἵματι ὡς ἀμνοῦ ἀμώμου καὶ ἀσπίλου Χριστοῦ, προσκομίσαντος ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν εἰς ὀσμὴν εὐωδίας τῷ Θεῷ καὶ Πατρί · » καὶ πρός γε τοῦτο ἡμᾶς πιστώσεται γεγραφὼς ὁ νομομαθέστατος Παῦλος · « Γίνεσθε οὖν μιμηταὶ τοῦ Θεοῦ, ὡς τέκνα ἀγαπητὰ, καὶ περιπατεῖτε ἐν ἀγάπῃ, καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς ἠγάπησεν ἡμᾶς, καὶ παρέδωκεν ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν, προσφορὰν καὶ θυσίαν τῷ Θεῷ εἰς ὀσμὴν εὐωδίας. » Ἐπειδὴ δὲ γέγονεν ὑπὲρ ἡμῶν εὐωδία Χριστὸς, καταδείξας ἐν αὐτῷ τὸ ἀπλημμελὲς ἔχουσαν τὴν ἀνθρώπου φύσιν, παῤῥησίαν ἐσχήκαμεν δι' αὐτοῦ τε καὶ ἐν αὐτῷ πρὸς τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς Πατέρα καὶ Θεόν. Γέγραπται γὰρ, ὅτι B « Ἔχοντες οὖν ἀδελφοὶ παῤῥησίαν εἰς τὴν εἴσοδον τῶν ἁγίων, ἐν τῷ αἵματι τοῦ Χριστοῦ, ἣν ἐνεκαίνισεν ἡμῖν ὁδὸν πρόσφατον καὶ ζῶσαν διὰ τοῦ καταπετάσματος, τουτέστι, τῆς σαρκὸς αὐτοῦ. » Σύνες οὖν ὅπως αὐτοῦ τὸ αἷμα καὶ αὐτοῦ τὴν σάρκα φησὶν, ἣν καὶ καταπέτασμα καλεῖ, καὶ μάλα εἰκότως, ἵν' ὅπερ ἐν τῷ ναῷ τὸ ἱερὸν εἰργάζετο καταπέτασμα, κατακρύπτον εὖ μάλα τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων, τοιοῦτόν τι νοοῖτο δρᾷν καὶ ἡ τοῦ Κυρίου σάρξ, οὐκ ἐφιστᾶσα, τρόπον τινὰ, γυμνῶς καὶ ἀκρύπτως ὁρᾶσθαι πρός τινος τὴν ὑπερφυᾶ καὶ ἐξαίρετον ὑπεροχήν τε καὶ δόξαν τοῦ ἐνωθέντος αὐτῇ Θεοῦ Λόγου. Καὶ γοῦν, οἱ μὲν Ἠλίαν ἢ ἕνα τῶν προφητῶν ἐτόπασαν εἶναι Χριστόν· Ἰουδαῖοί γε μὴν, οὐ συνέντες ὅλως τὸ ἐπ' αὐτῷ C μυστήριον, κατακερτομοῦντες ἔφασκον· « Οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ τοῦ τέκτονος υἱός; πῶς νῦν λέγει, Ὅτι ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβέβηκα; » Ἀόρατον μὲν γὰρ τῇ φύσει τὸ Θεῖον. Ὤφθη γε μὴν τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς ἐν εἴδει τῷ καθ' ἡμᾶς, ὁ κατὰ φύσιν ἰδίαν οὐχ ὁρατὸς, καὶ ἐπέφανεν ἡμῖν Θεὸς ὢν Κύριος. Καὶ τοῦτο, οἶμαι, διδάσκει λέγων ὁ θεσπέσιος Δαβίδ· « Ὁ Θεὸς ἐμφανῶς ἥξει, ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ οὐ παρασιωπηθήσεται. »

Β. Φρονεῖς μὲν ὀρθῶς· ἐκεῖνοί γε μὴν οὐχ ὧδε ταῦτ' ἔχειν διατείνονται, πολλοῦ γε καὶ δεῖ. Κατ' οὐδένα γὰρ τρόπον τὸ ἐπὶ τῷ σταυρῷ πάθος ἀξιοῦσι προσνέμειν τῷ ἐκ Θεοῦ φύντι Λόγῳ, παρασκευάσαι δὲ μᾶλλον φασὶν αὐτὸν τὸν συναφθέντα αὐτῷ κατ' ἰσοτιμίαν ἄνθρωπον, τὰς ἐκ τῶν Ἰουδαίων ὑποστῆναι D παροινίας, καὶ τὰ ἐπὶ τῷ σταυρῷ πάθη, καὶ μὴν καὶ αὐτὸν τὸν θάνατον, καὶ αὐτὸν γενέσθαι τῆς σωτηρίας ἡμῶν ἀρχηγὸν, τῇ τοῦ συνόντος αὐτῷ Λόγου δυνάμει, παλινδρομήσαντα πρὸς ζωὴν, καὶ τὸ τοῦ θανάτου καταργήσαντα κράτος.

Β. Recte quidem sentis. At illi hæc non ita sese habere contendunt. Longe enim abest. Nulla siquidem ratione **762** passionem crucis Verbo quod ex Deo genitum est tribuere volunt. At potius præparasse ipsum hominem illum qui secundum æquatitatem honoris ab ipso assumptus est, ut Judæorum contumelias subiret, et passionem crucis, atque adeo mortem ipsam; atque ipsum factum esse salutis nostræ auctorem, quippe qui vi ac virtute Verbi quod ipsi conjunctum erat resuscitatus fuerit, et mortis imperium aboleverit.

Α. Ἆρα οὖν ἔχοιεν ἂν ἐξ ἱερῶν Γραμμάτων, τὸν ἐπὶ τούτοις ἡμῖν ἀληθῆ παραστῆσαι λόγον; ἢ καινοτομοῦσι τὴν πίστιν, τὰ ἀπὸ καρδίας αὐτῶν λαλοῦντες, καὶ οὐκ ἀπὸ στόματος Κυρίου, κατὰ τὸ γεγραμμένον; ἢ τάχα που οὐκ εἰδότες λέγειν· « Ἐμοὶ δὲ μὴ γένοιτο καυχᾶσθαι εἰ μὴ ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ ἐμοὶ κόσμος ἐσταύρωται, κἀγὼ τῷ κόσμῳ. »

A. Atqui possintne sententiæ suæ rationem ex sacris Litteris comprobare? aut innovant fidem ex suo ipsorum corde loquentes, et non ex ore Domini, sicut scriptum est [7]? aut fortasse nescientes dicere : « Mihi vero non contingat gloriari nisi in cruce Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, et ego mundo [8]. »

[1] I Petr. I, 18, 19. [2] Ephes. v, 1, 2. [3] Hebr. x, 19, 20. [4] Matth. XIII, 55. [5] Joan. VI, 38. [6] Psal. XLIX, 3. [7] Jerem. XXIII, 16 [8] Galat. VI, 14.

Digitized by Google

B. Maxime aiunt; confirmat enim in hoc nos sapientissimus Paulus, ita scribens : « Decebat enim eum propter quem omnia, et per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem salutis eorum per passionem consummare [9]. » Hic enim, inquiunt, in quo omnia, et per quem omnia, non alius fuerit quam Verbum ex Deo genitum. Ipse igitur perfecit per passionem auctorem salutis nostræ, hoc est eum qui est ex semine David.

A. Non igitur redempti sumus a Deo. Quomodo enim, aut unde? sed potius alieno sanguine; mortuusque est quidam pro nobis supposititius sive succidaneus homo, et falsi nominis filius. Atque ita magnum illud ac venerandum incarnationis Unigeniti mysterium, meræ nugæ atque imposturæ fuerint. Sed neque homo factus est. Salvatorem vero ac Redemptorem vocabimus, non quidem Unigenitum, sed illum potius qui sanguinem suum pro nobis dedit. Atqui sacratissimus Paulus ad quosdam ita scribit : « Necesse est ergo exemplaria quidem cœlestium his mundari : ipsa autem cœlestia, melioribus hostiis quam istis. Non enim in manufacta sancta Jesus introivit, exemplaria verorum, sed in ipsum cœlum, ut appareat nunc vultui Dei pro nobis. Neque ut sæpe offerat semetipsum, quemadmodum pontifex intrat in Sancta per singulos annos in sanguine alieno : alioquin oportebat eum frequenter pati ab origine mundi; nunc autem semel in consummatione sæculorum ad destructionem peccati per hostiam suam **763** apparuit [10]. » Typus itaque habet, in sanguine alieno fieri aditum et mundari nonnullos. Rei autem veritas longe præstantius quid in se habet, hoc est, Jesum qui proprio sanguine hoc præstet, introeuntem, non in recens aliquod et manufactum tabernaculum, quod in umbra ac typis intelligitur, sed in cœleste ac verum, hoc est, in cœlum. Necesse enim est exemplaria cœlestium his mundari, hoc est, figuratis atque alienis : cœlestia vero longe melioribus hostiis quam hæ sunt. Quærendum igitur est et quidem necessario in Christo, id quod est præstantius quam figuræ. Verum autem dico id quod est in sanguine proprio.

B. Recte ais.

A. Cum vero apostolico dicto insultent, perinde ac si ad vulgarem aliquem hominem referretur, age totam sententiam ab initio repetamus, quousque ad institutum sermonem facit. Scriptum itaque est : « Eum autem qui modico quam angeli minoratus est, videmus Jesum propter passionem mortis gloria et honore coronatum. Decebat enim cum propter quem omnia, et per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem salutis eorum per passionem consummare. Qui enim sanctificat, et qui sanctificantur ex uno omnes. Propter quam causam non confunditur eos fratres vocare dicens : Nuntiabo nomen

A B. Ναὶ, φασὶν· ἐμπεδοῖ γὰρ πρὸς τοῦτο ἡμᾶς ὁ πάνσοφος Παῦλος, ὡδὶ γεγραφώς· « Ἔπρεπε γὰρ αὐτῷ δι' ὃν τὰ πάντα, καὶ δι' οὗ τὰ πάντα, πολλοὺς υἱοὺς εἰς δόξαν ἀγαγόντα, τὸν ἀρχηγὸν τῆς σωτηρίας αὐτῶν διὰ παθημάτων τελειῶσαι. » Ὁ γάρ τοι, φασὶν, ἐν ᾧ τὰ πάντα, καὶ δι' οὗ τὰ πάντα, εἴη ἂν ἕτερος οὐδεὶς παρά γε τὸν ἐκ Θεοῦ φύντα Λόγον. Αὐτὸς τοιγαροῦν ἐτελείωσε διὰ παθημάτων τὸν ἀρχηγὸν τῆς σωτηρίας ἡμῶν, τουτέστι, τὸν ἐκ σπέρματος τοῦ Δαβίδ.

A. Λελυτρώμεθα οὖν, παρὰ Θεοῦ μὲν οὐκ ἔτι (πῶς γὰρ, ἢ πόθεν), ἀλλοτρίῳ δὲ μᾶλλον αἵματι· καὶ τέθνηκέ τις ὑπὲρ ἡμῶν ὑποβολιμαῖος ἄνθρωπος, καὶ υἱὸς ψευδώνυμος· καὶ τὸ σεπτὸν καὶ μέγα τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Μονογενοῦς μυστήριον, ὕθλος ἦν ἄρα B καὶ φενακισμός· καὶ οὔτε γέγονεν ἄνθρωπος. Ἐπιγραφόμεθα Σωτῆρα καὶ Λυτρωτὴν, ἧκιστα μὲν αὐτὸν, ἐκεῖνον δὲ μᾶλλον, ὃς τὸ ἴδιον αἷμα δέδωκεν ὑπὲρ ἡμῶν. Καίτοι γέγραφέ τισιν ὁ ἱερώτατος Παῦλος· « Ἀνάγκη οὖν τὰ μὲν ὑποδείγματα τῶν ἐν τοῖς οὐρανοῖς τούτοις καθαρίζεσθαι, αὐτὰ δὲ τὰ ἐπουράνια κρείττοσι θυσίαις παρὰ ταῦτα. Οὐ γὰρ εἰς χειροποίητα εἰσῆλθεν ἅγια Χριστὸς, ἀντίτυπα τῶν ἀληθινῶν, ἀλλ' εἰς αὐτὸν τὸν οὐρανὸν, νῦν ἐμφανισθῆναι τῷ προσώπῳ τοῦ Θεοῦ ὑπὲρ ἡμῶν. Οὐδὲ ἵνα πολλάκις προσφέρῃ ἑαυτὸν, ὥσπερ ὁ ἀρχιερεὺς εἰσέρχεται εἰς τὰ Ἅγια κατ' ἐνιαυτὸν αἵματι ἀλλοτρίῳ, ἐπεὶ ἔδει αὐτὸν πολλάκις παθεῖν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου· νυνὶ δὲ ἅπαξ ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων εἰς ἀθέτησιν τῆς ἁμαρτίας διὰ τῆς θυσίας αὐτοῦ πεφανέρωται. » Οὐκοῦν ὁ μὲν τύπος ἔχει τὸ ἐν αἵματι τῷ ἀλλοτρίῳ ποιεῖσθαι τὴν πρόσοδον, καὶ ἀποκαθαίρε[ι]σθαί τινας· τό γε μὴν ἀληθὲς, ἤγουν ἡ ἀλήθεια, δέξεται πάντως που τὸ ἄμεινον, τουτέστι τὸ ἐν αἵματι τῷ ἰδίῳ τοῦτο δρᾶν εἰσελαύνοντα τὸν Ἰησοῦν οὐκ εἰς πρόσκαιρόν τινα καὶ χειροποίητον σκηνὴν τὴν ὡς [ἐν] σκιᾷ καὶ τύποις, ἀλλ' εἰς τὴν ἄνω καὶ ἀληθῆ, τουτέστιν, εἰς τὸν οὐρανόν. Ἀνάγκη γὰρ, τὰ μὲν ὑποδείγματα τῶν ἐν τοῖς οὐρανοῖς, τούτοις καθαρίζεσθαι, δῆλον δὲ ὅτι τοῖς τυπικοῖς τε καὶ ἀλλοτρίοις· αὐτὰ δὲ τὰ ἐπουράνια κρείττοσι θυσίαις παρὰ ταύτας. Ζητητέον οὖν ἄρα καὶ ἀναγκαίως ἐν Χριστῷ τὸ κρεῖττον ἢ κατὰ τοὺς τύπους· φημὶ δὲ τὸ ἀληθὲς, ὅπερ ἐστὶν ἐν αἵματι τῷ ἰδίῳ.

B. Εὖ ἔφης.

D A. Ἐπειδὴ δὲ τὴν ἀποστολικὴν κατεξανιστᾶσι ῥῆσιν, ὡς ἐπ' ἀνθρώπου κοινοῦ προενηνεγμένην, φέρε λέγωμεν ἐλόντες ἀπ' ἀρχῆς τῶν γεγραμμένων, μέχρι καταλήξεως τῆς ἀποχρώσης τῷ λόγῳ. Γέγραπται τοίνυν· « Τὸν δὲ βραχύ τι παρ' ἀγγέλους ἠλαττωμένον βλέπομεν Ἰησοῦν, διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου, δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφανωμένον. Ἔπρεπε γὰρ αὐτῷ, δι' ὃν τὰ πάντα, καὶ δι' οὗ τὰ πάντα, πολλοὺς υἱοὺς εἰς δόξαν ἀγαγόντα, τὸν ἀρχηγὸν τῆς σωτηρίας αὐτῶν διὰ παθημάτων τελειῶσαι. Ὅ τε γὰρ ἁγιάζων καὶ οἱ ἁγιαζόμενοι, ἐξ ἑνὸς πάντες· δι' ἣν αἰτίαν οὐκ ἐπαισχύνεται ἀδελφοὺς αὐτοὺς καλεῖν, λέγων· Ἀπαγγελῶ

[9] Hebr. II, 10. [10] Hebr. IX, 23-26.

Digitized by Google

delineatum fuisse veteribus comperias. Ovis enim mactatio Israelitas a morte atque interitu exemerat, et interfectorem placavit. Atqui res hæc Christi typus ac figura erat. Pascha enim nostrum pro nobis immolatus est Christus, ut tristissimum mortis imperium dissolveret [53], et proprio suo sanguine universum terrarum orbem sibi acquireret [54]. Empti enim sumus pretio [55], et non sumus nostri [56]. Unus enim pro omnibus mortuus est, qui pretio omnes superabat, ut viventes non amplius sibi ipsis vivant, sed ei qui pro ipsis mortuus est et resurrexit [57]. Consentit vero his etiam Paulus, dicens : « Ego enim per legem legi mortuus sum, ut Deo vivam : Christo confixus sum cruci. Vivo autem, jam non ego, vivit vero in me Christus. Quod autem nunc vivo in carne, in fide vivo Filii Dei, qui dilexit me, et tradidit semetipsum pro me [58]. » Christi ergo omnes sumus et per ipsum conciliati Patri, qui carne passus est pro nobis, ut mundos efficeret. Scriptum est enim : « Propter quod et Jesus, ut sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est [59]. » Et : « Nos cum essemus aliquando alienati et inimici sensu in operibus malis : nunc autem reconciliavit in corpore carnis ejus per mortem, exhibere vos sanctos et immaculatos, et irreprehensibiles coram ipso [60]. » Intelligis itaque quo pacto proprium sanguinem et propriam carnem ipsius vocet, eam quæ pro nobis data est ; neque alterius cujusdam filii diversi ab ipso esse dicamus, qui distinctus ab ipso sit, et sola conjunctione cum ipso decoratus, et ascititia gloria præditus sit, essentiali dignitate atque eminentia carens ; sed, instar vestis et larvæ cujusdam, Filii ac Dei omnium supremi nomen gerat. Nam si ita se naturaliter habeat, ut adversarii sentiunt, nulla ratione illi conveniat dicere : « Ego sum veritas [61]. » Quomodo enim verum sit quod non ita se habet ac dicit, sed spurium et falsi nominis ? At vero Christus veritas est, et super omnes, ut Deus. Mansit enim Verbum id quod erat, tametsi factum sit caro, ut qui supra omnes est, et in omnibus factus, propter humanam naturam salvatam sit supra omnes, et creaturæ conditionem excedat.

καὶ φθορᾶς ἡ τοῦ προβάτου σφαγὴ τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ, καὶ δεδυσώπηκε τὸν ὀλοθρευτήν. Τύπος δὲ ἦν ἄρα τὸ χρῆμα Χριστοῦ. Τὸ γὰρ Πάσχα ἡμῶν ὑπὲρ ἡμῶν ἐτύθη Χριστὸς, ἵνα τὸ ἀμειδὲς τοῦ θανάτου καταλύσῃ κράτος, αἵματί τε τῷ ἰδίῳ κατακτήσηται τὴν ὑπ' οὐρανόν. Ἠγοράσμεθα γὰρ τιμῆς, καὶ οὐκ ἐσμὲν ἑαυτῶν. Εἷς γὰρ ὑπὲρ πάντων ἀπέθανεν, ὁ πάντων ἀξιώτερος, ἵν' οἱ ζῶντες μηκέτι ἑαυτοῖς ζῶσιν, ἀλλὰ τῷ ὑπὲρ αὐτῶν ἀποθανόντι καὶ ἐγερθέντι. Συλλήψεται δὲ καὶ ὁ Παῦλος, λέγων, « Ἐγὼ γὰρ διὰ νόμου νόμῳ ἀπέθανον, ἵνα Θεῷ ζήσω, Χριστῷ δὲ συνεστάρωμαι, ζῶ δὲ οὐκ ἔτι ἐγὼ, ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ Χριστός. Ὃ δὲ νῦν ζῶ ἐν σαρκὶ, ἐν πίστει ζῶ, τῇ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, τοῦ ἀγαπήσαντός με, καὶ παραδόντος ἑαυτὸν ὑπὲρ ἐμοῦ. » Χριστοῦ τοιγαροῦν οἱ πάντες ἐσμὲν, καὶ δι' αὐτοῦ κατηλλάγμεθα τῷ Πατρὶ, σαρκὶ παθόντος ὑπὲρ ἡμῶν, ἵν' ἡμᾶς ἀποφήνῃ κεκαθαρμένους. Γέγραπται γὰρ, ὅτι « Διὸ καὶ Ἰησοῦς, ἵνα ἁγιάσῃ διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος τὸν λαὸν, ἔξω τῆς πύλης ἔπαθεν. » Καὶ πάλιν· « Καὶ ἡμᾶς ποτε ὄντας ἀπηλλοτριωμένους καὶ ἐχθροὺς τῇ διανοίᾳ ἐν τοῖς ἔργοις τοῖς πονηροῖς· νυνὶ δὲ ἀποκατήλλαξεν ἐν τῷ σώματι τῆς σαρκὸς αὐτοῦ διὰ τοῦ θανάτου, παραστῆσαι ὑμᾶς ἁγίους καὶ ἀμώμους κατενώπιον αὐτοῦ. » Σύνες οὖν ὅπως ἴδιον αἷμα καὶ ἰδίαν σάρκα φησὶν αὐτοῦ, τὴν δοθεῖσαν ὑπὲρ ἡμῶν, ἵνα μὴ ἑτέρου παρ' αὐτὸν υἱοῦ λέγωμεν αὐτὴν, νοουμένου τε ἀναμέρος, καὶ ψιλῇ συναφείᾳ τετιμημένου, καὶ ἐπακτὴν ἔχοντος δόξαν, καὶ οὐκ οὐσιώδη· τὴν ὑπεροχὴν, ἐπίβλημα δὲ καὶ ὥσπερ τι προσωπεῖον ἐπερριμμένον αὐτῷ, τότε τῆς υἱότητος καὶ τῆς ὑπὲρ πάντα θεότητος ὄνομα. Οὕτω γὰρ ἔχοντι κατὰ φύσιν, καθὰ φρονεῖν ἐγνώκασιν οἱ δι' ἐναντίας, ἁρμόσειεν ἂν αὐτῷ κατ' οὐδένα τρόπον τὸ χρῆναι λέγειν, « Ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια. » Πῶς γὰρ ἀληθὲς, τὸ οὐχ οὕτω ἔχον, ὡς λέγεται, νόθον δὲ ὥσπερ τι καὶ ψευδώνυμον ; Ἀλλὰ μὴν ἀλήθεια, Χριστὸς, καὶ ἐπάνω πάντων ὡς Θεός· μεμένηκε γὰρ ὅπερ ἦν ὁ Λόγος, εἰ καὶ γέγονε σάρξ· ἵν' ὁ πάντων ἐπέκεινα καὶ ἐν τοῖς πᾶσι γεγονὼς, διὰ τὸ ἀνθρώπινον σωζόμενον, ἔχοι τὸ εἶναι πέρα παντὸς, καὶ τῶν τῆς κτίσεως ἐπέκεινα μέτρων.

B. At inuretur, **775** inquiunt, Deo Verbo magna ignominia, si dicatur passus esse ; et venerandum nostrum mysterium infame reddetur.

A. Sed, contempta ignominia, pati carne pro nobis voluit, secundum Scripturas [62]. Ego vero Judaici ingenii morbum, et gentilis ignorantiæ vitium esse censuerim dicere, passionem crucis dedecori esse. Scribit ergo ita divinus Paulus : « Quoniam et Judæi signa petunt, et Græci sapientiam quærunt : nos autem prædicamus Christum crucifixum, Judæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam : ipsis autem vocatis Judæis atque Græcis,

Β. Ἀλλ' ἐναπομάξεται, φησὶ, τῷ Θεῷ Λόγῳ πολύ τι τὸ δυσκλεὲς, τὸ λέγεσθαι παθεῖν· διαβεβλήσεται δὲ πρὸς τούτῳ καὶ αὐτό που τάχα τὸ σεπτὸν ἡμῶν μυστήριον.

Α. Ἀλλ' αἰσχύνης καταφρονήσας εἵλετο παθεῖν σαρκὶ δι' ἡμᾶς, κατὰ τὰς Γραφάς. Ἀῤῥώστημα δὲ φρενὸς Ἰουδαϊκῆς, καὶ τῆς Ἑλλήνων ἀβελτηρίας ἔγκλημα δεινὸν καταλογίσαιμεν ἄν, τὸ αἰσχύνεσθαι δοκεῖν τὸ ἐπὶ τῷ σταυρῷ πάθος. Γράφει γοῦν ὁ θεσπέσιος Παῦλος, « Ἐπειδὴ καὶ Ἰουδαῖοι σημεῖα αἰτοῦσι, καὶ Ἕλληνες σοφίαν ζητοῦσιν, ἡμεῖς δὲ κηρύσσομεν Χριστὸν ἐσταυρωμένον, Ἰουδαίοις μὲν σκάνδαλον, ἔθνεσι δὲ μωρίαν, αὐτοῖς δὲ τοῖς κλητοῖς

[53] I Cor. v, 7; Hebr. II, 14. [54] Act. xx, 28. [55] I Cor. VII, 23. [56] I Cor. VI, 19. [57] II Cor. v, 15, 16. [58] Galat. II, 19, 20. [59] Hebr. XIII, 12. [60] Coloss. I, 21, 22. [61] Joan. XIV, 6. [62] Hebr. XII, 2.

Digitized by Google

Ἰουδαίοις τε καὶ Ἕλλησι, Χριστὸν Θεοῦ δύναμιν, καὶ Θεοῦ σοφίαν, ὅτι τὸ μωρὸν τοῦ Θεοῦ, σοφώτερον τῶν ἀνθρώπων ἐστὶ, καὶ τὸ ἀσθενὲς τοῦ Θεοῦ, ἰσχυρότερον τῶν ἀνθρώπων ἐστί. »

A Christum Dei virtutem, et Dei sapientiam. Quia quod stultum est Dei, sapientius est hominibus : et quod infirmum est Dei, fortius est hominibus [62]. »

Β. Τίνα τρόπον; συνίημι γὰρ ἥκιστά γε.

Α. Οὐ γὰρ Ἰουδαίοις μὲν σκάνδαλον τὸ ἐπὶ τῷ σταυρῷ πάθος γενέσθαι φησὶν, Ἕλλησι δὲ μωρίαν; Οἱ μὲν γὰρ ἔφασκον, ἀπηρτημένον ὁρῶντες τοῦ ξύλου, καὶ τὰς μιαιφόνους ἐπ' αὐτῷ σείοντες κεφαλὰς, « Εἰ Υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, κατάβηθι ἀπὸ σταυροῦ, καὶ πιστεύσομέν σοι. » Ἤοντο γὰρ ὅτι τῆς αὐτῶν ἰσχύος ἡττώμενος ἦλω καὶ πέπονθε· πεπλάνηντο γὰρ, οὐχ Υἱὸν εἶναι Θεοῦ νομίσαντες ἀληθῶς, ἀλλ' εἰς μόνην ὁρῶντες τὴν σάρκα. Ἕλληνές γε μὴν, τὸ τοῦ μυστηρίου βάθος κατ' οὐδένα τρόπον συνιέναι δυνάμενοι, μωρίαν εἶναι νομίζουσι τὸ λέγεσθαι πρὸς ἡμῶν, τεθνάναι Χριστὸν ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ζωῆς. Ἀλλ' αὐτὸ δὴ τοῦτο τὸ δοκοῦν εἶναι μωρὸν, σοφώτερον τῶν ἀνθρώπων ἐστί. Βαθὺς γὰρ ὁ λόγος, καὶ τῆς ἀνωτάτω σοφίας ἐπίμεστος ἀληθῶς, ὁ ἐπί γε, φημὶ, τῷ πάντων ἡμῶν Σωτῆρι Χριστῷ, καὶ τὸ ἀσθενὲς εἶναι νομισθὲν παρά γε τοῖς Ἰουδαίων δήμοις, ἰσχυρότερον τῶν ἀνθρώπων ἐστί. Σέσωκε γὰρ ἡμᾶς ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος, τὴν πρὸς ἡμᾶς ὁμοίωσιν ὑποδὺς, ἵνα σαρκὶ παθὼν, καὶ ἐγηγερμένος ἐκ νεκρῶν, κρείττονα θανάτου καὶ φθορᾶς τὴν ἡμῶν ἀποφήνῃ φύσιν. Ἔστι δὲ ὑπὲρ χεῖρα τὴν καθ' ἡμᾶς, τὸ κατωρθωμένον. Οὐκοῦν ἰσχυρότερον τῶν ἀνθρώπων ἐστὶ τὸ ἀσθενείᾳ τῇ καθ' ἡμᾶς καὶ ὡς ἔν γε τῷ παθεῖν πεπράχθαι δοκοῦν, δυνάμεώς τε τῆς θεοπρεποῦς ἐπίδειξιν ἔχον.

Β. Quo pacto? neque enim intelligo.

Α. Nonne enim Judæis scandalo fuisse dicit passionem crucis, Græcis autem stultitiam? Illi enim dixerunt, cum illum suspensum e ligno cernerent, sanguinolenta motitantes capita : « Si Filius Dei es, descende e cruce, et credemus tibi [63]. » Existimabant enim illum violentia ipsorum superatum, passum esse. Errarunt autem, putantes vere Filium Dei non esse, solam carnem intuentes. Græci vero cum mysterii magnitudinem nulla ratione percipere possent, stultum esse dicunt dicere Christum pro vita mundi mortuum esse. Sed hoc ipsum quod videtur esse stultum, est sapientius hominibus. Gravissimus enim est sermo, summaque sapientia plenus de Christo omnium Salvatore habetur, et quod a Judæis censetur esse infirmum, fortius est hominibus. Salvavit enim nos unigenitus Dei Verbum, nostri similitudinem subiens, ut passus carne et suscitatus e mortuis, naturam nostram morte atque interitu superiorem declararet. Est vero id quod præstitum est, potestate nostra superius. Fortius itaque est hominibus, quod in infirmitate nostræ simili et in passione peractum esse videtur, et divinam potentiam demonstrat.

Β. Εἶτα πῶς ἂν ὁ αὐτὸς, φασὶ, μὴ πάθοι;

Α. Σαρκὶ τῇ ἰδίᾳ παθὼν, καὶ οὐ θεότητος φύσει, καὶ ἀπόῤῥητος μὲν παντελῶς ὁ ἐπὶ τούτοις λόγος, καὶ οὐκ ἄν τις ἐφίκοιτο νοῦς τῶν οὕτως ἰσχνῶν καὶ ὑπερηρμένων ἐννοιῶν. Ἑπόμενοί γε μὴν τοῖς εἰς ὀρθότητα λογισμοῖς, καὶ τὸν τοῦ εἰκότος περιαθροοῦντες Λόγον, οὔτε τοῦ λέγεσθαι παθεῖν ἀλλοτριοῦμεν αὐτὸν, ἵνα μὴ πρὸ τούτου καὶ τὴν κατὰ σάρκα γέννησιν, οὐκ αὐτοῦ μᾶλλον, ἀλλ' ἑτέρου φῶμεν εἶναί τινος, οὔτε μὴν εἰς τὴν θείαν αὐτοῦ καὶ ὑπερτάτην πεπράχθαι φύσιν διοριζόμεθα τὰ σαρκός· νοοῖτο δ' ἄν, ὡς ἔφην, σαρκὶ τῇ ἰδίᾳ παθεῖν, καίτοι θεότητι μὴ παθὼν, καθ' οἷον δή τινα τρόπον. Ἀσθενεῖ μὲν γὰρ πᾶσα παραδειγμάτων δύναμις, καὶ τῆς ἀληθείας κατόπιν ἔρχεται. Ὅλην ἐνίησι τῷ νῷ φαντασίαν ἰσχνὴν τοῦ πράγματος, καὶ ὡς ἀπό γε τῶν ἐν χερσὶν, ἀναβιβάσει πρὸς τὸ ὕψος, καὶ τὸ πέρα λόγου. Ὥσπερ γὰρ ὁ σίδηρος ἤγουν ἑτέρα τις ὕλη τοιαύτη ταῖς τοῦ πυρὸς ὁμιλήσασα προσβολαῖς, εἰσδέχεται μὲν αὐτὸ, καὶ κατωδίνει τὴν φλόγα· εἰ δὲ δὴ καταπαίοιτο τυχὸν ὑπό του, δέχεται μὲν ἡ ὕλη τὸ βλάβος, ἀδικεῖται δὲ ὅλως πρὸς τοῦ παίοντος οὐδὲν ἡ τοῦ πυρὸς φύσις· οὕτω πως συνήσεις καὶ ἐν τῇ σαρκὶ λέγεσθαι παθεῖν, θεότητι δὲ μὴ παθεῖν τὸν Υἱόν. Καὶ σμικρὰ μὲν, ὡς ἔφην, τῶν παραδειγμάτων ἡ δύναμις, ἀποφέρει δέ πως τῆς ἀληθείας ἐγγὺς τοὺς τοῖς ἱεροῖς Γράμμασιν ἀπειθεῖν ῥηιδίως ἔχοντας.

Β. Atqui quomodo, inquiunt, ipse non patiatur?

Α. Propria carne passus, non autem natura divinitatis, idque ineffabili quadam ratione, quam nulla mens **776** percipere queat. Nos vero ratiocinationibus quæ veritati maxime consentaneæ sint inhærentes, neque alienum ipsum ab eo censemus, quod dicatur passus esse, ne et nativitatem secundum carnem, quæ passionem præcessit, non ipsius sed alterius cujuspiam fuisse dicamus, neque ea quæ carnis sunt in divinam ipsius atque supremam naturam facta esse statuamus. Intelligatur vero carne propria, ut dixi, passus esse, tametsi deitate passus non sit. Quo autem modo, nullis exemplis satis explicari potest. Omnia enim inferiora sunt rei ipsius veritate. Venit tamen mihi in mentem quædam imaginatio, quæ ex iis quæ manibus contrectamus nos attollit ad altitudinem ejus quod rationem omnem superat. Quemadmodum enim ferrum, aut alia quæpiam ejuscemodi materia recipit quidem in se et patitur flammam : si vero percutiatur ab aliquo, ipsa quidem materia detrimentum accipit, ipsa vero ignis natura a percutiente non læditur : ita fere intelliges Filium carne quidem passum, divinitate vero nequaquam. Et exigua quidem est, ut dixi, similitudinum vis ac facultas, propius tamen ad veritatis cognitionem adducit eos qui sacris Litteris fidem adhibere non recusant.

[62] I Cor. I, 22-25. [63] Matth. XXVII, 42.

Digitized by Google

B. Recte dicis.

A. Nisi enim immediate propria Verbi facta sit caro quæ ipsi ineffabiliter supraque omnem intellectum unita est, quomodo censeri possit vivificans? « Ego enim, inquit, sum panis vivificans qui de cœlo descendi. Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum. Et panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita [66]. » At si est caro Filii ab ipso diversi, qui arcta quadam conjunctione ipsi ascitus erat, et æqualitate honoris cum eo donatus, quo pacto suam vocat, cum alioqui mentiri nesciat? Quomodo autem alterius cujuspiam caro mundum vivificare queat, nisi facta sit propria vitæ, nimirum Verbi ex Deo Patre geniti, de quo divinus Joannes ita ait : « Et scimus quoniam Filius Dei venit, et dedit nobis sensum ut cognoscamus verum Deum, et sumus in vero Filio ipsius Jesu Christo. Hic est verus Deus, et vita æterna [66]? »

B. Cæterum hoc etiam, ut arbitror, objicient, dictum esse ab ipso, et quidem manifeste : « Amen, amen dico vobis, nisi manducaveritis carnem Filii hominis, et biberitis sanguinem ipsius, non habetis **777** vitam in vobis [67]. » Nos itaque censemus, inquiunt, non esse Dei Verbi, sed potius hominis qui ipsi conjunctus est pretiosum corpus et sanguinem.

A. At vero quid tandem de magno religionis nostræ mysterio statuent? Tolletur enim, ut apparet, Dei Verbi exinanitio, qui cum esset in forma atque æqualitate Patris, voluit propter nos formam servi accipere, similisque nobis fieri [68], et particeps fieri carnis et sanguinis [69], et incarnationis administrationem universo orbi terrarum largiri. Salvatus enim est per ipsam, instaurante Patre in ipso omnia quæ in cœlis et quæ in terra, sicut scriptum est [70]. Si ergo non ipsum dicunt esse Unigenitum, divina pariter et humana ratione dicentem : « Et panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita; » sed alium quemdam diversum ab ipso Filium hominis nos salvasse, certe ipse non est Dominus, ut Scripturæ de illo prædicant, sed unus ex nobis, et vivificat deinceps ea quæ corruptioni obnoxia sunt, non per Deum vivificandi virtute præditum, sed per quemdam corruptioni obnoxium, qui perinde ac nos vitam per gratiam acceperit. At si verum est quod Verbum factum est caro, secundum Scripturas [71], et in terra apparuit, et cum hominibus versatus est [72], formam servi ut propriam gerens, vocabitur etiam Filius hominis, quod quidem, si indigne ferunt nonnulli, graviter peccasse deprehendentur. Neque enim alia ratione caro vivifica effici potest, quam secundum propriam suam naturam corrumpi atque interire necesse erat, nisi propria facta esset Verbi omnia vivificantis. Hoc enim pacto operata est et præstitit quæ ipsi Verbo sunt propria, vivificanti ipsius virtuti conversata. Et quidem mirum

A B. Εὖ λέγεις.

A. Εἰ γὰρ οὐκ ἀμέσως ἴδια τοῦ Λόγου γέγονεν ἡ ἀπορρήτως αὐτῷ καὶ ὑπὲρ νοῦν καὶ λόγον ἐνωθεῖσα σὰρξ, πῶς ἂν νοοῖτο ζωοποιός; « Ἐγὼ γάρ εἰμι, φησὶν, ὁ ἄρτος ὁ ζῶν, ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς, καὶ ζωὴν διδοὺς τῷ κόσμῳ. Ἐάν τις φάγῃ ἐκ τοῦ ἄρτου τούτου, ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ ὁ ἄρτος δὲ ὃν ἐγὼ δώσω, ἡ σάρξ μού ἐστιν, ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ζωῆς. » Ἀλλ' εἴπερ ἐστὶν ἡ σὰρξ, Υἱοῦ παρ' αὐτὸν ἑτέρου, κατὰ συνάφειαν σχετικὴν οἰκειωθέντος αὐτῷ, καὶ χάριτι κεκλημένου πρὸς ἰσοτιμίαν, πῶς ἰδίαν αὐτὴν ὀνομάζει, καίτοι ψεύδεσθαι μὴ εἰδώς; Πῶς δ' ἂν καὶ ζωοποιήσει τὸν κόσμον ἡ ἑτέρου τινὸς σὰρξ, εἰ μὴ γέγονεν ἰδία τῆς ζωῆς, δῆλον δὲ ὅτι, τοῦ ἐκ Θεοῦ Πατρὸς ὄντος Λόγου, περὶ οὗ φησιν ὁ θεσπέσιος Ἰωάννης· « Καὶ οἴδαμεν, ὅτι ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἥκει, καὶ ἔδωκεν ἡμῖν διάνοιαν, ἵνα γινώσκωμεν αὐτὸν, καὶ ἐσμὲν ἐν τῷ ἀληθινῷ Υἱῷ αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστῷ. « Οὗτός ἐστιν ἀληθινὸς Θεὸς, καὶ ζωὴ αἰώνιος;

B. Ἀλλ', οἶμαι, πρὸς τοῦτῳ φαῖεν ἂν, εἰρῆσθαι παρ' αὐτοῦ καὶ μάλα σαφῶς, « Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ φάγητε τὴν σάρκα τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ πίητε αὐτοῦ τὸ αἷμα, οὐκ ἔχετε ζωὴν ἐν ἑαυτοῖς. » Συνίεμεν τοίνυν ἡμεῖς, φασὶν, ὡς ἔστι μᾶλλον οὐ τοῦ Θεοῦ Λόγου, ἀλλὰ τοῦ συναφθέντος αὐτῷ ἀνθρώπου, τὸ τετιμημένον σῶμα καὶ τὸ αἷμα.

A. Εἶτα ὅποι ποτὲ θεῖεν ἂν τὸ μέγα τῆς εὐσεβείας μυστήριον; Ἀναιρεῖται γὰρ, ὡς ἔοικεν, ἡ τοῦ Θεοῦ Λόγου κένωσις, ὄντος μὲν ἐν μορφῇ καὶ ἰσότητι τοῦ Πατρὸς, ἑλομένου δὲ δι' ἡμᾶς, μορφὴν δούλου λαβεῖν, καὶ ἐν ὁμοιώσει γενέσθαι τῇ πρὸς ἡμᾶς, καὶ μετασχεῖν αἵματος καὶ σαρκὸς, καὶ τὴν τῆς ἐνανθρωπήσεως οἰκονομίαν ὅλῃ χαρίσασθαι τῇ ὑπ' οὐρανόν. Σέσωσται γὰρ δι' αὐτῆς, ἀνακεφαλαιουμένου τὰ πάντα τοῦ Πατρὸς ἐν αὐτῷ, τά τε ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, καθὰ γέγραπται. Εἰ μὲν οὖν οὐκ αὐτὸν εἶναί φασι τὸν Μονογενῆ, θεοπρεπῶς τε ὁμοῦ καὶ ἀνθρωπίνως λέγοντα, « Καὶ ὁ ἄρτος δὲ, ὃν ἐγὼ δώσω, ἡ σάρξ μού ἐστιν ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ζωῆς· » ἕτερον δέ τινα παρ' αὐτὸν ἰδικῶς νοούμενον Υἱὸν ἀνθρώπου σεσωκέναι ἡμᾶς, οὐκ αὐτός ἐστι Κύριος, κατὰ τὸ γεγραμμένον, ἀλλ' εἷς ἐξ ἡμῶν, καὶ ζωοποιεῖται λοιπὸν τὰ ὑπὸ φθοράν, οὐ διά γε Θεοῦ μᾶλλον ζωοποιεῖν ἰσχύοντος, ἀλλ' ὑφ' ἑνὸς τῶν ὑπὸ φθοράν, χάριτι μεθ' ἡμῶν λαβόντος τὸ ζῆν. Εἰ δὲ ἀληθὲς, ὅτι σὰρξ γέγονεν ὁ Λόγος, κατὰ τὰς Γραφὰς, καὶ ἐπὶ γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη, τὴν τοῦ δούλου μορφὴν ὡς ἰδίαν ἔχων, κεκλήσεται καὶ Υἱὸς ἀνθρώπου, κἂν ἀσχάλλωσί τινες ἐπὶ τούτῳ, τοῖς τῆς ἁμαρτίας ἐγκλήμασι σφᾶς αὐτοὺς ἐνιέντες ἁλοῖεν ἄν. Οὐ γὰρ οὖν ἑτέρως ζωοποιὸν γενέσθαι τὴν σάρκα, καὶ κατ' ἰδίαν φύσιν ὑπενηνεγμένην τῷ φθείρεσθαι δεῖν, εἰ μὴ γέγονεν ἰδία τοῦ ζωοποιοῦντος τὰ πάντα Λόγου. Ἐνηργεῖτο γὰρ οὕτως τὰ αὐτοῦ, τῇ ζωοποιῷ αὐτοῦ δυνάμει ὁμιλήσασα. Καὶ θαυμαστὸν οὐδέν. Εἰ γάρ ἐστιν ἀληθὲς, ὅτι ταῖς

[66] Joan. vi, 51, 52. [66] I Joan. v, 20. [67] Joan. vi, 54. [68] Philipp. ii, 6. [69] Hebr. ii, 14. [70] Ephes. i, 10. [71] Joan. i, 14. [72] Baruch iii, 38.

Digitized by Google

ὕλαις ὁμιλῆσαν τὸ πῦρ, καίτοι θερμὰς οὐκ οὔσας αὐτὰς κατ' ἰδίαν φύσιν, ἀποφαίνει θερμάς· ἐνίησι γὰρ καὶ μάλα πλουσίως αὐταῖς τῆς ἐνούσης αὐτῷ δυνάμεως τὴν ἐνέργειαν· πῶς οὐ μᾶλλον ἐνίησι Θεὸς ὢν ὁ Λόγος τῇ ἰδίᾳ σαρκὶ, τὴν ζωοποιὸν ἑαυτοῦ δύναμιν καὶ ἐνέργειαν, ἐνωθεῖσαν αὐτῇ καὶ ἰδίαν αὐτὴν ἀποφήνας, ἀσυγχύτως, ἀτρέπτως, καὶ καθ' ὃν οἶδε τρόπον αὐτός;

B. Ἀναγκαῖον οὖν ἄρα συνομολογεῖν, οὐδενὸς ἑτέρου μεσολαβοῦντος, παντελῶς ἴδιον γενέσθαι τὸ σῶμα τοῦ ἐκ τοῦ Πατρὸς ὄντος Λόγου, κἂν ἐψυχωμένον νοοῖτο ψυχῇ νοερᾷ.

A. Πάνυ μὲν οὖν, εἰ τὸν ἀπλανῆ τῆς πίστεως ὀρθοτομοῦμεν λόγον, καὶ τῶν τῆς ἀληθείας δογμάτων ἐσμὲν ἐρασταὶ, καὶ τῶν ἁγίων Πατέρων οὐκ ἀποφερόμενοι τῆς εὐθείας, οὔτε μὴν τὴν βασιλικὴν ἀφέντες τρίβον, καὶ ταῖς τινων εἰκαιομυθίαις εἰς κίβδηλον νοῦν ἀποκομιζόμενοι, ἐποικοδομούμενοι δὲ μᾶλλον ἐπ' αὐτῷ τῷ θεμελίῳ, τουτέστι Χριστῷ. « Θεμέλιον γὰρ ἄλλον οὐδεὶς δύναται θεῖναι παρὰ τὸν κείμενον, » καθὰ γέγραφεν ἀληθῶς ὁ σοφὸς ἀρχιτέκτων, καὶ τῶν αὐτοῦ μυστηρίων ἱερουργός. Ἕνα τοιγαροῦν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς εἶναι πιστεύομεν, καὶ ἐν ἑνὶ προσώπῳ νοούμενον τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, γεννηθέντα μὲν ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, θεϊκῶς, ὡς Λόγον, πρὸ παντὸς αἰῶνος καὶ χρόνου· ἐν ἐσχάτοις δὲ τοῦ αἰῶνος καιροῖς, τὸν αὐτὸν γεγονότα κατὰ σάρκα ἐκ γυναικὸς, αὐτῷ τε προσνεμοῦμεν τά τε θεοπρεπῆ καὶ τὰ ἀνθρώπινα, καὶ αὐτοῦ γενέσθαι φαμὲν τὴν κατὰ σάρκα γέννησιν, καὶ τὸ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ πάθος, οἰκειουμένου μὲν ἅπαντα τὰ τῆς ἰδίας σαρκὸς, μεμενηκότος γε μὴν ἀπαθοῦς τῆς θεότητος φύσει. Κάμπτει γὰρ οὕτως αὐτῷ πᾶν γόνυ, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογεῖται, ὅτι Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς δόξαν τοῦ Πατρός. Ἀμήν.

A non est. Nam si verum est quod ignis circa materiam aliquam versans, eam quæ alioqui ex sua natura calida non est, calidam efficit (immittit enim ei abunde facultatis qua præditus est efficaciam), quo pacto non potius immittit Deus Verbum propriæ carni vivificantem suam virtutem atque operationem, cum illam sibi unitam et propriam, citra confusionem aut mutationem et quo ipse novit modo, declararit?

B. Necessarium itaque est fateri, nemine alio interveniente, perfecte proprium factum esse corpus Verbo ex Patre, tametsi anima intelligente animatum censeatur?

A. Omnino, si rectum et sincerum fidei sermonem tenere velimus, et **778** dogmatum veritatem B amamus, atque a sanctis Patribus non deflectimus, neque deserta via regia, aliorum vana atque inania commenta sectamur, in reprobam mentem abducti: sed potius super ipsum fundamentum, hoc est Christum, ædificamus. « Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est[73]; » ut vere scripsit sapiens ille architectus[74], et mysteriorum Dei administrator[75]. Unum itaque Filium Dei ac Patris esse credimus, et in una persona intellectum Dominum nostrum Jesum Christum, genitum quidem ex Deo et Patre divinitus, ut Verbum, ante omnia sæcula et tempora, novissimis autem sæculi temporibus eumdem factum carnem ex muliere, ipsique tribuimus et divinas et humanas proprietates: et illius factam esse dicimus nativitatem C secundum carnem, et passionem in cruce, quippe qui omnia sibi adaptarit quæ carni suæ sunt propria; manente interim natura deitatis experte passionis. Hac enim ratione illi flectitur omne genu, et omnis lingua confitetur quia Dominus Jesus Christus in gloria Patris[76], Amen.

[73] I Cor. III, 11. [74] Ibid. 10. [75] I Cor. IV, 1. [76] Philipp. II, 10, 11.

Digitized by Google

SANCTI CYRILLI

ALEXANDRINI ARCHIEP.

SCHOLIA DE INCARNATIONE UNIGENITI.

(Ex edit. P. Garnerii, Opp. Marii Mercatoris, additis fragmentis Græcis quæ Joannes Authertus ex codice Regio habuerat.)

—

ADMONITIO.

—

Tractatus iste, non præstantior quam utilior, inscribitur *Scholia de incarnatione Unigeniti* : propterea quod continet non tantum explicationem trium vocum difficilium intellectu, *Christus*, *Emmanuel*, *Jesus*, quarum prænotione opus est ad mysterium incarnationis Dominicæ tractandum ; sed etiam solutionem implicatæ quæstionis, quomodo duæ naturæ, sine confusione et conversione, convenerint in unitatem personæ divinæ, eamque non σχετικὴν et moralem, sed φυσικὴν et substantivam : qui cardo totius quæstionis tanta commotione totius orbis agitatæ.

Quo auctore scriptus sit, dubitare non licet, cum Theodoretus in secundo dialogo qui dicitur *Inconfusus*, Leo Magnus epistola 97, concilium Chalcedonense actione 2 in fine, Facundus Hermianensis libris VII et XI, Leontius scholasticus libro I contra Nestorianos et Eutychianos, aliique, non tantum hujus operis, tanquam a Cyrillo editi, meminerint, sed ex eo quoque ad confirmandam fidem testimonia deprompserint. Adde quod in bibliotheca Regia Parisiis non modica pars Græce habetur, Cyrilli nomine inscripta, quam Joannes Authertus transtulit in suam Operum Cyrilli Græco-Latinam editionem, tomo V, parte I.

Quo tempore compositus fuerit, conjicere ex eo licet, quod etsi contra Nestorium sanctus fidei defensor disputet, eum tamen nomine non appellet, solitus alioqui non tacere, post condemnationem, imo et ante condemnationem, statim atque lis quasi intentata est, cœptumque agi jure, id est, post missam cum summi pontificis litteris depositionis sententiam continentibus synodicam ex Ægyptiaca synodo epistolam, capitaque duodecim, qui anathematismi dicuntur. Compositus igitur dici debet ante concilium Ephesinum.

Sed quo in loco, quove distinctius tempore? Ephesi, opinabitur forte quispiam, tunc cum Cyrillus, ipsis exigentibus catholicis, exponere coactus est nonnulla, quæ paulo vel duriora, vel obscuriora videbantur in anathematismis, præsertim ut propulsaret invidiam sibi ab adversariis conflatam, quasi cum Apollinaristis sentiret, unicam esse in Christo naturam, versumque in carnem Verbum divinum.

Ego vero Alexandriæ scriptum puto, longe antea : Cyrillus namque antequam responderet, vel Andreæ Samosateno, vel Theodoreto, anathematismos reprehendentibus, id operis suscepit, quo instrueret disputaturos pro fide, de primis quasi notionibus vocum, atque aliis nonnullis, quibus inter disputandum usus foret. Instruxit vero, nisi me fallit opinio, cum primum ferveret quæstio apud Alexandrinos, nec satis adhuc animi exercitatione eruditi essent; cumque ipse etiam primum Cyrillus pro Christo pugnam cum Nestorio iniret, datis prioribus litteris officii monitricibus. Scriptus est igitur tractatus iste eodem fere tempore quo epistola ad monachos Ægypti, id est, sub medium aut saltem sub finem ann. 429. Idem enim est utriusque argumentum, nec aliud videtur discrimen quam methodi, quæ in epistola oratoria magis est, in Scholiis fere scholastica.

In eam me sententiam impellunt tria. Primum, quod Scholia ante concilium Ephesinum scripta sint, ut antea confectum est : nec parvo tamen tempore, cum Andreas Samosatenus apud Anastasium Sinaitam hujusce operis tanquam pervulgati meminerit. Alterum, quod videatur elementaria quædam doctrina, rudibus controversiæ ingeniis tradita : continetur enim expositione vocum, distinctionibusque ad objectiones solvendas necessariis, et exemplis ad rem explicandam factis. Tertium, quod in opere toto nulla per se fiat mentio Dei pontificis ; sed eorum tantum quæ in primo Nestorii sermone secundoque et tertio contra fidei regulam leguntur, cum tamen digna foret ista quæstio, quæ tractaretur propter suam sive subtilitatem, sive necessitatem. Orta vero est ex homilia Procli a Nestorio acerbius reprehensa, de qua nihil afferri potuit nuntii Alexandriam ante definitum hactenus tempus.

Digitized by Google

De interprete paulo difficilior est quæstio. Quisquis ille fuerit, ipsum oportet quinto sæculo scripsisse, imo temporibus Cyrilli : siquidem ex hac ipsa versione, quæ nunc habetur, et Leo Magnus statim post obitum Cyrilli tanquam ex vulgata, et concilium Chalcedonense, et Facundus Hermianensis decerpserint, quæ locis antea citatis referunt. Crediderit non immerito quispiam, tribuendum hoc opus uni ex Alexandrinis illis quorum Latinitatem apud sanctum Cœlestinum Cyrillus excusabat, cum chartas mitteret ab iis versas. Verum opinabilius videtur, interpretem dicere Marium Mercatorem, virum alioqui melioris Latinitatis scientem : nam et inter ejus opera reperitur in utroque manuscripto codice, quo usi sumus ; et ea ætate vixit, qua scribebatur, et ardore fidei incensus Latina fecit quæ Græci defensores fidei scriberent ; et in præfatione ad sermones Nestorii contestatus est, se Latinitatis leges sprevisse in operibus Nestorii Cyrillique vertendis. *In quibus*, inquit, *verbum de verbo, in quantum fieri potuit conatus sum translator exprimere, ne prius falsarius magis quam verus postea probarer interpres. Da igitur veniam, pie lector, si aut minus oratio luculenta, aut verborum ubicunque præsumptorum novitas aurem forte perculerit. Elegi obtrectatorum linguis magis exponi, quam a veritate sensuum exprimenda, ubi omne est de falsitate periculum, longius aberrare.*

Non levis opera ponenda nobis fuit in emendanda versione tam antiqua, ideoque ab exscribentibus, ut fit, corrupta : juverunt quidem manuscripti codices et libri typis excusi. At cum una sit omnium versio, eaque non minus a notariis depravata, quam ab interprete neglecta, quoties non præluxerunt Græca, præluxerunt vero non sæpe, divinandum fuit, ut quas adhibuisset voces interpres, restitueremus pro virili : religioni enim fuit ullas mutare, nec si aliunde licuisset, potuissemus tamen, cum deficiat Græcus textus in pluribus ; quem enim habemus, vel ex Theodoreto, vel ex Chalcedonensi synodo, vel ex bibliotheca Regia acceptus est.

Prodit vero eximium opus, et a sanctis Patribus summis laudibus ornatum, non tantum emendatius, quod certe leve non est ; sed quarta fere parte auctius, quam legatur, vel apud Cyrilli operum editores, vel apud conciliorum collectores. Quid autem desit in vulgatis libris indicabimus, ubi erit opus.

Vulgati codices totius operis habent capita viginti et octo ; manuscriptus Marianus triginta quinque ; Photius non plura novemdecim numerat, redactis scilicet ad hunc numerum cunctis, quæ apud alios non optima sane de causa separantur. Operæ pretium est Photii verba exscribere : *Lectus est item alter liber sic inscriptus :* Scholion de Unigeniti incarnatione. *Quo hæc fere exponuntur, quid est Christus ; qua ratione intelligendus Emmanuel ; quid est Jesus Christus ; juxta quid Dei Verbum dictum est homo ; juxta quid evacuatum esse Dei Verbum dicitur ; quomodo item Christus unus est ; quomodo etiam unus est Emmanuel ; quamnam dicimus esse exinanitionem ? Item de ignito carbone viso ab Isaia, aliaque præterea, his tamen affinia, capita decem. Permagnam vero legentibus utilitatem liber hic afferre potest.*

Aliam videri potest Facundus Hermianensis in codice quo usus est partitionem invenisse : nam quod Photius octavum caput esse indicat, septimum ipse vocat ; decimum vero, quod apud Photium undecimum ponitur. Sic enim scribit : *Cyrillus in libro quem Scholia nuncupavit, titulo septimo*, quam esse dicimus adunationem, *anima*, inquit, *omnia quæ sunt corporis*, etc. (Lib. XI, c. 7.) Et postea : *Rursus autem eodem libro, titulo decimo, quid dixerit, vel quid prima fronte solus ipse titulus præferat, advertamus ; nam hoc in illo se ostensurum esse promisit dicens* (*Ibid.*), quod et adunato Deo Verbo vere humanitati, inconfusæ tamen substantiæ permanserint. *Utque hoc probaret subjecit ista :* Erectum est secundum Dei voluntatem sanctum tabernaculum per desertum, etc.

Quanquam in utrumque locum facile potuit mendum irrepere, si modo litteris Romanis, ut credibile est, VII, XI, numerus scriptus sit : potuit enim facile detrahi in uno loco, et in altero addi ab incuriosis librariis tertia vocalis. Quare Facundi lectio corrigenda mihi videtur, retinenda Photii, contractis tamen in unum capitibus duobus de carbone vel lilio : quæ exempla ad id, quod in titulo propositum est, probandum pariter conducunt.

Et vero par est credere, suum singulis capitibus inscriptum fuisse argumentum quod tractandum foret ; non item id contigisse, quod in libris editis legitur, ut singula capita singulis, sive testimoniis, sive exemplis inconcinne et ἀμεθόδως tribuerentur. Mercatoris porro codex nihil adjumenti conferre valuit ad alterutram opinionem confirmandam, siquidem titulos habet sine ullis numeris.

Igitur tametsi distributio capitum, quæ usu recepta est, religiose servanda sit, visum est tamen operæ pretium fore, si singulis capitibus Scholiorum Photii numeri cum vulgatis apponerentur, et hic, propositis singulorum capitum ex Mercatore titulis, per synopsim totum opus exhiberetur.

Cyrilli episcopi Alexandriæ de incarnatione Unigeniti.

Caput I. Quid est *Christus*.
Cap. II. Qualiter intelligi debeat *Emmanuel*.
Cap. III. Quid est *Jesus*.
Cap. IV. Quam ob causam homo dictum sit Dei Verbum.

Digitized by Google

Cap. V. Quam ob causam exinanitum dicatur Dei Verbum.

Cap. VI. Quomodo unus Christus.

Cap. VII. Quomodo unus Emmanuel.

Cap. VIII. Quam esse dicimus adunationem.

Cap. IX. Quod incorporalis divinitatis corpus facta fuerit ipsa caro habens animam rationabilem; et quod si ea a se dividere voluerimus, procul dubio labefactabimus dispensationem, quæ in Christo intelligitur.

Cap. X. Quod adunato Deo Verbo vere humanitati, inconfusæ tamen substantiæ permanserint.

Cap. XI. Quod, cum esset Deus Verbum, factus sit homo, nec homo simpliciter, nuda conjunctione honoratus, vocatus sit ad parem dignitatem Dei Verbi, sive auctoritatem, sicut quibusdam videtur.

Cap. XII. Quod Christus Jesus vocetur homo factus Deus Verbum.

Cap. XIII. Quod Christus non sit homo Θεοφόρος, nec simpliciter in homine inhabitarit Dei Verbum; sed magis caro sit factum, sive homo perfectus, secundum Scripturas.

Cap. XIV. Dicta apostolica, in quibus Deus nominatus sit Christus.

Cap. XV. Quomodo oporteat intelligere: *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis*: et quomodo mittitur Verbum quod Deus est; quomodo proprium ipsius dicitur corpus.

Cap. XVI. Quomodo intelligatur Θεοτόκος Virgo sancta.

Cap. XVII. Quod Deus nominetur et homo, apparens Unigenitus.

Cap. XVIII. De Christi passione, quod utile sit. Quod secundum aliud et aliud de uno eodem dicitur, nec dividimus in duo.

Cap. XIX. Adversus illos qui aiunt, quod sola relatione Deum Verbum deceant humana.

Etsi porro quinque capita, eaque prolixa, quæ vulgo deficiunt, Marianus codex suppeditet, vix ausim tamen spondere, etiamnum integrum opus edi, si qua fides Anastasio Sinaitæ : citat enim locum de statere reperto in ore piscis, qui non reperitur in Scholiis, cujusmodi nunc habentur. Sed valde *suspicor*, Anastasium memoria lapsum pro alio opere Scholia posuisse : eoque probabilior suspicio *videtur*, quod librum ὁδηγοῦ recordatione potius quam lectione auctorum se composuisse testatus sit, monea*tque* idcirco lectorem de recognoscendis vel etiam restituendis testimoniis.

Occasione porro Scholiorum, ex quibus tria testimonia Theodoretus adduxit in secundo Eranistæ dialogo, prætermittere non possum, quid conjecerim de testimoniis illis, quæ in concilio Chalcedonensi sancti Leonis epistolæ subjuncta sunt : ea nempe a Theodoreto adjuncta esse; nam omnia totidem verbis in dialogo quem dixi, leguntur, nullaque fit in tota epistola sive mentio, sive promissio afferendorum. Adde quod Theodoretus a Facundo dicitur asseruisse adversus Palæstinos et Illyricianos reclamantes epistolam Leonis, adducto scilicet, ut habent acta concilii Chalcedonensis, testimonio, quod inter subjuncta legitur. Non fuisset vero adducto opus, si jam epistolæ subjunctum esset : fuisset enim procul dubio simul lectum, aliaque pariter, si modo aliqua essent tunc temporis. Quid quod a Theodoreto aut certe ab iis qui Theodoreti partibus studebant, versam in sermonem Græcum epistolam proditum est, imo et a vertentibus vitiatam, quod postremum Leo ipse queritur apud Marcianum imperatorem. Accedat etiam, quod in epistola pontifex plura fidei capita, non tantum adversus Eutychem, sed etiam contra Nestorium exponat; nec alia tamen testimonia subdantur, quam quæ ad distinctionem naturarum asserendam valent, quæque in dialogo qui dicitur *Inconfusus*, adhibita fuerant ad eos, qui Theodoreto Apollinarismi nomine suspecti erant, confutandos; non afferantur quæ ex libris contra Nestorium scriptis, in ipso etiam citato dialogo leguntur.

Quanti vero pretii sit opusculum istud, æstimare licet vel inde maxime, quod nemo fere consequentium tractatorum, qui auctoritate Cyrilli in mysterio Incarnationis exponendo uti voluerit, testimonium aliquod ex Scholiis non sumpserit. Adde quod Cyrillus ipse videri possit hanc suam elucubrationem commendasse, cum scriberet Eulogio : *Complectitur*, inquit, *idem liber sub finem breves quasdam de Christi dispensatione expositiones, easque pulchras admodum et utiles*. Oportet enim expositiones quas memorat, vel a Scholiis, vel a consequente tractatu de Incarnatione Verbi, vel a dialogo subjuncto non differre : neque enim aliud quidpiam scripsit, de quo dubium esse possit. At differt profecto a consequente tractatu qui revera unus quidam sermo est; differt etiam a dialogo mox dicto : quis enim dialogum ἐκθέσεως nomine proprio appellet? Quanquam potuit dialogus subjungi Scholiis, ut epitome quædam et velut ὑπόμνημα.

Quam accurata methodo sit conscriptum, ex serie apertum est. Cyrillus a simplicium vocum interpretatione exorsus exponit, quid sit Christus, quid Emmanuel, quid Jesus, quid unus, quid unio. Mox ad propositiones, quæ in hac materia usurpari solent, orationem deflectens edisserit, qua ratione Christus sit unus, unus Emmanuel, unus Jesus, id est, unus Dominus, etc. Tum quomodo Verbum dicatur exinanitum, carni unitum, factum homo, nec ideo tamen mutatum, aut divinitate exutum. Hinc quo pacto Christus non sit homo θεοφόρος, aut numine afflatus, sed vere homo Deus, deinde qua ratione Verbum perhibeatur in nobis habitare, ad nos mitti, corpus habere proprium, et quomodo intelligatur

Digitized by Google

Θεοτόκος Virgo sancta. Tandem quod Unigenitus in carne visibili apparens nominetur Deus et homo: quomodo passus, et in quo postremo refellit eos qui humana non alia ratione Deum decere putant, quam relatione sola. Cæterum, quod jam monui, distinctionibus ad declinandas heterodoxorum objectiones utilibus singula fere capita plena sunt.

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΚΥΡΙΛΛΟΥ

ΠΕΡΙ

ΤΗΣ ΕΝΑΝΘΡΩΠΗΣΕΩΣ ΤΟΥ ΜΟΝΟΓΕΝΟΥΣ.

—

SANCTI CYRILLI

SCHOLIA DE INCARNATIONE UNIGENITI.

—

ΚΕΦΑΛ. Α'.

Τί ἐστιν ὁ Χριστός:

Τὸ Χριστὸς ὄνομα οὔτε ὅρου δύναμιν ἔχει, οὔτε μὴν τὴν τινος οὐσίαν, ὅ τί ποτέ ἐστι σημαίνει· καθάπερ ἀμέλει καὶ τὸ ἄνθρωπος, ἢ ἵππος, ἢ βοῦς. Πράγματος δὲ μᾶλλον ἐνεργουμένου περί τινα ποιεῖται δήλωσιν. Ἐλαίῳ μὲν ἐχρίοντο τῶν ἀρχαιοτέρων τινὲς, κατά γε τῷ Θεῷ τὸ τηνικάδε δοκοῦν. Καὶ σύνθημα βασιλείας ἦν ἡ χρίσις αὐτοῖς. Ἐχρίοντο δὲ καὶ οἱ προφῆται νοητῶς τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, ὥστε καὶ ἐντεῦθεν ὀνομάζεσθαι χριστούς. Ψάλλει γοῦν ὁ μακάριος Δαβὶδ ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ, καί φησι· « Μὴ ἅπτεσθε τῶν χριστῶν μου, καὶ ἐν τοῖς προφήταις μὴ πονηρεύεσθε. » Φησὶ δὲ καὶ ὁ προφήτης Ἀββακούμ· « Ἐξῆλθες εἰς σωτηρίαν λαοῦ σου, τοῦ σῶσαι τοὺς χριστούς σου. »

Ἐπὶ δέ γε τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ, χρίσιν μὲν γενέσθαι φαμέν. Πλὴν οὔτε συμβολικὴν, ὡς ἐλαίῳ, δρωμένην, οὔτε μὴν τὴν ὡς ἐν χάριτι τῇ προφητικῇ· ἀλλ' οὐδὲ ἐκείνην, τὴν ὡς ἔν γε τῷ προχειρίζεσθαι νοουμένην πρὸς κατόρθωσιν τοῦ τοιούτου διά τινος πράγματος· ὁποῖόν τι γενέσθαι φαμὲν, καὶ ἐπὶ Κύρου τοῦ Περσῶν τε καὶ Μήδων βεβασιλευκότος, ὃς κατεστράτευσε τῆς Βαβυλωνίων, παραθήγοντος εἰς τοῦτο αὐτὸν τοῦ πάντα ἰσχύοντος Θεοῦ. Εἴρηται γὰρ, « Οὕτω λέγει Κύριος τῷ χριστῷ μου Κύρῳ, οὗ ἐκράτησα τῆς δεξιᾶς. » Καίτοι γε εἰδωλολάτρης ὑπάρχων ἀνὴρ, ὠνόμασται χριστὸς, διὰ τὸ οἱονεὶ κεχρῖσθαι πρὸς βασιλέα τῇ ἄνωθεν ψήφῳ· προχειρίσταί τε παρὰ Θεοῦ κατὰ κράτος αἱρῆσαι τὴν Βαβυλωνίων.

Ἐκεῖνο δὲ μᾶλλον... Ἐπειδὴ γὰρ, διὰ τὴν ἐν Ἀδὰμ παράβασιν, βεβασίλευκε κατὰ πάντων ἡ ἁμαρτία, ἀπέπτη δὲ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· καὶ γέγονε

CAP. I.

Quid est Christus.

779 Christi nomen nec definitionis vim obtinet, nec cujuspiam substantiam, qualis sit, significat, sicut forte homo, aut equus, aut bos; sed rei magis quæ in aliquo agatur, habet significationem: oleo namque ungebantur quidam superiorum, juxta quod Deo tunc temporis placebat, et signum regni illis erat unctio. Ungebantur autem et prophetæ sensibiliter Spiritu sancto, ut inde quoque nominarentur christi. Denique beatus David psallit ex persona Dei, et ait: « Nolite tangere christos meos, et in prophetis meis nolite malignari [1]. » Ait autem et propheta Habacuc: « Existi ad salutem populi tui, ut salvares christos tuos [2]. »

In Christo autem omnium Salvatore unctionem quidem factam esse dicimus: cæterum neque symbolicam, quasi oleo factam, nec quasi in gratia prophetica; sed nec illam, quæ intelligitur fieri ad perfectionem alicujus hujusmodi negotii, qualem factam esse dicimus in Cyro Persarum et Medorum rege. Contra Babylonios enim ille duxit exercitum, instigante ipsum in id Deo omnipotente. Dictum est enim: « Hæc dicit Dominus christo meo Cyro, cujus apprehendi dexteram [3]. » Atqui ille vir, cum esset idolorum cultor, nominatus est christus, ideo quod quasi unctus est in regnum, cœlesti suffragio, et ordinatus est a Deo ut Babylonem vehementer expugnaret.

Illud autem magis de Christo. Quoniam enim propter Adæ prævaricationem [4] regnaverat supra omnes peccatum, et Spiritus ab humanitate discesse-

[1] Psal. civ, 15. [2] Habac. III, 13, juxta LXX. [3] Isa. XLV, 1. [4] Rom. V, 14.

Digitized by Google

rat [6], ob eamque causam in malis omnibus illa versabatur; opus autem erat ut rursum, per Dei misericordiam in pristinum revocata, Spiritum mereretur : homo factum est unigenitum Dei Verbum, et cum terreno corpore terrenis apparuit. Fuit etiam liberum a peccato, ut et in ipso, et in eo solo, innocentiæ laudibus natura hominis coronata, Spiritu sancto ditaretur, ac sic reformaretur ad Deum per sanctificationem. **780** Transit enim ad nos quoque gratia cœpta a Christo, qui est in nobis primogenitus; idque nos docens beatus David psallit ad Filium : « Dilexisti justitiam et odisti iniquitatem, ideo unxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ [6]. »

Unctus est igitur exemplo nostro Filius innocentiæ laudibus, et, ut ante dixi, in ipso natura hominis illustrata, et digna jam sortiri Spiritum sanctum, jam non discessurum, sicut antea, sed mansurum magis in ipsa. Ideoque scriptum est, quod « descendit in eum Spiritus, et mansit super ipsum [7]. » Dicitur ergo Christus Dei Verbum, quod propter nos et nostri similis homo est factum, et in servi forma : et ungitur quidem humane, secundum carnem; ungit autem divine suo Spiritu eos qui in ipsum credunt.

ταύτης ἕνεκα τῆς αἰσίας ἐν παντὶ κακῷ· ἔδει δὲ πάλιν ἐλέῳ Θεοῦ, πρὸς τὸ ἐν ἀρχαῖς ἀναβαίνουσαν ἀξιωθῆναι τοῦ Πνεύματος· ἐνηνθρώπησεν ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος. Ὥφθη τε τοῖς ἐπὶ γῆς μετὰ γηΐνου σώματος, εἶτα γέγονεν ἁμαρτίας ἐλεύθερος, ἵνα ἐν αὐτῷ τε καὶ μόνῳ τοῖς τῆς ἁμαρτησίας αὐχήμασι, ἡ ἀνθρώπου φύσις στεφανουμένη καταπλουτήσῃ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· ἀναμορφωθείη τε οὕτω πρὸς Θεὸν δι' ἁγιασμοῦ. Διαβαίνει δὲ οὕτω καὶ εἰς ἡμᾶς ἡ χάρις, ἀρχὴν λαβοῦσα Χριστὸν τὸν ἐν ἡμῖν πρωτότοκον. Καὶ διὰ τοῦτο διδάσκων ἡμᾶς ὁ μακάριος ψάλλει Δαβὶδ πρὸς τὸν Υἱόν· « Ἠγάπησας δικαιοσύνην, καὶ ἐμίσησας ἀδικίαν, διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ Θεὸς ὁ Θεός σου ἔλαιον ἀγαλλιάσεως. »

Κέχρισται τοίνυν καθ' ἡμᾶς ἀνθρωπίνως ὁ Υἱὸς τοῖς τῆς ἀναμαρτησίας ἐπαίνοις, ὡς ἔφημεν· ἐκλελαμπρυμμένης ἐν αὐτῷ τῆς τοῦ ἀνθρώπου φύσεως, ἀξίας τε ἤδη γενομένης τοῦ χρῆναι μετασχεῖν τοῦ ἁγίου Πνεύματος· οὐκ ἀποφοιτῶντος ἔτι καθὰ καὶ ἐν ἀρχαῖς, ἐμφιλοχωροῦντος δὲ μᾶλλον αὐτῇ. Ταύτῃτοι καὶ γέγραπται, ὅτι « Κατέπτη μὲν ἐπὶ Χριστῷ τὸ Πνεῦμα, μεμένηκε δὲ ἐπ' αὐτόν. » Λέγεται τοίνυν Χριστὸς ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος ὁ δι' ἡμᾶς καὶ καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπος, καὶ ἐν τῇ τοῦ δούλου μορφῇ· καὶ χριόμενος μὲν ἀνθρωπίνως κατὰ τὴν σάρκα, χρίων δὲ θεϊκῶς τῷ ἰδίῳ Πνεύματι τοὺς εἰς αὐτὸν πιστεύοντας.

CAP. II.

Qualiter intelligi debeat Emmanuel.

Emmanuel nominatur Deus Verbum, quod Abrahæ semen apprehendit, et similiter ac nos participavit carni et sanguini [8]. Interpretatur autem Emmanuel, *nobiscum Deus*. Confitemur autem nobiscum fuisse Dei Verbum, non localiter : in quo enim loco non est Deus, qui implet omnia? Nec quod adesse nobis conspicitur auxilii ratione; dictum est enim hoc modo ad Jesum filium Nave : « Et sicut eram cum Moyse, ita ero et tecum [9]. » Sed quod factum est in nostris, id est, in humanitate, non derelicta sua natura : inconvertibile est enim natura Dei Verbum.

Cæterum quam ob causam, cum plane dicatur ad Jesum filium Nave, quod « sicut eram cum Moyse, sic ero tecum, » non est tamen nominatus Emmanuel? Ipsa autem ratio est : etsi enim cum aliquo sanctorum fuisse dicatur; non tamen nobiscum factum esse dicimus Deum Verbum, nisi eo tempore quo juxta quod dicit Baruch, « in terra visus est, et inter homines conversatus est, et omnem viam inveniens disciplinæ, et dans eam Jacob puero suo, et Israel dilecto a se : ipse est enim Deus noster, et non comparabitur alius ad eum [10]. »

Quantum enim ad Dei naturam pertinet, nondum erat nobiscum; multum enim interest inter deitatem et humanitatem; et ingens est nimis differentia naturarum.

Ideoque divinus David ad proximitatem mysticam [*al.* unionem arctissimam], Deum Verbum, quod nondum ad nos venerat, vocabat, dicens in spiritu : « Ob quid, Domine, discessisti longe [11]? »

(1) Ergo jam non discessit, sed nobiscum fuit, qui cum mansisset id quod erat, apprehendit Abrahæ semen, ut dixi; accepit autem etiam servi formam, et conspectus homo in terra est.

Christus vero et Emmanuel eumdem nobis filium designant, partim quia unctus est more nostro, humanæ hominis naturæ spiritum accipiens, ut in se ipso et primo [*al.* humana natura spiritum accipiente in ipso, ut primo]. Positus est enim primordium generis, rursus ipse ungens, ut Deus, Spiritu sancto eos qui in se credunt : partim, quia fuit nobiscum secundum quas modo reddidi rationes, et de eo nos facit certos Isaias propheta dicens : « Ecce virgo in utero accipiet, et pariet filium, et vocabitur nomen ejus Emmanuel [12]. » Cum enim sancta Virgo, ex Spiritu quidem sancto prægnans est facta, peperit autem secundum carnem filium; tunc etiam Emmanuel dictus est : fuit enim nobiscum, per carnalem generationem incorporalis; et id erat,

[6] Gen. VI, 3. [6] Psal. XLIV, 8. [7] Joan. I, 32. [8] Hebr. II, 14. [9] Josue I, v. [10] Baruch III, 38. [11] Psal. X, 1. [12] Isa. VII, 14.

(1) Balyz. : *Discessit, sed nobiscum fuit; qui*, etc. EDIT.

Digitized by Google

quod per vocem David significabatur : « Deus manifeste veniet, Deus noster, et non silebit [13] ; » et illud opinor : « Ipse qui locutus sum, præsto sum. » Locutus enim per prophetas, ut incorporale adhuc Verbum, advenit etiam corporaliter.

CAP. III.

Quid est Jesus.

Vi quidem intentionum, qua oporteat a nobis unum dici Filium Dei, tantumdem est, et Christus, et Emmanuel, et Jesus ; et id quidem quasi ex re nomen est factum : « Ipse enim, inquit, salvabit populum suum a peccatis suis [14]. » Quemadmodum enim Emmanuel significabat, per generationem ex muliere nobiscum factum fuisse Dei Verbum ; et Christus, quia factus homo, unctus dicitur juxta nos humane : ita etiam Jesus, quod salvavit nos suum populum, quod maxime eum demonstrat vere et natura omnium Dominum. Neque enim hominis communis creatura esse dicatur ; deceat autem magis omnia dicere esse Unigeniti, etsi factus sit homo.

Dicet forte alicpiis : Atqui Moysis dictus est populus Israel. Ad hoc dicemus, quod Dei quidem populus nominatus sit, et id erat verum. Verum quoniam ad defectionem deductus est, et vitulum fecit per desertum, inhonoratus est a Deo : non enim jam suum nominare populum dignabatur, sed eum jam homini destinavit. At nos non ita : proprii enim sumus filii, eo quod et Deus sit, et per ipsum creata sint omnia. Ita enim ait David : « Quoniam ipse fecit nos, et non ipsi nos ; nos autem populus pascuæ ejus, et oves manus ejus [15]. » Deinque etiam ipse de nobis dixit : « Oves meæ vocem meam audiunt et sequuntur me [16]. » Et rursus : « Alias oves habeo, quæ non sunt ex hoc ovili, et illas oportet me congregare, et fiet unus grex, et unus pastor [17]. » Mandabat autem etiam beato Petro : « Simon Joannis, amas me ? Pasce agnos meos, pasce oves meas [18]. »

CAP. IV.

Quam ob causam Dei Verbum dictum sit homo.

Homo nominatum est, cum sit natura Deus, Dei Patris Verbum : quoniam similiter ac nos sanguini communicavit et carni [19]. Sic enim terrenis apparuit, non amittens id quod erat, sed assumens humanitatis naturam in sua ratione perfectam.

Ἄνθρωπος ὠνόμασται, καίτοι κατὰ φύσιν ὑπάρχων Θεὸς, ὁ ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγος, ὡς μετεσχηκὼς αἵματος, καὶ σαρκὸς παραπλησίως ἡμῖν. Ὤφθη γὰρ οὕτω τοῖς ἐπὶ γῆς, καὶ οὐ μεθεὶς ὅπερ ἦν, ἀλλ' ἐν προσλήψει γεγονὼς τῆς καθ' ἡμᾶς ἀνθρωπότητος, τελείως ἐχούσης κατὰ τὸν ἴδιον λόγον.

Verumtamen et in humanitate Deus mansit, et omnium Dominus, utpote qui natura et veritate ex Deo natus est Patre. Et id nobis evidentissime sapientissimus Paulus ostendit : « Primus enim, inquit, homo ex terra de limo ; secundus e cœlo [20]. »

Atqui Virgo sancta peperit templum Verbo unitum ; sed e cœlo dicitur, et recte quidem Emmanuel : desuper enim et ex substantia Dei et Patris natum est Verbum ipsius : descendit vero ad nos, tunc cum factum est homo ; tamen sic quoque desuper est. Testatus est autem 781 Joannes de eo dicens : « Qui desursum venit, supra omnes est [21]. » Et ipse Christus ait ad populum Judæorum : « Vos deorsum estis, ego desuper sum [22]. » Et rursus : « Ego non sum ex hoc mundo [23], » licet pars mundi sicut homo nuncupatus sit ; sed erat cum hoc quoque supra mundum ut Deus. Meminimus enim plane dicentis : « Et nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo Filius hominis [24]. » Descendisse autem dicimus de cœlo Filium hominis, per unitatem dispensatoriam, Verbo tribuente propriæ carni gloriæ suæ et divinæ majestatis claritudinem.

CAP. V.

Quam ob causam exinanitum dicitur Dei Verbum.

Plenum secundum naturam, et ex omni parte perfectum Deum Verbum, et distribuens ex sua plenitudine bona sua creaturæ, eo quod ait : « Effundam de Spiritu meo super omnem carnem [25]. » Exinanitum dicimus ; nihil in natura propria violatum, nec, ut aliter se haberet, commutatum, nec inferius ex ulla parte factum : inconvertibile enim et immutabile est ipsum quoque, sicut et generator ipsius, et nunquam fuit passionis ullius capax. Quando vero factum fuit caro, id est homo, humanitatis paupertatem propriam sibi fecit. Primum, quod semel homo sit factus, etsi remanserit Deus : deinde quod servi formam acceperit, qui secundum suam naturam liber est, utpote Filius. Atque ita cum sit ipse gloriæ Dominus, gloriam dicitur accipere ; cum sit ipse vita, vivificari perhibetur, et in omnes accipit potestatem, cum sit ipse rex omnium ; eumque Deo sit æqualis Patri, obediens fuit crucem passus, et cætera. Verum cum hæc quidem humanitatis mensuræ conveniant, ea tamen familiaria ducit esse cum carne, et implet dispensationem, manens quod erat.

CAP. VI.

Quomodo unus est Christus.

Divinus Paulus scribit : « Etsi sunt dii multi et domini multi in cœlo, et in terra ; sed nobis unus Deus Pater, ex quo omnia, et nos ex eo ; et unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia, et nos per eum [26]. » At vero sapientissimus Joannes de Deo Verbo dixit, quod « omnia per ipsum facta sunt, et

[13] Psal. XLIX, 3. [14] Matth. I, 21. [15] Psal. XCIV, 5. [16] Joan. X, 27. [17] Ibid. 16. [18] Joan. XXI, 17. [19] Hebr. II, 14. [20] I Cor. XV, 45. [21] Joan. III, 31. [22] Joan. VIII, 23. [23] Joan. XIV, 16. [24] Joan. III, 13. [25] Isa. XLIV, 3. [26] I Cor. VIII, 5, 6.

Digitized by Google

absque eo factum est nihil [37]. » Evangelizabat autem beatus Gabriel sanctæ Virgini dicens : « Ecce concipies in utero, et paries Filium, et vocabis nomen ejus Jesum [38]. » Cum igitur per Christum Jesum omnia divinus Paulus facta esse commemoret; confirmet autem vim sententiæ, et opificem omnium fuisse Deum evangelizet, rem veram dicens evangelista divinus; designet autem etiam angeli vox, vere ex sancta Virgine natum esse Jesum Christum, nec absque humanitate intelligimus Deum Verbum; sed unum dicimus ex ambobus effectum, et Deum hominem factum, eumdem ex Patre, ut Verbum, natum divine, et ex muliere humane, ut hominem : non tanquam ut secundum substantiæ initium vocatum tunc cum secundum carnem dicitur natus; sed natum quidem ante omnia sæcula, instante tamen tempore, quo debuerat implere dispensationem, natum etiam ex muliere secundum carnem. [Ergo, etsi alii simili appellatione vocati sunt christi, unus tamen est per quem omnia, Jesus Christus; non quod homo sit factus opifex omnium,] sed quod Deus Verbum : « Per quem omnia facta sunt, similiter ac nos participarit carni et sanguini [39], » et nuncupatus sit homo, non tamen perdiderit esse, quod erat : ita enim et in carne factus intelligitur merito opifex omnium.

782 CAP. VIII.

Quam esse dicimus adunationem.

(1) Adunatio multis modis impletur : sejuncti enim nonnulli affectu vel voluntate, et discordantes inter se, adunari dicuntur, per reconciliationem socialem, deposita simultate. Adunari item dicimus ea quæ sibi conglutinantur, sive modis aliis conferuntur, aut per compositionem, aut per mistionem, aut per temperationem. Quoties autem adunatum esse nostræ naturæ Dei Verbum dicimus, omni humana cogitatione adunationis ejus modus videtur esse superior. Neque enim per supra scriptos modos facta est arcana illa, et nulli penitus nota, nisi ei cui omnia nota sunt, unio.

Et nihil mirum, si in hujusmodi cogitatione vincamur, cum res nostras, quomodo se habeant, inquirentes, ultra modum nostræ mentis inventionem esse confiteamur; quonamque modo animam hominis suo corpori adunatam esse putemus? Quis est qui id possit exprimere? Sed si oportet eos, qui parva ea vix intelligere soleant; imo et eos qui valeant intelligere, tam subtiles res et omnem rationem transcendentes conjectare : dicimus quod deceat cogitare (quamvis minor sit oratio ad veri-

CAP. VII.

Quomodo unus est Emmanuel.

Novissimis sæculis Deus Verbum homo dicitur factus, et, sicut ait divinus Paulus, « per sacrificium suum manifestatus est [40]. » Et quodnam est sacrificium? « Suum enim corpus obtulit pro nobis in odorem suavitatis Deo et Patri, et intravit in sancta semel, non per sanguinem hircorum, aut taurorum, sed per suum sanguinem. Sic enim credentibus in se remissionem in æternum comparavit [41]. » Ergo plurimi quidem ante ipsum sancti fuere; sed nemo eorum Emmanuel nominatus est. Quam ob causam? Nondum enim venerat tempus quo deberet esse nobiscum, id est, in nostram venire naturam per carnem, is qui est omni superior creatura. Unus igitur Emmanuel, semel enim factus est homo Unigenitus, tunc cum per sanctam Virginem generationem carnalem perpessus est. Dictum est enim et ad Jesum filium Nave : « Quod ero tecum [42]. » At non erat ille Emmanuel. Fuit etiam cum Moyse; sed nec ille Emmanuel nominatus est. Igitur quoties audimus nomen Filio datum esse, « nobiscum Deus, » sapienter intelligamus, non ita ipsum fuisse nobiscum novissimis *temporibus*, sicut dicitur aliquando fuisse cum *sanctis*: *illis* enim erat tantum adjutor; nobiscum *autem fuit*, id est, factus est similis nostri, cum suam non amisisset naturam : est enim inconvertibilis, ut Deus.

ΚΕΦΑΛ. Η'.

Τίνα, φησὶ, λέγομεν εἶναι τὴν ἕνωσιν.

Τὸ τῆς ἑνώσεως χρῆμα κατὰ πολλοὺς ἐπιτελεῖται τρόπους· διῃρημένοι γάρ τινες κατὰ διάθεσιν καὶ γνώμην, καὶ διχονοοῦντες πρὸς ἀλλήλους, ἑνοῦσθαι λέγονται κατὰ σύμβασιν φιλικὴν, ἐκ μέσου ποιοῦντες τὰς διαφοράς· ἑνοῦσθαι δέ φαμεν καὶ τὰ ἀλλήλοις κολλώμενα, ἤγουν συνηνεγμένα καθ' ἑτέρους τρόπους, ἢ κατὰ παράθεσιν, ἢ μίξιν, ἢ κρᾶσιν· ὅταν οὖν ἑνοῦσθαι λέγωμεν τῇ καθ' ἡμᾶς φύσει τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον, κρείττων ὁρᾶται τῆς ἀνθρώπου διανοίας ὁ τῆς ἑνώσεως τρόπος· οὐ γάρ τοι καθ' ἕνα τῶν εἰρημένων ἐστὶν· ἀπόῤῥητος δὲ παντελῶς, καὶ οὐδενὶ τάχα τῶν ὄντων διεγνωσμένος, πλὴν ὅτι μόνῳ τῷ πάντα εἰδότι Θεῷ.

Καὶ θαυμαστὸν οὐδὲν, εἰ τῶν τοιούτων ἐννοιῶν ἡττώμεθα· ὅτε τὰ καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς ὅπως ἂν ἔχοι διερευνώμενοι, τῆς ἐνούσης ἡμῖν διανοίας ἐπέκεινα τὴν κατάληψιν ὁμολογοῦμεν ὑπάρχειν. Τίνα γάρ τρόπον ἡνῶσθαι νοοῦμεν τὴν τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴν τῷ ἰδίῳ σώματι; Τίς ὁ φράσαι δυνάμενος; Εἰ δὲ χρὴ, μικρὰ καὶ μόλις ἐννοεῖν εἰωθότας, καὶ λαλεῖν ἰσχύοντας, τῶν οὕτως ἰσχνῶν, καὶ ὑπὲρ νοῦν καὶ λόγον πραγμάτων κατατεκμήρασθαι, φαμὲν, ὅτι πρέποι ἂν ἐννοεῖν· μείων δὲ πάντως τῆς ἀληθείας ὁ λόγος· τοι-

[37] Joan. I, 3. [38] Luc. I, 31. [39] Hebr. II, 14. [40] Hebr. IX, 12. [41] Ibid. [42] Josue I, V.

(1) Authertus versionem Mercatoris emendare voluit ex Græco.

Digitized by Google

αὐτὴν εἶναι τὴν ἕνωσιν τοῦ Ἐμμανουὴλ, ὁποίανπερ ἄν λογίσαιτό τις καὶ τὴν [*Ισ.* τῆς τοῦ ἀνθρ. ψυχῆς] τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴν πρὸς τὸ ἴδιον σῶμα. Οἰκειοῦται γὰρ ἡ ψυχὴ τὰ τοῦ σώματος, καίτοι κατὰ φύσιν ἰδίαν ἀμέτοχος οὖσα τῶν αὐτοῦ παθῶν φυσικῶν τε ἅμα, καὶ τῶν ἔξωθεν ἐπαγομένων. Κινεῖται μὲν γὰρ εἰς ὀρέξεις τὸ σῶμα φυσικὰς, καὶ συναισθάνεται διὰ τὴν ἕνωσιν ἡ ἐνοῦσα ψυχή· συμμετίσχει δὲ κατ' οὐδένα τρόπον· οἴεταί γε μὴν ἰδίαν ἀπόλαυσιν εἶναι τὸ τῆς ὀρέξεως ἀποτέλεσμα· κἂν εἰ καταξαίνοιτο τυχὸν τὸ σῶμα, καὶ σιδήρῳ καταξαίνοιτο συναλγεῖ μὲν, ὡς ἰδίου πάσχοντος σώματος· αὐτὴ γε μὴν εἰς ἰδίαν φύσιν οὐκ ἄν τι πάθοι τῶν ἐπενηνεγμένων.

Πλὴν καὶ ὑπὲρ τοῦτό φαμεν ἐπὶ τοῦ Ἐμμανουὴλ τὴν ἕνωσιν. Ἦν μὲν γὰρ ἀναγκαῖον, τῷ ἰδίῳ σώματι συναλγεῖν τὴν ἑνωθεῖσαν ψυχήν· ἵνα φεύγουσα τὰς αἰκίας, εὐήνιον ὑποφέροι τῷ Θεῷ τὸν αὐχένα. Ἐπὶ δέ γε τοῦ Θεοῦ Λόγου τὸ συναισθάνεσθαι τῶν αἰκιῶν ἄτοπον εἰπεῖν· ἀπαθὲς γὰρ τὸ Θεῖον, καὶ οὐκ ἔν γε τοῖς καθ' ἡμᾶς· ἀλλ' ἦνωτο μὲν σαρκὶ, ψυχὴν ἐχούσῃ τὴν λογικήν· πασχούσης δὲ αὐτῆς, ἀπαθῶς ἦν ἐν εἰδήσει τῶν εἰς αὐτὴν γινομένων· καὶ ἠφάνιζε μὲν ὡς Θεὸς τὰς τῆς σαρκὸς ἀσθενείας, ᾠκειοῦτό γε μὴν αὐτὰς ὡς ἰδίου σώματος· οὕτω καὶ πεινῆσαι λέγεται καὶ καμεῖν, καὶ παθεῖν ὑπὲρ ἡμῶν.

Οὐκοῦν παρεικάζοιτο ἂν ἡ ἕνωσις τοῦ Λόγου πρὸς τὸ ἀνθρώπινον οὐκ ἀπὸ σκοποῦ τοῖς καθ' ἡμᾶς. Ὥσπερ γὰρ ἑτεροφυὲς μὲν τὸ σῶμα πρὸς τὴν ψυχὴν, εἷς γε μὴν ἐξ ἀμφοῖν ἄνθρωπος ἀποτελεῖται καὶ λέγεται· οὕτω καὶ ἐκ τελείας ὑποστάσεως τοῦ Θεοῦ Λόγου, καὶ μὴν καὶ ἐξ ἀνθρωπότητος τελείως ἐχούσης κατὰ τὸν ἴδιον λόγον, εἷς ὁ Χριστὸς, ὁ αὐτὸς ὑπάρχων ἐν ταυτῷ Θεός τε ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπος. Καὶ οἰκειοῦται μὲν ὁ Λόγος, ὡς ἔφην, τὰ τῆς ἰδίας σαρκὸς, ὅτι καὶ αὐτοῦ τὸ σῶμα, καὶ οὐχ ἑτέρου· κοινοποιεῖται δὲ ὥσπερ τῇ ἰδίᾳ σαρκὶ τῆς ἐνούσης αὐτῷ θεοπρεποῦς δυνάμεως τὴν ἐνέργειαν· ὥστε δύνασθαι καὶ ζωοποιεῖν τοὺς νεκροὺς, καὶ ἰᾶσθαι τοὺς ἐν ἀῤῥωστίαις.

A talem) talem esse adunationem ipsius Emmanuel, qualem quis intelligat animam hominis ad suum corpus habere. [(1) Anima enim omnia quæ sunt corporis, esse reputat sua, licet per naturam propriam expers sit (2) passionibus corporis, et naturalibus, et quæ extrinsecus accedunt: movetur enim corpus in concupiscentias naturales, et consentit anima, et nullo licet modo participans, concupiscentiæ tamen exitum delectationem propriam ducit. Et si forte ferro corpus percutiatur, aut torqueatur, condolet illa quidem, quod suum corpus patiatur: ipsa vero in sua natura nullum patitur omnino tormentum.

Tamen super hoc quoque dicimus esse adunationem, quæ est in Emmanuele facta: erat enim B necesse cum suo corpore adunatam ei animam dolere, (3) ut dum timebat passiones, subditam cervicem Deo submitteret]. De Deo autem Verbo condolere passionibus nefas est dicere: **783** impassibilis enim Deus est, et nostrarum rerum longe dissimilis; sed adunatus quidem erat carni habenti animam rationabilem, qua patiente ipse impassibilis, ea quæ animæ contingerent, cognoscebat, et contundebat quidem, ut Deus, carnis infirmitates; suas tamen eas, tanquam sui corporis, esse ducebat. Itaque esuriisse dicitur, fatigatus esse, passus fuisse pro nobis.

Ergo Verbi adunatio, quæ est cum humanitate facta, non irrationabiliter rebus nostris comparetur. Nam sicut corpus alterius est naturæ præter C animam, et unus tamen ex utroque homo efficitur et vocatur; ita etiam ex perfecta Dei Verbi subsistentia et ex humanitate perfecta unus est Christus, idem in eodem Deus simul et homo; et sua quidem ducit Deus Verbum, ut ante dixi, ea quæ sunt carnis propria, quia ipsius est corpus, non alterius. Communes autem facit tanquam cum sua carne divinæ suæ majestatis operationes, ut posset etiam vivificare mortuos, et sanare infirmos.

ΚΕΦΑΛ. Θ'.

Περὶ τοῦ ἄνθρακος.

Εἰ δὲ χρὴ, καὶ τοῖς ἐκ τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς παραδείγμασι κεχρημένους, καθάπερ ἐν τύποις τὸν τῆς ἑνώσεως καταδεῖξαι τρόπον, φέρε λέγωμεν. Ὁ μακάριος Ἡσαΐας, Ἀπεστάλη, φησὶ, πρός με ἓν τῶν Σεραφὶμ· καὶ ἐν τῇ χειρὶ εἶχεν ἄνθρακα, ὃν τῇ λαβίδι ἔλαβεν ἀπὸ τοῦ θυσιαστηρίου· καὶ ἦλθε πρός με, καὶ ἥψατο τῶν χειλέων μου, καὶ εἶπεν· Ἰδοὺ ἥψατο τοῦτο τῶν χειλέων σου, καὶ ἀφελεῖ τὰς ἀνομίας σου, καὶ τὰς ἁμαρτίας σου περικαθαριεῖ. » Φαμὲν δὲ τὸν

CAP. IX.

De carbone.

D (4) At si convenit exemplis etiam divinæ Scripturæ, quasi per figuram, adunationem demonstrare, age, dicamus, ut possumus. Beatus Isaias: « Missus est, inquit, ad me unus ex Seraphim, et in manu habebat carbonem, quem forcipe accepit ab altari, et venit ad me, et tetigit labia mea, et dixit ad me: Ecce tetigit hoc labia tua, et adimet iniquitates tuas, et peccata tua repurgabit [37]. » Carbonem autem dicimus figuram et imaginem no-

[37] Isa. VI, 6, 7.

(1) Hoc fragmentum iisdem ferme verbis refert Facundus lib. XI, cap. 7.

(2) Facundus, *passionum corporis et naturalium et quæ extrinsecus accidunt*; quod melius est.

(3) Facundus, *ut timendo*.

(4) Hic iterum interpolavit Antbertus Mercatoris versionem, ut et in sequentibus, quorum textum Græcum habuit.

Digitized by Google

bis exhibere Verbi hominis facti : quod, si labia nostra tetigerit, id est, si fidem in ipsum confessi fuerimus, tunc nos ab omni peccato puros efficit, et pristinis criminibus liberat.

Cæterum, tanquam in imagine, licet in carbone conspicere adunatum quidem humanitati Dei Verbum, non tamen projecisse quod fuerat, transformasse autem magis assumptam naturam in suam gloriam et operationem. Quemadmodum enim ignis ligno affixus, et id penetrans, comprehendit quidem ipsum, et quamvis lignum esse non desinat, vim tamen suam **784** speciemque transmutat, et omnem se confert in lignum, et cum ipso jam quasi unum aliquod æstimatur : idem intellige de Christo. Adunatus enim inæstimabiliter humanitati Deus servavit quidem ipsam in eo quod fuerat, et ipse permansit quod erat; semel tamen adunatus, quasi unus jam cum ipsa putatur, ea quæ sunt illius sua faciens; conferens autem ei etiam ipse naturæ suæ operationem.

CAP. X.

Quod incorporalis divinitatis corpus facta fuerit ipsa caro, habens animam rationabilem : et quod, si ea a sese dividere voluerimus, procul dubio labefactabimus dispensationem quæ in Christo intelligitur.

In Cantico canticorum ipse nobis introductus est dicens Dominus noster Jesus Christus : « Ego flos campi, et lilium convallium [26]. » Quemadmodum ergo odor res quidem est incorporea, habet autem, quasi proprium corpus, id in quo inest; tamen unum ex utroque intelligitur lilium : corrumpitur autem ipsius ratio unius rei discessu : in subjecto enim corpore odor est : ita etiam in Christo intelligimus divinitatis naturam, quæ suam excellentissimam majestatem, ut odorem suavissimum, mundo dispergit, tanquam in subjecto, esse in corpore humanitatis ; et id quod incorporale est per naturam, per adunationem dispensatoriam, pene dicam factum fuisse corporale, propterea quod voluit se cognosci per corpus : in eo enim divina signa operatus est. Igitur id quod incorporale est, tanquam in suo corpore intelligi potest, quemadmodum etiam odor in flore subjecto; lilium tamen jam et odor et flos nominatur.

CAP. XI.

Quod, adunato Deo Verbo vere humanitati, inconfusæ tamen substantiæ [id est *subsistentiæ*] *permanserunt.*

[Erectum est secundum Dei voluntatem sanctum tabernaculum per desertum, et in eo multis modis formabatur Emmanuel (1).] Dixit Deus omnipotens ad divinum Moysen : « Et facies mihi arcam testi-

A ἄνθρακα τύπον ἡμῖν καὶ εἰκόνα πληροῦν τοῦ ἐνανθρωπήσαντος Λόγου· ὅς, εἴπερ ἅψαιτο τῶν χειλέων ἡμῶν, τοῦτ' ἔστιν, ὅταν τὴν εἰς αὐτὸν ὁμολογήσωμεν πίστιν, τότε καὶ ἀπάσης ἁμαρτίας ἀποφαίνει καθαροὺς, καὶ τῶν ἀρχαίων αἱτιαμάτων ἐλευθεροῖ.

Πλὴν ἔστιν ἰδεῖν, ὡς ἐν εἰκόνι τὸν ἄνθρακα [τῷ ἀνθρακι], ἐνωθέντα μὲν τῇ ἀνθρωπότητι τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον, οὐ μὴν ἀποβεβληκότα τὸ εἶναι ὅ ἐστι, μετα-στοιχειώσαντι [μεταστοιχειώσαντα] δὲ μᾶλλον τὸ ληφθὲν, ἤγουν ἑνωθὲν, εἰς τὴν ἑαυτοῦ δόξαν τε καὶ ἐνέργειαν. Ὅνπερ γὰρ τρόπον τὸ πῦρ ὁμιλῆσαν ξύλῳ, καὶ εἰσδεδυκὸς αὐτὸ, καταδράττεται μὲν αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἐξίστησι μὲν τοῦ εἶναι ξύλον, μεθίστησι δὲ μᾶλλον εἰς τὴν τοῦ πυρὸς ὄψιν τε καὶ δύναμιν, καὶ πᾶν αὐτῷ τὸ ἴδιον ἐνεργάζεται, καὶ ὡς ἐν ᾗδη λελόγισται μετ' αὐτοῦ· οὕτω νοήσῃς καὶ ἐπὶ Χριστοῦ. Ἑνωθεὶς γὰρ ἀπορρήτως ἀνθρωπότητι Θεὸς, τετήρηκε μὲν αὐτὴν τοῦθ' ὅπερ εἶναι φαμεν· μεμένηκε δὲ καὶ αὐτὸς ὅπερ ἦν· ἑνωθεὶς δὲ ἅπαξ, ὡς εἷς λελόγισται μετ' αὐτῆς, οἰκειούμενος μὲν τὰ αὐτῆς, ἐμποιήσας δὲ καὶ αὐτὸς αὐτῇ τῆς ἰδίας φύσεως τὴν ἐνέργειαν.

B

ΚΕΦΑΛ. Ι'.

Ὅτι τῆς ἀσωμάτου θεότητος σῶμα γέγονεν ἡ σὰρξ, ψυχὴν ἔχουσα λογικήν· καὶ ὅτι διιστάντες ἀπ' ἀλλήλων αὐτὰ, πάντη τε καὶ πάντως παραλύσομεν τῆς ἐν Χριστῷ νοουμένης οἰκονομίας τὸν λόγον.

Ἐν τῷ Ἄσματι τῶν ἀσμάτων αὐτὸς ἡμῖν εἰσκεκόμισται λέγων ὁ Κύριος· « Ἐγὼ ἄνθος τοῦ πεδίου, κρίνον τῶν κοιλάδων. » Ὥσπερ οὖν ἡ ὀσμὴ ἀσώματον μέν τοι [ἴσ. τι] χρῆμά ἐστι· κέχρηται δὲ ὥσπερ ἰδίῳ σώματι τῷ ἐν ᾧ ἐστι· πλὴν ἐν ἑξ ἀμφοῖν νοεῖται τὸ κρίνον, καταφθείρει δὲ πάντως τὸν ἐπ' αὐτῷ λόγον ἡ ἑνὸς ἀπόστασις· ἐν ὑποκειμένῳ γὰρ ἡ ὀσμὴ, καὶ ἔστι σῶμα τὸ ὑποκείμενον· οὕτω νοήσωμεν καὶ ἐπὶ Χριστοῦ, θεότητος φύσιν τὴν ἰδίαν τε καὶ ὑπερκόσμιον ὑπεροχὴν εὐωδιάζειν τῷ κόσμῳ καθάπερ ἐν ὑποκειμένῳ τῇ ἀνθρωπότητι, καὶ τὸ ἀσώματον κατὰ φύσιν, καθ' ἕνωσιν οἰκονομικὴν μονονουχὶ γενέσθαι καὶ ἐνσώματον, διά τοι τὸ θέλειν ἐπιγινώσκεσθαι διὰ σώματος. Ἐνήργηκε γὰρ ἐν αὐτῷ τὰ θεοπρεπῆ. Οὐκοῦν νοοῖτ' ἂν εἰκότως ὡς ἐν ἰδίῳ σώματι τὸ ἀσώματον, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἐν ὑποκειμένῳ τῷ ἄνθει τῆς εὐοσμίας τὸ χρῆμα· λέγεται δὲ κρίνον τὸ συναμφότερον.

C

D

ΚΕΦΑΛ. ΙΑ'.

Ὅτι καὶ πρὸς ἕνωσιν ἀληθινὴν συνενεχθέντες τοῦ Λόγου πρὸς τὸ ἀνθρώπινον, ἀσύγχυτα μεμενήκασι τὰ ἡνωμένα.

Ἐγήγερται κατὰ βούλησιν Θεοῦ κατὰ τὴν ἔρημον ἡ ἁγία σκηνὴ, καὶ ἦν ἐν αὐτῇ πολυτρόπως μορφούμενος ὁ Ἐμμανουήλ· ἔφη τοίνυν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς τῷ θεσπεσίῳ Μωσῇ· « Καὶ ποιήσεις κιβωτὸν μαρτυρίου

[26] Cantic. II, 1.

(1) Et hunc quoque locum ex ista versione citat Facundus in eodem loco.

Digitized by Google

ἐκ ξύλων ἀσήπτων, δύο πήχεων καὶ ἡμίσους τὸ μῆκος· καὶ πήχεος καὶ ἡμίσους τὸ πλάτος· καὶ πήχεος καὶ ἡμίσους τὸ ὕψος· καὶ καταχρυσώσεις αὐτὴν χρυσίῳ καθαρῷ, ἔξωθεν καὶ ἔσωθεν χρυσώσεις αὐτήν. Ἀλλὰ τὸ μὲν ἄσηπτον ξύλον εἴη ἂν εἰς τύπον τοῦ ἀφθάρτου σώματος· ἄσηπτος γὰρ ἡ κέδρος· τὸ δὲ χρυσίον, ὡς ὕλη τῶν ἄλλων ὑπερηρμένη, τῆς θείας ἡμῖν οὐσίας κατασημήνειεν ἂν τὴν ὑπεροχήν.

Ἄθρει δὲ, ὅπως ἡ κιβωτὸς ὅλη κεχρύσωτο χρυσίῳ καθαρῷ ἔσωθεν καὶ ἔξωθεν. Ἥνωτο μὲν γὰρ τῇ ἁγίᾳ σαρκὶ Θεὸς ὢν ὁ Λόγος· καὶ τοῦτο, οἶμαι, ἐστὶ τὸ ἔξωθεν κεχρυσῶσθαι τὴν κιβωτόν. Ὅτι δὲ καὶ τὴν ἐνοῦσαν τῷ σώματι ψυχὴν λογικὴν ἰδίαν ἐποιήσατο, καταδείξειεν ἂν τὸ καὶ ἔσωθεν αὐτὴν καταχρυσοῦσθαι δεῖν ἐπιτάξαι. Ὅτι καὶ ἀσύγχυτοι μεμενήκασιν αἱ φύσεις, ἤγουν ὑποστάσεις, ἐνταῦθεν εἰσόμεθα. Τὸ γάρ τοι χρυσίον ἐπαληλειμμένον τῷ ξύλῳ, μεμένηκεν ὅπερ ἦν· καὶ κατεπλούτει μὲν τὸ ξύλον τοῦ χρυσίου τὴν δόξαν· πλὴν οὐκ ἀπέστη τοῦ εἶναι ξύλον. Ὅτι δὲ ἡ κιβωτὸς εἰς τύπον παραλαμβάνεται τοῦ Χριστοῦ, διὰ πολλῶν ἄν τις πιστώσεται λόγων· προεβάδιζε γὰρ τῶν ἐξ Ἰσραὴλ, ζητοῦσα αὐτοῖς ἀνάπαυσιν. Ἔφη δέ που καὶ ὁ Χριστός· « Πορεύσομαι, καὶ ἑτοιμάσω τόπον ὑμῖν. »

monii ex lignis imputribilibus, 785 duorum cubitorum et dimidii longitudine; et inaurabis eam auro puro, extra et intra inaurabis eam[29]. » Sed lignum quidem, cum imputribile sit, est figura corporis incorrupti : imputribilis enim cedrus; aurum vero, quasi materies aliis pretiosior, divinæ nobis indicat substantiæ majestatem.

Attendite igitur quoniam arca tota inaurata sit auro puro extra et intra. Adunatus quidem fuerat sanctæ carni Deus Verbum, et id est, ut opinor, arcam fuisse extra inauratam. Quod vero et animam rationabilem, quæ corpori inerat, propriam fecerit, ex hoc apparet, quod et intra arcam præceperit inaurari. [Quod autem naturæ sive substantiæ inconfusæ manserint, hinc scimus : aurum enim superpositum ligno mansit id quod erat, et ornabatur quidem lignum auri decore; tamen lignum esse non desiit. Quod vero arca in Christi accipiatur imaginem, pluribus potest probationibus declarari (1).] Præambulabat enim his qui sunt ex Israel, quærens ipsis requiem. Ait alicubi et Christus : « Ibo, et parabo vobis locum[30]. »

CAP. XII.

Quod cum esset Deus Verbum, factus sit homo, nec homo simpliciter, nuda conjunctione honoratus, veratus sit ad parem dignitatem Dei Verbi, sive auctoritatem, sicut quibusdam videtur.

Divinus Paulus[31] magnum quidem ait esse mysterium pietatis. Et vere ita se res habet : manifestatus est enim in carne, cum sit Deus Verbum; justificatus est autem in Spiritu. Nullo enim modo nostris videtur infirmitatibus contineri, licet juxta nos homo sit factus : non enim fecit peccatum : apparuit autem et angelis. Neque enim generationem ipsius secundum carnem ignoraverunt : prædicatus autem et gentibus, quasi Deus homo factus; ita autem creditus est in mundo. Probavit autem divinus Paulus ita scribens : « Propter quod memores estote, quod aliquando vos gentes in carne, qui dicimini præputium, ab ea quæ dicitur circumcisio in carne manufacta : quia eratis illo tempore sine Christo alienati a conversatione Israel, et hospites testamentorum, promissionis spem non habentes, et sine Deo in hoc mundo[32.33]. » Erant ergo gentes in mundo sine Deo, cum absque Christo essent. Verum quoniam eum vere et natura Deum esse agnoverunt, ipsæ quoque ab eo agnitæ sunt, fidem confitentes, et ipse assumptus est in gloria, certe divina. Psallit enim beatus David : « Ascendit Deus in jubilo[34]. » Ascendit enim certe cum corpore, nec in nuda deitate : Deus enim erat incarnatus.

Credimus igitur, non in unum nostri similem deitate per gratiam honoratum, ne cultores esse hominis detegamur; sed in Dominum magis, qui in servili forma comparuit, et qui fuit vere nostri similis, et in humanitate tamen Deus mansit : Deus enim Verbum, carne assumpta, non deposuit quod erat; intelligitur tamen idem Deus simul et homo.

Et fidei quidem ratio ita se habet, et recte quidem. Sed si forte aliquis dicat, Quid mali est, si intelligatur homo similis nostri apprehendere deitatem, ac non magis Deus homo fieri? respondebimus mille esse quæ contrario possunt opponi, et pene etiam nutu significantia, nos oportere reniti constanter, nec credere ita esse.

Age enim, ante alia dispensationis, quæ cum carne facta est, modum cernamus, et nostrarum rerum naturam subtilius perscrutemur : periclitata est hominis natura, et depressa est malis extremis, maledictione et morte damnata, et peccati laqueis irretita, errabat, et erat 786 in tenebris; Deum nesciebat eum, qui est natura et veritate; pro Deo coluit creaturam[35]. Quomodo igitur hujusmodi malis poterat liberari? An illud dicemus, quod fas erat humanitati divinam naturam apprehendere, quæ nesciret omnino, qualis esset dignitas naturæ cœlestis, cum esset ignorantiæ tenebris occupata, et peccati sordibus inquinata? Quomodo poterat fieri ut apprehenderet sanctam naturam, et acciperet gloriam, quam nemo inveniat, nisi acceperit? Concedamus enim quod cognoverit fortasse, et scierit

[29] Exod. xxv, 10. [30] Joan. xiv, 3. [31] I Tim. iii, 16. [32.33] Ephes. ii, 11, 12. [34] Psal. xlvi, 6. [35] Rom. i, 25.

(1) Hunc quoque locum ex eadem versione citat Facundus ibidem. Citat etiam Leontius Byzantius in fine libri primi adversus Eutychianos.

Digitized by Google

apprehendere Deum [*pro* deitatem]. Quis est qui docuerit? « Quomodo enim credent, nisi audierint[36]? » Cæterum non id est apprehendere deitatem, et convenientem ei gloriam capere.

Ergo decentius sit, et recte quidem, ita sentire, quod servare volens id quod perierat, descendens ad nos Deus Verbum, per quod omnia, et in id se, quod non erat, immisit, ut et hominis natura, id quod non erat, fieret; et divinæ majestatis dignitatibus per adunationem patescens, quæ sublevata est magis ultra naturam, quam dejicit infra naturam invertibilem Deum. Conveniens erat, ut incorruptibilis natura apprehenderet corruptibilem, ut eam a corruptione liberaret. Conveniens erat eum, qui peccare non noverat, cum peccatoribus conformari, ut peccata compesceret. Quemadmodum enim ubicunque lux fuerit, caligo interit tenebrarum; ita etiam immortalitate præsente, omnis certe pestis fugitiva discedet; et præsente eo qui peccatum non novit (qui etiam proprium sibi corpus effecit, quod est sine (1) peccato), cedet omne peccatum.

Quod vero Verbum, cum esset Deus, factum sit homo, et non magis homo τεθεοποιημένος intelligatur Christus, etiam ex sacris Litteris enitar ostendere. Ait igitur beatus Paulus de Unigenito : « Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, ut esset æqualis Deo; sed exinanivit se, formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, et habitu inventus ut homo. Humiliavit sese factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propterea et Deus ipsum superexaltavit, et donavit illi nomen quod est super omne nomen, ut in nomine Jesu Christi omne genu flectatur cœlestium, et terrenorum, et infernorum, et omnis lingua confiteatur quod Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris[37].

Quem igitur dicemus, in forma Dei esse, et in æqualitate Patris, et hæc non rapinam arbitratum; sed descendisse magis in exinanitatem, et in formam servi, et se humiliantem, et in similitudinem nostram fuisse factum? Si hominem factum ex muliere nudum et solum : quomodo habebat plenitudinem, ut intelligatur exinanitus? Vel in qua antea positus celsitudine, semet humiliasse dicitur? Vel quomodo in similitudinem hominum factus est, qui id erat et antea per naturam, etsi id factus forte non diceretur? Ubi autem exinanitus est, assumens plenitudinem deitatis? Vel quomodo non sit factus altissimus, qui in gloriam supernam ascenderit?

Igitur dicimus non hominem Deum esse factum, sed potius factum esse in exinanitate, propter humanitatem, Deum Verbum, qui erat in æqualitate Patris et forma : exinanitus est enim hoc modo, propter similitudinem nostram, cum esset plenus, ut Deus. Humiliatus est propter carnem, ita ut a divinæ majestatis fastigio non descendat; sedem enim habet altissimam. Factus est in similitudine hominum, cum sit ejusdem formæ cum Patre, utpote cujus est figura substantiæ. Verum quoniam semel factus est juxta nos, ascendisse dicitur cum carne in gloriam deitatis, quam patentem quidem habet quasi propriam, alio tamen pacto in ea fuit, propter humanitatem : Dominus enim omnium esse creditur, etiam cum carne.

Flectitur autem ipsi omne genu, et id non ad dolorem et contumeliam Patris, sed magis ad gloriam : gaudet enim, et glorificatur, dum ab hominibus Filius adoratur, licet factus sit similis nostri. Scriptum vero est rursus : « Non enim angelos apprehendit, sed semen Abrahæ; unde debuit per omnia fratribus assimilari[38]. » Ecce semen Abrahæ apprehendit Verbum Deus, et non homo, nescio quis nostri similis deitatem apprehendit, et ipse nobis *assimilatur*, et nuncupatur frater noster, ut *homo*, non quantum est ad deitatis naturam. « Quoniam pueri communicaverunt carni et sanguini, et ipse similiter participavit eis, ut per mortem destrueret eum qui imperium obtinet mortis, id est, diabolum, et liberaret eos qui timore mortis per omnem vitam nativa continebantur servitute[39]. » Ecce iterum ipse, similiter ac nos, participavit sanguini et carni, et ea res causam habet conjunctam statim ac proximam; scriptum est enim : « Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur in carne, Deus Filium suum misit in similitudine carnis peccati, et de peccato damnavit peccatum in carne[40]. » Attende iterum, quod non homo affectans naturam divinam ostenditur, et ad ejus dignitatem ascendens; sed mittens magis Filium suum Deus et Pater, in similitudine carnis peccati, ut destrueret peccatum. **787** Ergo verbum, cum Deus sit, se in exinanitatem homo factus immisit, et non homo simpliciter, divinam gloriam affectans, Christus videtur.

CAP. XIII.

Quod Christus Jesus vocetur homo factus Deus Verbum.

Dispensationis incarnati Unigeniti mysterium subtilius considerantes, id asserimus, fidem rectam servantes et veram : quod ipsum Patris Dei Verbum, Deus verus ex Deo vero, et lumen de lumine, in-

ΚΕΦΑΛ. ΙΓ'.

Ὅτι Χριστὸς Ἰησοῦς καλεῖται γεγονὼς ἄνθρωπος ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος.

Τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας τοῦ Μονογενοῦς πολυπραγμονεῖν ἐθέλοντες τὸ μυστήριον, ἐκεῖνό φαμεν, δόξαν ἔχοντες ἀληθῆ, καὶ πίστιν ὀρθήν, ὅτι περ αὐτὸς ὁ ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγος, ὁ ἀληθινὸς

[36] Rom. x, 14. [37] Philipp. II, 6-11. [38] Hebr. II, 16, 17. [39] Ibid. 14, 15. [40] Rom. VIII, 3.

(1) Daluz. legit *in* pro *sine*, rectius, ut videtur. EDIT.

Digitized by Google

Θεὸς, ὁ ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ, τὸ φῶς τὸ ἐκ τοῦ φωτὸς, A carnatum sit, et homo factum, et descenderit, et
ἐσαρκώθη τε καὶ ἐνηνθρώπησε· κατῆλθεν, ἔπαθεν, passum sit, et surrexerit ex mortuis. Ita enim defi-
ἐγήγερται δὲ ἐκ νεκρῶν. Ὡρίσατο γὰρ οὕτω τὸ τῆς nivit fidei Symbolum Synodus magna et sancta.
πίστεως Σύμβολον ἡ ἁγία τε καὶ μεγάλη Σύνοδος (1).

Διερευνώμενοι δὲ καὶ μαθεῖν ἐθέλοντες ὅ τί ποτέ Perquirentes autem et nos, et discernere cupien-
ἐστι κατ' ἀλήθειαν, τὸ σαρκωθῆναί τε καὶ ἐνανθρω- tes, quid sit tandem, incarnatum esse, et hominem
πῆσαι τὸν Λόγον, καταθρήσωμεν, ὅτι οὐκ ἄνθρωπόν factum Dei Verbum : cernimus, quod non hoc est,
ἐστι προσλαβεῖν ὡς ἐν συναφείᾳ τῇ κατά γε τὴν ἰσό- hominem assumere tanquam in conjunctione, quæ
τητα τῆς ἀξίας, ἤγουν αὐθεντίας, ἢ καὶ κατὰ μόνην fiat per æqualitatem dignitatis, sive auctoritatis,
τῆς υἱότητος ὁμωνυμίαν, μᾶλλον δὲ τὸ γενέσθαι καθ' vel per solam filietatis ὁμωνυμίαν ; magis autem fieri
ἡμᾶς ἄνθρωπον, μετὰ τοῦ ἀτρέπτως καὶ ἀναλλοιώ- juxta nos hominem (ita tamen ut nulla conversio
τως ἔχειν ἀνασώσασθαι τῇ ἰδίᾳ φύσει τὸν ἐν προσ- vel commutatio subsequatur), et sublevare pariter
λήψει σαρκὸς καὶ αἵματος οἰκονομικῶς γεγονότα. cum sua natura eum qui in assumptione fuit carnis
et sanguinis dispensatorie.

Εἷς μὲν οὖν ἐστιν ἄρα πρὸ μὲν τῆς ἐνανθρωπήσεως Unus igitur est, qui ante incarnationem a divina
ὀνομαζόμενος διὰ τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς Μονο- B Scriptura nominatur, et Unigenitus, et Verbum, et
γενὴς, καὶ Λόγος, καὶ Θεὸς, καὶ εἰκὼν, καὶ ἀπαύ- Deus, et imago, et lumen, et figura substantiæ Pa-
γασμα. καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως τοῦ Πατρὸς, tris, et vita, et gloria, et splendor, et sapientia, et
ζωὴ, δόξα, φῶς, σοφία, δύναμις, βραχίων, δεξιὰ, virtus, et brachium, et dextra, et Altissimus, et ma-
ὕψιστος, μεγαλοπρέπεια, Κύριος Σαβαὼθ, καὶ ἑτέ- guificentia, et Dominus Sabaoth, et aliis talibus no-
ροις τισὶ τοιούτοις ὀνόμασι, τοῖς ἀληθῶς θεοπρεπε- minibus, quæ vere conveniunt deitati. Post incar-
στάτοις· μετὰ δέ γε τὴν ἐνανθρώπησιν, ἄνθρωπος nationem vero homo, Christus, Jesus, propitiato-
Χριστὸς Ἰησοῦς, ἱλαστήριον, μεσίτης, ἀπαρχὴ τῶν rium, mediator, primitiæ dormientium, primoge-
κεκοιμημένων, πρωτότοκος ἐκ νεκρῶν, δεύτερος nitus a mortuis, secundus Adam, caput corporis
Ἀδὰμ, κεφαλὴ τοῦ σώματος τῆς Ἐκκλησίας, ἑπο- Ecclesiæ, cum eum etiam nomina prisca sequantur :
μένων αὐτῷ καὶ τῶν ἐν ἀρχαῖς ὀνομάτων. Πάντα γὰρ omnia enim ipsius propria sunt, et priora, et quæ
αὐτοῦ, τά τε πρῶτα, καὶ τὰ ἐν ἐσχάτοις τοῦ αἰῶνος novissimis facta temporibus.
καιροῖς.

Εἷς ἄρα ἐστὶν ὁ καὶ πρὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως Θεὸς Unus igitur est, et qui ante incarnationem Deus
ἀληθινὸς, καὶ ἐν ἀνθρωπότητι μεμενηκὼς ὅπερ ἦν, erat verus, et qui in humanitate mansit id quod erat,
καὶ ἔστι, καὶ ἔσται. Οὐ διοριστέον οὖν ἄρα τὸν ἕνα C et est, et erit. Non discernendus igitur unus Dominus
Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, εἰς ἰδικῶς ἄνθρωπον, καὶ Jesus Christus, in hominem seorsum, et seorsum in
εἰς Θεὸν ἰδικῶς, ἀλλ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν Ἰησοῦν Deum ; sed unum eumdemque Jesum Christum esse
Χριστόν φαμεν εἶναι, τὴν τῶν φύσεων εἰδότες διαφο- dicimus, non ignorantes differentiam naturarum,
ράν, καὶ ἀσυγχύτους ἀλλήλαις τηροῦντες αὐτάς. **788** sed eas inconfusas inter sese servantes.

Ὅταν οὖν λέγῃ τὸ Γράμμα τὸ ἱερὸν, ὅτι ἐν Χρι- Quoties igitur Littera sacra commemorat quod in
στῷ « κατῴκησε πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σω- Christo « inhabitavit omnis plenitudo divinitatis
ματικῶς, » οὐ διὰ τοῦτό φαμεν, ὡς ἐν ἑτέρῳ Χριστῷ corporaliter [41] ; » non ideo dicimus tanquam in alio
τῷ ἀνθρώπῳ, καταμόνας κατοικῆσαι τὸν Λόγον· Christo, in homine seorsum inhabitasse Deum Ver-
οὔτε μὴν διασπῶντες ἀλλήλων τὰ ἡνωμένα δύο bum ; nec porro dividentes ea quæ unita sunt, duos
νοοῦμεν υἱούς· ἐκεῖνο δὲ μᾶλλον, ὅτι Χριστὸν ὀνο- intelligimus filios; illud autem magis, quod Chri-
μάζει τὸ Γράμμα τὸ ἱερὸν, καὶ ὡς ἐκ μέρους ἔσθ' stum nominat Littera sacra ex parte nonnunquam,
ὅτε, τὴν ἀνθρωπότητα τοῦ Θεοῦ Λόγου ἰδίαν ἔχων ἐν et quod humanitatem Dei Verbum, quam propriam
τάξει πεποίηται ναοῦ. Γέγραπται δέ που καὶ περὶ habet, in locum posuit templi. Scriptum est autem
τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν· « Τοὺς δὲ κατοικοῦντας D et de animabus humanis : « Inhabitantes autem
οἰκίας πηλίνας, ἐξ ὧν καὶ αὐτοὶ ἐκ τοῦ αὐτοῦ πηλοῦ domos luteas, de quibus et nos ex eodem luto su-
ἐσμεν. » Ἆρ' οὖν ἐπειδήπερ οἰκίας πηλίνας τὰ τῶν mus [42]. » Ergone, quoniam luteas domos humana
ἀνθρώπων ὀνομάζει σώματα, διαβεβαιοῦται δὲ κατοι- corpora nominat, et affirmat in his animas habitare,
κεῖν ἐν αὐταῖς τὰς ψυχὰς, εἰς δύο κατατεμοῦμεν in duos homines unum hominem dividemus ? Atqui
ἀνθρώπους τὸν ἕνα ; Καίτοι πῶς οὐκ ἀμώμητον non irrationale omnino sit, ut in homine spiritus
παντελῶς, τὸ καὶ ἐν ἀνθρώπῳ λέγεσθαι κατοικεῖν τὸ suus inhabitare dicatur. Ergo, etsi per hujusmodi
πνεῦμα αὐτοῦ ; Ὥστε κἂν εἰ τὸ τοῦ λόγου σχῆμα modos orationis figura procedat, cum aliter fieri
διὰ τοιούτων ἔρχεται τρόπων, οὐχ ἑτέρως ἔχειν non possit, non tamen ideo rerum corrumpi naturas
δυνάμενον, οὐ τὰς τῶν πραγμάτων ἀδικεῖσθαι oporteat, sed magis eas recto veritatis tenore ser-
φύσεις διὰ τοῦτο πρέπει, ἐννοεῖν δὲ μᾶλλον αὐτὰς, vari.
καὶ κατευθὺ τῆς ἀληθείας διασπεύδειν ἐπείγεσθαι.

[41] Coloss. II, 9. [42] Job IV, 19.

(1) Intellige magnam illam et οἰκουμενικὴν synodum Nicænam.

Digitized by Google

Quoties igitur quæpiam, quæ dissimilem sunt inter se sortita naturam, collecta in adunationem per compositionem videntur : deinde alterutrum ex his in alterutro habitare dicitur, non dividendum in duo, adunationis conventione minime violata, licet suis nominibus per sese ea quæ adunata sunt nominentur a nobis. Dicitur namque, ut ante dixi, et in homine habitare spiritus suus, nec tamen homo dicitur, et seorsum spiritus suus, seorsum et corpus. Et tale quid nobis divinus Paulus obliqua significatione [id est obscure et quasi ænigmatice] commemorat, dicens : « Nam etsi exterior noster homo corrumpitur ; sed interior renovatur de die in diem [62]. » Si quis igitur dixerit interiorem nostrum hominem in exteriore homine inhabitare, verum quidem memoravit, in duo tamen unum dividere non videbitur. Ait autem alicubi etiam propheta Isaias : « De nocte vigilat spiritus meus ad te, Domine [63]. » Utrumne tanquam alius præter ipsum spiritus ipsius ad Deum dicitur vigilare ? Nonne id ineptissimum videatur ? Ergo scire quidem necesse est orationis figuras, non tamen ab intellectu discedere competenti, sed referre magis sententiarum vim ad sensum qui unicuique rei conveniat.

789 Et si dicatur « proficere Jesus ætate, sapientia et gratia [64], » dispensationis hæc res est. Deus etenim Verbum humanitatem more suo proficere permittebat, et quasi paulatim divinitatis suæ gloriam volebat declarare, et cum corporis ætate etiam sua extendere, ne quid novum videretur, idque nonnullos nimia novitate perterreret. Cum præsertim sic quoque dicerent : « Quomodo hic litteras scit, cum non didicerit [65] ? » Ergo corporale augmentum, et profectus gratiæ ac sapientiæ, humanitatis mensuræ convenit ; ipsum vero Deum Verbum per suam naturam perfectissimum confitemur, non egenum profectus, non sapientiæ, non gratiæ. Ipsum enim creaturæ et sapientiam et gratiam, et bona omnia impertit.

Si vero Jesus passus esse dicatur, passio quidem erit dispensationis ; ipsius tamen dicitur, et recte quidem, quia corpus ipsius proprium passum est, et erat in corpore patiente ipse, qui pati non poterat, impassibilis est enim, ut Deus : quantum tamen ad conviciatorum petulantiam pertinuit, passus esset, si pati posset. Ergo quoniam nostri similis factus est Unigenitus, quotiescunque homo nominatur a divina Scriptura, intuentes dispensationem, Deum ipsum natura sic quoque confiteamur.

Ὅταν τοίνυν τινὰ τῶν ἀλλήλοις οὐχ ὁμοίαν λαχόντων τὴν φύσιν ὁρῷτο συνειλεγμένα πρὸς ἑνότητα κατὰ σύνθεσιν· εἶτα τὸ δέ τι τυχὸν ἐν ἐκείνῳ λέγοιτο κατοικεῖν, οὐ διοριστέον εἰς δύο, τῆς εἰς ἑνότητα συνδρομῆς κατ' οὐδένα τρόπον ἀδικουμένης, κἂν εἰ τῶν ἡνωμένων ἑκάτερον ἰδικῶς ὀνομάζοιτο πρὸς ἡμῶν, τοῦθ' ὅπερ ἂν εἶεν ἀμφότερα. Λέγεται γάρ, ὡς ἔφην, καὶ ἐν ἀνθρώπῳ κατοικεῖν τὸ πνεῦμα αὐτοῦ· πλὴν ἄνθρωπος λέγεται, καὶ ἰδικῶς τὸ πνεῦμα, καὶ μὴν καὶ τὸ σῶμα. Καίτοι τοιοῦτον ἡμῖν ὑπαινίττεται ὁ σοφώτατος Παῦλος λέγων· « Εἰ γὰρ ὁ ἔξω ἡμῶν ἄνθρωπος διαφθείρεται, ἀλλ' ὁ ἔσω ἀνακαινοῦται ἡμέρᾳ καὶ ἡμέρᾳ. » Ὅταν οὖν τις λέγοι τὸν ἔσω ἡμῶν ἄνθρωπον ἐν τῷ ἔξω ἀνθρώπῳ κατοικεῖν, ἀληθεύσει μέν, εἰς δύο γε μὴν τὸν ἕνα τεμῶν οὐχ ὁρᾶται· φησὶ δέ που καὶ ὁ προφήτης Ἡσαΐας· « Ἐκ νυκτὸς ὀρθρίζει τὸ πνεῦμά μου πρὸς σέ, ὁ Θεός. » Ἆρ' οὖν ὡς ἕτερον παρ' αὐτὸν τὸ πνεῦμα αὐτοῦ πρὸς Θεὸν ὀρθρίζειν λέγεται ; Καίτοι πῶς οὐκ ἄτοπον τὸ φάναι τοιοῦτόν τι ; Οὐκοῦν εἰδέναι μὲν ἀναγκαῖον τὰ τῶν λόγων σχήματα, οὐ μὴν καὶ ἐξίστασθαι τοῦ εἰκότος, περιάγειν δὲ μᾶλλον τῶν σημαινομένων τὴν δύναμιν ἐπὶ τὸν ἑκάστῳ πράγματι πρέποντα σκοπόν.

Εἰ δὲ δὴ καὶ λέγοιτο « προκόπτειν ὁ Ἰησοῦς ἡλικίᾳ, καὶ σοφίᾳ καὶ χάριτι, » τῆς οἰκονομίας ἔστι τὸ χρῆμα. Συνεχώρει γὰρ ὁ Θεοῦ Λόγος διὰ τῶν τῆς ἰδίας φύσεως ἐθῶν ἴέναι τὸ ἀνθρώπινον· καὶ οὕτω κατὰ βραχὺ τῆς ἑαυτοῦ θεότητος ἤθελε καταυγάσαι τὸ περιφανές· καὶ τῇ τοῦ σώματος ἡλικίᾳ συμπαρεκτείνειν τὰ ἑαυτοῦ· ὡς ἂν μή τι τὸ ξένον ὁρῷτο. καὶ τῷ λίαν ἀσυνήθει ταράττοι τινάς. Ὅτε καὶ οὕτως ἔφασκον· « Πῶς οὗτος οἶδε γράμματα μὴ μεμαθηκώς ; » Οὐκοῦν σωματικὴ μὲν ἡ αὔξη, καὶ τὸ προκόπτειν ἐν χάριτι καὶ σοφίᾳ, πρέποι ἂν τοῖς τῆς ἀνθρωπότητος μέτροις. Αὐτόν γε μὴν κατ' ἰδίαν φύσιν παντέλειον εἶναί φαμεν τὸν ἐκ Θεοῦ Λόγον, οὐ προκοπῆς δεόμενον, οὐ σοφίας, οὐ χάριτος· διανέμειν δὲ μᾶλλον τῇ κτίσει σοφίαν καὶ χάριν, καὶ τὰ δι' ὧν ἔχοι καλῶς.

Εἰ δὲ δὴ λέγοιτο παθεῖν ὁ Ἰησοῦς, τὸ μὲν πάθος ἔσται τῆς οἰκονομίας· αὐτοῦ δὲ λέγεται, καὶ σφόδρα εἰκότως· ὅτι καὶ ἴδιον αὐτοῦ τὸ πεπονθός. Καὶ ἦν ἐν τῷ πάσχοντι σώματι, πάσχειν μὲν οὐκ εἰδώς· ἀπαθὴς γάρ ἐστιν ὡς Θεός· ὅσον δὲ ἦκεν εἰς γε τὸ τῶν ἐμπαροινησάντων θράσος, παθὼν, κἂν εἰ μὴ παθεῖν ἐδύνατο. Οὐκοῦν ἐπειδήπερ καθ' ἡμᾶς γέγονεν ὁ Μονογενὴς, ὁσάκις ἂν ἄνθρωπος ὀνομάζηται παρὰ τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς, ἐννοοῦντες τὴν οἰκονομίαν, Θεὸν ὄντα κατὰ φύσιν αὐτὸν καὶ οὕτως ὁμολογήσωμεν.

CAP. XIV.

Exempla divinæ Scripturæ quod Dei Verbum homo factum manserit Deus. De propitiatorio.

Ait alicubi Deus ad pontificem Moysen : « Et facies propitiatorium impositione auri puri duorum cubitorum et dimidii longitudinem, et cubiti unius et dimidii altitudinem : et facies duos Cherubim aureos ornatos, et imponens illos ex utroque latere. Cherub unus de latere hoc, et Cherub unus de latere isto propitiatorii. Et facies duos Cherubim super duo latera. Erunt Cherubim extendentes pen-

[62] II Cor. IV, 16. [63] Isa. XXVI, 9. [64] Luc. II, 52. [65] Joan. VII, 15.

Digitized by Google

nas sursum superobumbrantes pennis suis super propitiatorium ; et vultus eorum adinvicem respicientes propitiatorium erunt [47]. » Ænigma certissimum id sit, Deum Verbum etiam in humanitate Deum mansisse, et in sua gloria ac majestate, etsi propter dispensationem factus sit similis nostri : Propitiatorium namque per fidem factus est nobis Emmanuel. Id autem nobis comprobavit sapientissimus Joannes dicens : « Filioli, scribo vobis, ut non peccetis ; sed si quis peccaverit, consolatorem habemus apud Patrem, Jesum Christum justum ; et ipse est propitiatio pro peccatis nostris [48,49]. » Nec non etiam Paulus, « Quem proposuit, inquit, Deus propitiatorem per fidem in suo sanguine [50]. »

Cæterum cerne Cherubim circumstantes propitiatorium, et superobumbrantes quidem pennis ; conversos autem ad propitiatorium, et pene nutui Dominico oculum intendentes. Ad Dei enim voluntatem tantum respicit sancta cœlestium spirituum multitudo, et nunquam Dei satiatur aspectu. Ita Filium propheta Isaias vidisse se dicit in sede altissima et eminentissima, circumstantibus Seraphim et obsequentibus ei ut Deo [51].

790 CAP. XV.

Aliud de virga Mosis.

Destinabatur aliquando divinus Moyses ut Israel ab Ægyptiorum violentia liberaret. Verum quoniam necesse erat eos, qui sub jugo essent servitutis insolitæ, prius docere quod eis Deus jam esset reconciliatus, prodigia eum facere imperabat : plerumque enim miraculum nos adducit in fidem. Ait igitur Moyses ad Deum omnipotentem : « Si autem non crediderint mihi, neque audierint vocem meam, dicentes : Non apparuit tibi Deus ; quid dicam illis ? Dixit deinde Dominus : Quid hoc est quod est in manu tua ? Respondit : Virga. Et ait illi : Projice illam in terram ; et facta est serpens, et fugit Moyses ab ea. Et dixit Dominus ad Moysen : Extende manum tuam, et apprehende caudam ejus ; et extendens manum apprehendit caudam, et facta est virga in manu ejus. Et dixit illi : Ut credant tibi, quia apparuit tibi Dominus Deus patrum suorum, Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Jacob [52]. » Animadverte in his natura et veritate Filium Dei, tanquam quædam virga sit Patris ; virga autem insigne est regni : « Filio enim dedit habere omnium potestatem [53]. » Unde etiam divinus David : « Thronus tuus, inquit, Deus, in sæculum sæculi, et virga æquitatis, virga regni tui [54]. » Sed eam projecit in terram, id est, corpore terreno circumdedit, sive per humanitatem misit in terram : tunc enim in similitudine factus est malignorum hominum, scilicet malignitatis signum est serpens.

Quod autem verum sit, hinc scimus. Ipse enim Dominus noster Jesus Christus, imagine et figura, propter dispensationem factam cum carne, pro serpente accipitur æreo, quem erexit Moyses, ut serpentum morsus arceret [55]. Ait enim : « Et sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto, ita oportet exaltari Filium hominis, ut omnes qui credunt in ipsum, non pereant, sed habeant vitam æternam [56]. » Quemadmodum enim serpens factus ex ære salutis erat periclitantibus causa (sanabantur enim in eum respicientes) : eo modo etiam Dominus Jesus Christus eis qui eum vident quidem in similitudine malignorum, eo quod factus sit homo, non ignorant tamen quod Deus sit vivificus causa erit vitæ, et dat posse animalia venenosa vitare, id est, contrarias potestates.

Id quoque hujus rei figura sit, quod Moyseos virga virgas alias devoraverit, quas in terram magi projecerant [57]. Igitur virga quidem in terram projecta est ; non tamen semper remansit. Resumpta autem iterum fuit quod erat : nam licet facta sit, ut ante dixi, in similitudine nostra Patris virga, id est, Filius, per quem habet omnium potestatem ; attamen, impleta dispensatione, revolavit in cœlum, et fuit iterum tanquam in manu Patris virga æquitatis ac regni : sedet enim ad dexteram Genitoris sui in propria majestate, sedes altissimas obtinens, etiam cum carne [58].

CAP. XVI.

Aliud de manu Moysis leprosa et integre sanata.

« Dixit autem ad eum Deus Dominus iterum : Infer manum tuam in sinum tuum ; et protulit manum de sinu suo, et facta est manus ejus sicut nix. Et dixit iterum : Infer manum tuam in sinum tuum : et intulit manum suam in sinum suum, et protulit eam de sinu suo, et iterum restituta est in colorem carnis ejus [59]. » Manum ad dexteram Dei et Patris verum Filium ejus divina Scriptura nominat. Induxit enim ipsum dicentem : « Ego manu mea firmavi cœlum [60] ; » nec non etiam David divinus cantat : « Verbo Domini cœli firmati sunt [61] » Cerne igitur, in sinum quidem Moysis adhuc manum ejus occultari, et nondum factam leprosam, prolatam vero statim leprosam factam : deinde mox illatam, et rursus prolatam, et de cætero non leprosam : « Restituta est enim, inquit, in colorem carnis ejus. » Ergo quandiu quidem erat in sinu Patris Deus Verbum, divinitatis nitore fulgebat ; verum quando aliquo modo extra fuit per incarnationem sive ἐνανθρώπησιν, factus est « in similitudine carnis peccati, et inter iniquos reputatus est [62]. » Ait enim divinus Paulus, « eum qui peccatum non noverat, pro nobis peccatum fuisse, ut nos fieremus justitia in ipso [63]. » Hoc existimo lepram significare, immundus enim secundum legem leprosus [64]. Sed

[47] Exod. xxv, 17. [48,49] I Joan. II, 1, 2. [50] Rom. III, 25. [51] Isa. VI, 1. [52] Exod. IV, 1-5. [53] Joan. XVII, 2. [54] Psal. XLIV, 7. [55] Num. XXI, 8. [56] Joan. III, 14. [57] Exod. IV, 2. [58] Psal. XLIV, 7. [59] Exod. IV, 6. [60] Isa. XLVIII, 13. [61] Psal. XXXII, 6. [62] Rom. VIII, 3; Isa. LIII, 12. [63] I Cor. V, 21. [64] Levit. XIII, 2.

Digitized by Google

quoniam iterum in sinu fuit Patris (assumptus est in resurrectionem a mortuis), prolata iterum manus videbatur munda : adveniet enim post tempora Dominus noster Jesus Christus, in sinceritate divinitatis et gloria, quamvis similitudinem nostram non projecerit. Ait enim et beatus Paulus de Christo : « Quia semel mortuus est ad multorum exhaurienda peccata. Secundo sine peccato apparebit exspectantibus se in salutem [65]. » Ergo quoties nobis sacra Littera nominat Christum Jesum, **791** ne hominem seorsum putaveris, non vere adunato ipsi Deo Verbo ; sed existimaveris magis ipsum esse ex Deo et Patre Verbum Jesum Christum, cum factus sit homo.

CAP. XVII.

Quod Christus non erat homo Θεοφόρος, *nec simpliciter in homine inhabitarit Deus Verbum ; sed quod magis caro sit factum, sive homo perfectus, secundum Scripturas.*

Qui fidem habent in Christo immaculatam et rectis omnibus suffragiis comprobatam, dicant videlicet quod ipse ex Deo Patre Deus Verbum in exinanitatem descenderit, formam servi accipiens, propriumque sibi faciens corpus, quod est natum ex Virgine ; quod factus sit nostri similis, et nuncupatus Filius hominis. Est autem Deus quidem secundum spiritum ; homo autem idem secundum carnem. Deinde divinus Paulus Judæorum populum alloquebatur dicens : « Multifariam multisque modis olim Deus loquens patribus in prophetis, novissimis diebus istis locutus est nobis in Filio [66]. » Et quonam modo intelligatur locutus fuisse Deus et Pater novissimis diebus in Filio ? Locutus est enim antiquioribus per ipsum dans legem, et idcirco ipse Filius suos dicit esse sermones, per sapientissimum Moysen prolatos. Ait enim : « Nolite putare quia veni solvere legem, aut prophetas. Non veni solvere, sed implere. Dico enim vobis, iota unum, aut unus apex non transibit a lege, donec omnia fiant. Cœlum et terra transibunt, verba autem mea non transibunt [67]. » Adde etiam prophetæ vocem : « Ipse qui loquebar, præsto sum [68]. » Ergo cum factus est Filius in carne, tunc locutus est nobis Pater in ipso, sicut ait beatus Paulus, novissimis diebus [69]. Sed ne parum credamus, quod ipse sit ille qui etiam ante sæcula Filius, intulit statim : « Per quem fecit et sæcula [70], » splendorem etiam gloriæ et figuram substantiæ Patris esse commemorans [71].

Homo igitur factus est vere is per quem fecit et sæcula Deus Pater ; et non, ut nonnulli existimant, in homine fuit, ut homo intelligatur a nobis tanquam Deum habens inhabitantem. Nam si hæc recte se habere vere confidunt, supervacaneus esse videbitur beatus evangelista Joannes dicens : « Et Verbum caro factum est [72]. » Ubi enim necessitas ἐναν-

A θρωπήσεως ? Aut quare incarnatum dicit Deum Verbum, si non factus est caro ? Vis ἐνανθρωπήσεως ; et similem nostri eum factum esse significat, et mansisse tamen sic quoque ipsum supra nos, imo supra universam ipsam creaturam.

Oportere autem existimo, ea quæ dixi, exemplis etiam comprobare et persuadere, quod Unigenitus factus sit homo, et sit Deus, etiam cum carne, ac non tantum inhabitarit in homine, θεοφόρον ipsum efficiens, tanquam alios, qui divinitatis ipsius fuere participes.

CAP. XVIII.

Quod Emmanuel Deum habuerit aliter inhabitantem, quam nos.

B Ait alicubi Deus de nobis : « Inhabitabo in ipsis, et inambulabo, et ero ipsis Deus, et ipsi erunt mihi populus [73]. » Nec non etiam ipse Dominus noster Jesus Christus : « Ecce ego venio ; et si quis mihi aperuerit, intrabo ego, et apud eum cœnabo, et Pater, et ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus [74]. » Nominati sumus etiam templum Dei : « Vos enim, inquit, templa estis Dei vivi [75]. » Et rursus : « Nescitis corpora vestra templum esse Spiritus sancti, qui est in vobis, quem habetis a Deo [76] ? » Verum si ita aiunt, ipsum quoque se habere Emmanuel, et, tanquam unumquemque nostrum, *inhabitantem* in sese Deum habuisse, aperte confiteantur ; cum ipsum adorari conspiciunt, tam a nobis, quam ab angelis, in cœlo pariter et in terra, erubescant tanC quam diversa alienaque sentientes, et Litterarum sacrarum propositum nescientes, nec habentes in se fidem, quam nobis tradiderunt, qui in principio et viderunt, et ministraverunt Verbo.

Si autem dicant, quod propterea Deus sit, et ut Deus glorificetur, quia in eo tantum inhabitavit Dei Patris Verbum, ac non propterea, quia factus sit homo ; audient rursus a nobis : Si iis, qui inhabitantem in se Deum habuerint, satis est, ut idcirco vere dii esse possint, et ab hominibus adorentur, omnes sane angeli hominesque sint dii et adorandi ; inhabitat enim Deus in sanctis angelis. Habuimus etiam nos ipsum in nobis per Spiritum sanctum ; sed non sufficit hoc ostendere, natura deos et adorandos eos D qui habent Spiritum sanctum. Igitur non propterea Deus est, et adorandus Emmanuel, quod inhabitarit in eo, tanquam in homine communi, et seorsum intelligendo et in parte Deum Verbum ; sed quod factum sit caro, id est, homo : mansit enim idem et Deus, et adorandus.

792 CAP. XIX.

Dicta apostolica in quibus Deus nominatus est Christus.

De mysterio dicens secundum Christum : « Quod aliis, inquit, generationibus non est agnitum filiis ho-

[65] Hebr. IX, 28. [66] Hebr. I, 1. [67] Matth. V, 17. [68] Isa. LII, 8. [69] Hebr. I, 1. [70] ibid. 2. [71] ibid. 3. [72] Joan. I, 14. [73] Levit. XXVI, 12; I Cor. VI, 16. [74] Apoc. III, 20; Joan. XIV, 16. [75] I Cor. III, 17. [76] I Cor. VI, 19.

Digitized by Google

minum, sicut nunc revelatum est sanctis apostolis[77]. » A Et : « Mysterium quod absconditum fuit a sæculis et generationibus, nunc autem manifestum est sanctis ejus, quibus voluit revelare divitias gloriæ mysterii hujus in gentibus, quod est Christus, in vobis spes gloriæ, quem nos annuntiamus[78]. » Si igitur est θεοφόρος, et non Deus vere, quomodo ipse est divitiæ gloriæ mysterii, quod annuntiatur gentibus? Vel quomodo omnino Deus annuntiatur?

CAP. XX.

Aliud.

« Volo enim vos scire qualem sollicitudinem habeam pro vobis et pro iis qui sunt Laodiceæ, et quicunque non viderunt faciem meam in carne, ut consolentur corda ipsorum, instructi in charitate, B et in omnes divitias plenitudinis intellectus, in agnitionem mysterii Dei Christi[79]. » Ecce mysterium Dei, mysterium nominat Christi, et plene intelligere quosdam vult in agnitionem ipsius. Quo igitur intellectu opus erat, volentibus Christi mysterium discere, si fuerant audituri, quod inhabitaret in homine Deus? Opus est autem nimio intellectu, ut scias contra quod Verbum, cum sit Deus, factum sit homo.

CAP. XXI.

Aliud.

« A vobis enim sonuit sermo Domini, non solum in Macedonia et Achaia; sed omni loco fides vestra, quæ est ad Deum, exivit[80]. » Ecce iterum in Deum C fidem factam esse commemorat, cum etiam Christus dicat : « Qui credit in me, habet vitam æternam[81]. » Sermonem autem prædicationem dicit de seipso.

CAP. XXII.

Aliud.

« Ipsi enim scitis introitum nostrum apud vos, quoniam non inanis fuit; sed ante multa passi, et contumeliis affecti, sicut scitis, in Philippis, confisi fuimus in Deo colloqui ad vos Evangelium Dei[82]. » Ecce loquens in Deo, Dei Evangelium memoravit; qui prædicat gentibus Christum.

CAP. XXIII.

Aliud.

« Recordamini, fratres, laborem nostrum et ærumnam, nocte et die operantes, ne quem vestrum gravaremus; prædicavimus Evangelium Dei inter vos[83]. » Et iterum : « Propterea et nos gratias agimus Deo sine intermissione; quoniam cum percepissetis a nobis verbum, auditu Dei excepistis, non ut verbum hominum, sed ut verbum Dei, qui operatur in vobis, qui credidistis[84]. » Nonne evidenter Evangelium Dei, et Dei verbum prædicationem de Christo commemorat? quippe id omnibus manifestissimum est : « Apparuit enim gratia Dei salvatoris omnibus, erudiens nos, ut abnegantes impietatem et sæcularia desideria, sobrie et juste et pie vivamus, in hoc sæculo, exspectantes beatam spem, et adventum gloriæ magni Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi[85]. » Ecce Deus, et magnus, plenissime nominatus est Dominus noster Jesus Christus : ipse est enim cujus adventum gloriæ exspectantes, sobrie vivere et irreprehensibiliter festinamus. Sed si est homo θεοφόρος, quomodo sit magnus Deus? Vel quomodo beata spes in eum? Siquidem verus est profecto Jeremias dicens : « Maledictus qui spem suam ponit in homine[86]. » Neque enim Deum ipsum possit efficere, ut ante dixi, id quod est Deum portare. Denique doceant nos, quid impediat alios etiam omnes deos esse et adorandos, qui in se habuerint Deum? Deum autem et magnum et beatum, habentem illuminationem Christum nominat beatus Paulus, qui invenitur dicens de Judæis et Emmanuel : « Quorum patres, et testamentum, et promissiones, et ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia benedictus in sæcula sæculorum. Amen[87]. »

Quod vero secundum divinam revelationem faciebat prædicationem, perspicuum fit, ipso dicente : « Deinde post annos quatuordecim iterum ascendi Hierosolymam cum Barnaba, assumpto etiam Tito. Ascendi autem secundum revelationem, et exposui eis Evangelium, quod prædico gentibus; seorsum autem iis qui videbantur aliquid esse, ne forte in vacuum currerem, aut cucurrissem[87]. » **793** Christum prædicans gentibus, ut Deum, divinum nominat ipsius ubique mysterium. Ascendit per revelationem Hierosolymam, et exposuit his qui videbantur aliquid esse, id est, sanctis apostolis, sive discipulis, ne forte in vacuum currat. Cum vero ab Hierosolymis descendisset, et rursus gentium gregibus interfuisset, emendavitne aliquid ex prioribus? Nonne perseveravit Deum confitens Christum? Atque ideo scribit quibusdam : « Miror quod sic cito transferimini ab eo, qui vos vocavit in aliud evangelium, quod non est aliud, nisi aliqui sunt conturbantes vos et volentes convertere Evangelium Christi[88]. » Ait autem iterum : « Sed etsi nos aut angelus de cœlo evangelizaverit vobis, præter id D quod accepistis, anathema sit[89]. » Pro qua igitur causa alios omnes omittens, licet Deum inhabitantem habuerint, solum prædicabat Jesum sicut Deum.

CAP. XXIV.

Aliud.

Scriptum est de Christo : « Cum autem esset in Hierosolymis in die festo, multi crediderunt in nomine ejus videntes signa quæ faciebat; ipse autem Jesus non credebat se illis; quod ipse sciebat omnes, et quod non necesse habebat, ut aliquis testimonium

[77] Ephes. III, 5. [78] Coloss. I, 26. [79] Coloss. II, 1. [80] I Thess. I, 8. [81] Joan. VII, 25. [82] I Thess. II, 2. [83] I Thess. II, 4. [84] ibid. 13. [85] Tit. II, 11. [86] Jerem. I, 5. [87] Rom. IV, 9. [87] Galat. II, 1. [88] Galat. I, 6. [89] ibid.

Digitized by Google

perhiberet de homine : ipse enim sciebat quid erat in homine [89]. » Si homo esset θεοφόρος, quomodo non decepti sunt multi, qui Hierosolymis in nomen ejus crediderunt? Vel quare solus cognoscit quæ sunt in homine, cum præsertim nemo alius sciat? Finxisse enim dicitur Deus corda nostra sigillatim [90]. Vel quare solus remittit peccata? Ait enim : « Quia potestatem habet Filius in terra remittere peccata [91]. » Quare solus præter alios assessor sedet Dei et Patris? Quare soli obsequuntur angeli? Cur nos quidem docuit communem putare Patrem, qui est in cœlis; sibi autem eum specialiter scribebat?

Sed forte dices quod hujusmodi voces inhabitanti Verbo deputandæ sint. Nonne igitur eum oportebat, juxta prophetis convenientem mensuram, ipsum quoque dicere : « Hæc dicit Dominus? » Verum cum ea quæ supra legem sancire vellet, assumens sibi convenientem legislatori auctoritatem, aiebat : « Ego dico vobis [92] (1). »

Quomodo liberum se ait, et non obnoxium Deo? Ideo quia est Filius in veritate? Et si esset homo θεοφόρος, essetne etiam liber secundum naturam? Hujus enim Deus liber, atque solutus est : solus enim quasi tributa omnium exigit; et tanquam loco debitorum ab omnibus recipit religionem. Etsi exitus legis et prophetarum Christus est, est autem homo θεοφόρος; nonne dicere liceat, quod propheticarum prædicationum exitus ἀνθρωπολατρίας nobis crimen induxerit?

Deinde lex quidem prædicabat : « Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli servies [93]. » Qua nos eruditione perduxit ad Christum, quasi ad agnitionem illis qui in umbris fuerant potiorem : spernentesne igitur Deum legis et prophetarum adorare, adorabimus hominem habentem Deum inhabitantem? Ubi enim præstabilius erat Deum intelligi? In cœlo, an in terra? In Seraphim, an in terreno corpore?

Si erat homo θεοφόρος, quomodo « propemodum ac nos participavit carni ac sanguini [94]? » Nam si quia Deus inhabitavit, hoc ei sufficit, ut similiter ac nos participaret carni et sanguini; et ita his participare id ipsum est, quod hominem factum esse : inhabitavit autem et in multis sanctis; homo igitur non semel, sed sæpissime factus est. Quare ergo « semel in consummatione sæculorum, in destructionem peccati, per hostiam suam dicitur apparuisse [95]? » Quomodo autem unum nobis Verbi adventum prædicant divinæ Scripturæ, si θεοφόρος erat homo? Si templum et ipse factus est Dei, quomodo et in nobis etiam Christus est? Sicutne templum in templis? An ut Deus magis in templis per Spiritum? Si θεοφόρος erat homo, cur est solius ipsius corpus vivificum? Oportuerat enim aliorum etiam corpora esse talia, in quibus habitavit Deus omnipotens.

Scripsit autem alicubi etiam divinus Paulus : « Irritam faciens quis legem Moysis, sine ulla miseratione duobus aut tribus testibus moritur, quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui Filium Dei conculcaverit, et sanguinem testamenti pollutum duxerit [96]? » Atqui divina erat lex, et mandata dicta per angelos. Quomodo igitur dignus erit deteriore supplicio, qui pollutum duxerit sanguinem Christi? Vel quomodo potior est religione, quæ est secundum legem, fides in Christum? Sed, ut jam ante diximus, Christus non similis aliorum sanctorum, homo θεοφόρος, sed Deus magis vere, et omni mundo celsiorem possidet gloriam, quod cum Deus sit natura Dei Verbum, factus est caro, sive homo perfectus : animatum enim et rationabile esse, quod adunatum est ei, 794 credimus corpus, et vera omnino est adunatio.

CAP. XXV.

Quomodo oporteat intelligere : « Verbum caro factum est, et habitavit in nobis; » et quomodo proprium ipsius dicatur corpus.

Semen Abrahæ apprehendisse Verbum Dei unigenitum, beatus Paulus commemorat [97]; nec non etiam, quod propemodum ac nos participarit carni et sanguini [98]. Memores autem sumus etiam Joannis; ait enim : « Verbum caro factum est, et habitavit in nobis [99]. » Idne igitur fuit propositum viris spiritalibus, docere, quod Dei Verbum conversionis sit patiens; aut quod ipsum fas sit commutationem, quæ magis creaturæ conveniat, sustinere : adeo ut id quod non erat, forsitan in id sua sponte deveniat; aut alius contra ipsius voluntatem ad aliam naturam impellatur? absit. Manet namque idem, a sua natura commutationem omnem excludens, conversionis umbram nesciens pati : fixa est enim semper in suis superna illa cœlestisque natura.

Quomodo igitur Verbum caro factum sit, videre necesse est. Primum quidem divina Scriptura carnem plerumque nominat hominem, et quasi ex parte animalis totius significationem facit, nec non etiam a sola anima interdum tantumdem agit; scriptum est enim quod « Videbit omnis caro salutare Dei [1]. » Et ipse divinus Paulus : « Non consensi, inquit, carni et sanguini [2]. » Allocutus est autem eos qui sunt ex Israel pontifex Moyses : « In septuaginta et quinque animabus descenderunt patres tui in Ægyptum [3]. » Sed non ideirco dixeris, quod nudæ et sine carnibus animæ in Ægyptum descenderint; nec porro quod inanimis corporibus, et solis carnibus, salutare suum Deus indulserit. Quoties igitur audimus carnem factum esse Verbum, hominem intelligimus ex

[89] Joan. II, 23. [90] Psal. XXXII, 15. [91] Matth. IX, 6. [92] Matth. V, 32. [93] Deut. VI, 13. [94] Hebr. II, 14. [95] Hebr. IX, 26. [96] Hebr. X, 28, 29. [97] Hebr. II, 16. [98] ibid. 14. [99] Joan. I, 14. [1] Luc. III, 6. [2] Galat. I, 16. [3] Deut. X, 22.

(1) Videtur aliquid hic deesse; id, opinor, quod Anastasius Sinaita memorat de statere in tributum pensitato.

Digitized by Google

anima et corpore. Factum est autem Verbum, cum sit Deus, homo perfectus, corpus accipiens animatum et rationabile, idque sibi vere adunavit : quomodo ipse sciat, nostris enim sensibus hujusmodi cogitationes omnino cerni non possunt : et nuncupatus est Filius hominis.

Sed si oportet tanquam in speculum intuentes dicere, conjectat aliquo modo sensus humanus, adunatum fuisse Verbum corpori habenti animam rationabilem qualiter etiam hominis animam suo corpori, ipsam quidem diversæ naturæ, sortitam tamen communionem adunationemque cum corpore; ut pene videatur non esse alia præter corpus, eo quod per compositionem ex utroque animal unum efficiatur, manente tamen ipsa, ut ante memoravi, in sua natura. Ergo non per commutationem aut conversionem hominem factum Dei dicimus Verbum; nec prorsus, quod Deus esse desierit; sed quod carnem accipiens ex muliere, et ei ex utero adunatus, exiit homo idem simul et Deus; neque Dei et Patris generationem æternam projiciens, sustinuit temporalem, ex muliere inde initium, ut esset, accipiens. Permittebat autem carni propriæ suæ naturæ legibus nasci, nativitatis ratione duntaxat. Cæterum habet in se aliquid ab humana natura dissimile : natus est enim ex Virgine, et solus habet (1) matrem innuptam; factum autem ipsum etiam carnem, et in nobis inhabitasse, evangelista commemorat, ut utroque comprobaret, et factum fuisse hominem, et suum non perdidisse : mansit enim quod erat.

Intelligitur namque certe tanquam aliud in alio inhabitare, id est, divina natura in humanitate, non perpessa commixtionem, aut confusionem, aut commutationem, ut esset quod non erat. Quidquid enim in alio habitare dicitur, non ipsum fit tale, quale est id in quo habitat; sed aliud in alio magis intelligitur. At vero in Verbi natura et humanitatis, solam nobis differentiam designat diversitas naturarum. Unus enim ex utroque intelligitur Christus. Ergo inconfusione, ut ante dixi, servata, inhabitasse Verbum ait in nobis : scit

Νοεῖται γὰρ πάντως, ὡς ἕτερον ἐν ἑτέρῳ, τὸ κατοικοῦν, τοῦτ' ἔστιν, ἡ θεία φύσις ἐν ἀνθρωπότητι, καὶ οὐ παθοῦσα φυρμὸν, ἢ ἀνάχυσίν τινα, καὶ μετάστασιν, τὴν εἰς ὅπερ οὐκ ἦν. Τὸ γὰρ ἐνοικεῖν ἑτέρῳ λεγόμενον, οὐκ αὐτὸ γέγονεν, ὅπερ ἐστὶ τοῦτο, ἐν ᾧ κατοικεῖ· νοεῖται δὲ μᾶλλον ἕτερον ἐν ἑτέρῳ. Ἐν δέ γε τῇ φύσει τοῦ Λόγου, καὶ τῇς ἀνθρωπότητος, μόνην ἡμῖν σημαίνει διαφορὰν τῶν φύσεων τὸ διάφορον. Εἷς γὰρ ἐξ ἀμφοῖν νοεῖται Χριστός. Οὐκοῦν τὸ ἀσύγχυτον εὔμαλα τετηρηκὼς, φησὶν ἐν ἡμῖν ἐσκηνωκέναι τὸν Λόγον. Ἕνα γὰρ

A Υἱὸν οἶδε μονογενῆ τὸν σάρκα γενόμενον, καὶ ἐνανθρωπήσαντα.

enim unum esse Filium unigenitum carnem factum, et hominem.

(2) Carne autem mihi videtur divinus Evangelista totam sapienter naturam hominum nominare : ait enim Verbum inhabitasse in nobis, non alterius, ut ego opinor, gratia, incarnationem Verbi factam esse, commemorans; nisi ut etiam nos, participatu ipsius per Spiritum sanctum locupletati, adoptionis beneficium lucraremur. Igitur in Christo unitatem summam veramque credimus factam. Sin autem in nobis Christus inhabitare dicatur, σχετικὴν ipse faciet inhabitationem. Non autem cum Deus dicitur inhabitasse in Christo : « Inhabitavit namque in eo omnis plenitudo divinitatis corporaliter * »; » non per participatum, vel σχέσιν simplicem, quasi sole illucente, B aut igne insitum sibi calorem aliis immittente; sed, ut ita dicam, ipsa divina sinceraque natura, juxta totum id quod est, inhabitationem sibi faciente, per veram, ut ante diximus, unitatem, in templo quod est natum ex Virgine : ita enim unus et est, et intelligitur Christus Jesus.

Quod vero in expressionum summa noster sermo vincatur, non negabo; sed non idcirco Christi mysterium non credatur; sed magis sit merito mirabilius. Quanto enim omni est mente superius et sermone, tanto magis ultra omnem admirationem ponendum est.

Carnem vero factum Verbum, id est, hominem C perfectum, non dicimus mensura corporis comprehendi, id enim ineptissimum est; sed implere sic quoque credimus, sicut solet, cœlum et terram, et quæ inferius posita sunt : omnia etenim plena sunt Deo, et omnia ipsi parvula sunt. At quomodo et in singulis, et in omnibus totus sit, intellectu dictuque difficile est, imo vero etiam impossibile. Id autem, ut opinor, eo possidet, quod incorporeus sit et indispertibilis.

Proprium autem Verbi corpus dicitur a nobis : non quemadmodum proprius est hominis risus, vel equi hinnitus; sed quod, factum ipsius per adunationem veram, instrumenti ei præbeat officium, ad exsequendum ea quæ more solito operatur, absque solo peccato.

D Sin vero Deus Verbum etiam missum fuisse forte dicatur, ne quis vestrum terreatur, illud cogitans : Quo perget incorporeum, vel quo cedet is quo plena sunt omnia? Sciat autem magis, quod sit et alius missionis modus. Non ut locum de loco, qui mittitur, mutet; sed ut ministerium magis sacrum suscipiat, quod etiam discipulis injunctum esse discimus a Christo omnium Salvatore.

* Coloss. II, 9.

(1) Id est, quæ viri amplexibus inquinata non fuisset. Nubendi enim vocabulum sæpe reperitur in obscenis. Hinc illud ex Evangelio D. Marci : *Neque nubent, neque nubentur.* Et lib. VI, Capitularium cap. 209 : *Si ipse tamen innuptus vel innupta permanserit.* BALUZ.

(2) Quæ sequuntur, usque ad luctam Jacobi cum angelo eaque verba, cap. 31, *latitudinem femoris ejus*, desunt in editionibus vulgatis, et nunc primum eduntur.

Digitized by Google

Denique etiam divinus Paulus ait de Christo : « Ergo, fratres sancti, vocationis cœlestis participes, considerate apostolum et pontificem confessionis nostræ Jesum [5]. » Animadverte autem quod, cum eum ministrantem hominum more ostendit, licet natura sit Deus, tunc ei etiam officium apostolatus attribuit : nihil autem, ut ante diximus, absurdum est, si Deus Verbum mitti etiam dicatur a Patre; implet namque certissime omnia, et nulli loco penitus deest : nos vero humanis vocibus divina interpretantes, figurationibus corporis immortalis naturæ dispensationem solemus intelligere.

Denique cum sanctus Spiritus omnia impleat, scribit beatus Paulus, et dicit : « Quoniam autem estis filii, misit Deus Spiritum Filii sui in corda nostra, in quo clamamus : Abba Pater [6]. » Ait autem et ipse Salvator : « Expedit vobis, ut ego eam; nam si non abiero, Paracletus non veniet ad vos [7]. » Oportet igitur ad rationem pietatis omnia referentes, certa cogitatione sectari : id enim facientes nobismetipsis maxime profuerimus.

CAP. XXVI.

Quomodo intelligitur Θεοτόκος *Virgo sancta.*

Natum est quidem inæstimabiliter Verbum Dei et Patris; et hæc generatio omnem sensum cogitationemque transcendit, et est incorporali naturæ conveniens. Verumtamen id quod natum est, proprius partus intelligitur Genitoris, et ejusdem cum eo substantiæ; ideoque etiam Filius nominatur, nomine scilicet indicante quasi veram sinceramque progeniem; sed cum sit vivus in æternum Pater, necesse est, eum quoque vivere in æternum, propter quem est Pater. Igitur « In principio erat Verbum, et Deus erat Verbum, et erat etiam Verbum apud Deum [8], » ut sapientissimus Evangelista commemorat. In consummatione autem temporum, propter nos homines, et propter nostram salutem incarnatum est, et homo est factum; non amittens quod erat, sed retinens inconvertibilem suam naturam, et semper in divinitatis fastigio collocatam; subiens tamen propter nos dispensatorie exinanitatem; nec inhonorans [*id est*, non despiciens] pauperiem, quæ humanæ naturæ convenit : nam « cum esset dives, pauper est factus, sicut scriptum est : ut nos paupertate ejus divites essemus [9]. » Factum est igitur homo, et generationem ex muliere passum dicitur. Igitur propterea quod ex sancta Virgine vere sibi adunatum corpus acceperit; inde Θεοτόκον esse dicimus Virginem sanctam, quia id humane, sive secundum carnem peperit, licet haberet ante sæcula generationem ex Patre.

Opinari autem nonnullos Verbum hinc initium fuisse sortitum, cum homo sit factum, impietatis est furorisque plenissimum. Eos etenim insipientissimos esse, monstravit ipse Salvator de se dicens : « Amen dico vobis, antequam Abraham esset, ego sum [10.11]. » Quomodo enim aliter ante Abraham erat, qui multis post temporibus secundum carnem natus est? Satis autem ipsos, ut opinor, redarguet divinus Joannes dicens : « Hic erat, de quo ego dixi : Post me venit vir, qui ante me factus est, quia prior me erat [12]. »

794 Prætermittentes igitur in re tam frivola sine causa certare, ad illud magis veniamus, quod etiam emolumenti aliquid possit afferre, ne moleste ferant nonnulli audientes, esse sanctam Virginem Θεοτόκον, nec incredulitatis Judaicæ suas oppleant mentes, imo vero etiam paganicæ impietatis. Judæi etenim aggrediebantur Christum dicentes : « De bono opere non lapidamus te; sed de blasphemia, quod cum sis homo, facis te Deum [13]. » At vero filii paganorum Ecclesiæ dogmata derident, audientes ex muliere Deum esse progenitum; sed illi quidem suæ dementiæ exedent fructus, et audient a nobis : « Stultus stulte loquitur, et cor ipsius vana intelliget. » Nostri enim mysterii ratio, licet Judæis sit scandalum, gentibus autem stultitia [14]; nobis tamen, quod scimus, vere est admirabile, et salutare, et dignissimum credi : et si esset omnino quisquam, qui dicere auderet, hanc carnem terrenam nudæ divinitatis fuisse genitricem, et ex ea creatura omni superiorem natam fuisse naturam, insania id esset et furor. Neque enim ex terra divina est facta natura; nec corruptibile incorruptionis radix unquam fiet; nec mortalitas pariet vitam; nec corporis tractabilis incorporale fiet germen; nec increatum a creato nascetur; nec quod absque initio, ab eo quod habet initium.

Verum quoniam Dei Verbum juxta nos factum esse affirmamus, et nostris corporibus corpus sumpsisse consimile, idque sibi verissime adunasse, arcana inenarrabilique ratione, et sic hominem factum carnaliter natum esse, quid absurdum est, vel quod credi non debeat? Cum præsertim hominis anima, ut sæpissime diximus, cum sit naturæ alterius præter corpus, nascatur tamen cum ipso, cum sit ei adunata, nec quisquam arbitretur naturam corporis animæ initium præbere substantiæ; sed immittit quidem ipsam inæstimabiliter Deus in corpus, et cum ipso etiam nascitur : unum tamen ex utroque animal definimus, hominem scilicet. Igitur Verbum quidem Deus erat, factum est autem et homo, et quia natum est secundum carnem, propter humanitatem necessarium est, ut quæ ipsum peperit, sit Θεοτόκος : nam si non peperit Deum, certe nec dicetur Deus, qui est ab ipsa progenitus; sin vero Deum ipsum divinæ Scripturæ nominant, peperit ipsa Deum hominem factum, siquidem homo aliter fieri non posset, nisi per generationem ex muliere. Quomodo igitur non sit, quæ ipsum peperit, Θεοτόκος? Quod autem Deus sit verus, qui natus inde est, ex divina Scriptura discimus.

[5] Hebr. III, 1. [6] Galat. IV, 6. [7] Joan. XVI, 7. [8] Joan. I, 1. [9] II Cor. VIII, 9. [10.11] Joan. VIII, 58. [12] Joan. I, 30. [13] Joan. X, 25. [14] I Cor. I, 25

Digitized by Google

CAP. XXVII.

Dicta de Christo.

« Ecce virgo in utero accipiet, et pariet filium, et vocabunt nomen ejus Emmanuel [15]. » Quomodo ergo id quod natum est ex sancta Virgine, Emmanuel nominatur, cum Emmanuel, ut ante dixi, significet in nostra natura propter carnem fuisse Verbum, quod est Deus verus de Deo vero? Sed factus est Emmanuel : exinanivit enim se [16], generationem nostram et similem passus, ac sic nobiscum conversatus est. Ergo et Deus in carne, et Θεοτόκος vere est quæ eum carnaliter, sive secundum carnem generavit.

CAP. XXVIII.

Aliud.

« Quoniam omnes stolam dolo congregatam, et vestimentum cum commutatione reponent, et volent, si fuissent isti combusti; quoniam parvulus natus est nobis, et filius datus est nobis, cujus principatus factus est in humero ejus, et vocatur nomen ejus magni consilii nuntius [17]. » Audis, quod puer nominatus sit, quodque generationem sit nostræ similem passus. At eum puerum cœlum per stellam clarissimam indicavit; magi adoraverunt ex ultimis terræ limitibus adventantes; angeli pastoribus evangelizabant, Salvatorem esse natum dicentes, et pacem nec non etiam Patris bonam voluntatem annuntiantes : « Est magni consilii nuntius. » Manifestavit etenim nobis Patris voluntatem, cui « in eo complacuit orbem salvare terrarum [18], » et per ipsum et in ipso mundum sibi reconciliare : Christo enim reconciliati, Deo sumus reconciliati [19], Deus est enim vere Filius Dei et Patris. Quodnam igitur sit Patris consilium, cujus nobis fuerit nuntius, ipse docebit dicens : « Ita enim dilexit Deus mundum, ut Filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam æternam [20]. » Filius autem unigenitus ille est qui est ex sancta Virgine procreatus : ipsum enim Verbum homo factum, quod fuit Deus in carne, ac sic terrenis apparuit. Denique dicebat : « Qui credit in me, habet vitam æternam [21]. » Quod vero per ipsum et in ipso credamus Patri, explanavit dicens : « Qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui misit me [22]; » et : « Qui vidit me, vidit eum qui misit me [23]. »

« Audite me, insulæ, et attendite, gentes. Post multum temporis stabit, dicit Dominus; ex utero matris vocabunt nomen meum [24]. » Cum Verbum sit Deus, non ignoravit quod generationem patietur, ex muliere incarnatum propter nos. Sciebat autem quod vocabitur Christus Jesus a Deo et Patre; omnibus nobis novum filii nomen prædicans, quod est benedictum in terra. Observa autem quod propriam nominet matrem, quæ suum peperit corpus. Ergo si Deum verum se esse cognoscit, illa quæ eum carnaliter peperit, Θεοτόκος dicitur, et quidem recte : sin vero non est Deus, id quod audacter, imo potius scelerate nonnulli sentiunt, privari oportet ipsam Virginem sanctam hoc nomine quo Θεοτόκος esse dicatur.

CAP. XXIX.

Quod Deus nominatur et homo apparens Unigenitus.

Salomon ait orans . « Et nunc, Domine Deus Israel, credibile fiat verbum tuum, quod locutus es puero tuo David. Ergone credibile est quod habitavit Deus cum hominibus in terra [25]? » Animadverte, quod miretur Verbi incarnationem : habitavit namque cum hominibus in terra, cum homo est factum, res enim incredibilis videbatur. Alioquin quomodo id præcipuum quiddam sit, vel quomodo id miratione dignum, cum Deus ab his, quæ ipse creaverit, non discedat, fovens ea scilicet, et ea quidem continens, quæ jam facta sunt; ea vero quæ nondum facta sunt, creans? Miraculum autem vere præcipuum, quod in terra cum hominibus habitarit homo factus Deus, juxta promissiones jam antea datas divino David; scriptum est enim : « Juravit Dominus David veritatem, et non frustrabitur eam [26]. » Quid autem juravit? « De fructu ventris tui ponam super sedem tuam [27]. » Et vero ille, quamvis credidisset, quod nunquam abneget promissionem Deus omnipotens, tamen ipsum generationis locum curiosius inquirebat, ideoque dicebat : « Si ascendero super lectum strati mei, si dedero somnum oculis meis, aut palpebris meis dormitationem, aut requiem temporibus meis, donec inveniam locum Domino, tabernaculum Deo Jacob [28]. » Deinde cum id quoque per spiritum reperisset, et carnalis generationis Unigeniti locum cognovisset, evangelizabat et dicebat : « Audivimus eam in Ephrata, » id est, in Bethleem; « invenimus eam in campis silvæ [29]. » Quod vero dicens Ephrata, significet Bethleem, propheta comprobavit : « Et tu, Bethleem, domus Ephrata [30]. » Observa autem quomodo eum, quem crediderat creatum juxta nos in Ephrata, Deum Jacob nominet, cujus inhabitatio fuit in tabernaculo : ibi enim peperit Jesum sancta Virgo.

Nominat autem eum et alibi Deum Abraham dicens : « Principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham [31]. » Pene enim mentis suæ oculis, per illuminationem Spiritus sancti, futurorum scientia eruditus, principes populorum, id est, sanctos apostolos in Domini nostri Jesu Christi cernebat obsequio. Cum igitur « Deus Abraham » et « Deus

[15] Isa. VII, 14, juxta Matth. et Cyrilli lectionem. [16] Philipp. II, 7. [17] Isa. XI, 5, 6, juxta LXX. [18] Coloss. I, 20. [19] Rom. V. 10. [20] Joan. III, 16. [21] Joan. VI, 47. [22] Joan. XII, 44. [23] ibid. 45. [24] Isa. XLIX, 1, juxta LXX. [25] II Paralip. VI, 17, juxta LXX. [26] Psal. CXXXI, 11. [27] ibid. [28] ibid. 3 5. [29] ibid. 6. [30] Mich. V, 2. [31] Psal. XLVI, 10.

Digitized by Google

Jacob, » qui est natus ex muliere, nominatus sit, quare non sit Virgo sancta Θεοτόκος?

CAP. XXX.

Aliud.

Propheta Habacuc : « Domine, inquit, inaudivi auditum tuum, et timui. Consideravi opera tua, et expavi. In medio duorum animalium cognosceris : in adventum temporis ostenderis in eo : dum conturbata fuerit anima mea, in ira misericordiæ memor eris. Deus de Theman veniet, et sanctus de monte Pharan [32]. » Vide, quomodo in medio duorum animalium cognoscetur : nam cum natus esset ex muliere, et vixisset usque ad tempus pretiosæ crucis ; « Gratia Dei, sicut ait beatus Paulus, per suum corpus pro omnibus gustavit mortem [33]. » Sed quoniam natura erat Deus, resurrexit denuo in sempiternam vitam. Cognitus est igitur hic, qui pro nobis pretiosam sustinuit crucem in medio duorum animalium. Nam ipse alicubi ait ad Judæos : « Cum exaltaveritis Filium hominis, tum cognoscetis quia ego sum [34]. » Vide etiam, quomodo Deum ipsum nominans, ex Theman venturum, et ex Pharan monte pronuntiat (interpretatur autem Theman Auster) : apparuit enim Christus, non a regionibus Aquilonis, sed ab australi Judæa, in qua etiam Bethleem est. Cum igitur is, qui Dominus et Deus nominatus est, ex Judæa venerit australi, natus est enim in Bethleem ; quomodo non sit sancta Virgo Θεοτόκος?

CAP. XXXI.

Aliud.

In Genesi scriptum est : « Subremansit autem Jacob solus, et luctabatur homo cum ipso usque ad mane : vidit autem quod non prævaleret ad ipsum, et tetigit latitudinem **795** femoris ejus, cum luctaretur cum eo, et dixit ei : Dimitte me, ascendit enim ortus. Ille autem dixit : Non te dimitto, nisi benedixeris mihi [35]. » Et post alia : « Benedixit autem eum ibi, et vocavit nomen loci illius, faciem Dei : vidi enim, inquit, Deum facie ad faciem, et salvata est anima mea : ascendit autem sol, et transiit facies Dei ; ipse autem titubabat femore suo [36]. » Mysticus quidem est Scripturarum sensus : subindicare enim videtur Judæorum obluctationem, qua utebantur cum Christo, pene cum ipso luctantes ; qui tamen superati sunt, et ipsi etiam impetraturi benedictionem ipsius, si per fidem ad eum novissimis temporibus se convertissent. Attamen ille certe homo erat, qui luctabatur, et eum tamen Jacob Dei faciem nominabat ; neque id solum, sed sciebat eum Deum esse secundum veritatem : « Vidi enim, inquit, Deum facie ad faciem, et salvata est anima mea. » Deus namque est natura Emmanuel. Dicitur autem etiam facies Dei. Nam est « figura substantiæ Patris [37], » et ita se vocabat apud Judæos, cum diceret de Deo et Patre : « Neque faciem ejus vidistis, et verbum ejus non habetis in vobis manens, quia quem misit ille, huic vos non creditis [38]. »

Quod vero Deus sit verus homo ille qui luctabatur cum Jacob, sacra iterum littera faciet fidem ; dixit enim : « Inquit Dominus ad Jacob : Surge, ascende in locum Bethleem, habita ibi, et fac ibi altare Deo, qui apparuit tibi cum fugeres a facie fratris tui Esau [39]. » Revertens enim ex Mesopotamia Dei jussu, et timens Esau, trajecit Jacob pueros et omnia vasa sua : « Subremansit autem solus, et luctabatur homo cum eo. »

CAP. XXXII.

Aliud.

Beatus Daniel horribilem visionem nobis exponens : « Videbam, inquit, in visione noctis, et ecce, cum nubibus cœli quasi Filius hominis veniens, et usque ad Vetustum dierum pervenit, et in conspectum ejus adduxerunt eum, et ipsi datus est honor, et regnum : et omnes populi, tribus, et linguæ ipsi servient : potestas ejus potestas in æternum, quæ non transgredietur, et regnum ejus non corrumpetur [40]. » Audis quemadmodum non hominem simpliciter se vidisse commemoret, ne unus ex nobis, et juxta nos Emmanuel esse credatur ; sed quasi Filium hominis. (1) Cum enim Verbum natura sit Deus, « in similitudine tamen hominum factum fuit, et inventum est habitu ut homo [41], » ut in eodem utrumque intelligatur, id est, neque homo nudus, neque Verbum absque humanitate et carne.) Tamen ei principatum et honorem, quæ semper habeat, data esse commemorat : ait enim quod « omnes populi, tribus, et linguæ ipsi servient. » Cum igitur etiam in humanitate positum unigenitum Dei Verbum servientem habeat creaturam, et Patris principatum et suum, pepererit autem secundum carnem ipsum sancta Virgo ; quomodo non intelligitur Θεοτόκος?

CAP. XXXIII.

De Christi passione ; et quod utile sit, quod secundum aliud et aliud de uno et eodem dicitur, nec dividimus in duo.

Sanctus Paulus salutarem passionem nobis exponit, ait namque : « Nunc gratia Dei pro omnibus gustavit mortem [42], » nec non etiam : « Tradidi enim vobis imprimis, quod et accepi : quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris, secundum Scripturas, et quia sepultus est, et quia resurrexit tertia die [43]. » Ad hoc etiam sapientissimus Petrus :

[32] Habac. III, 1 seqq. [33] Hebr. II, 9. [34] Joan. VIII, 28. [35] Gen. XXXII, 24-26. [36] ibid. 29-31. [37] Hebr. I, 3. [38] Joan. V, 38. [39] Gen. XXXV, 1. [40] Dan. VII, 13 seqq. [41] Philipp. II, 7. [42] Hebr. II, 9. [43] I Cor. XV, 3.

(1) Hic locus habetur descriptus in libro primo Leontii Byzantini adversus Eutychianos sub finem. BALUZ.

Digitized by Google

« Christo, inquit, passo pro nobis carne [44]. » Cum unum igitur credimus Dominum nostrum Jesum Christum, id est, in humana forma conspectum, sive hominem factum juxta nos, Deum Verbum, quomodo et passionem ipsi deputemus, et impassibile tamen servemus, ut Deum?

Ergo passio dispensationis erat, sua quidem ducente Deo Verbo ea, quæ sunt propria carnis, propter inenarrabilem unitatem; manente vero extra passionem, quantum ad ipsius naturam pertinet: impassibilis enim Deus est. Neque id mirum, cum et ipsam hominis animam videamus, si quid corpus passum fuerit, extra passionem quidem manentem, quantum pertinet ad naturam; attamen non extra passionem esse intelligi, eo quod proprium sit corpus ipsius quod patitur. **796** Et licet incontigua sit, et simplex; tamen id quod patitur non est alienum. Sic intelliges etiam de Christo omnium Salvatore. Utar autem exemplis, quæ quasi per ænigma nobis possint ostendere, quod communicarit quidem passioni Unigenitus, quantum pertineat ad familiaritatem corporis sui, manserit autem passionis expers, ut Deus.

Itaque Deus omnipotens prodigia sapientissimo Moysi jubebat efficere, ut crederet ei Israel, quod esset missus a Deo, et ut a violentia liberaretur; ait autem: « Et accipies aquam de flumine, et effundes super terram, et erit aqua quam accipies a flumine, sanguis super terram [45]. » Inquimus, quod aqua quidem figura sit vitæ, et quod sit per naturam vita Filius ex Patre tanquam ex flumine exiens, ejusdem substantiæ ratione; itaque omnia vivificat. « Sed cum aquam, inquit, effuderis super terram, erit sanguis. » Verbum, cum factum est caro de terra, id est, quando a terra carnem sibi circumdedit, tunc in ea mortem nostræ similem dicitur passum, licet per naturam sit vita.

CAP. XXXIV.

Aliud.

In Levitico pollutum Deus et immundum leprosum esse significat, atque ita eum de castris ejici præcipit oportere [46]; et si sanatus fuerit morbus, hoc eum pacto purgari: « Et accipiens duos pullos mundos, et lignum cedrinum, et coccinum et hyssopum, et præcipiet sacerdos, et occidens pullum unum in vase fictili, in aqua viva, et pullum qui vivit accipiet, et lavabit illum in sanguine pulli occisi in aqua viva, et aspergat super eum qui purgatus est a lepra septies, et mundus erit [47]. » Reddit quidem nos mundos, et pollutionum sordes abluit, et carnalis concupiscentiæ mortalitatem repellit sanguis pretiosissimus Christi, et purgatio Baptismatis sacrosancti. Cæterum illud aspice: omittentes enim scriptorum vim examinare quod mysterio expediat, in præsentia memorabimus.

Pullis duobus comparatur Christus, non quod duo sint filii, sed quod unus potius ex duobus, divinitate et humanitate in unitatem collatis. Mundi autem pulli: neque enim fecit peccatum Deus noster Jesus Christus; sed erat Verbum sanctum, et divinitatis et humanitatis ratione. Volucribus vero comparatur, quod quasi in sublimi sit supra terram, et e cœlo desuper: e cœlo enim homo est Christus, licet carnem sancta Virgo peperierit; eo modo igitur desuper et de cœlo. Deus enim Verbum, quod est desuper et ex Patre, carnem ex Virgine sancta accipiens, et eam suam propriamque existimans, tanquam si eam desuper et de cœlo detulisset, dicebat: « Nemo ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo descendit Filius hominis, qui est in cœlo [48]. » Ea enim quæ sua sunt, propriæ carni semper attribuit; adunatum vero semel, jam cum ipsa unum scilicet æstimatur.

Cæterum vide, occiso uno pullo, lavari quidem alterum ejus sanguine, tamen non emori; et quid hoc sit? Vivebat Verbum, licet sua caro fuisset emortua, et communem passionem esse dicebat, propter adunationem et familiaritatem quam habebat cum carne. Igitur ipsum quidem vivit, ut Deus; corpus vero tanquam proprium faciebat, et sic in se familiariter accipiebat corporis passiones, cum ipsum nihil in natura propria pateretur. Prodest igitur et necessarium est, si in uno Christo id accipiamus quod secundum aliud et aliud de uno eodemque constituatur, et quod in duo dividi non permittatur, licet diversa inter se, et minime convenientia, actu esse dicantur.

Est autem tale quod dico. Natum esse secundum carnem ex muliere Deum dicimus Verbum, quamvis omnibus ipse præbeat nasci, et ad nativitatem, quæ nondum nata sunt, vocet. Secundum aliud et aliud natum est, eo quod homo nostri similis intelligatur; vocat autem ad nativitatem omnia, eo quod natura sit Deus.

Scriptum est etiam de ipso: « Puer proficiebat, et confortabatur, et implebatur sapientia et gratia [49]. » Cum natura sit perfectum ut Deus, et ex sua plenitudine spiritalia sanctis impertiat; cum ipsum sit sapientiæ dator et gratiæ, quomodo proficit puer, et sapientia impletur et gratia? Secundum aliud et aliud: cum sit enim ipse idem homo simul et Deus, propter unitatem quidem propria ducit humana; est autem perfectus, et sapientiæ et gratiæ dator, ut Deus.

Nuncupatus est etiam et primogenitus, et unigenitus; sed si quis vim ipsam scrutari voluerit dictionum, primogenitus est, qui inter fratres plurimos primogenitus; unigenitus vero, ut unigenitus, non jam primogenitus, nec inter plurimos fratres. At est ipse, et hoc, et illud; quomodo ergo? Secundum aliud et aliud: primogenitus enim, ut

[44] I Petr. IV, 1. [45] Exod. IV, 9. [46] Levit. XIII, 2 seqq. [47] Levit. XIV, 49-51. [48] Joan. III, 13. [49] Luc. II, 52.

Digitized by Google

inter **797** plurimos fratres, propter humanitatem ; unigenitus porro idem, ut solus ex solo Patre natus, et ut Deus.

Sanctificatus fuisse dicitur per Spiritum, cum ipse sanctificare soleat accedentes; baptizatus secundum carnem, qui in sancto Spiritu baptizabat. Quomodo igitur idem et sanctificat et sanctificatur, baptizat et baptizatur? Secundum aliud et aliud : sanctificatur enim humane, sicut etiam baptizatur; sanctificat autem divine, et baptizat in Spiritu sancto.

Cum ipse suscitet mortuos, resurrexit a mortuis, et cum sit per naturam vita, vivificari dicitur; hoc quonam modo? Secundum aliud nempe et aliud : ipse enim resurrexit quidem a mortuis, et vivificari dicitur secundum carnem ; vivificat autem et suscitat a mortuis, utpote Deus. Patitur, et non patitur, secundum aliud et aliud : patitur quidem humane carne, eo quod homo sit; impassibilis autem divine manet, ut Deus.

Αὐτὸς ἐγείρων τοὺς νεκροὺς, ἐκ νεκρῶν ἐγήγερται· καὶ ζῶν κατὰ φύσιν τυγχάνων, ζωοποιεῖσθαι λέγεται. Καὶ πῶς τοῦτο; Κατ' ἄλλο καὶ ἄλλο. Ὁ γὰρ αὐτὸς ἐγήγερται μὲν ἐκ νεκρῶν, ζωοποιεῖσθαί τε λέγεται κατὰ σάρκα, ζωοποιεῖ δὲ καὶ ἀνίστησιν τοὺς νεκροὺς, ὡς Θεός· πάσχει, καὶ οὐ πάσχει, κατ' ἄλλο καὶ ἄλλο· πάσχει μὲν γὰρ ἀνθρωπίνως σαρκὶ, καθὸ ἄνθρωπος· ἀπαθὴς δέ ἐστι θείκῶς, ὡς Θεός.

Adoravit ipse nobiscum : « Vos enim, inquit, adoratis quod nescitis ; nos adoramus quod scimus [80] ; » et est etiam adorandus : « Flectitur enim ipsi omne genu [81]. » Hoc quoque secundum aliud et aliud. Adorat enim, quia naturam assumpsit, quæ debeat adorare ; adoratur autem porro idem, quasi major adorante natura, eo quod intelligitur Deus. Adoratione vero non est dividendum in hominem seorsus et seorsus in Deum; neque vero tanquam Deo conjunctum æqualitate dignitatis, divisis substantiis, cum ipso adorari dicimus hominem (id enim extremæ impietatis plenissimum est) : sed unum adorandum hominem factum, et incarnatum Dei Verbum; ita tamen, ut credamus corpus ei adunatum animam juxta nos habuisse rationabilem. Neque enim Deus omnipotens duos primogenitos præcepit oportere, tam a nobis quam a sanctis angelis, adorari. Unus est enim, qui est introductus in orbem terrarum [82]; et si introductionis modum curiosius perscrutemur, carnalis dispensationis mysterium inveniemus. Introductus est autem in orbem terrarum, tunc cum factus est homo, licet natura sua distare ab orbe longissime videatur, et in divinitatis eminentia vere esse credatur : alius est enim præter elementa creator ipsorum. Ergo super ea, quæ ipse condidit, secundum naturam est, quod natura sit Deus. Unus tamen, ut ante dixi, adorandus est, etiam tunc cum in multis fuerit fratribus : tunc enim propterea dictus est primogenitus.

Unum Filium adoravit cæcus a nativitate sua, cum præcipuo mirabilique modo sanatus est. Nam, « cum invenisset eum in templo Jesus, dixit : Tu credis in Filium Dei? Ille autem dixit : Quis est, Domine, ut credam in eum [83]? » Christus vero ei seipsum cum corpore demonstrans, aiebat : « Et vidisti quidem eum, et qui loquitur tecum, ipse est [84]. » Vides quod singulari numero utatur, non permittens Deum et hominem seorsus intelligi; imo vero et si quis hominem nominaverit Emmanuel, minime quidem communem hominem significaverit; sed Dei Verbum adunatum nostræ naturæ. Hunc sicut unum, hominem adoravere beati discipuli, cum eum videntes miris modis inter aquas ambulare, adoravere, dicentes : « Vere Dei Filius es [85]. »

Si vero hominem cum Deo coadorari diximus, divisionem spatiosissimam inducemus : σὺν enim semper (quod est Latine *cum*), nisi in significatione unitatis, quæ est per compositionem, ponatur, duo omnino coget intelligi. Quemadmodum enim nemo sibi convenire dicatur, neque concœnare, aut coadorare, aut coambulare ; duarum enim personarum significationem inducit præpositio verbo præposita : ita etiam si quis coadorari hominem cum Deo dixerit, duos plane filios dicit, et a sese disjunctos ; unitatis enim ratio, si in sola dignitatis æqualitate sive auctoritatis intelligatur, non esse vera convincitur, idque a nobis jam pluribus ante probatum est.

798 CAP. XXXV.

Adversus illos qui aiunt, quod sola relatione Deum Verbum deceant humana.

Garriunt nonnulli de carnali dispensatione Unigeniti, et venerabile, ac magnum, et supernis spiritibus amabilissimum mysterium, per quod etiam salvati sumus, ad sensus fragiles deferentes, decus contaminant pulchritudinemque veritatis ; cum eos oporteat, non si quid ipsis recte habere videatur, roborare conari; sed inspicere magis, subtili acutoque mentis oculo, sacrarum propositum Litterarum, atque rectum ita iter ingredi, sectantes ea quæ Patres sanctissimi examinarunt, qui sancti Spiritus illuminationibus eruditi, sanxere nobis symbolum fidei, ipsum dicentes, quod ex Patris substantia inæstimabiliter natum est, Deum Verbum, per quod omnia facta sunt, quæ in cœlo, et quæ in terra, propter nos homines, et nostræ salutis causa descendisse, hominem factum, passumque, ascendisse in cœlum, venturum post tempora judicare vivos et mortuos.

Verum nonnulli sunt, doctos se esse scientesque opinati, et supercilio, et tumore sufflati, qui si hæc verba audierint, derident ; et ea quæ tam recte sunt dicta, deliramenta magis existimant : cum præser-

[80] Joan. IV, 22. [81] Philipp. II, 10. [82] Hebr. I, 6. [83] Joan. IX, 38, 39. [84] ibid. 37 [85] Matth. XIV, 33.

Digitized by Google

tim credamus illuminatione Spiritus sancti patuisse sanctis Patribus scientiam veritatis. At illi, tanquam si soli possint meliora sentire, non ipsum existimant, unigenitum Dei Filium, qui est ex substantia ejus, Deum Verbum passum esse sua carne pro nobis humane, licet eo quod Deus intelligitur, in sua natura habeat, ut pati non possit ; hominem autem seorsus et separatim eum ponentes, qui est ex sancta Virgine procreatus. Deinde ei, quantum ipsis videtur, modum gloriæ tribuentes, adunatum fuisse dicunt Verbo Dei Patris ; et rationem adunationis exponentes, donatam esse ipsi dicunt a Deo æqualitatem dignitatis, sive auctoritatis, et ut simili appellatione, et Christus, et Filius dicatur, et Dominus. Sin vero etiam passus esse aliquid dicatur homo, qui ab ipsis excogitatur, oportere aiunt in ipsum Deum Verbum referri, eo quod conjunctum sit ipsi æqualitate dignitatis, cum, naturis divisis, unusquisque id sit, quod est.

Explanabo autem vim sententiarum, quantum ipse valuero, sacrarum Litterarum exempla proponens. Esuriit Christus, itinere fatigatus est, dormivit, ingressus est in naviculam, pulsatus est a ministris verberibus, a Pilato flagellatus est, sputamina militum excepit, qui lancea latus pungentes, acetum mistum felle ori ejus obtulerunt ; gustavit autem et mortem, crucem passus, et alia convicia Judæorum. Hæc omnia homini quidem contigisse commemorant, referri vero in Filii veri personam. At nos credimus, sicut in unum Deum Patrem, omnipotentem, omnium visibilium et invisibilium factorem ; ita etiam in unum Dominum Jesum Christum, Filium ejus. Dividere vero seorsus in hominem Emmanuel, et seorsus in Verbum, recusamus. Scientes autem quod factum sit juxta nos Verbum homo, vere ipsum eumdemque dicimus Deum de Deo ; humane vero hominem juxta nos ex muliere. Affirmamus autem porro propter familiaritatem, carnis quidem eum infirmitates fuisse perpessum ; servasse vero naturæ suæ impassibilitatem, eo quod non homo erat solum, sed idem etiam Deus natura ; et quemadmodum proprium erat corpus ipsius, ita etiam naturales corporis et inculpabiles passiones, necnon etiam ea quæ ei illata sunt, petulantia nonnullorum.

Patiebatur autem impassibiliter, quia non idcirco se humiliavit, ut esset tantum similis nostri ; sed quia, ut ante dixi, id naturæ suæ, uti sit omnibus superior, reservarat. At si diceremus, quod per conversionem vel commutationem naturæ suæ in naturam transierit carnis, necesse erat omnibus modis nos, invitos etiam, confiteri, arcanam divinamque naturam fuisse passibilem. Sin autem, licet juxta nos homo sit factus, manserit incommutatus, est enim proprium cœlesti naturæ, ut pati non possit ; deinde per adunationem ipsius factum fuerit corpus passibile : oportet ut patiatur, corpore patiente, eo quod corpus ipsius fuisse dicitur proprium ; manet vero ipse impassibilis, eo quod ipsius est proprium ut pati non possit.

Quod si glorificatus est Emmanuel per passionem, ut ipse dixit, cum pro nobis pretiosam crucem esset passurus : « Nunc glorificatus est Filius hominis [56] ; » cur, passionis gloriam homini tribuentes solam habenti conjunctionem cum eo in æqualitate dignitatis, non erubescunt ? Nam, sicut ipsi existimant, conjunxit sibi secundum voluntatem Patris et complacitum hominem simpliciter, et eum suæ gloriæ parem effecit, et concessit, ut simili appellatione Christus, et Filius, et Deus nominatus sit, et Dominus.

Ergo neque incarnatum est vere Verbum, nec prorsus homo est factum. An forte, etiam falsos mendacesque dicere doctores sanctos mundi totius, nullum pariat detrimentum ? Aut **799** enim dicant, imo magis procedant in medium probaturi, quod qui conjunctionis ab ipsis inducitur modus, incarnationis habeat vim, et id sit, Verbum esse hominem factum. Aut si ea non ita habere existimant, quare conjunctionis nobis inconjunctæ modum excogitant, veritate neglecta ? cum deceat eos dicere humanitati nostræ adunatum fuisse Dei Verbum et Patris : ita enim carne quidem propria intelligatur passus humana. Quantum vero pertinet ad divinitatis naturam, molestiæ omnis expers, ut Deus.

Quod vero relationem nominantes, quæ nescio quomodo ab ipsis reperta est, gloriæ detrahant Emmanuelis ; quodque eum vix unum sanctorum efficiant prophetarum ; et quod inter mensuras constituant plurimorum, in eoque procul dubio capiantur, probabo porro, divinæ Scripturæ ponens exempla.

Murmurabat aliquando in deserto adversus Moysen et Aaron populus Israel, dicens : « Utinam mortui essemus, percussi a Domino in Ægypto, cum sedebamus ad ollas carnium, et edebamus usque ad satietatem [57]. » Dicit deinde sapientissimus Moyses (erat enim consequens tam temere impatientes confutare) : « Nos autem quid sumus ? Neque enim adversus nos est murmuratio vestra, sed adversus Deum [58]. » Regnabat enim per illa tempora etiam Deus omnipotens, per sanctos prophetas, in populo Israel.

Illi autem in hoc etiam pusillanimes, accedebant ad divinum Samuel, dicentes : « Ecce tu senuisti, et filii tui non ambulant in viis tuis, et nunc constitue super nos regem, qui judicet nos, sicut cæteræ habent gentes [59]. » Moleste id quidem nimis ferebat propheta. Ait autem Deus omnipotens : « Audi vocem populi, sicut locutus est ad te ; quia non te spreverunt, sed me spreverunt, ut non regnem super eos [60]. »

Dixit autem alicubi etiam Christus sanctis apo-

[56] Joan. xxxi, 31. [57] Exod. xvi, 3. [58] ibid. 7. [59] I Reg. viii, 5. [60] ibid. 7.

Digitized by Google

stolis : « Qui recipit vos, me recipit [61]. » Necnon etiam misericordes pro tribunali suo allocuturum se pollicetur : « Venite, benedicti Patris mei, percipite paratum vobis regnum a constitutione mundi [62]. » Probitatis vero ipsorum mores familiariter agnoscens de iis, quibus bene consultum fuerat ab ipsis : « Quandiu feceritis, inquit, uni horum minimorum, mihi fecistis [63]. »

Ecce, in his relationis modus qualis sit, cognoscitur evidenter. Murmurabat adversus Moysen et Aaron populus Israel, et res quidem habebat relationem in Deum ; erant tamen homines Moyses et Aaron similes nostri. Eodem pacto etiam in aliis intelliges, quorum nuper fecimus mentionem : sed erant quidem, ut ante dixi, sancti et admirabiles homines, homines tamen similes nostri. Eone igitur modo etiam homo Deo Verbo conjunctus, sicut illi aiunt, relationem in id suarum habeat passionum ? Et quomodo jam non sit homo communis, et seorsus, et aliud nihil ? Ergo non est vere Deus Emmanuel, non unigenitus Filius, non Deus secundum naturam.

Deinde quam ob causam nemo aliorum a Deo Verbo honoratus est æqualitate dignitatis, sive auctoritatis ? Solum autem hunc paria omnia sortitum fuisse contendunt ; maxime cum Deus Salvator omnium, non judicet ad personam, sed justum judicium, sicut ipse commemorat [64]. Quare ergo considet solus ? Quomodo veniet judex, obsequentibus angelis ? Quare autem solus tam a nobis quam a supernis spiritibus adoratur ? Sed valde, inquit : te enim quoque id agere invenimus ; passum enim ipsum confiteris, quatenus ei carnis attribuis passiones, licet impassibilem serves ut Deum. At nos, vir optime, cum prius adunaverimus Verbum et hominem, carni quidem passiones tribuimus, impassibilem vero ut Deum servavimus. Nam licet factus sit similis nostri, attamen scire debemus cœlestium dignitatum et divinæ ejus eminentiæ majestatem.

Præmissa igitur unitate ea, quasi aliquo fundamento fidei præjacto, carne passum esse confitemur ; mansisse vero extra passiones, quippe cum in se habeat, ut pati non possit : sin vero in parte ponamus Deum et hominem, naturas a sese dividentes, et secundum solam relationem dicamus Verbum sua duxisse ea, quæ corpori contigerunt, Moysis nempe et Aaron modum habet is, qui est ex sacra Virgine procreatus Emmanuel, quod est interpretatum, nobiscum Deus.

800 Ergo etsi per prophetas sanctos dicat : « Dorsum meum posui in flagella ; maxillas autem meas in palmas ; faciem meam autem non averti a confusione sputorum [65]. » Porro : « Infoderunt manus meas et pedes meos, dinumeraverunt omnia ossa mea [66]. » Et porro : « Dedere in cibum meum hyssopum, et in sitim meam obtulerunt mihi acetum [67]. » Ipsi omnia hæc Unigenito attribuimus, quæ pro nobis dispensatorie carne passus est, secundum Scripturas : « Vibice enim ejus nos sanati sumus, et ipse infirmatus est propter peccata nostra [68]. » Impassibilem vero eum natura esse cognoscimus : nam si, ut dudum dixi, *idem homo* est simul et Deus, sunt certe humanitatis ejus passiones, Dei porro proprium, ut impassibilis intelligatur.

Hæc ita sentientes servabimus pietatem, et per rectas cogitationes euntes et sensus, ad cœlestis vocationis palmam perveniemus in Christo, per quem, et cum quo, Deo et Patri gloria cum Spiritu sancto in sæcula sæculorum. Amen.

[61] Luc. IX, 48. [62] Matth. XXV, 34. [63] ibid. 40. [64] Joan. VIII, 16. [65] Isa. L, 6. [66] Psal. XXI, 18. [67] Psal. LXVIII, 22. [68] Isa. LIII, 5.

Digitized by Google

ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΚΥΡΙΛΛΟΥ,

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ,

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΝΑΝΘΡΩΠΗΣΕΩΣ ΤΟΥ ΘΕΟΥ ΛΟΓΟΥ, ΤΟΥ ΥΙΟΥ ΤΟΥ ΠΑΤΡΟΣ.

BEATI CYRILLI

ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI,

DE INCARNATIONE VERBI DEI, FILII PATRIS.

Ἡ τῆς θείας Γραφῆς ὀρθοτάτη ἔννοια, εἰσοικιζομένη εἰς τὸν τῶν ἁγίων νοῦν, κατακοσμεῖν εἴωθε τὰς τῶν ἁγίων ψυχάς· ἃς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον εἰσάγει εἰς τὰ πελάγη τῆς ἀεννάου γνώσεώς τε καὶ σοφίας Χριστοῦ· δι' ὧν ὁ Πατὴρ τῶν ὅλων Θεὸς δοξολογεῖται. Θησαυροὺς τοίνυν ἀποκρύφους, ἀοράτους, ἀνοίξωσοι, κατὰ τὸ γεγραμμένον. Θησαυροὺς δέ φημι τοὺς τῆς ὀρθῆς γνώσεως διανοίας ὀφθαλμοὺς, ὑγιῶς ὁρῶντας καὶ ἀλωβήτως. Οὐ γὰρ χαρίσματα ἀτελῆ δωρεῖται Θεὸς τοῖς ἐπεγνωκόσιν αὐτόν· οὔτε μὴν ὅροις ἀνθρωπίνης διανοίας περιγραφόμενα· τέλειος γὰρ ὢν ὁ τῶν ἁπάντων ἡμῶν Δεσπότης Θεὸς, τελείως δωρεῖται τὰ ἄφθονα τοῖς ἀξίως πολιτευομένοις αὐτοῦ· ἐραστὴς γὰρ πέφυκε τῶν ἐν καθαρᾷ καρδίᾳ δουλευόντων αὐτῷ ἀνυποκρίτως. Ἡκέτω τοίνυν πᾶς ὀρθὰ φρονεῖν ᾑρημένος ἐπὶ τὴν ἀένναον πηγὴν τὸν Χριστὸν, ἀκούων αὐτοῦ προσφωνοῦντος διὰ τοῦ Εὐαγγελίου· « Ἐάν τις διψᾷ, ἐρχέσθω πρός με, καὶ πινέτω. » Οὐ γὰρ δέον ἐστὶν ἡμᾶς, μὴ πρότερον ἐπιγνόντας τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον, διερευνᾶν ἢ ἐκλαμβάνειν ἁπλῶς περὶ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ. Ὑποκλέπτειν τοίνυν οἴονταί τινες τῶν ἀκροωμένων τὰς ψυχὰς, ἄνθρωπον, φησὶ, λέγοντες ἀνειληφέναι τὸν Θεὸν Λόγον· καὶ διὰ τοῦτο πρόοδον πεποιῆσθαι διὰ τῆς ἁγίας Παρθένου, καὶ τοῦτον αὐτὸν τὸν ἄνθρωπον ἀποτεθεῶσθαι τῷ Θεῷ Λόγῳ, οὐ συνιέντες τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον, καὶ τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας τοῦ Μονογενοῦς τὴν χάριν μετρίαν ποιούμενοι. Ἡμεῖς δὲ οὐχ οὕτω δεδιδάγμεθα· ἕνα, καὶ τὸν αὐτὸν ἴσμεν, ἀδελφοὶ, τὸν διὰ τῆς ἁγίας Παρθένου τῆς Θεοτόκου Μαρίας γεννηθέντα, Θεὸν τέλειον, καὶ ἄνθρωπον τέλειον, ἔμψυχον, λογικόν. Ταύτῃτοι καὶ Θεοτόκον λέγομεν τὴν ἁγίαν Παρθένον, καὶ ἐνῳκηκέναι οὐσιωδῶς τὸν Θεὸν Λόγον ἐν αὐτῇ οὐ δοκήσει, ἀλλὰ ἐνεργείᾳ· τὸν αὐτὸν διμηναῖον, καὶ τριμηναῖον, Υἱόν τε Θεοῦ ἅμα, καὶ Υἱὸν ἀνθρώπου. Ἀλλὰ γὰρ καὶ τὰς τῆς ἀνθρωπότητος, καὶ μὴν καὶ τὰς ἐν ἐξουσίᾳ τῇ θεοπρεπεῖ φωνὰς, ἃς διαγορεύουσιν ἡμῖν αἱ θεῖαι Γραφαὶ περὶ αὐτοῦ, εἰς ἓν

A **801** Germanus divinæ Scripturæ sensus sanctorum mentibus illapsus, illorum animos exornat, quos Spiritus sanctus in illud perennis scientiæ et sapientiæ Christi pelagus inducit : per quæ Pater ille universorum Deus glorificatur. Thesauros proinde absconditos et invisibiles, ut est in sacris Litteris [1], tibi recludam. Thesauros autem rectæ cognitionis appello mentis oculos, qui sincere inoffenseque perspiciunt. Neque enim Deus imperfecta, aut humanæ mentis limitibus circumscripta munera iis qui illum agnoverint, impertitur. Nam, quia perfectus est ipse Deus noster omnium Dominus, perfectam quoque bonorum suorum copiam illis qui ipso non indignam vitam agunt, dilargiri solet. Nam qui puro omnique simulatione vacuo animo illi serviunt, eos
B singulari amore et benevolentia complectitur. Omnes itaque qui recte sapere instituerunt, ad Christum perennem illum fontem accedant, illum per Evangelium clamantem audientes : « Si quis sitit veniat ad me, et bibat [2]. » Neque enim opus est, non agnito prius illo pietatis mysterio, temere de Christo Deo investigare, vel disserere. Sunt ergo qui in auditorum animos furtim ac per fraudem irrepunt, Deum Verbum asserentes hominem assumpsisse, ac idcirco per sanctam Virginem prodiisse, et hunc eumdem hominem a Deo Verbo deificatum esse; magnum illud pietatis mysterium non intelligentes, dispensationisque Unigeniti cum carne beneficium parvifacientes. Nos autem, fratres, non sic edocti sumus. Illum namque qui ex sancta Virgine natus
C est, unum eumdemque esse agnoscimus, perfectum Deum et perfectum hominem anima rationali præditum. Hac etiam de causa sanctam Virginem Deiparam appellamus; Deumque Verbum non opinione, sed re ipsa in illa habitasse dicimus : eumdem bimestrem et trimestrem, Filium Dei simul, et Filium hominis. Quin etiam voces illas, quas divinæ Litteræ modo humanitati, modo divinæ illius potestati

[1] Isa. XLV, 3. [2] Joan. VII, 37.

Digitized by Google

tribuunt, 802 in unam duntaxat personam convenire prædicamus. Eumdem enim agnoscimus qui super cervical dormiebat, et qui mare et ventos ex potestate increpabat [3] : eumdem qui ex itinere defatigabatur [4], et qui super mare, perinde ac super solidam terram, sua potestate gradiebatur [5]. Idem itaque citra ullam controversiam Deus simul et homo exsistit. Quid enim mirum esset, si nostræ conditionis homo quispiam Dei potestate munitus miracula patraret? Verum ut illud ipsum Dei Verbum non imaginatione, aut apparenti quadam ratione, sed re ipsa se exinanivisse, divinæ Scripturæ nobis ostendant [6]; unum eumdemque Deum simul et hominem per prophetas et apostolos nobis diserte pronuntiantes dixerunt. Dei itaque erat illa ex Virgine conceptio, Dei nativitas, Dei similitudo, qua nobis nostri causa dispensatorie per omnia assimilatus est; Dei passio, Dei iis qui in carcere et in tenebris erant prædicatio, Dei resurrectio, Dei tandem in cœlos assumptio. Qui capi non poterat, per carnem quam nostri causa ex Maria sumpsit, virginali utero concludi ac definiri sustinuit. Qui late omnia excedit, carne continetur. In quem nulla mutatio cadit, humanam formam subiit. Impatibilis, ultro pro nobis et propter nos per propriam carnem passus est. Deo et Patri indivulse cohærens, in terra, ut scriptum est, visus est, et cum hominibus conversatus [7]. Qui sub tactum non veniebat, ab iniquis lancea compunctus est [8]. Impassibilis, voluntariam crucem nostri causa pertulit. Immortale lumen morti seipsum obtulit, et morti quidem crucis. Qui in sinu Patris erat, per propriam carnem in cœlum assumi non recusavit. Qui autem Dei Filium [Deum Verbum] hominem quempiam nostri similem assumpsisse dicunt; ipsum autem vivum et efficax Dei Verbum [9], quod in propria [efficacem Dei Filium, qui in propria] persona subsistit, hominem factum, dispensatorieque in humanis propter nos versatum esse inficiantur; illos sacra Synodus Ephesina explodit et ejicit.

A πρόσωπον συνῆχθαί φαμεν. Τὸν αὐτὸν γὰρ ἴσμεν ἐπὶ τὸ προσκεφάλαιον καθεύδοντα [καθήμενον], τὸν αὐτὸν τῇ θαλάσσῃ ἐπιτιμῶντα ἐν ἐξουσίᾳ, καὶ τοῖς ἀνέμοις· τὸν αὐτὸν καὶ ἐπὶ τῆς ὁδοιπορίας κεκμηκότα, τὸν αὐτὸν καὶ ἐπὶ τῆς θαλάσσης περιπατοῦντα, ὡς ἐπὶ στερεᾶς γῆς, ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ· ὁ αὐτὸς τοίνυν Θεὸς, ὁ αὐτὸς ἄνθρωπος ὁμολογουμένως. Τί γὰρ τὸ θαῦμα, εἰ ἄνθρωπός τις τῶν καθ' ἡμᾶς ἐν ἐξουσίᾳ δυνάμεις Θεοῦ ἐνεργεῖν [ἴσ. ἐν ἐξουσίᾳ Θεοῦ, δυνάμεις ἐνεργεῖν] λέγεται; Ἀλλ' ἵνα τὸν αὐτὸν Θεὸν Λόγον κεκενῶσθαι ὑποδείξωσιν ἡμῖν αἱ θεῖαι Γραφαὶ, οὐ δοκήσει, ἀλλὰ ἐνεργείᾳ, ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ἡμῖν διαγορεύουσι προφητικοῖς, καὶ μὴν καὶ ἀποστολικοῖς κηρύγμασι, τὸν αὐτὸν εἶπον Θεὸν, τὸν αὐτὸν ἄνθρωπον. Θεοῦ τοίνυν ἡ σύλληψις ἡ παρθενική· Θεοῦ ἡ γέννησις·
B Θεοῦ ἡ κατὰ πάντα πρὸς ἡμᾶς, καὶ δι' ἡμᾶς ὁμοίωσις οἰκονομικῶς· Θεοῦ τὸ πάθος· Θεοῦ τοῖς ἐν φυλακῇ καὶ ἐν τῷ σκότει ἡ κήρυξις· Θεοῦ ἀνάστασις· Θεοῦ ἡ ἀνάληψις. Ὁ ἀχώρητος ἑαυτὸν δέδωκε κεχωρῆσθαι δι' ἡμᾶς ἐν τῇ τῆς Παρθένου μήτρᾳ, μετὰ τῆς ἰδίας σαρκὸς, ἣν προσελάβετο ἐξ αὐτῆς. Ὁ ἀχώρητος ἐν σαρκὶ ἐχωρεῖτο· ὁ ἀναλλοίωτος ἐν ἀνθρώπου μορφῇ· ὁ ἀπαθὴς πέπονθε δι' ἡμᾶς ἑκουσίως, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν τῇ ἰδίᾳ σαρκί. Ὁ ἀχώριστος τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἐπὶ γῆς ὤφθη, κατὰ τὸ γεγραμμένον, καὶ ἐν τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη. Ὁ ἀψηλάφητος λόγχῃ ὑπὸ τῶν παρανόμων κατενύττετο. Ὁ ἀπαθὴς σταυρὸν ἐθελούσιον ὑπέμεινε δι' ἡμᾶς· τὸ φῶς τὸ ἀθάνατον θανάτῳ ἑαυτὸν ἐκδέδωκε, θανάτῳ δὲ σταυροῦ. Ὁ ὢν ἐν τῷ κόλπῳ τοῦ Πατρὸς, ἀνάληψιν ὑπέμεινε διὰ τῆς
C ἰδίας σαρκός. Τοὺς δὲ λέγοντας, ἄνθρωπόν τινα τῶν καθ' ἡμᾶς ἀνειληφέναι τὸν Θεὸν Λόγον, καὶ μὴ μᾶλλον αὐτὸν τὸν Υἱὸν τὸν ἐνυπόστατόν τε καὶ ἐνεργῆ, καὶ ζῶντα, γενέσθαι ἄνθρωπον καὶ ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς οἰκονομικῶς δι' ἡμᾶς, ἐξορίζει ἡ ἁγία Σύνοδος, ἡ ἐν τῇ Ἐφεσίων πόλει γεγενημένη.

[3] Marc. IV, 38. [4] Joan. IV, 6. [5] Matth. XIV, 25. [6] Philipp. II, 7. [7] Baruch. III, 38. [8] Joan. XIX, 34. [9] Hebr. IV, 12.

Disputatio de eodem.

Interrogatio. Cur Deus, qui comprehendi non potest, virgineo utero comprehensus est? *Responsio.* Quia mortalium genus redimere, et a servitute in libertatem asserere placuit.

Interrog. Cur initio carens ex muliere nasci pertulit? *Resp.* Quandoquidem sub maledicto erant omnes homines (erant enim sub peccati 803 regno), ideo in naturæ initia relatus est a nobis ipsis, ut et cognatorum nativitatem, et ipsum uterum sanctificaret.

Interrog. Cur inalterabile et immutabile Dei Verbum inter homines computatum, et homo factum est? *Resp.* Ob id Dei Verbo dispensative propter nos in humanis versari, nobisque per omnia, solo peccato excepto, assimilari placuit, quia humanum genus salvare voluit.

Συζήτησις περὶ τοῦ αὐτοῦ.

Ἐρώτησις. Πῶς ὁ Θεὸς ὁ ἀχώρητος ἐχωρήθη ἐν μήτρᾳ παρθενικῇ; Ἀπόκρισις. Ἐπειδὴ εὐδόκησε λυτρώσασθαι, καὶ ἐλευθερῶσαι τὸ τῆς ἀνθρώπου φύσεως γένος.

D Ἐρώτ. Πῶς ὁ ἄναρχος γέννησιν ὑπέμεινε τὴν διὰ γυναικός; Ἀπόκρ. Ἐπειδὴ ὑπὸ κατάραν ἐγεγόνει λοιπὸν πᾶς ἄνθρωπος· βεβασίλευτο γὰρ ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας· διὰ τοῦτο εἰς ἀρχὰς τοῦ εἶναι λελόγισται πρὸς ἡμῶν αὐτῶν, ἵνα καὶ τὴν τῶν ὁμογενῶν γέννησιν καὶ μήτραν ἁγιάσῃ.

Ἐρώτ. Πῶς ἐν ἀνθρώποις κατελογίσθη, καὶ ἄνθρωπος γέγονε, ἄτρεπτός τε καὶ ἀναλλοίωτος ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος; Ἀπόκρ. Τὸ ἀνθρώπου γένος σῶσαι βουλόμενος, εὐδόκησε δι' ἡμᾶς ἐν [ἴσ. γενέσθαι ἐν] τοῖς καθ' ἡμᾶς οἰκονομικῶς, καὶ ὁμοιῶσθαι ἡμῖν κατὰ πάντα, χωρὶς ἁμαρτίας.

Digitized by Google

Ἐρώτ. Πῶς τῷ ἀπαθεῖ ὕπνον, καὶ κόπον, καὶ πεῖναν, καὶ σταυρὸν, καὶ πάντα τὰ ὑποκείμενα φθορᾷ, περιάπτειν τολμᾶτε; *Ἀπόκρ.* Εὐφήμει, ὦ ἄνθρωπε, παρακαλῶ. Ἤδη προεῖπον, σαρκὶ παθητῇ, καθὼς καὶ αἱ θεῖαι Γραφαὶ ἡμῖν παραδεδώκασι [δεδηλώκασι], περιῆφθαι τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον, καὶ ἡνῶσθαι αὐτὸν αὐτῇ, καὶ δι' αὐτῆς πεφηνότα τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τὸν Θεὸν Λόγον, μετ' αὐτῆς ὕπνον ὑπομεῖναι, καὶ κόπον, καὶ πάντα τὰ τοῦ ἀνθρώπου, χωρὶς ἁμαρτίας, οὐ τῇ φθορᾷ ὑποκείμενος· ἀμείνων γὰρ φθορᾶς, καὶ θανάτου ὁ ἄφθαρτος καὶ ζωοποιὸς τοῦ Θεοῦ Λόγος, ἀλλὰ τὴν φθορὰν ἀποσοβῶν ἀπὸ τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων. Οὐκ οἶμαι ἔγκλημα περιάπτεσθαι βασιλεῖ, ὁπόταν βουλόμενος σῶσαι τὸ ἴδιον, τὸ τοῦ δούλου σχῆμα ἐνδύσηται. Καὶ πῶς τολμήσει τις τῷ τῇ φύσει ἐλευθέρῳ ἐγκαλεῖν, ὅτι γέγονε δι' ἡμᾶς ἄνθρωπος, καὶ ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς οἰκονομικῶς; Ἀποδέχου τοῦ Πατρὸς τὴν φιλανθρωπίαν, ὅτι τὸν ἴδιον Υἱὸν δωρεῖται δι' ἡμᾶς· μὴ περιεργάζου τὸ πρᾶγμα, παρακαλῶ· οὐ γὰρ ἐξ Ἑλληνικῆς σοφίας τὸ γνώρισμα· οὐδὲ ἀπὸ φρονήματος κοσμικοῦ· ἀλλότριον γὰρ ἑκατέρων. « Μακάριος εἶ, » φησὶν ὁ Κύριος τῷ Πέτρῳ, « Σιμὼν Βὰρ Ἰωνᾶ, ὅτι σὰρξ, καὶ αἷμα οὐκ ἀπεκάλυψέ σοι, ἀλλ' ὁ Πατήρ μου, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. » Οὐράνιον τὸ δῶρον τὸ τῆς θείας ἐπιφοιτήσεως τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ γνώρισμα.

Ἐρώτ. Πῶς ὁ τῶν πάντων ποιητὴς Θεὸς Λόγος, ὁ ἀψηλάφητος, ὁ ἀόρατος, ὁ ἀναλλοίωτός τε καὶ περιγραφὴν μὴ ἀνεχόμενος, ἐν εὐτελεῖ ξύλῳ σταυρὸν ὑπέμεινε, καὶ θάνατον; *Ἀπόκρ.* Θάνατόν φαμεν ὑπομεμενηκότα τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον, καὶ σταυρὸν, διὰ τῆς σαρκὸς τῆς ἰδίας, ἵνα ἡμᾶς ἀπαλλάξῃ θανάτου, καὶ φθορᾶς· τὴν ἰδίαν γὰρ ψυχὴν τέθεικεν ὑπὲρ ἡμῶν, οὐκ ἀλλοτρίαν οὖσαν, ἢ ξένην τοῦ Θεοῦ Λόγου· ἀπόῤῥητος γὰρ ἡ ἕνωσις· αὐτὸς γὰρ εἶπεν· « Ἐξουσίαν ἔχω τὴν ψυχήν μου θεῖναι, καὶ ἐξουσίαν ἔχω πάλιν λαβεῖν αὐτήν. » Ταύτης ἴδιον τὸ ἀδημονεῖν, τὸ λύπην ὑπομεῖναι [ὑπομένειν], τὸ ἐκδημεῖν ἀπὸ τοῦ σώματος, ὡς καὶ σαρκὸς τὸ κοπιᾷν, τὸ σταυροῦσθαι, τὸ ἀνίστασθαι, τὸ μετάρσιον ὑπομένειν θέσιν· πλὴν Θεοῦ τὰ πάντα λέγεται, καὶ εἰσί· Θεοῦ γὰρ καὶ ἡ ψυχὴ· Θεοῦ καὶ τὸ σῶμα.

Ἐρώτ. Πῶς ὁ παντοδύναμος Λόγος τοῦ Πατρὸς ἀναστάσει περιεπλάκη, καὶ φθορᾷ ὁ ἄφθαρτος [ἀθάνατος]; *Ἀπόκρ.* Φθορὰν μὲν οὐχ ὑπέμεινεν οὐδ' αὐτὴ ἡ τοῦ Θεοῦ Λόγου σάρξ· νόθως γὰρ διαλαμβάνοντες, νόθως καὶ ἐπερωτᾶτε· προανεκεκράγει γὰρ ὁ προφήτης περὶ αὐτοῦ· « Οὐ δώσεις τὸν ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθοράν. » Πάθος μὲν ὑπέμεινεν ἑκουσιώτατον ὁ τοῦ Θεοῦ Υἱός· ὁ χωρῶν ἐν ἑαυτῷ τὸν ἀχώρητον Πατέρα· χωρούμενος δὲ καὶ αὐτὸς ὑπὸ τοῦ Πατρός· χωρούμενος γὰρ ὑπὸ τοῦ Πατρὸς, καὶ ὢν ἐν τῷ κόλπῳ τοῦ Πατρὸς, ἐχωρεῖτο ἀῤῥήτως καὶ ἐν τῇ ἰδίᾳ σαρκί. Ἀνέβιω δὲ τριήμερος, λαφυραγωγήσας τὸν ᾅδην· καὶ ἐπέφανεν ἡμῖν μετὰ τῆς ἰδίας σαρκὸς ὁ τοῦ Θεοῦ Υἱός· ἵνα καὶ ἡμᾶς ἀπαλλάξῃ θανάτου καὶ φθορᾶς.

Interrog. Quomodo impatibili somnum, laborem, defatigationem, crucem, famem, cæteraque omnia corruptioni subjecta tribuere audetis? *Resp.* Parce, quæso, maledictis. Jam ante monui, Dei Verbum carne passibili, secundum Scripturarum traditionem, se induisse, et se illi unisse : per ipsam autem Deum Verbum et Dei Filium apparuisse, et cum ipsa laborem, et somnum et humana omnia, peccato tantum excepto, sustinuisse : non quod corruptioni subjaceret, siquidem incorruptibile et vivificum Dei Verbum corruptione et interitu longe superius est; sed ut interitum ab hominum genere submoveret. Nec arbitror regi vitio verti posse, si servare quod ejus proprium est volens, servili habitu se induat. Et quomodo quispiam ei, qui suapte natura liber est, crimini vertere audeat, quod nostri causa homo fieri dispensatorieque in nostris versari non abnuerit? Patris benignitatem, qui proprium Filium propter nos donavit, amplectere; in ipsam autem rem curiosius, quæso, noli inquirere. Non enim per Græcorum sapientiam, aut mundanum sensum percipitur, sed ab utroque est aliena. « Beatus es, Simon Bar-Jona, » inquit Dominus Petro, « quia caro et sanguis non revelavit' tibi, sed Pater meus qui est in cœlis [10]. » Nam divini adventus Filii Dei cognitio, cœleste donum est.

Interrog. Quomodo universorum opifex Deus Verbum, qui nec tangi, nec cerni, nec mutari, nec circumscribi potest, in vili ligno crucem mortemque sustinuit? *Resp.* Mortem et crucem Dei Verbum per propriam carnem sustinuisse dicimus : sustinuit autem hæc, ut nos a morte et corruptione immunes redderet. Nam animam propriam ille pro nobis posuit, non peregrinam, aut a Deo Verbo alienam : inexplicabilis enim est unio. Ipse enim ait : « Potestatem habeo ponendi animam meam, et potestatem habeo iterum sumendi eam [11]. » Illius animæ proprium tædere, contristari, e **804** corpore emigrare, quemadmodum et carni quoque peculiare est defatigari, crucifigi, exsuscitari, in altum sublatam collocari. Verumtamen omnia hæc et Dei sunt, et Dei esse dicuntur. Dei enim est anima, Dei est caro.

Interrog. Quomodo omnipotens Patris Verbum resurrexit, aut incorruptibile corruptioni obnoxium fuit? *Resp.* Corruptionem haud sustinuit nec ipsa quidem Dei Verbi caro. Nam quia parum legitime distinguitis, parum etiam legitime interrogatis. Jam enim dudum ante propheta de Christo pronuntiarat : « Non dabis Sanctum tuum videre corruptionem [12]. » Sane passionem voluntariam sustinuit Dei Filius, qui Patrem immensum in se continet, et ab ipso vicissim Patre continetur. Nam a Patre comprehensus, et in paterno sinu exsistens, inexplicabili quodam modo etiam propria carne continebatur. Idem Dei Filius tertia die revixit inferis despoliatis, et cum propria carne nobis apparuit, quo videlicet

[10] Matth. xvi, 17. [11] Joan. x, 18. [12] Psal. xv, 10 ; Act. ii, 31.

Digitized by Google

nos quoque a morte et corruptione liberaret [15]. Dei itaque est passio, Dei resurrectio, Dei assumptio, Dei denique illa nobiscum per omnia similitudo, peccato excepto [16] : neque imaginarie, sed vere omnia in eo fuerunt. Ipsi simul cum Patre et Spiritu sancto sit gloria, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

A Θεοῦ τοίνυν τὸ πάθος, Θεοῦ καὶ ἡ ἀνάστασις, Θεοῦ καὶ ἡ ἀνάληψις, Θεοῦ καὶ ἡ κατὰ πάντα πρὸς ἡμᾶς ὁμοίωσις, χωρὶς ἁμαρτίας. Οὐ δοκήσει, ἀλλὰ ἀληθείᾳ τὰ πάντα γέγονεν ἐν αὐτῷ. Αὐτῷ ἡ δόξα, ἅμα τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[15] Rom. VIII, 21. [16] Hebr. IV, 15.

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΚΥΡΙΛΛΟΥ

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ ΕΝΑΝΘΡΩΠΗΣΕΩΣ.

SANCTI CYRILLI

DE INCARNATIONE DOMINI *.

Mai, *Biblioth. nova Patrum*, II, 31.

805 *m* I. *Quod utilis sit audientibus divinæ incarnationis commemoratio.*

Satis, ut puto, de sancta Trinitate tanquam in orthodoxorum concione et evangelicis dogmatibus credentium disseruimus. Non enim contradicere in præsenti irreligiosis, sed apostolorum discipulis fidem exponere propositum nobis fuit. Quia vero et divinorum beneficiorum magnitudo magnopere solet succendere Deo addictorum affectum eosque fervidiores efficere Dei amatores, ideo necessario hunc quoque aggredior libellum, ut præterito sermoni de Deo connectam incarnationis mysterium demonstremque qualia et quanta Creator generi nostro beneficia contulerit. Nunquam enim cessarunt divinorum donorum fontes quominus bona hominibus effunderent.

B Α'. *Ὅτι ὠφέλιμον τοῖς ἀκούουσιν ἡ τῆς θείας οἰκονομίας ἀνάμνησις.*

Ὁ μὲν περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος ὡς ἐν εὐσεβῶν συλλόγῳ, καὶ τοῖς εὐαγγελικοῖς δόγμασιν πειθομένων, ἀποχρώντως ἡμῖν, ὡς οἶμαι, λόγος διήνυσται. Οὐ γὰρ ἀντειπεῖν ἐπὶ τοῦ παρόντος τοῖς ἀσεβέσιν, ἀλλὰ τοῖς φοιτηταῖς τῶν ἀποστόλων ἐκθέσθαι πίστιν προὐθέμεθα. Ἐπειδὴ δὲ καὶ τῶν θείων εὐεργεσιῶν τὸ μέγεθος ὑφάπτειν οἶδε μειζόνως τῶν φιλοθέων τὸν πόθον, καὶ θερμοτέρους αὐτοὺς καθίστησιν ἐραστὰς τοῦ Θεοῦ, ἀναγκαίως καὶ ἐπὶ τοῦτον βαδιοῦμαι τὸν λόγον, τῇ θεολογίᾳ τὴν οἰκονομίαν συνάπτων, καὶ δεικνὺς ἡλίκα καὶ ὅσα ὁ Ποιητὴς τὸ ἡμέτερον εὐηργέτησε γένος. Οὐ γὰρ ἐπαύσαντο πώποτε τῶν θείων δωρεῶν αἱ πηγαὶ τοῖς ἀνθρώποις τὰ ἀγαθὰ ἀναβλύζουσαι.

C

II. *Narratio eorum quæ Deus ad hominum jam inde ab initio utilitatem contulit.*

Ex quo hunc optime temperatum mundum creavit Deus, variis simul beneficiis naturam nostram cumulat. Et primo quidem eam quæ non erat fecit, et formatam honoravit, pulveremque in hominis naturam prout voluit convertit ; et deformi luto pulchritudinem simul animamque **806** *m* largitus est, oculorum claritatem, vultus hilaritatem, genarum lævitatem, linguæ flexibilitatem, sanguinis rivulos ad omnia corporis discurrentes membra, et congruam carni nervis atque cuti rigationem ministrantes, ossium duritiem, et inclusarum his me-

Β'. *Διήγησις τῶν ὑπὸ Θεοῦ γεγενημένων εἰς τὴν ἀνθρώπου εὐεργεσίαν ἐξ ἀρχῆς.*

Ἀλλ' ἀφ' οὗπερ τόνδε τὸν παναρμόνιον κόσμον ἐδημιούργησεν, ταῖς ποικίλαις εὐεργεσίαις τὴν ἡμετέραν ἐπικλύζει φύσιν ὁ Ποιητής. Καὶ πρῶτον μὲν μὴ ὄντα πεποίηκε καὶ διαπλάττων ἐτίμησεν, καὶ τὸ χοῦν εἰς ἀνθρώπου φύσιν μετέβαλεν ὡς ἠθέλησε. καὶ τῷ δυσειδεῖ πηλῷ κάλλος καὶ ψυχὴν ἐζωρήσατο, ὀφθαλμῶν λαμπρότητα, καὶ γαλήνης καθαρότητα, καὶ παρειῶν λειότητα, καὶ γλώττης ἀπαλότητα, καὶ αἵματος ὀχετοὺς εἰς ἅπαντα τοῦ σώματος διαθέοντας μέλη, καὶ ἀρδεῖαν ἀποχρῶσαν σαρκὶ καὶ νεύροις χορηγοῦντας καὶ δέρματι, ὀστῶν ἀντιτυπίαν, καὶ

* Sequentia cuncta capitula opus constituunt prorsus diversum ab illis jamdiu editis S. Cyrilli Scholiis de incarnatione Domini.

Digitized by Google

τῶν ἐν τούτοις ἀποκειμένων μυελῶν τὸ χρειῶδες, καὶ τἆλλα ὅσα τοῦ ἀνθρωπίνου ζώου τὸ ὁρώμενον ἔχει. Καὶ πρὸς τούτοις, νοῦν ἔδωκεν ἡγεμόνα καὶ κυβερνήτην, σοφίας πληρώσας, τέχνης ἁπάσης καὶ ἐπιστήμης ἐμπλήσας, καὶ λογικὸν ἀπέφηνε τὸ πήλινον ἄγαλμα, καὶ οἰκείαν εἰκόνα πεποίηκε τὸν χοϊκὸν ἀνδριάντα, τὸ ἀρχικὸν καὶ αὐτοκρατορικὸν καὶ δημιουργικὸν τῇ νοερᾷ ψυχῇ καὶ ἀθανάτῳ δωρησάμενος. Εἶτα βασιλέα κτηνῶν, καὶ τετραπόδων, καὶ ἑρπετῶν, νηκτῶν, καὶ ἀμφιβίων, καὶ τῶν ἀεροπόρων ὀρνίθων ἐχειροτόνησε. Πρὸ δὲ τούτων ὥσπερ τινὰ παστάδα χαριεστάτην ἄνωθεν ἐξέτεινεν οὐρανὸν, λειμῶνας ἀστέρων ἐγκαταπήξας, χρείαν τε ὁμοῦ καὶ τέρψιν παρέχοντας· ἥλιόν τε ἀνίσχειν κελεύσας, καὶ δύεσθαι, καὶ ποιεῖν ἡμέρας καὶ νύκτας, καὶ τῷ δρόμῳ τὸν χρόνον μετρεῖν· σελήνην φθίνειν καὶ πλήθειν, καὶ ταῖς πυκναῖς μεταβολαῖς ἥδειν τε ὁμοῦ καὶ σημαίνειν κύκλον τὸν ἐνιαύσιον· γῆν δὲ κάτωθεν ὑπεστόρεσε, καὶ ποικίλον αὐτῇ κόσμον δέδωκεν, εἰς ἄλση καὶ λήϊα καὶ λειμῶνας διακρίνας· ὄρη κιρτώσας εἰς ὕψος, καὶ νάπας κοιλάνας, καὶ πεδία ὕπτια καὶ ἰσόπεδα δείξας, καὶ πηγὰς ἀναβλύζειν ἐν μέσῳ κελεύσας, καὶ ποταμοὺς τρέχειν ἄπαυστα, καὶ τἆλλα ὅσα γῆν καλλωπίζει καὶ θάλατταν.

dullarum utilitatem, et quotquot alia in humano animali videre est. Et præter hæc, mentem dedit ducem et gubernatricem, sapientia imbutam, artis omnis scientiæque capacem; et rationalem exhibuit luteam statuam, atque ad imaginem suam conformavit pulvereum simulacrum, imperativam vim, liberum arbitrium, et quidvis fabricandi potentiam intellectuali immortalique animæ concedens. Deinde hominem belluarum, et quadrupedum, ac reptilium, aquatilium, et amphibiorum, et volatilium avium regem constituit. Ante hæc autem, quoddam veluti jucundissimum cubiculum desuper extendit cœlum, siderum amœnitates inserens, quæ usum simul delectationemque præbent : solem oriri jubens et occumbere, diesque et noctes efficere, cursuque suo tempora metiri ; lunam minui et augeri, suisque frequentibus revolutionibus delectare pariter, et annuum circulum significare. Jam tellurem hic inferius substravit, eique varium ornatum dedit, silvis, arvis, pratisque distinguens, montes in sublimitates curvans, valles excavans, campos supinos æquabilesque ostendens, fontesque de meditullio scaturire jubens, et flumina perenniter discurrere, atque alia omnia quotquot terram mareque exornant.

Γ'. *Διὰ τί τὸν ἄνθρωπον προσηγόρευσεν Ἀδάμ.*

Οὕτω δημιουργήσας τὸν πρῶτον ἄνθρωπον, καὶ τῇ εἰκόνι τιμήσας καὶ τῷ πλήθει τῶν δωρεῶν ἀποκλύσας, τίθησιν αὐτῷ τὸ τῆς φύσεως ὄνομα· Ἀδὰμ γὰρ αὐτὸν προσηγόρευσεν· τοῦτο δὲ τὸν χοῦν δηλοῖ τῇ Ἑβραίων φωνῇ. Μία δὲ καὶ αὕτη περὶ τὸν ἄνθρωπον κηδεμονία. Ἐπειδὴ γὰρ ἔμελλε τοσούτοις ἀγαθοῖς ἐντρυφήσειν, καὶ τοσούτων ἄρχων ἀνηγορεύθη καὶ βασιλεὺς, ἵνα μὴ τῷ πλήθει τῶν δωρεῶν ὑπερμαζήσας, καὶ τῷ ὕψει τῆς ἡγεμονίας ἐπαρθεὶς κατασκιρτήσῃ τοῦ κτίσαντος, καὶ μείστην ἐκ τῆς τυραννίδος ἀπενέγκηται βλάβην, κατὰ τὸν πρῶτον ἀποστάτην ἐκεῖνον τὸν ὡς ἀστραπὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πεσόντα δι' ἀλαζονείαν, ἀναγκαίως ὁ σοφὸς τῶν ὅλων πρύτανις κωλύων αὐτοῦ τὸν ὄγκον τοῦ φρονήματος, Ἀδὰμ προσηγόρευσεν, ἵνα ἐκ τῆς προσηγορίας ἐννοῶν τὴν συγγένειαν, καὶ τὰς ἀφορμὰς τῆς φύσεως λογιζόμενος, καὶ τὸν πρόγονον χοῦν πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν θεώμενος, ἑαυτὸν μὲν γνωρίζῃ, προσκυνῇ δὲ τὸν τοσαύτην εὐπρέπειαν αὐτῷ καὶ μεγαλοπρέπειαν δωρησάμενον· αὕτη πρώτη περὶ τὸν ἄνθρωπον ἐδείχθη τοῦ Ποιητοῦ μετὰ τὴν δημιουργίαν πρόνοια· οὕτως ἐξ ἀρχῆς οἷά τις πατὴρ καὶ ἰατρὸς καὶ διδάσκαλος, κοσμῶν ὁμοῦ καὶ ἰατρεύων καὶ διδάσκων αὐτὸν τὴν ἀρετὴν, διετέλεσεν.

III. *Cur hominem appellaverit Adamum.*

Cum sic primum hominem condidisset, et imaginis suæ honore auxisset, donorumque copia obruisset, nomen ei naturæ ipsius proprium imposuit ; etenim Adamum nuncupavit, quod vocabulum in Hebræorum lingua pulverem significat. Atque hæc etiam erga hominem providentia **807***m* fuit. Nam quia tantis bonis fruiturus erat, totque creaturarum princeps constitutus erat et rex, ne donorum multitudine lasciviens et principatus excelsitate elatus adversus Creatorem petulans fieret, maximumque ex hac veluti tyrannide detrimentum caperet, more illius primi apostatæ, qui tanquam fulgur superbiæ suæ causa cœlo excidit [1], necessario sapiens rerum omnium curator, tumorem ipsius mentis comprimens, Adamum appellavit, ut ex nomine conditionem suam reputans, et naturæ primordia considerans, parentemque suum pulverem præ oculis habens, se ipsum quidem cognosceret, adoraret autem illum, qui tantum ei decorem ac speciositatem donavit. Prima hæc erga hominem Factoris post creationem providentia exstitit. Ita is jam inde ab initio, ceu pater quidam et medicus et magister, ornans simul et sanans virtutemque docens, se gessit.

Δ'. *Διὰ τί τὴν γυναῖκα ἐκ τῆς πλευρᾶς ἐδημιούργησε.*

Οὕτως αὐτὸν διαπλάσας, οὕτως προσαγορεύσας, βοηθὸν αὐτῷ καὶ συνεργὸν καὶ τοῦ βίου κοινωνὸν παραχρῆμα ἐδημιούργησεν· οὐκ ἐκ μόνης δὲ τῆς γῆς, ὡς ἐπ' ἐκείνου, λαμβάνει τὰς ἀφορμὰς τῆς

IV. *Cur mulierem ex viri latere formaverit.*

Postquam eum ita formaverat atque appellaverat, auxiliarem eidem et cooperatricem vitæque sodalem illico fabricavit. Haud tamen ex sola terra, sicut in ipso fecerat, materiam plasmatis sum-

[1] Isa. xiv, 12.

Digitized by Google

psit; sed unam ex viri costis capiens, atque hac ceu basi et fundamento utens, femineam naturam composuit: haud sane materiæ penuria, sola enim ei voluntas ad cujusvis rei creationem sufficiebat, sed quia concordiæ vinculum naturæ indere voluit. Hortum quoque consevit, eumque plantis omnigenis exornavit, idque habitaculum homini concessit, præbens illi virtutis exercitium, haud laboriosum neque multi sudoris præceptum imponens, sed modesto certe perfacile.

διαπλάσεως, ἀλλὰ μίαν τῶν πλευρῶν ἐκείνου λαβών, καὶ ταύτῃ καθάπερ τινὶ κρηπῖδι καὶ θεμελίῳ χρησάμενος, τὴν γυναικείαν φύσιν ποιεῖ· οὐχ ὕλης ἀπορίᾳ· μόνη γὰρ αὐτῷ βουλὴ πρὸς τὴν ὅλων δημιουργίαν ἤρκεσεν· ἀλλ' ἐν τῇ φύσει τῆς ὁμονοίας θελήσας ἐνθεῖναι τὸν σύνδεσμον. Φυτεύει καὶ παράδεισον, καὶ φυτοῖς αὐτὸν κατακοσμεῖ παντοίοις, καὶ τοῦτον ἐνδιαίτημα τῷ ἀνθρώπῳ χαρίζεται, δεδωκὼς αὐτῷ γυμνάσιον ἀρετῆς, ἐντολὴν οὐκ ἐπίπονον, οὐδὲ γέμουσαν ἱδρῶτος, ἀλλὰ μάλα σωφρονοῦντι ῥᾳδίαν.

V. *Cur ei legem constituerit.*

Ε'. *Διὰ τί νόμον αὐτῷ τέθεικεν.*

Nam cum omnibus horti plantis vesci eum jussisset, unius gustum vetuit; neque id ipsum temere fecit, sed ut homo **808***m*. auctorem suum agnosceret, atque instar jugi cujusdam legem Creatoris haberet; utque sciret se quidem in terra regnare, sed tamen Factorem suum vicissim sibi dominari, præesse et subjici, imperare et imperari, ducere et duci. Sed et alioquin congrua est rationalibus legislatio: est enim brutorum proprium sine lege vivere. Mandatum autem circa escam Creator illi imposuit, quia alius cujusvis legis tunc fuisset inutilis latio. Quid enim ei vetandum erat? Num ne occideret? Atqui nemo erat, in quem cædes caderet. Num ne mœcharetur? Atqui ne si vellet quidem id poterat, cum alia femina non esset. Num ne furaretur? At cujus bona? Cuncta enim in ejus potestate erant. Erat igitur ille mundus tempori suo conveniens, neque tantummodo illis qui duo soli erant, verum etiam pueris recenter natis idoneus.

Πάντων γὰρ τῶν φυτῶν τοῦ παραδείσου κελεύσας ἀπολαύειν, ἑνὸς ἀπηγόρευσε τὴν μετάληψιν· οὐχ ἁπλῶς οὐδὲ τοῦτο πεποιηκώς, ἀλλ' ἵνα τὸν πεποιηκότα γνωρίζῃ, καὶ ὥσπερ τινὰ ζυγὸν ἔχῃ τὸν νόμον τοῦ δημιουργήσαντος, ἵνα γινώσκῃ ὡς βασιλεύει μὲν τῶν ἐν τῇ γῇ, βασιλεύεται δὲ ὑπὸ πλάσαντος, ἄρχει καὶ ἄρχεται, δεσπόζει καὶ δεσπόζεται, ἡγεῖται καὶ ἄγεται. Ἄλλως δὲ καὶ πρόσφορος ἡ νομοθεσία τοῖς λογικοῖς· ἀλόγων γὰρ ἴδιον τὸ νόμων χωρὶς πολιτεύεσθαι· τὸν δὲ περὶ βρώσεως νόμον τέθεικεν αὐτῷ ὁ Ποιητής, ἐπειδὴ τῶν ἄλλων νόμων ἡ θέσις περιττὴ τηνικαῦτα ἦν. Τί γὰρ αὐτῷ καὶ ἀπαγορεύειν ἐχρῆν; Μὴ φονεῦσαι; Ἀλλ' οὐκ ἦν ὁ τοῦτο πεισόμενος. Ἀλλὰ μὴ μοιχεῦσαι; Ἀλλ' οὐδὲ βουληθεὶς οἷός τε ἦν, γυναικὸς ἄλλης οὐκ οὔσης. Ἀλλὰ μὴ κλέψαι; Τὰ τίνος; Αὐτοῦ γὰρ ἦν ἅπαντα. Ἁρμόδιος τοίνυν ὁ κόσμος ἐκεῖνος ἦν τῷ τότε καιρῷ, καὶ οὐ μόνοις τοῖς μόνοις οὖσιν, ἀλλὰ καὶ παιδίοις ἀρτιγενέτοις συμβαίνων.

VI. *De Adami exsilio.*

Ϛ'. *Περὶ τῆς ἐξορίας τοῦ Ἀδάμ.*

Sed postquam invidia diaboli, et mulieris simplicitate errorem commisit (namque hanc utpote debiliorem fallens, primo per ipsam, ceu persuadendo aptiorem, Adamum nostræ salutis hostis circumvenit), pulsus illico paradiso fuit, et ad connaturalem suam terram dimissus est, sudori, labori, ærumnæque deditus, ac veluti freno quodam, agriculturæ labore, aliorumque vitæ malorum perpessione constrictus. Quia enim illam labore omni ac dolore liberam vitam non cum grato animo tulerat, calamitate deinceps implicitus fuit, ut contractum prosperitate morbum, laboribus depelleret. Tum etiam morte peccati cursum legislator interrupit, et pœnam ipsam instar clementiæ intulit. Cum enim transgressioni mortem decrevisset legislator, factus vero transgressor homo in eam pœnam incurrisset, operam ille dedit ut pœna in salutem vergeret. Namque hoc animal mors dissolvit, malitiæ actionem sistit, laboribus subtrahit, sudoribus liberat, doloribus curisque eripit, finem corporis **809***m*. imponit passionibus. Tanta nimirum clementia pœnam temperavit judex!

Ἐπειδὴ δὲ φθόνῳ διαβόλου, καὶ γυναικὸς εὐκολίᾳ τὴν ἀπάτην ἐδέξατο (ταύτην γὰρ ὡς ἀπαλωτέραν φενακίσας, πρότερον δι' αὐτῆς, ὡς πιθανωτέρας, τὸν Ἀδὰμ ὁ τῆς ἡμετέρας φύσεως ἀλάστωρ ἐπολιόρκησεν), ἐξεβλήθη μὲν εὐθὺς τοῦ παραδείσου, καὶ πρὸς τὴν συγγενῆ γῆν παρεπέμφθη, ἱδρῶτι καὶ πόνῳ καὶ ταλαιπωρίᾳ συγκληρωθείς, καὶ οἷόν τινι χαλινῷ τῇ γηπονίᾳ καὶ κακοπαθείᾳ καὶ ταῖς ἄλλαις τοῦ βίου πονηρίαις παραδοθείς. Ὡς γὰρ τὴν ἄπονον ἐκείνην καὶ ἄλυπον οὐκ ἐνεγκὼν εὐγνωμόνως ζωὴν, τῇ δυσημερίᾳ συζεύγνυται, ἵνα τὴν ἀπὸ τῆς εὐημερίας φερομένην νόσον διὰ τῶν πόνων ἀποσκευάσηται. Διακόπτει δὲ καὶ θανάτῳ τὸν δρόμον τῆς ἁμαρτίας ὁ νομοθέτης, καὶ αὐτὴν δείκνυσι τὴν τιμωρίαν φιλανθρωπίαν. Ἐπειδὴ γὰρ τῇ παραβάσει νομοθετῶν συνέζευξε θάνατον, παραβὰς δὲ ὑπὸ τὴν τιμωρίαν ἐκείνην ἐγένετο, οἰκονομεῖ τὴν τιμωρίαν σωτηρίαν γενέσθαι. Διαλύει γὰρ τοῦτο τὸ ζῶον ὁ θάνατος, καὶ παύει μὲν τὴν τῆς πονηρίας ἐνέργειαν, ἀπαλλάττει δὲ πόνων, καὶ ἱδρώτων ἐλευθεροῖ, λύπας καὶ φροντίδας ἐλαύνει, τέλος τοῖς τοῦ σώματος δίδωσι πάθεσι. Τοσαύτῃ φιλανθρωπίᾳ τὴν τιμωρίαν ἐκέρασεν ὁ κριτής!

VII. *Quam ingrati homines fuerint, et quam providus Deus, narratur.*

Ζ'. *Διήγησις τῆς τῶν ἀνθρώπων ἀχαριστίας, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ κηδεμονίας.*

Sed nihil inde genus hominum ingratum perce-

Ἀλλ' οὐδὲν ἐντεῦθεν τὸ ἀχάριστον γένος τῶν ἀν-

Digitized by Google

θρώπων ἀπώνατο· μείζοσι δὲ ἀγνωμοσύναις τὸν εὐ- A
εργέτην ἠμείψατο. Εὐθὺς γὰρ ἀδελφοκτονία τολμᾶται, καὶ φθόνος, καὶ ψεῦδος, ἀκολασίαι τε καὶ ἀσέλγειαι, ἀδικίαι, καὶ ἀλληλοφονίαι, καὶ τῶν ἀλλοτρίων ἁρπαγαί, καὶ τἆλλα ὅσα ἐβλάστησεν ἡ ἁμαρτία κακά. Ἀλλ' οὐδὲ οὕτως ὁ Ποιητὴς ἦν διέπλασεν ἀπηγόρευσεν φύσιν· σοφῶς δὲ αὐτὸ καὶ διαφόρως ἐτέλεσεν, ἰατρεύων, ἐπιτιμῶν, ἐγκαλῶν, εἰσηγούμενος τὸ δέον, συμβουλεύων, ἀπειλῶν, ἐπάγων τὴν ἀπειλήν, κολάζων τοὺς πονηροὺς, στεφανῶν τοὺς ἀγαθοὺς, καὶ τὸν μὲν ἀνακηρύττων, τὸν δὲ μεταθείς, τὸν δὲ ξύλῳ μετὰ τοῦ γένους διασώζων, καὶ σπινθῆρα τῇ φύσει διατηρῶν, ἐπικλύζων τὴν γῆν, διαφθείρων ὕδατι τοὺς ἐργάτας τῆς πονηρίας, αὔξων αὖθις τὸ ἀνθρώπινον γένος, μερικαῖς τιμωρίαις κοινὰς ἰατρείας ποιούμενος, πόλεις ἀσεβείαις συζώσας B
πυρὶ καταφλέγων οὐρανίῳ, τὸν σὺν αὐτοῖς μὲν οἰκοῦντα, τῆς δ' ἀσεβείας οὐ κοινωνοῦντα, τῆς τιμωρίας ἐλευθερῶν, εὐετηρίαις δωρούμενος, ἐν καιρῷ ὑετὸν χαριζόμενος, αὔξων ἀῤῥήτως τὰ παρὰ τῶν ἀνθρώπων καταβαλλόμενα σπέρματα, καρπῶν ἀφθονίαις βρύειν τὰ δένδρα κελεύων, λιμῷ παιδεύων τοὺς οὐδὲν ἐκ τῆς εὐθηνίας ὠφεληθέντας, νόσους ἐπάγων, καὶ πάλιν ταύτας ἐλαύνων, χαλασφενδονῶν τὰς τῆς ζωῆς ἀφορμὰς, νέφεσιν ἀκρίδος τὸν ἥλιον κρύπτων καὶ τοὺς καρποὺς διαφθείρων· νεύων αὖθις, καὶ τὰ λυπηρὰ μεταβάλλων, τοὺς τὴν εὐσέβειαν ἀγαπήσαντας οὐκ ἐῶν, καὶ τούτοις φαινόμενος, καὶ φιλικῶς διαλεγόμενος, καὶ διὰ τούτων προσημαίνων τὰ μέλλοντα.

pit utilitatis: imo et pejoribus maleficiis benefactorem remuneratus est. Statim enim fraternæ cædis facinus, invidia, mendacium, intemperantia, luxuriæ, injuriæ, mutuæ occisiones, alienæ rei rapinæ, et alia hujusmodi quæ peccatum peperit mala. Sed ne sic quidem quam formaverat abjecit Deus naturam: sed varia sapientia ad eum finem usus est, medens scilicet, increpans, incusans, ad officium erudiens, consilia suggerens, comminans, minas ipsas in rem conferens, malos puniens, bonos munerans, et alium quidem laude ornans, alium de mundo transferens, alium arca lignea cum genere salvans, et naturæ scintillam conservans; terram diluvio obruens, et nequitiæ operatores aquis præfocans; multiplicans rursus humanum genus, singularibus pœnis generales medelas faciens, civitates sceleribus deditas igne exurens cœlesti; virum illarum quidem incolam, sed scelerum minime participem, pœnæ eripiens: annuos proventus suppeditans, imbrem opportune largiens, augens arcano modo jacta ab hominibus semina, fructuum ubertate arbores luxuriare jubens, fame aliquando erudiens illos quos abundantia non juverat, morbos immittens, atque hos rursus depellens; grandine verberans vitæ subsidia; locustarum nimbis solem obscurans, frugesque corrumpens; favens iterum, et molestias avertens, religiosos homines non deserens, his etiam apparens, amice colloquens, perque hos futura portendens.

C

Η'. Ὅτι φιλανθρωπίας γέμει ἡ τοῦ Θεοῦ ἐναν-θρώπησις.

Ἐπειδὴ δὲ ταῦτα, καὶ τἆλλα τὰ μυρία καὶ δυσδιήγητα τῆς θείας οἰκονομίας εἴδη ὀλίγους μὲν εὐηργέτησεν, οἱ δὲ λοιποὶ τῶν ἀνθρώπων ἀνηκέστως διέκειντο, τότε δὴ, τότε τὸ μέγα καὶ ἄῤῥητον γίνεται τῆς οἰκονομίας μυστήριον· αὐτὸς γὰρ ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ, ὁ δημιουργὸς ἁπάσης τῆς κτίσεως, ὁ ἀχώρητος, ὁ ἀπερίγραπτος, ὁ ἀναλλοίωτος, ἡ πηγὴ τῆς ζωῆς, τὸ ἐκ τοῦ φωτὸς φῶς, ἡ ζῶσα τοῦ Πατρὸς εἰκὼν, τὸ ἀπαύγασμα τῆς δόξης, ὁ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως, τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν ἀναλαμβάνει, καὶ τὴν οἰκείαν εἰκόνα νεοποιεῖ τῇ ἁμαρτίᾳ διαφθαρεῖσαν, καὶ τὸν ἀνδριάντα τὸν ὑπὸ τοῦ υἱοῦ τῆς πονηρίας παλαιωθέντα ἀνανεοῖ, καὶ τοῦ πρώτου χα- D
ριέστερον δείκνυσιν, οὐκ ἀπὸ γῆς ὡς πάλαι τοῦτον δημιουργήσας, ἀλλ' αὐτὸς καταδεξάμενος· οὐ τὴν θείαν φύσιν εἰς ἀνθρωπείαν μεταβαλών, ἀλλὰ τῇ θείᾳ τὴν ἀνθρωπείαν συνάψας· μένων γὰρ ὃ ἦν, ἔλαβεν ὃ οὐκ ἦν· καὶ τοῦτο ἡμᾶς διδάσκει ὁ μακάριος Παῦλος βοῶν· « Τοῦτο φρονείσθω ἐν ὑμῖν, ὃ καὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβών. » Ἐξ ὧν εὔδηλον, ὡς ἡ τοῦ Θεοῦ μορφὴ, μένουσα ὃ ἦν, ἔλαβε τὴν δούλου μορφήν· μορφὴν δὲ καλεῖ οὐ τὸ φαινόμενον μόνον τοῦ ἀνθρώπου, ἀλλὰ πᾶσαν τὴν ἀνθρώπου

VIII. *Quod summam demonstrat clementiam incarnatio Dei.*

Postquam vero tum hæc tum alia innumera vixque effabilia divinæ providentiæ **810** genera, paucis oppido profuerunt, reliqui autem homines insanabiles permanebant, tunc demum magnum atque ineffabile peractum fuit incarnationis mysterium. Ipsum enim Dei Verbum, rei universæ creatæ auctor, immensus ille, incircumscriptus, immutabilis, vitæ fons, lumen de lumine, viva Patris imago, splendor gloriæ, figura substantiæ [2], humanam naturam assumpsit, propriamque imaginem peccato corruptam instauravit, statuam a filio iniquitatis antiquatam renovavit, et priore pulchriorem ostendit, haud jam ex terra, ut olim, eam formans, sed ipsemet in se recipiens: haud sane divinam naturam in humanam convertens, sed divinæ humanam copulans. Manens enim quod erat, id quod non erat suscepit. Quam rem nos docet beatus Paulus clamans: « Hoc sentite in vobis quod et in Christo Jesu, qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens [3]. » Unde patet, Dei formam in eo quod erat manentem, servi formam sumpsisse. Formam autem appellat non id tantummodo hominis quod apparet, sed totam prorsus hominis naturam. Nam sicuti Dei forma,

[2] Hebr. I, 3. [3] Philipp. II, 5-7.

Digitized by Google

substantiam Dei significat (de cætero enim sine specie Deus est et sine figura, nemoque nisi forte delirans, diceret Deum formam habere et membrorum distinctionem, cum sit incorporeus ac simplex) : ita servi forma non hoc quod cernitur solum, sed totam hominis demonstrat naturam.

A φύσιν· ὥσπερ γὰρ ἡ τοῦ Θεοῦ μορφὴ, τοῦ Θεοῦ τὴν οὐσίαν σημαίνει, ἀνείδεον γὰρ τὸ θεῖον καὶ ἀσχημάτιστον, καὶ οὐδεὶς ἂν εἴπῃ μὴ παραπαίων, μορφὴν ἔχειν, καὶ μελῶν διαίρεσιν, τὸν ἀσώματον καὶ ἀσύνθετον, οὕτως ἡ τοῦ δούλου μορφὴ, οὐ τὸ ὁρώμενον τοῦτο μόνον, ἀλλὰ πᾶσαν τοῦ ἀνθρώπου δηλοῖ τὴν οὐσίαν.

IX. *Reprehensio hæreticæ pravitatis.*

Nonnulli rectæ religioni contraria sentientes, dum apostolicis dictis nituntur veritatis dogmata vulnerare, Arius quidem et Eunomius inanimem hominem a Deo Verbo assumptum affirmant : Apollinaris autem animatum quidem, sed mente expertem, **811***m.* qui de humana anima quid æstimet nescio. Marcion vero ac Manes, et reliqua illa impietatis factio, universum incarnationis pessumdant mysterium. Hi ineffabilem sanctæ Virginis conceptum graviditatemque, fabulam ac simulamentum arbitrantur : corporis autem specie phantastica velatam divinitatem dictitant, atque hoc modo hominibus hominem apparuisse. Necesse est igitur apostolicorum verborum perspicuum sensum sistere orthodoxis, nempe « qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, et habitu inventus ut homo. » Verba hæc prædictorum unusquisque hæreticorum ad suum sensum trahens, detestandorum dogmatum fabricat falsitatem. Arius quidem, et Eunomius, atque Apollinaris, et horum similes, servi forma et habitu et similitudine hominis, externam naturæ nostræ speciem denotari prædicant : qui autem detestabilioris adhuc agminis sunt, habitum et similitudinem ad umbram quamdam et imaginem, ac phantasiam corpori similem, sententia sua trahunt.

B

C

X. *Interpretatio verborum, « qui cum in forma Dei esset [b]. »*

Nos itaque utriusque factionis vesaniam confestim refutabimus. Nam formam servi, substantiam, ut jam demonstravimus, servi appellat. Nam si Dei forma substantiam Dei significat, patet servi quoque formam, servi substantiam significare. Verba autem, « in similitudinem hominis factus, et habitu inventus ut homo, » non tanquam naturæ vocabula Apostolus posuit, sed operationis. Nam quia Christus Dominus, nostram habens naturam, haud tamen nostram in se recepit malitiam, sed omni peccato caruit, ut propheta clamat [c], nempe « qui iniquitatem non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus ; » nec non deserti incola Joannes contestatur dicens : « Ecce agnus qui **812***m.* mundi peccatum tollit [d] : » idcirco beatus Paulus, in similitudinem hominis factum ipsum necessario dixit, et habitu inventum

D

Θ'. *Ἔλεγχος τῆς τῶν αἱρετικῶν ἀσεβείας.*

Τινὲς δὲ τῶν τἀναντία φρονούντων τῆς εὐσεβείας, ἐπειδὴ τοῖς ἀποστολικοῖς ῥητοῖς πειρῶνται καταστοξεύειν ἀληθείας τὰ δόγματα, Ἄρειος μὲν καὶ Εὐνόμιος ἄψυχον ἄνθρωπον ἀνειλῆφθαι παρὰ τοῦ Θεοῦ Λόγου διαβεβαιούμενοι (1), Ἀπολινάριος δὲ ἔμψυχον, νοῦ δὲ ἐστερημένον, οὐκ οἶδ' ὅ τι νοῶν τὴν ἀνθρωπείαν ψυχήν· Μαρκίων δὲ καὶ Μάνης, καὶ ἡ λοιπὴ τῆς ἀσεβείας ἐκείνη συμμορία, τὸ τῆς οἰκονομίας ἅπαν ὁμοῦ ἀρνεῖται μυστήριον. Καὶ τὴν μὲν ἄῤῥητον τῆς ἁγίας Παρθένου σύλληψίν τε καὶ κύησιν, μῦθον εἶναι καὶ πλάσμα νομίζουσι· φαντασίᾳ δὲ σώματος τὴν θεότητα συγκαλυφθῆναι διαγορεύουσι, καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ τοῖς ἀνθρώποις ἄνθρωπον ἀναφανῆναι. Ἀναγκαῖον τῶν ἀποστολικῶν ῥητῶν σαφῆ τῆς διανοίας παραστῆσαι τοῖς εὐσεβέσιν, « ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ, φησὶν, ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβὼν, ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος, καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος. » Ταῦτα τῶν προειρημένων αἱρετικῶν ἕκαστος οἰκειούμενος, τῶν βδελυρῶν δογμάτων κατασκευάζει τὸ ψεῦδος. Ἄρειος μὲν καὶ Εὐνόμιος καὶ Ἀπολινάριος καὶ οἱ κατὰ τούτους, τὴν τοῦ δούλου μορφὴν καὶ τὸ σχῆμα καὶ τὸ ὁμοίωμα τοῦ ἀνθρώπου, τὸ φαινόμενον τῆς ἡμετέρας φύσεως σημαίνειν διαγορεύοντες· οἱ δὲ τῆς μυσαρωτέρας φάλαγγος, τὸ σχῆμα καὶ τὸ ὁμοίωμα εἰς σκιάν τινα καὶ εἰκόνα καὶ φαντασίαν σώματι ἐοικυῖαν λαμβάνοντες.

Ι'. *Ἑρμηνεία τοῦ, « ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων. »*

Φρενοβλάβειαν δὲ τὴν ἀμφοτέρων παραυτίκα ἡμεῖς διελέγξομεν· μορφὴν γὰρ δούλου τὴν οὐσίαν, ὡς ἀπεδείξαμεν, προσαγορεύει τοῦ δούλου· εἰ γὰρ ἡ τοῦ Θεοῦ μορφὴ τὴν οὐσίαν δηλοῖ τοῦ Θεοῦ, εὔδηλον ὡς καὶ ἡ τοῦ δούλου τῆς οὐσίας ἐστὶ τοῦ δούλου σημαντική· τὸ δὲ, « ἐν ὁμοιώματι τοῦ ἀνθρώπου γενόμενος, καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος, » οὐχ ὡς τῆς φύσεως ὀνόματα τέθεικεν ὁ Ἀπόστολος, ἀλλὰ τῆς ἐνεργείας· ἐπειδὴ γὰρ ὁ Δεσπότης Χριστὸς τὴν ἡμετέραν ἔχων φύσιν, τὴν ἡμετέραν οὐ κατεδέξατο πονηρίαν, ἀλλ' ἀπάσης ἐλεύθερος, ὡς ὁ προφήτης βοᾷ, ὅτι « ἀνομίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ· » καὶ ὁ τῆς ἐρήμου πολίτης Ἰωάννης συμμαρτυρεῖ λέγων : « Ἴδε ὁ ἀμνὸς ὁ αἴρων τοῦ κόσμου τὴν ἁμαρτίαν· » ὁ μακάριος Παῦλος ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπου αὐτὸν ἀναγκαίως ἔφη

[b] Philipp. II, 6. [c] Isa. LIII, 9. [d] Joan. I, 29.

(1) Sic plane in tertio decimo ex Arianorum fragmentis, quæ nos edidimus *Script. vet.* t. III, part. II, p. 228, ubi videsis in adnot. alia testimonia.

Digitized by Google

γενέσθαι, καὶ σχήματι εὑρεθῆναι ὡς ἄνθρωπον, τῆς πονηρᾶς ἐνεργείας τῶν ἀνθρώπων ἀπηλλαγμένον. Διὸ καὶ ἑτέρωθι ἔλεγε· « Τὸ γὰρ ἀδύνατον τοῦ νόμου ἐν ᾧ ἠσθένει διὰ τῆς σαρκὸς, ὁ Θεὸς τὸν ἑαυτοῦ Υἱὸν πέμψας, ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας, καὶ περὶ ἁμαρτίας, κατέκρινε τὴν ἁμαρτίαν ἐν σαρκὶ, ἵνα τὸ δικαίωμα τοῦ νόμου πληρωθῇ ἐν ἡμῖν τοῖς μὴ κατὰ σάρκα περιπατοῦσιν, ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα (1). »

Ὁρᾶτε πῶς διὰ τούτων ἐκείνων λύει τὴν ἀσάφειαν. « Ὁ Θεὸς, φησὶ, τὸν ἑαυτοῦ Υἱὸν πέμψας ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας· » οὐχ ἁπλῶς εἶπεν, ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς, διαλύων τῶν ἀσεβῶν δογμάτων τὴν βλασφημίαν· προγινώσκει γὰρ ἅπαντα ἡ χάρις τοῦ Πνεύματος· ἀλλ', « ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας, » ἵνα μάθωμεν ὡς τὸ « ὁμοίωμα, » διὰ τὸ πάσης ἁμαρτίας ἀπηλλάχθαι τὸν ἡμέτερον Σωτῆρα, τέθεικεν· ἄνθρωπος γὰρ γενόμενος τὴν φύσιν (2), κατὰ τὴν ἁμαρτίαν γέγονεν ἄνθρωπος· διὸ ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας κατέκρινε τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκί· ἀνθρωπείαν μὲν φύσιν ἀναλαβὼν, τῆς δὲ τυραννούσης ἐν τοῖς ἀνθρώποις ἁμαρτίας τὸν ζυγὸν μὴ δεξάμενος, ἀλλὰ πᾶσαν ταύτης ἀπορρίψας τὴν δεσποτείαν, καὶ δείξας, ὡς δυνατὸν ἐν ἀνθρωπείᾳ φύσει τῶν τῆς ἁμαρτίας περιγενέσθαι βελῶν· οὕτως κατέκρινε τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκὶ, τὸ ἀσθενὲς αὐτῆς ἐλέγξας, καὶ τὴν τυραννίδα παύσας, καὶ νικᾷν οὕτω τοὺς ἀνθρώπους διδάξας· διὸ ἐπήγαγεν ὁ μακάριος Παῦλος, Ἵνα τὸ δικαίωμα τοῦ νόμου πληρωθῇ ἐν ἡμῖν τοῖς μὴ κατὰ σάρκα τοῦ νόμου περιπατοῦσιν, ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα. Οὐκοῦν ἐδικαιώθημεν, τῆς ἁμαρτίας ἐν σαρκὶ κατακριθείσης· κατέκρινε δὲ ἐν σαρκὶ τὴν ἁμαρτίαν, ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας γενόμενος ὁ Σωτὴρ ὁ ἡμέτερος· τὴν μὲν ἀνθρωπείαν φύσιν ἀναλαβὼν, τὴν δὲ πάλαι ταύτης δεσπόζουσαν μὴ καταδεξάμενος ἁμαρτίαν. Οὕτως ὁ θεσπέσιος Παῦλος ἐν ὀλίγοις ῥήμασιν ἅπαν τῶν αἱρετικῶν τὸ στίφος διέλυσεν, Ἀρείου μὲν καὶ Εὐνομίου τὴν μανίαν ἐλέγξας, ἐν τῇ τῶν προειρημένων ῥημάτων ἀρχῇ· « Τοῦτο γὰρ φρονείσθω ἐν ὑμῖν, ὃ καὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβών. » Οὐ γὰρ εἶπεν, ἐν μορφῇ Θεοῦ γενόμενος, ἀλλ', « ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων. » Οὐδὲ εἶπεν Οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα ἑαυτῷ, ἢ ἴσα ἀγγέλοις, ἢ ἴσα τῇ κτίσει, ἀλλ' ἴσα, ἔφη, Θεῷ τῷ Πατρὶ, τῷ γεννήσαντι, ἀνάρχῳ, τῷ ἀγεννήτῳ, τῷ ἀπεράντῳ, τῷ τῶν ὅλων Δεσπότῃ.

Ἄρειος μὲν οὖν καὶ Εὐνόμιος (3) ἰσχυρὸν ἐντεῦθεν ἐδέξαντο τῆς οἰκείας ἀσεβείας τὸν ἔλεγχον, καὶ Σαβέλλιος δὲ καὶ Μάρκελλος καὶ Φωτεινὸς, οἱ τὰς τρεῖς ὑποστάσεις ἀρνούμενοι, καὶ τὰς τῆς θεότητος συγχέοντες ἰδιότητας, ἐντεῦθεν βλασφημοῦντες ἐλέγχονται· ἕτερος γὰρ κατὰ τὴν ὑπόστασιν ὁ ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, καὶ ἕτερος ἐκεῖνος οὗ ἐν μορφῇ ὑπάρ-

A ut hominem, prava omni hominum operatione alienum. Propterea alibi quoque aiebat : « Nam quod impossibile erat legi, in quo per carnem infirmabatur, Deus Filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, et pro peccato, damnavit in carne peccatum ; ut justificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum [7]. »

Animadvertite quomodo per hæc illorum solvit obscuritatem. « Deus, inquit, Filium suum mittens in similitudinem carnis peccati : » non simpliciter dixit, in similitudinem carnis, nempe ut impiorum dogmatum blasphemiam dissiparet ; etenim omnia prævidet gratia Spiritus ; sed, « in similitudinem carnis peccati, » ut intelligamus, vocabulum « similitudo » ab eo positum, quia peccato omni Servator B noster caruit. Homo enim natura factus, secundum peccatum factus est homo. Ideo in similitudine carnis peccati damnavit in carne peccatum : humanam quidem naturam assumens, attamen tyranni hominum peccati jugum non subiens, sed hujus omnem dominatum respuens, demonstransque fieri posse ut in humana natura peccati tela vitemus. Sic damnavit in carne peccatum, debilitatem ejusdem coarguens, tyrannidem cohibens, atque ita ad victoriam homines erudiens. Ideo addidit beatus Paulus : Ut justificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum. Ergo fuimus justificati, peccato in carne damnato. Damnavit autem in carne peccatum, cum C in similitudinem carnis peccati Servator noster factus est ; humanam quidem naturam assumens, minime tamen dominans ei peccatum admittens. Sic divus Paulus verbis paucis universum hæreticorum agmen profligavit, SIC m. Arii utique et Eunomii insaniam refutans prædictorum verborum initio : « Hoc enim sentite in vobis quod et in Christo Jesu, qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens. » Non enim dixit, in forma Dei factus, sed, « cum in forma Dei esset. » Neque item dixit : Non rapinam arbitratus est esse se æqualem sibimet aut angelis, aut æqualem creaturæ, sed æqualem dixit Deo Patri qui se D genuerat, Patri, inquam, absque principio, ingenito, infinito, rerum omnium Domino.

Arius igitur atque Eunomius validam hinc pertulerunt impietatis suæ redargutionem : insuperque Sabellius et Marcellus atque Photinus, qui negant tres hypostases, et deitatis confundunt proprietates, hinc blasphemi coarguuntur. Alius est enim secundum hypostasim ille qui in forma Dei erat, et alius ille cujus in forma erat : et alius rursus qui rapi-

[7] Rom. VIII, 3, 4.

(1) Legesis Cyrillum in commentariis suis ad hunc Pauli locum apud nos.

(2) Haud scio an hic interponenda sit negativa particula οὐ, *non*.

(3) In hoc et sequente opusculo nullum hæreticum recentiorem Eunomio nominat Cyrillus.

Digitized by Google

nam non arbitrabatur esse se æqualem Deo, et alius ille cui est æqualis, sed non sibi æqualitatem cum illo rapuit. Præterea ille etiam falsi nominis Paulus, qui Servatoris ante sæcula generationem negavit, Judaicam sententiam fovens, et de Virgine tantummodo natum confessus est, ex his ipsis verbis dignam impietate sua capit ignominiam. Docetur enim hinc a divo Paulo et Dei Verbum quod suscepit, et humanam susceptam naturam, et præexistentem Dei formam, et in fine sæculorum assumptam ab eadem servi formam. Docetur pariter Apollinaris cum Ario atque Eunomio, quod nequaquam Deus Verbum, quod est immutabile, in carnem fuerit immutatum, sed quod nostra substantia assumpta, salutem nostram sit operatum. Porro superius dictis demonstravimus, formam servi appellatam esse hominis naturam. Nam si forma Dei est substantia Dei (caret enim revera forma **814** *m.* et quavis specie Deus, qui est simplex, incompositus, et omni figura destitutus), sequitur ut servi forma, æque servi substantia intelligatur. Servi autem substantia, id est hominis, non est corpus hoc tantummodo quod apparet, sed tota hominis natura a prudentibus existimatur. Præterea et illi impietatis antesignani, et blasphemiæ adversus rectam fidem primi auctores, qui Christianorum quidem sibi nomina imposuerunt, sed idololatricum polytheismi errorem superarunt, Marcion, inquam, et Manes, et cæteri pestilentis illorum cathedræ consectanei et discipuli, ex his ipsis Apostoli verbis suam vesaniam satis cognoscunt. Nam cum ipsi Domini secundum carnem nativitatem et humanitatem non admittant, audiunt præclarissimum Paulum docentem, quod Dei forma servi formam susceperit. Servi autem forma haud phantasia quædam erat, neque umbra, neque aereum simulacrum, neque aliud quidvis hujusmodi appellatur, sed servi natura.

Quod si subsequentia illa verba nobis objiciant, « in similitudinem hominis factus, et habitu inventus ut homo ; » necnon illa ad Romanos : « in similitudinem carnis peccati [a] : » primo quidem stultitiam ipsorum convincemus. Nam si verba, « in similitudinem hominis, et habitu inventus ut homo, » phantasiam aliquam humanam denotant, servi autem forma, natura hominis est : contradicentia posuit Apostolus. Jam si Apostoli verba minime invicem contradicunt, sane discimus, servi formam, servi esse substantiam. Porro in hominum similitudinem fieri, et habitu ut hominem inveniri, sic intelligemus ; nempe Dominum nostrum Jesum Christum, naturam nostram habentem, non in cunctis nobis fuisse æqualem. Namque et ipse natus est de muliere, sed alia ac nos ratione ; quippe qui de virginali prodiit vulva. Et homo quidem

A χει· καὶ ἄλλος πάλιν ὁ μὴ ἁρπαγμὸν ἡγησάμενος τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, παρ' ἐκεῖνον οὗ ἴσος ὑπάρχει, ἀλλ' οὐχ ἥρπασεν τὴν πρὸς αὐτὸν ἰσότητα. Πρὸς δὲ τούτοις καὶ ὁ ψευδώνυμος Παῦλος (1), ὁ τὴν μὲν πρὸ αἰώνων γέννησιν τοῦ Σωτῆρος ἀρνούμενος, Ἰουδαϊκῷ δὲ κεχρημένος φρονήματι, καὶ τὴν ἐκ Παρθένου μόνην ὁμολογῶν, ἐκ τῶν αὐτῶν τούτων λόγων, τὴν ἀξίαν τῆς ἀσεβείας αἰσχύνην καρποῦται· διδάσκεται γὰρ ὑπὸ τοῦ θείου Παύλου τὸν λαβόντα Θεὸν Λόγον, καὶ τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν τὴν ληφθεῖσαν, τὴν προϋπάρχουσαν μορφὴν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐν τῷ τέλει τῶν αἰώνων προσληφθεῖσαν ἀπ' ἐκείνης δούλου μορφήν. Διδάσκεται δὲ πάλιν Ἀπολινάριος σὺν Ἀρείῳ καὶ Εὐνομίῳ, ὡς οὐχ ὁ Θεὸς Λόγος ὁ ἄτρεπτος, εἰς σαρκὸς

B φύσιν ἐτράπη, ἀλλὰ τὴν ἡμετέραν ἀναλαβὼν οὐσίαν, τὴν ἡμετέραν ἐπραγματεύσατο σωτηρίαν. Ἀπεδείξαμεν δὲ, δι' ὧν εἰρήκαμεν, μορφὴν δούλου τὴν τοῦ ἀνθρώπου προσαγορευομένην οὐσίαν· εἰ γὰρ ἡ μορφὴ τοῦ Θεοῦ, οὐσία τοῦ Θεοῦ· ἀμόρφωτον γὰρ καὶ ἀνείδεον τὸ Θεῖον· ἁπλοῦν δὲ καὶ ἀσύνθετον καὶ ἀσχημάτιστον, καὶ ἡ τοῦ δούλου μορφὴ δηλονότι οὐσία δούλου εἰκότως ἂν νοηθείη· οὐσία δὲ δούλου, τουτέστιν ἀνθρώπου, οὐ τὸ φαινόμενον σῶμα μόνον, ἀλλὰ πᾶσα τοῦ ἀνθρώπου ἡ φύσις παρὰ τοῖς σωφρονοῦσιν νενόμισται. Πρὸς δὲ τούτοις οἱ πρωτοστάται τῆς ἀσεβείας, καὶ πρῶτοι τὴν βλασφημίαν κατὰ τῆς εὐσεβείας

C βλαστήσαντες, καὶ Χριστιανῶν μὲν ὄνομα ἑαυτοῖς ἐπιθέντες, πᾶσαν δὲ τὴν πολύθεον τῶν εἰδώλων πλάνην ὑπεραντίσαντες, Μαρκίων, φημὶ, καὶ Μάνης, καὶ οἱ τῆς λοιμικῆς αὐτῶν καθέδρας μύσται καὶ γείτονες, δι' αὐτῶν τούτων τῶν ῥημάτων τὴν οἰκείαν παραπληξίαν μανθάνουσι· τὴν κατὰ σάρκα γὰρ τοῦ Κυρίου γέννησίν τε καὶ ἐνανθρώπησιν οὐ δεχόμενοι, ἀκούουσι τοῦ θειοτάτου Παύλου διδάσκοντος, ὡς ἡ τοῦ Θεοῦ μορφὴ ἔλαβε τὴν τοῦ δούλου μορφήν· ἡ δὲ τοῦ δούλου μορφὴ οὐ φαντασία τις ἦν, οὐδὲ σκιὰ, οὐδὲ ἀέριον ἔνδαλμα, οὐδ' ἄλλο τι τῶν τοιούτων προσαγορεύεται, ἀλλ' ἡ τοῦ δούλου φύσις.

Εἰ δὲ τὰ ἐπαγόμενα ἡμῖν προβάλλοιντο, « ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπου γενόμενος, καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος, » καὶ τὸ ἐν τῇ πρὸς Ῥωμαίους, « ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας, » πρῶτον αὐτῶν τὴν ἄνοιαν διελέγξωμεν· εἰ γὰρ τὸ, « ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπου, καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος, » φαντασίαν τινὰ ἀνθρωπείαν δηλοῖ, ἡ δὲ μορφὴ τοῦ δούλου, φύσις ἀνθρώπου· ἐναντία τίθησιν ὁ Ἀπόστολος· εἰ δὲ οὐκ ἐναντία τοῦ Ἀποστόλου τὰ ῥήματα, μάθωμεν ὡς ἡ τοῦ δούλου μορφὴ, οὐσία δούλου τυγχάνει. Τὸ δὲ ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων (2) γενέσθαι, καὶ σχήματι εὑρεθῆναι ὡς ἄνθρωπον, οὕτως νοήσομεν, ὅτι ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς τὴν ἡμετέραν ἔχων φύσιν, οὐ κατὰ πάντα ἴσος ἡμῖν ἐτύγχανεν· ἐγεννήθη μὲν γὰρ ἐκ γυναικὸς καὶ αὐτὸς, ἀλλ' οὐχ ὁμοίως ἡμῖν· ἐκ παρθενικῆς γὰρ ἐβλάστησε μήτρας· καὶ τέλειος μὲν ἄνθρωπος ἦν ὡς ἡμεῖς· εἶχε δὲ

[a] Rom. VIII, 3.

(1) Intelligit Paulum Samosatensem.

(2) ita hic cod. ut in edit.

Digitized by Google

πλέον ἡμῖν τοῦ Θεοῦ Λόγου τὴν ἐνοίκησίν τε καὶ ἕνωσιν· καὶ σάρκα μὲν εἶχεν ἔμψυχόν τε καὶ λογικὴν ὡς ἡμεῖς, τῶν δὲ τῆς ἁμαρτίας οὐκ ἠνέσχετο κινημάτων ὥσπερ ἡμεῖς, ἀλλ' ἐν σώματι ὑφ' ἁμαρτίας πολεμουμένῳ, τὴν τῆς ἁμαρτίας τυραννίδα κατέλυσε· διὰ τοῦτο ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπου γενόμενος, καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος, ἑαυτὸν ἐταπείνωσεν, γενόμενος ὑπήκοος μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ· καὶ αὐτὸ δὲ τὸ ὄνομα τῆς ταπεινώσεως δηλοῖ τὴν τῆς ταπεινῆς ἀνάληψιν φύσεως. Ἄλλως τε περὶ τοῦ ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχοντος διαλεγόμενος, ἐπήγαγεν· « Ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος, καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος, » διδάσκων ὅτι ὁ ἀσώματος Θεοῦ Λόγος ὡς ἄνθρωπος ὤφθη, φύσιν ἀνθρωπείαν ἀναλαβών· διὸ καὶ τὸ « ὡς ἄνθρωπος » τέθεικεν, ἵνα μὴ τροπήν τινα γεγενῆσθαι νομίσωμεν τοῦ ἀοράτου Θεοῦ, ἀλλὰ πιστεύσωμεν ὅτι σάρκα λαβὼν ἔμψυχόν τε καὶ λογικὴν, Θεὸς ὢν ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπου ἐγένετο, καὶ σχήματι εὑρέθη ὡς ἄνθρωπος· οὕτως ὁ μέγας τῆς εὐσεβείας προαγωνιστὴς, ὁ μακάριος λέγω Παῦλος, τὰ ποικίλα καὶ διάφορα τῶν αἱρετικῶν κατέλυσε στόματα. Ἀλλ' ἐνταῦθα μὲν ἡμᾶς ὁ Λόγος παρήνεγκε, τὴν τῶν αἱρετικῶν ἐλέγχων ἐμβροντησίαν, καὶ ὅῆλα ποιῶν τοῖς τροφίμοις τῆς εὐσεβείας τῆς ἀληθείας τὰ δόγματα. Ἀναχωρεῖν οὖν, ὅθεν ἐξέβην, καιρός.

perfectus erat æque ac nos; sed præter rem nostram, habuit etiam Deum Verbum **815** *m.* inhabitans et unitum. Carnem habuit animatam et rationalem uti nos, at peccati commotiones non æque ac nos expertus est; sed in corpore quod peccato solet esse obnoxium, peccati tyrannidem debellavit. Propterea in similitudinem hominis factus, et habitu inventus ut homo, semet humiliavit, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis [9,10]. Et quidem ipsum humiliationis vocabulum demonstrat humilis naturæ assumptionem. Aliunde etiam, de eo qui in forma Dei erat disserens, addidit: « In similitudinem hominum factus, et habitu inventus ut homo; » docens incorporeum Dei Verbum uti hominem apparuisse, humana scilicet assumpta natura. Ideo et dixit « ut homo, » ne mutationem aliquam factam existimemus invisibilis Dei, sed credamus potius, ipsum carne assumpta animata ac rationali, cum Deus esset, in similitudinem hominis factum, et habitu inventum ut hominem. Sic magnus rectæ fidei propugnator, beatus, inquam, Paulus, diversa ac varia hæreticorum ora dissipavit. Sed ulterius jam nos provexit sermo noster, dum hæreticorum vesaniam coarguit, et rectæ fidei alumnis dogmata veritatis pandit. Ergo jam tempus est illuc, unde discessimus, revertendi.

ΙΑ'. *Τίνος χάριν τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ὁ Θεὸς ἀνέλαβε Λόγος.*

Τοίνυν τὴν ἡμετέραν φύσιν ὁ Ποιητὴς οἰκτείρας ὑπὸ τοῦ Πονηροῦ πολεμουμένην, καὶ τοῖς πικροῖς τῆς ἁμαρτίας βέλεσι βαλλομένην, καὶ τῷ θανάτῳ παραπεμπομένην, ἐπαμύνει τῇ εἰκόνι, καὶ τοὺς πολεμοῦντας καταγωνίζεται, οὐ γυμνῇ τῇ δυνάμει χρησάμενος τῇ θεότητι, οὐδὲ τῇ ἐξουσίᾳ τῆς βασιλείας καταπλήξας τοὺς ἀντιπάλους, οὐκ ἀγγέλους στρατεύσας, οὐδὲ τοὺς ἀρχαγγέλους εἰς συμμαχίαν λαβὼν, οὐδὲ κεραυνοὺς ἢ πρηστῆρας κατὰ τῶν ἐναντίων ὁπλίσας, οὐδὲ μετὰ τῶν χερουβὶμ φανεὶς ἐπὶ τῆς ἠπείρου καὶ τῶν ἡμετέρων ἀντιδίκων δικαστικῶς καταψηφισάμενος [cod. mendose καταψησάμενος], ἀλλ' εἷς τῶν ὑπευθύνων καὶ πολεμουμένων γινόμενος, καὶ κατακρύψας τὸ μεγαλοπρεπὲς τῆς θεότητος τῇ εὐτελείᾳ τῆς ἀνθρωπότητος, καὶ τὸν ὁρώμενον ἄνθρωπον εἰς πάλην ἀλείψας, καὶ νικήσαντα στεφανώσας· καὶ παιδόθεν μὲν τὴν ἀρετὴν ἐκδιδάξας, καὶ δικαιοσύνης εἰς ἀκρότατον ἀγαγὼν, ἀήττητον δὲ φυλάξας, καὶ τῶν βελῶν τῆς ἁμαρτίας ἐλεύθερον, συγχωρήσας δὲ ὅμως ὑπὸ θάνατον γενέσθαι, ἵνα τῆς ἁμαρτίας τὴν ἀδικίαν ἐλέγξῃ, καὶ τοῦ θανάτου καταλύσῃ τὸ κράτος.

XI. *Cujus rei gratia humanam naturam Deus Verbum assumpserit.*

Igitur naturam nostram Creator miserans a malo dæmone oppugnatam, et acerbis peccati sagittis vulneratam, mortique addictam, propriam ultus est imaginem, hostesque propulsavit, haud solis deitatis viribus utens, neque majestatis potentia colluctatores profligans, non angelorum aciem instruens, neque archangelos auxiliares assumens, non fulmina aut turbines contra inimicos armans, neque cum cherubinis in terra apparens adversarios pro tribunali condemnans; sed tanquam unus de reis oppugnatisque factus, deitatisque magnificentiam vilitate humanitatis celans, **816** *m.* visibilem hominem ad pugnam corroboravit, et victorem coronavit: et jam inde a pueris virtutem edocuit, atque ad justitiæ culmen provexit, invictum servans, et peccati telis immunem, permittens simul ut morti succumberet, quo peccati injustitiam coargueret, et mortis potentiam destrueret.

Εἰ γὰρ τῶν ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν γεγενημένων ὁ θάνατος ἐπιτίμιον, ὁ ταύτης ἀπηλλαγμένος παντάπασι, δηλονότι ζωῆς ἀπολαύειν, ἀλλ' οὐ θανάτου, δίκαιος ἦν· τοίνυν ἡττηθεῖσα ἡ ἁμαρτία, καὶ τὸν νικητὴν κατακρίνασα θανάτῳ, καὶ τὴν αὐτὴν ἐξενεγκοῦσα κατὰ τοῦ νενικηκότος ψῆφον, ἣν ἀεὶ κατὰ τῶν ἡττωμένων ἐξέφερεν, ἀδικοῦσα ἐάλω. Μέχρι μὲν γὰρ τοὺς ὑπηκόους τῷ θανάτῳ παρέπεμπεν, ὡς δίκαια ποιοῦσα

Nam si eorum qui peccato succubuerunt pœna mors est, is qui peccato prorsus fuerat alienus, vita scilicet frui, non mortem pati dignus erat. Porro victum peccatum cum ipsum victorem morti addixisset, eamdemque adversus dominatorem suum sententiam tulisset, quam perpetuo contra subditos suos exercebat, injuste agere deprehensum est. Nam quandiu peccatum subditos suos morte mul-

[9,10] Philipp. II, 7, 8.

Digitized by Google

tabat, ceu jure id agens non prohibebatur : sed ubi innocentem et nullius culpæ reum, imo præmiis et summis laudibus dignum, eidem pœnæ addixit, necessario posthinc utpote injustum potentia sua depulsum fuit. Atque hoc docens beatus Paulus aiebat : « Quod erat impossibile legi, in quo per carnem infirmabatur, Deus Filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, et pro peccato, damnavit in carne peccatum, ut justificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum [11]. »

Quod vero ait, hoc est : Scopus legis erat hominum naturam justificare : haud tamen id poterat, non propriæ infirmitatis causa, sed propter audientium ad recte agendum ignaviam : namque ad carnis voluptatem proclives, mandatorum legis laborem defugiebant, corporisque delectationibus adhærebant. Propterea, inquit, universalis Deus Filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, hoc est cum humana quidem natura, sed tamen peccato aliena, et pro peccato, damnavit in **817** *m.* carne peccatum, injustitia ejus coarguta, quia innocentem et peccato liberum peccantium pœna affecisset. Non autem id egit, ut quem susceperat hominem justificaret, sed ut, inquit, legis justificatio impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum. Namque ad universam hominum naturam Servatoris nostri beneficium pertingit : ut sicuti progenitoris Adami maledictioni communicavimus, et cuncti ut ille sub mortis jura devenimus, ita Servatoris Christi et victoriam ceu nostram faciamus, et gloriam participemus, et regno congaudeamus. Atque horum testis est beatus Paulus [12], dum vetera simul et nova memorat, et priorum factam dissolutionem per Servatoris nostri justitiam demonstrat.

συνεχωρεῖτο τοῦτο ποιεῖν· ἐπειδὴ δὲ τὸν ἀθῶον καὶ ἀνεύθυνον καὶ στεφάνων καὶ ἀναῤῥήσεων ἄξιον τοῖς αὐτοῖς ἐπιτιμίοις ὑπέβαλλεν, ἀναγκαίως λοιπὸν ὡς ἄδικος τῆς ἐξουσίας ἐκβάλλεται. Καὶ τοῦτο διδάσκων ὁ μακάριος Παῦλος ἔλεγεν· « Τὸ γὰρ ἀδύνατον τοῦ νόμου ἐν ᾧ ἠσθένει διὰ τῆς σαρκὸς (1), ὁ Θεὸς τὸν ἑαυτοῦ Υἱὸν πέμψας, ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας, καὶ περὶ ἁμαρτίας, κατέκρινε τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκὶ, ἵνα τὸ δικαίωμα τοῦ νόμου πληρωθῇ ἐν ἡμῖν τοῖς μὴ κατὰ σάρκα περιπατοῦσιν, ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα. »

Ὅ δὲ λέγει, τοιοῦτό ἐστι· Σκοπὸς, φησὶν, ἦν τῷ νόμῳ δικαιῶσαι τὴν φύσιν τῶν ἀνθρώπων· ἀδυνάτως δὲ εἶχε τοῦτο ποιεῖν, οὐ παρὰ τὴν οἰκείαν ἀσθένειαν, ἀλλὰ διὰ τὴν τῶν ἀκουόντων ῥᾳστώνην· ἐπιῤῥεπῶς γὰρ ἔχοντες περὶ τὴν τῆς σαρκὸς ἡδονὴν, ἔφυγον μὲν τὸ τῶν νομίμων ἐπίπονον, ταῖς δὲ τοῦ σώματος προσεχώρουν ἡδυπαθείαις· διὰ τοῦτο, φησὶν, ὁ τῶν ὅλων Θεὸς τὸν ἑαυτοῦ πέμψας Υἱὸν ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας, τουτέστιν ἀνθρωπίνῃ μὲν φύσει, ἁμαρτίας δὲ ἀπηλλαγμένῃ, καὶ περὶ ἁμαρτίας, κατέκρινε τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκὶ, ἐλέγξας αὐτῆς τὴν ἀδικίαν, ὅτι τὸν ἀνεύθυνον καὶ ἁμαρτίας ἐλεύθερον τοῖς τῶν ἁμαρτωλῶν ἐπιτιμίοις ὑπέβαλλεν· οὐχ ἵνα δὲ δικαιώσῃ ὃν ἀνέλαβεν ἄνθρωπον, ταῦτα πεποίηκεν, ἀλλ' ἵνα, φησὶ, τὸ δικαίωμα τοῦ νόμου πληρωθῇ ἐν ἡμῖν τοῖς μὴ κατὰ σάρκα περιπατοῦσιν, ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα. Ἐπὶ γὰρ πᾶσαν τὴν φύσιν τῶν ἀνθρώπων ἡ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν εὐεργεσία χωρεῖ· ὅτι καθάπερ τῷ προπάτορι Ἀδὰμ, καὶ τῆς ἀρᾶς ἐκοινωνήσαμεν, καὶ γεγόναμεν ἅπαντες ὑπὸ τὸν θάνατον ὥσπερ ἐκεῖνος, οὕτω τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ καὶ τὴν νίκην οἰκειούμεθα, καὶ τῆς δόξης συμμεθέξομεν, καὶ τῆς βασιλείας συναπολαυσόμεθα. Καὶ τούτων μάρτυς ὁ μακάριος Παῦλος, τῶν τε παλαιῶν καὶ τῶν νέων ἀναμιμνήσκων, καὶ δεικνὺς τῶν προτέρων λύσιν γεγενημένην, τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν δικαιοσύνην.

XII. *Sicut Adami mortem participavimus, ita etiam Domini vitam.*

« Nam si unius, inquit, lapsu multi sunt mortui, multo magis gratia Dei, et donum cum gratia unius hominis Jesu Christi in plures abundavit [13]. » Et paulo post : « Itaque sicut per unius delictum in omnes homines condemnatio, ita et per unius justitiam justificatio vitæ. Sicut enim per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, ita et per unius obeditionem justi constituentur multi [14]. » Hæc in Epistola quoque ad Corinthios apertius docet dicens : « Sicut enim in Adamo omnes moriuntur, ita et in Christo omnes vivificabuntur [15]. » Unde constat, victoriam nostram revera esse Servatoris nostri victoriam. Nam et communis clades fuit illa progenitoris nostri clades : oportetque sicut progenitoris contaminationem participa-

ΙΒ'. *Ὥσπερ τῷ τοῦ Ἀδὰμ θανάτῳ ἐκοινωνήσαμεν, οὕτω καὶ τῇ τοῦ Κυρίου ζωῇ.*

« Εἰ γὰρ τῷ τοῦ ἑνὸς, φησὶ, παραπτώματι οἱ πολλοὶ ἀπέθανον, πολλῷ μᾶλλον ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ, καὶ ἡ δωρεὰ ἐν χάριτι τῇ τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς πολλοὺς ἐπερίσσευσε. » Καὶ μετὰ βραχέα· « Ἄραγε ὡς δι' ἑνὸς παραπτώματος εἰς πάντας ἀνθρώπους τὸ κατάκριμα, οὕτω καὶ δι' ἑνὸς δικαιώματος δικαίωσις ζωῆς· ὥσπερ γὰρ διὰ τῆς παρακοῆς τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου ἁμαρτωλοὶ κατεστάθησαν οἱ πολλοὶ, οὕτω καὶ διὰ τῆς ὑπακοῆς τοῦ ἑνὸς δίκαιοι κατασταθήσονται οἱ πολλοί. » Ταῦτα καὶ ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους Ἐπιστολῇ σαφέστερον διδάσκει λέγων· « Ὥσπερ γὰρ ἐν τῷ Ἀδὰμ πάντες ἀποθνήσκουσιν, οὕτω καὶ ἐν τῷ Χριστῷ πάντες ζωοποιηθήσονται. » Ἐξ ὧν εὔδηλον, ὡς ἡμετέρα νίκη τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἡ νίκη· καὶ γὰρ ἦττα κοινὴ γέγονεν ἡ τοῦ προπάτορος ἡμῶν ἦττα·

[11] Rom. viii, 3, 4. [12] II Cor. v, 17. [13] Rom. v, 15. [14] ibid. 18. [15] I Cor. xv, 22.

(1) Confer quæ hac super re dicit idem Cyrillus in explanatione Epistolæ ad Romanos, cap. viii, vers. 3.

Digitized by Google

καὶ δεῖ, καθάπερ ἐκείνῳ τῆς κοινωνίας (1) ἐκοινωνήσαμεν, οὕτως ἡμᾶς συναπολαῦσαι τῶν ἀγαθῶν τῷ ἐξ ἡμῶν μὲν ἀναληφθέντι, ὑπὲρ ἡμῶν δὲ στεφανωθέντι· διὸ καὶ ὁ θεῖος Ἀπόστολος ἔλεγεν, ὅτι « Οὓς προέγνω καὶ προώρισε συμμόρφους τῆς εἰκόνος τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ, εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν πρωτότοκον ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς· οὓς αὐτὸς προώρισε, τούτους καὶ ἐκάλεσε· καὶ οὓς ἐκάλεσε, τούτους καὶ ἐδικαίωσε· καὶ οὓς ἐδικαίωσε, τούτους καὶ ἐδόξασε. » Καὶ ἑτέρωθεν λέγει· « Εἰ δὲ τέκνα, καὶ κληρονόμοι· κληρονόμοι μὲν Θεοῦ, συγκληρονόμοι δὲ Χριστοῦ· εἴπερ καὶ συμπάσχομεν, ἵνα καὶ συνδοξασθῶμεν. » Καὶ ἀλλαχοῦ· « Εἰ ὑπομένομεν, καὶ συμβασιλεύσομεν. » Ὑπὲρ πάσης τοίνυν τῆς ἡμετέρας φύσεως ὁ τοῦ Θεοῦ Θεὸς Λόγος τὴν ἡμετέραν ἀπαρχὴν ἀνελάβετο, ἵνα διὰ πάσης αὐτὴν ἀρετῆς ἀγαγὼν, εἰς πάλην μὲν προτρέψῃ τὸν ἀνταγωνιστὴν, δείξῃ δὲ τὸν ἀθλητὴν ἀήττητον· καὶ τοῦτον μὲν στεφανώσῃ, ἐκείνου δὲ τὴν ἧτταν κηρύξῃ, καὶ καταθαρρεῖν αὐτοῦ πάντας παρασκευάσῃ· διὸ ἐν τοῖς ἱεροῖς Εὐαγγελίοις ἔλεγε, νῦν μέν· « Εἶδον τὸν Σατανᾶν ὡς ἀστραπὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πεσόντα· » νῦν δέ· « Ἐὰν μή τις εἰσέλθῃ εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ ἰσχυροῦ, καὶ τὸν ἰσχυρὸν δήσῃ, πῶς τὰ σκεύη αὐτοῦ διαρπάσει; » οἰκίαν λέγων τοῦ ἰσχυροῦ τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν, ὡς πρὸς ἐκεῖνον αὐτομολήσασαν, καὶ πᾶν τὸ κελευσθὲν ὑπ' ἐκείνου ποιεῖν ἀνασχομένην, καὶ αὐθαίρετον δουλείαν ἐπισπασαμένην. Καὶ ἀλλαχοῦ δὲ, « Θαρσεῖτε, φησὶν, ἐγὼ νενίκηκα τὸν κόσμον. » Καὶ ἑτέρωθεν· « Νῦν κρίσις ἐστὶ τοῦ κόσμου τούτου, νῦν ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου ἐκβληθήσεται ἔξω· κἀγὼ ἐὰν ἀπὸ τῆς γῆς ὑψωθῶ, πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν. » Καὶ προῶν δὲ τοῦτο λέγει σαφέστερον·

vimus, ita bonis nos simul perfrui cum illo qui de nobis sumptus est, et pro nobis coronatus. Quare et divus Apostolus aiebat : « Quos præscivit et prædestinavit conformes fieri imaginis Filii sui, ut sit ipse **818***m*. primogenitus in multis fratribus. Quos ipse prædestinavit, hos et vocavit : et quos vocavit, hos et justificavit : quos autem justificavit, hos et glorificavit [16]. » Et alibi ait : « Si autem filii, utique et hæredes : hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi : si tamen compatimur, ut et conglorificemur [17]. » Et alibi : « Si sustinuerimus, etiam conregnabimus [18]. » Pro universa ergo natura nostra Dei Verbum Deus inchoationem nostram suscepit, ut eam per omnem virtutem deducens, ad certamen provocaret adversarium, suum vero athletam invictum præstaret : et hunc quidem coronaret, illius autem cladem proclamaret, et omnibus adversus illum audaciam augeret. Idcirco in sacris Evangeliis modo aiebat : « Videbam Satanam sicut fulgur de cœlo cadentem [19]; » nunc vero : « Nisi quis in fortis domum intraverit, fortemque alligaverit, quomodo vasa ejus diripiet [20]? » domum fortis dicens humanam naturam, ceu quæ ad illum profugerit, et omnia ipsius mandata exsequi passa fuerit, servitiumque sibi sponte imposuerit. Et alibi quoque : « Confidite, inquit, ego vici mundum [21]. » Et alio loco : « Nunc judicium est mundi, nunc mundi princeps ejicietur foras [22]; » et « Ego si exaltatus fuero a terra, omnes traham ad me ipsum [23]. » Et porro pergens, id ipsum clarius dicit :

ΙΓ'. *Ὅτι κοινὴ τῶν ἀνθρώπων εὐεργεσία ἡ τοῦ Σωτῆρος οἰκονομία.*

« Περὶ δὲ κρίσεως, ὅτι ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου κέκριται· » καὶ αὖθις· « Ἔρχεται ὁ τοῦ κόσμου τούτου ἄρχων, καὶ ἐν ἐμοὶ οὐκ ἔχει οὐδέν· » πάσης γὰρ ἀπηλλαγμένος αἰτίας, οὐδὲν εἶχε τῶν τοῦ διαβόλου σπερμάτων. Διὸ καὶ τὸ τυραννεῖν κατέπαυσεν, καὶ ἐξέβαλεν ἔξω, καὶ ὑπὸ τῶν πάλαι δουλευόντων πατεῖσθαι πεποίηκε, παρεγγυῶν, καὶ λέγων· « Ἰδοὺ δίδωμι ὑμῖν ἐξουσίαν πατεῖν ἐπάνω ὄφεων, καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ Ἐχθροῦ. » Ἵνα δὲ καὶ αὐτὴν ἴδωμεν τὴν πρὸς τὸν διάβολον πάλην, ἔλθωμεν ἐπὶ τὴν ἱστορίαν τῶν Εὐαγγελίων. Ἀνήχθη ὑπὸ τοῦ Πνεύματος Ἰησοῦς εἰς τὴν ἔρημον μετὰ τὸ βάπτισμα, πειρασθῆναι ὑπὸ τοῦ διαβόλου. Ἀνήχθη δὲ οὐχ ὁ Θεὸς Λόγος, ἀλλ' ὁ ἐκ σπέρματος Δαβὶδ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ Λόγου ληφθεὶς ναός· οὐ γὰρ τὸν Θεὸν Λόγον εἰς τὴν πρὸς τὸν διάβολον πάλην ἀπήγαγε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀλλ' ὃν ἐν τῇ Παρθένῳ διέπλασε τῷ Θεῷ Λόγῳ ναόν. Ἄσιτος διετέλεσεν ἡμέρας τεσσαράκοντα, καὶ νύκτας ἰσαρίθμους· οὐ γὰρ ἠθέλησεν

XIII. *Quod commune erga homines beneficium fuerit Servatoris incarnatio.*

« De judicio quidem, quia princeps mundi hujus jam judicatus est [24]. » Et rursus : « Venit mundi hujus princeps, et in me non habet quidquam [25] : » namque, omni crimine alienus, nulla diaboli semina habebat. Unde et hunc tyrannide deposuit, et foras ejecit, et illorum qui antea ei serviebant pedibus subjecit, adhortans dicensque : « Ecce ego dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes et scorpiones, et super omnem virtutem Inimici [26]. » Atque ut ipsam adversus diabolum luctam spectemus, ad evangelicam **819***m*. historiam veniamus. Ductus est a Spiritu in desertum Jesus post baptismum ut tentaretur a diabolo [27]. Ductum est autem non Dei Verbum, sed illud ex Davidis semine a Deo Verbo templum assumptum. Non enim Deum Verbum ad luctandum cum diabolo abduxit Spiritus sanctus, sed illud, inquam, quod ex Virgine formaverat Deo Verbo templum. Perseveravit jejunus quadraginta diebus, totidemque noctibus. Non enim

[16] Rom. VIII, 29, 30. [17] ibid. 17. [18] II Tim. II, 12. [19] Luc. X, 18. [20] Matth. XII, 29. [21] Joan. XVI, 33. [22] Joan. XII, 31. [23] ibid. 32. [24] Joan. XVI, 11. [25] Joan. XIV, 30. [26] Luc. X, 19. [27] Matth. IV, 1.

(1) Ita cod. κοινωνίας, quæ si lectio sana est nihilve deest, videtur idiotismus, uti est κοινὸς in sacris Bibliis pro *pollutus*, *profanus*.

Digitized by Google

voluit eorum qui olim jejunaverant mensuram excedere, ne adversus se pugnam adversarius defugeret, ne, inquam, eo qui occultus erat agnito, luctari cum manifesto recusaret. Hujus rei causa, post prædictum dierum numerum, humanæ naturæ passionem patefecit, permisit fami aditum, fame videlicet ansam diabolo præbens. Non enim accedere audebat, quia multa ab eo digna Deo facta observaverat. Namque et angeli eo nato tripudiaverant, et exortum sidus magos deduxerat ad adorationem, nempe ejusdem ordinis antesignanos, et ipsum viderat jam inde a pueritia omni justitiæ deditum, a nequitia abhorrentem, malitiæ osorem; atque hæc secundum editum de eo a propheta vaticinium, quoniam « Priusquam cognoscat ipse bonum vel malum, non credet malitiæ, ut eligat quod bonum est[28] (1). » Clamabat quoque Joannes : « Ecce agnus Dei, qui tollit peccatum mundi[29]. » Pater desuper testabatur : « Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui[30]. » Gratia denique Spiritus sancti supervenit. Hæc et ejusmodi alia diabolum terrefacientia, non sinebant accedere ad nostræ naturæ athletam. Sed postquam is famis accessum admisit, ipsumque vidit humani nutrimenti indigum, neque ultra antiquorum hominum terminum durare valentem, tunc accessit, ansam existimans se cepisse maximam, facilemque credens victoriam relaturum.

820*m.* XIV. *Quomodo diabolum debellaverit Christus Dominus.*

Ac quemadmodum in prœliis cum quis vult aliquem cataphractum telo appetere, totum oculis circumtuetur, eminus observans, nudum aliquod membrum explorans, ut illuc sagittam dirigens adversarium vulneret; sic diabolus omni justitia Christum videns armatum, situmque idoneum scrutans ad quem telum dirigeret, ut emergentem vidit famem, audacter accedit ceu re quæsita potitus, quia ipsam progenitoris passionem in eo deprehenderat. Namque et illum esca oblata felici vita spoliaverat, et sudori, ærumnæ, ac morti implicuerat. Ergo ita dicens accedit : « Si Filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant[31]. » Certe id non fecisset, nisi famis passionem Servator admisisset. Quam rem ex iis quæ postea evenerunt quilibet manifeste cognoscet. Siquidem statim ac victus in lucta fuit, expertusque didicit hunc esse quem prophetæ omnes prædixerant, ne aspectum quidem ejus accedentis ferre ausus est, sed illico aufugit, nunc clamans : « Quid nobis et tibi, Fili Dei? cur venisti ante tempus torquere nos[32]? » nunc autem : « Novi quod Filius Dei sis : adjuro te, ne me torqueas[33]. » Adeo illum timebat, judicemque fatebatur! Tunc autem ante experientiam, haud talibus verbis utebatur, sed con-

A ὑπερβῆναι τῶν πάλαι νενηστευκότων τὸ μέτρον, ἵνα μὴ φύγῃ τὴν πρὸς αὐτὸν ὁ ἀντίπαλος μάχην, ἵνα μὴ γνωρίσας τὸν κρυπτόμενον, φύγῃ τὴν πρὸς τὸ φανερόμενον πάλην. Τούτου χάριν μετὰ τὸν προειρημένον ἀριθμὸν τῶν ἡμερῶν, τῆς ἀνθρωπείας φύσεως τὸ πάθος ὑποφαίνει, καὶ συγχωρεῖ τῇ πείνῃ χώραν λαβεῖν, λαβὴν ἐκείνῳ διὰ τῆς πείνης διδούς· οὐ γὰρ προσελθεῖν ἐτόλμα, πολλὰ περὶ αὐτὸν θεοπρεπῆ γινόμενα θεωρῶν· καὶ γὰρ ἄγγελοι τεχθέντος ἐχόρευον, ἀνατείλας ἀστὴρ μάγους ἐποδήγησεν εἰς προσκύνησιν τοὺς τῆς αὐτῆς φάλαγγος κορυφαίους, καὶ αὐτὸν ἐώρα πᾶσαν ἐκ παιδὸς μετιόντα δικαιοσύνην, βδελυττόμενον κακίαν, μυσαττόμενον πονηρίαν· καὶ ταῦτα [cod. ταύτην] κατὰ τὴν εἰς αὐτὸν γεγενημένην πρόρρησιν ὑπὸ τοῦ προφήτου, ὅτι « Πρὸν ἢ B γνῶναι αὐτὸν ἀγαθὸν ἢ κακὸν, ἀπειθεῖ πονηρίᾳ τοῦ ἐκλέξασθαι τὸ ἀγαθόν· » ἐβόα δὲ καὶ Ἰωάννης· « Ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. » Πατὴρ ἄνωθεν ἐμαρτύρησεν· « Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ ηὐδόκησα. » Τοῦ Πνεύματος ἡ χάρις ἐφοίτησε. Ταῦτα καὶ ὅσα τοιαῦτα τὸν διάβολον καταπλήττοντα προσελθεῖν οὐκ εἴα τῷ τῆς ἡμετέρας φύσεως ἀθλητῇ· ὡς δὲ τῆς πείνης τὴν προσβολὴν ὑπεδέξατο, καὶ τροφῆς αὐτὸν εἶδεν ἀνθρωπίνης δεόμενον, καὶ καρτερεῖν περαιτέρω τῶν παλαιῶν ἀνδρῶν οὐ δυνάμενον, προσέρχεται, λαβὴν οἰόμενος εὑρηκέναι μεγίστην, καὶ νικήσειν ῥᾳδίως πιστεύων.

ΙΔ'. *Τίνι τρόπῳ κατηγωνίσατο τὸν διάβολον ὁ Δεσπότης Χριστός.*

C Καὶ καθάπερ ἐν τοῖς πολέμοις τὸν πανταχόθεν τῇ πανοπλίᾳ κεκαλυμμένον κατατοξεῦσαί τις ἐθέλων, ὅλον τοῖς ὀφθαλμοῖς περισκοπῶν, πόρρωθεν ἐρευνῶν, μέλος γεγυμνωμένον ἐπιζητῶν, ἵνα τὸ βέλος ἐκεῖ ῥίψας τὸν ἀντίπαλον πλήξῃ, οὕτως ὁ διάβολος πάσῃ δικαιοσύνῃ τὸν Χριστὸν καθωπλισμένον ὁρῶν, καὶ τόπον ζητῶν ἁρμόδιον, ἵνα τὸ βέλος ἐκεῖ ἀκοντίσῃ, ὡς εἶδε τὴν πείναν ἀναφανεῖσαν, προσέρχεται θαρσαλέως ὡς εὑρὼν τὸ ζητούμενον, ὡς τοῦ προπάτορος ἐν αὐτῷ θεωρήσας τὸ πάθος. Καὶ γὰρ ἐκεῖνον διὰ βρώσεως στερήσας τῆς ἀλύπου ζωῆς, ἐδρῶτι καὶ ταλαιπωρίᾳ καὶ θανάτῳ συνέζευξε· προσέρχεται τοίνυν λέγων· « Εἰ Υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, εἰπὲ ἵνα οἱ λίθοι οὗτοι ἄρτοι γένωνται. » Οὐκ ἂν δὲ τοῦτο πεποίηκεν, εἰ μὴ τὸ πάθος τῆς πείνης ὁ Σωτὴρ κατεδέξατο· D καὶ τοῦτο μάθοι τις ἐκ τῶν μετὰ ταῦτα σαφῶς· ὡς γὰρ ἡττήθη παλαίσας, καὶ διὰ τῆς πείρας ἔμαθεν, ὅτι αὐτός ἐστιν ὃν οἱ προφῆται προεκήρυξαν ἅπαντες, οὐδὲ τὴν θέαν αὐτοῦ προσιόντος φέρειν ἐτόλμησεν, ἀλλ' εὐθὺς ἐδραπέτευσεν, νῦν μὲν βοῶν, « Τί ἡμῖν καὶ σοὶ, Υἱὲ τοῦ Θεοῦ; τί ἦλθες πρὸ καιροῦ βασανίσαι ἡμᾶς; » νῦν δὲ, « Οἶδά σε τίς εἶ, ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὁρκίζω σε μή με βασανίσῃς. » Οὕτως ἐξεδοίκει, καὶ κριτὴν ὡμολόγει· τότε πρὸ τῆς πείρας οὐ τοιού-

[28] Isa. vii, 16. [29] Joan. i, 29. [30] Matth. iii, 17. [31] Matth. iv, 3. [32] Matth. viii, 29. [33] Luc. viii, 28.

(1) Ita se habet Græcus textus tum in Bibliis tum apud Cyrillum; atque ita apud Sabaterium interpretantur SS. Ambrosius atque Fulgentius; neque abludit Irenæus, qui tamen pro *non credet*, scribit *non consentiet*. Vulgatus autem interpres differt, quia Hebraicum textum sectator.

Digitized by Google

τοις ἐκέχρητο ῥήμασιν, ἀλλὰ θαῤῥῶν προσῆει λέγων· « Εἰπὲ ἵνα οἱ λίθοι οὗτοι ἄρτοι γένωνται. » Τῆς μὲν γὰρ ἄνωθεν ἐλθούσης φωνῆς ἤκουσα, φησὶ, τοῦτό σε καλεσάσης, ἀπιστῶ δὲ ἕως ἂν λάβω τὴν πεῖραν διδάσκαλον. Πεῖσόν με διὰ τῶν πραγμάτων, ὡς ὁ κέκλησαι, ἀληθῶς ὑπάρχεις. Ἂν γὰρ τοῦτο μάθω, φεύξομαι, καὶ δραπετεύσω, καὶ τὴν πρὸς σὲ παραιτήσομαι πάλην· οἶδα γὰρ ὅσον ἐμοῦ καὶ σοῦ τὸ διάφορον. Δεῖξον τοίνυν τὸ θαῦμα καὶ τὴν θαυματουργίαν, δίδαξον τὸν τοῦ θαύματος ποιητήν· « Εἰπὲ ἵνα οἱ λίθοι οὗτοι ἄρτοι γένωνται. »

Τούτων ἀκούσας κρύπτει μὲν τὴν θεότητα, ἐκ δὲ τῆς ἀνθρωπείας διαλέγεται φύσεως· « Οὐκ ἐπ' ἄρτῳ μόνῳ, λέγων, ζήσεται ἄνθρωπος, ἀλλ' ἐν παντὶ ῥήματι διὰ στόματος ἐκπορευομένῳ Θεοῦ. » Δύναμαι, φησὶν, ἄνευ ἄρτου τραφῆναι. Οὐ μόνον γὰρ ἄρτοις ἡ τῶν ἀνθρώπων συγκροτεῖται ζωὴ, ἀλλὰ ῥῆμα Θεοῦ ἀρκεῖ πᾶσαν τῶν ἀνθρώπων διαθρέψαι τὴν φύσιν· οὕτως ὁ Ἰσραηλιτικὸς διετράφη λαὸς, τεσσαράκοντα ἔτη συλλέγων τὸ μάννα, καὶ θήρας ἀπολαύων ὀρνίθων πεπεδημένης βουλῇ Θεοῦ· καὶ Ἠλίας κόρακας ἐστιάτορας ἔσχε· καὶ Ἐλισαῖος ἀγρίοις λαχάνοις τοὺς θιασώτας διέθρεψε· καὶ τί με δεῖ τὰ παλαιὰ καταλέγειν; Ἰωάννης οὗτος ὁ ἔναγχος ἐν τῷ Ἰορδάνῃ βαπτίζων, πᾶσάν τε τὴν ἡλικίαν ἐν τῇ ἐρήμῳ διατελέσας, ἀκρίσι τρέφεται, καὶ μελιττῶν ἀγρίων καρπῷ· οὐδὲν τοίνυν ἀπεικὸς, καὶ ἡμᾶς ἀπὸ Θεοῦ ξένῃ ἐστιαθῆναι τροφῇ, καὶ ἄρτου μὴ δεηθῆναι.

Τούτων ἀκούσας ὁ διάβολος, ἥλγησε μὲν ὡς ἡττηθεὶς, οὐκ ἀπηγόρευσε δὲ τὴν νίκην, ἀκούσας ὡς ἄνθρωπος εἴη· διὸ δευτέραν αὐτῷ καὶ τρίτην αὖθις πεῖραν προσάγει, πῇ μὲν λέγων, « Εἰ Υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, βάλε σεαυτὸν ἄνωθεν κάτω· » πῇ δὲ τὰς βασιλείας τῆς οἰκουμένης ὑποδεικνὺς, καὶ ταύτας ἀντιδώσειν ὑπισχνούμενος, εἰ πρότερον παρ' αὐτοῦ τὴν προσκύνησιν λάβοι· ὡς δὲ πάλιν αὐτὸν τῶν παλαιῶν νομίμων ἀνέμνησε, « Γέγραπται, λέγων, Κύριον τὸν Θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις, » καὶ ἐδίδαξεν ὅτι οὐκ ἀνέξεται ἑτέρῳ τινὶ τὸ θεῖον γέρας προσενεγκεῖν, καὶ ἑτέρων δὲ ὑπομέμνησε ῥημάτων τοῦ Θεοῦ καὶ διδαγμάτων διαγορευόντων μὴ πειράζειν τὸν τῶν ὅλων Θεὸν, ὁ μὲν ἀπέδρα, τῆς ἥττης τὴν αἰσχύνην οὐ φέρων, καὶ δειλιῶν, καὶ τρέμων, καὶ τῆς τυραννίδος ἐκβληθήσεσθαι προσδοκῶν. Πάντα γὰρ αὐτοῦ κενώσας τὰ βέλη, καὶ πάσας αὐτοῦ τῆς ἀπάτης τὰς πάλας προσενεγκών, ἄτρωτον εὗρε καὶ ἀήττητον τὸν ἀθλητήν. Καὶ ὡς τῷ Ἀδὰμ προσελθὼν, οὐχ εὗρεν ὃν προσεδόκησεν· ἄγγελοι δὲ τῷ νικητῇ προσιόντες, οἱ πόρρωθεν ἑώρων τὴν πάλην, καθάπερ τινὲς ἐρασταὶ διηκόνουν, ἐχόρευον, εὐφήμουν τὸν ἀθλητὴν, ἐστεφάνουν, ἀνεκήρυττον, ἔχαιρον ἐπὶ τῇ τῶν ὁμοδούλων ἀνθρώπων ἐλευθερίᾳ, ἐγάνυυντο τοῦ ἀντιπάλου τὴν ἧτταν ὁρῶντες.

ΙΕ'. *Ὅτι εἰ νοῦν οὐκ ἀνέλαβεν, οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς ἡ κατὰ τοῦ διαβόλου νίκη. Κατὰ τοῦ Ἀπολιναρίου* (1).

Ταῦτα τὴν Ἀπολιναρίου ἐλέγχει ματαιολογίαν, ὃς

fidenter accedebat dicens : « Dic ut lapides isti panes fiant. » Nam supernam, inquit, vocem audivi, Filium te vocitantem ; ignoro autem, donec experientiam magistram nactus fuero. Factis mihi persuade, qui appellaris, eum te esse revera. Nam si hoc didicero, fugiam, evadam, quominus tecum colluctor deprecabor. Etenim quantum inter nos duos intersit, scio. Demonstra ergo prodigium, tuamque miracula patrandi efficaciam ; doce me prodigii auctorem : « Dic ut lapides isti panes fiant »

Ergo his auditis, celat deitatem Christus, humanæque naturæ more loquitur : **821***m.* « Non ex solo pane vivit homo, sed ex omni verbo quod procedit de ore Dei [34]. » Possum, inquit, sine pane nutriri. Neque enim panibus tantum vita hominum sustentatur, sed Dei verbum sufficit universæ hominum alendæ naturæ. Sic Israeliticus pastus fuit populus, quadraginta annis manna colligens, et avium venatu fruens quæ Dei voluntate irretiebantur. Item Elias corvos altores habuit ; Elisæus autem agresti olere sodales suos nutrivit. Sed cur vetera enumero ? Joannes, qui nuper apud Jordanem baptizabat, omnemque ætatem in deserto transegit, locustis alitur et apum silvestrium fructu. Haud ergo incredibile est, nos quoque insolito a Deo cibo nutriri, et pane non indigere.

Hæc audiens diabolus, victum quidem se doluit ; sed tamen eum intelligens hominem esse, de victoria non desperavit. Propterea secundam illi tertiamque admovet tentationem ; modo dicens : « Si Filius Dei es, mitte te hinc deorsum [35] ; » modo regna mundi ostendens, eaque se daturum promittens, si se prius adorasset. Sed ubi Christus illi prisca dicta in mentem revocavit, « Scriptum est, inquiens, Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli servies [36] ; » admonuitque, nunquam se commissurum ut cuivis alii divinum obsequium offerret ; atque alia insuper Dei effata ac præcepta commemoravit, quæ universalem Deum tentare vetabant ; ille quidem fugiebat, ignominiam cladis non ferens, timens tremensque, et se tyraunide depulsum iri exspectans. Nam cum tela omnia insumpsisset, cunctasque fraudis luctas ipsi admovisset, invulnerabilem invictumque athletam esse cognovit. Etenim cum eum Adami instar fuisset aggressus, non qualem exspectabat, comperit. Porro angeli ad victorem accedentes, qui eminus antea luctam spectaverant, ceu quidam amatores jam ministrabant, choream agebant, athletam magnificabant, coronabant, prædicabant, **822***m.* gratulabantur conservorum hominum libertati, adversarii cladem spectantes gaudebant.

XV. *Nisi Christus mentem quoque assumpsisset, nihil nostrum interesset victoria de diabolo. Contra Apollinarem.*

Hæc stultum Apollinaris deliramentum refutant,

[34] Matth. IV, 4. [35] ibid. 5, 6. [36] ibid. 9, 10.

(1) De variis Apollinaris erroribus memini me olim disserere *Script. vet.* t. I, ed. prim. p. 185, in

qui mentis loco Deum Verbum in assumpta carne inhabitavisse dicit. Nam si forte humanam mentem assumpta natura non habuisset, Deus utique solus cum diabolo decertasset, Deus victoriam retulisset; Deo autem victore, ego nihil de victoria profecissem, quia ad eam nil contulissem. Sed et omni ob eam gaudio carerem, quia alieno tantum tropæo gloriarer. Diabolus vero lætaretur, gloriaretur, superbiret, seque jactaret, ceu cum Deo prœliatus, et a Deo victus. Magnum quid enim ipsi esset a Deo vinci. Nam si Deus Verbum, mentis loco, in suscepto corpore fuisset, probabilibus fortasse excusationibus usus esset diabolus; etenim haud absurde dixisset: Ego, Domine et rerum omnium auctor, haud contra te pugnam suscepi: novi enim dignitatem tuam, scio potentiam, agosco dominatum. Meum confiteor famulitium, quanquam apostata factus sum. Cedo autem de victoria ipsis angelis cunctisque cœlestibus cœtibus, quorum infelix ego pars olim fui. Sed prœlium contra hunc suscepi, quem de limo formatum ad imaginem tuam condidisti, rationis usu exornasti, et paradisi civem constituisti, terræque et maris dominum exhibuisti. Hunc ego ad hanc usque diem vincens et vulnerans et morti addicens persto. Huic in stadium adducto, et mecum luctari coacto, velim ipse spectator adsis et certaminum præses. Quod si magistri quoque vis fungi vice, doce eum luctari, demonstra illi victoriæ artificia, instrue ut **823** *m.* vis; tantum ne ipse certaminis socius fias. Non enim ego ita sum audax, et mente captus, ut tecum Creatore certare aggrediar. Hæc jure diabolus Servatori Christo dixisset, si certe haud homo fuisset, sed Deus vice hominis luctans. Nam si mens humana in eo non erat, Deus loco mentis inhærens, officia mentis implesset, Deus (id est mera deitas) simul cum corpore esurisset, Deus sitisset, Deus laborem et reliquas omnes perpessus esset humanas passiones. Porro si Deus luctatus esset atque vicisset, ego quidem victoria caruissem, Deus vero omnem justitiam implesset. Siquidem, ut aiunt Apollinarianæ garrulitatis professores, quia impossibile erat humana præditum mente, justitiæ leges adimplere, hanc idcirco non suscepit Verbum Deus.

A ἀντὶ νοῦ τὸν Θεὸν Λόγον ἐνοικῆσαι λέγει τῇ προσληφθείσῃ σαρκί. Εἰ γὰρ νοῦν οὐκ εἶχεν ἀνθρώπινον ἡ ἀναληφθεῖσα φύσις, Θεὸς μὲν ὁ πρὸς τὸν διάβολον ἀγωνισάμενος ἦν, Θεὸς δὲ ὁ τὴν νίκην ἀναδησάμενος· Θεοῦ δὲ νενικηκότος, ἐγὼ μὲν οὐδὲν ἀπωνάμην τῆς νίκης, ὡς οὐδὲν εἰς ταύτην εἰσενεγκών· ἀλλὰ καὶ τῆς ἐντεῦθεν εὐφροσύνης γεγύμνωμαι, ὡς ἐπὶ τροπαίοις γαυριῶν ἀλλοτρίοις· ὁ δὲ διάβολος αὐχεῖ, καὶ κομπάζει, καὶ μέγα φρονεῖ, καὶ σεμνύνεται, ὡς Θεῷ παλαίσας, καὶ ὑπὸ Θεοῦ ἡττηθείς· μέγα γὰρ αὐτῷ καὶ τὸ ἡττηθῆναι ὑπὸ Θεοῦ· ὅτι εἰ ὁ Θεὸς Λόγος ἦν ἀντὶ νοῦ ἐν τῷ ληφθέντι, καὶ ὁ διάβολος δικαιολογίαις χρήσαιτο ἂν εὐλόγοις, καὶ εἴποι ἂν εἰκότως· Ἐγὼ, Δέσποτα καὶ ποιητὰ τῶν ὅλων, οὐ πρὸς σὲ τὴν μάχην ἀνεδεξάμην· οἶδα γάρ σου τὴν ἀξίαν, ἐπίσταμαι τὴν B ἐξουσίαν, γινώσκω τὴν δεσποτείαν. Ὁμολογῶ τὴν δουλείαν, εἰ καὶ ἀποστασίαν νοσῶ· παραχωρῶ δὲ καὶ ἀγγέλοις τῆς νίκης, καὶ πᾶσι τοῖς οὐρανίοις δήμοις, ὧν ποτε καὶ ὁ ταλαίπωρος εἷς ὑπῆρχον ἐγώ· τὴν δὲ μάχην πρὸς τοῦτον ἀνεδεξάμην, ὃν ἀπὸ πηλοῦ μὲν διέπλασας, κατ' εἰκόνα δὲ σὴν ἐποίησας, καὶ ἐτίμησας τῷ λόγῳ, καὶ παραδείσου πολίτην κατέστησας, καὶ γῆς καὶ θαλάττης δεσπότην ἀπέφηνας· τοῦτον μέχρι τῆς σήμερον ἡμέρας νικῶν, καὶ βάλλων, καὶ τῷ θανάτῳ παραπέμπων διατελῶ· τοῦτον εἰς τὸ στάδιον ἀγαγὼν, καὶ παλαίειν ἐμοὶ κελεύσας, γενοῦ θεατὴς αὐτὸς καὶ τῶν παλαισμάτων ἀγωνοθέτης· εἰ δὲ βούλει καὶ τὰ παιδοτρίβου ποιεῖν, δίδαξον παλαίειν, ὑπόδειξον αὐτῷ τὰς τῆς νίκης λαβὰς, ἄλειψον ὡς θέλεις, C μόνον μὴ συμμαχήσῃς παλαίοντι. Οὐ γὰρ οὕτω θρασὺς ἐγὼ, καὶ τοῦ φρονεῖν ἐξεστηκὼς, ὡς σοὶ τῷ Ποιητῇ παλαίειν ἐπιχειρῆσαι. Ταῦτα ἂν εἶπεν ὁ διάβολος δικαίως πρὸς τὸν Σωτῆρα Χριστὸν, εἴπερ οὐκ ἄνθρωπος ἦν, ἀλλὰ Θεὸς, ὁ ἀντὶ ἀνθρώπου παλαίων. Εἰ γὰρ νοῦς ἀνθρώπινος οὐκ ἦν ἐν αὐτῷ, Θεὸς ἀντὶ νοῦ ὑπάρχων τὰ τῷ νῷ ἐνήργει προσήκοντα· Θεὸς μὲν ἦν ὁ τῷ σώματι συμπεινάσας, Θεὸς δὲ ὁ διψήσας, καὶ κοπιάσας, καὶ ἄλλα πάντα τὰ ἀνθρώπινα ὑπομείνας παθήματα. Εἰ δὲ Θεὸς ὁ παλαίσας, καὶ νικήσας, κἀγὼ τοῦ νίκους ἐστέρημαι, Θεὸς δὲ ὁ τὴν δικαιοσύνην ἅπασαν κατορθώσας. Εἴπερ, ὡς φασιν οἱ τῆς Ἀπολιναρίου τερθρείας ὁμολογηταὶ, ἐπειδὴ ἀδύνατον ἦν καὶ ἐν ἀνθρωπίνῳ [νοΐ] πληρῶσαι τῆς δικαιοσύνης τοὺς νόμους, οὐκ ἀνελάβετο τοῦτον ὁ Θεὸς Λόγος.

XVI. *Quod defensionem habeant peccatores, si mentem, utpote infirmam, Deus Verbum non susceperit.*

Hoc dum aiunt, primo quidem haud modicam impotentiam ipsi Deo affingunt, siquidem, ut aiunt, fieri non poterat ut si humana mens ei inesset, hominem justificaret. Deinde peccatoribus cunctis, et divinarum legum violatoribus, defensionis fores patefaciunt. Jure enim rerum omnium Deo dicerent: Nihil venia indignum, Domine, peccavimus, neque pœna dignum; quandoquidem infirmæ mentis ducatum sortiti sumus, quæ leges tuas observare nequit.

D ΙΖ'. *Ὅτι οἱ ἁμαρτάνοντες ἀπολογίαν ἔχουσιν, εἰ ὡς ἀσθενῆ τὸν νοῦν οὐκ ἀνέλαβεν ὁ Θεὸς Λόγος.*

Τοῦτο δὲ λέγοντες, πρῶτον μὲν ἀδυναμίαν προσάπτουσιν οὐ τὴν τυχοῦσαν αὐτῷ τῷ Θεῷ, εἴπερ, ὡς φασιν, οὐχ οἷόν τε ἦν τοῦ νοῦ τοῦ ἀνθρωπίνου συνόντος δικαιῶσαι τὸν ἄνθρωπον. Ἔπειτα δὲ καὶ πᾶσι τοῖς ἁμαρτάνουσι, καὶ τοὺς θείους νόμους παραβαίνουσιν, ἀπολογίας ὑπανοίγουσι θύραν. Εἴποιεν γὰρ εἰκότως πρὸς τὸν τῶν ὅλων Θεόν· Οὐκ ἀσύγνωστα, Δέσποτα, πεπλημμελήκαμεν, οὐδὲ τιμωρίας ἄξια, νοῦν ἡγεμόνα λαβόντες ἀσθενῆ, καὶ φυλάττειν τοὺς σοὺς

adn., quo tempore nonnulla ejus in Lucam fragmenta ex Vaticano codice edidi: quanquam multo lautiores Apollinaris copiæ ex aliis adhuc codicibus producendæ mihi supersunt.

Digitized by Google

οὐ δυνάμενον νόμους. Καὶ μαρτυροῦσι πατριάρχαι, καὶ προφῆται, καὶ τῶν θεοφιλῶν ἀνθρώπων τὰ τάγματα, τῶν τε πρὸ τοῦ νόμου, καὶ τῶν μετὰ τὸν νόμον, οἱ ἐν ἀζυγίᾳ, οἱ ἐν ζυγῷ, οἱ ἐν πλούτῳ, οἱ ἐν ἀκτησίᾳ πληρῶσαί σου τὰς ἐντολὰς μὴ δυνηθέντες διὰ τοῦτον· καὶ ταῦτα τῷ παναγίῳ σου Πνεύματι βοηθούμενοι. Καὶ τί δεῖ τὰ πολλὰ λέγειν; Αὐτὸς, ὦ Δέσποτα, ἐν σαρκὶ παραγέγονας, καὶ σάρκα μὲν ἡμετέραν ἀνέλαβες, τὸν δὲ νοῦν ὡς κωλύοντα τῆς ἀρετῆς τὴν κτῆσιν, καὶ τῆς ἁμαρτίας τὴν ἀπάτην ῥᾳδίως ὑποδεχόμενον ἀπέῤῥιψας, καὶ οὐκ ἠνέσχου λαβεῖν· γέγονας δὲ ἀντὶ νοῦ τῇ σαρκὶ, καὶ τῷ τρόπῳ τούτῳ τὴν δικαιοσύνην κατώρθωσας. Τούτῳ τῷ τρόπῳ τὴν ἁμαρτίαν νενίκηκας. Θεὸς γὰρ ὑπάρχεις, βουλῇ ποιῶν τὸ δοκοῦν, νεύματι μετασκευάζων τὰ πράγματα. Ἡμεῖς δὲ νοῦν ἔχοντες τὸν ἀνθρώπινον, ὃν ἀναλαβεῖν οὐκ ἠθέλησας, ἀναγκαίως ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν τυγχάνομεν, τοῖς σοῖς ἀκολουθῆσαι ἴχνεσιν οὐκ ἰσχύσαντες. Τί γὰρ νοῦς ἀνθρώπινος πρὸς Θεοῦ δυνάμιν καὶ Θεοῦ σοφίαν, καὶ φῶς, καὶ δικαιοσύνην, καὶ ζωὴν, καὶ τὰς ἄλλας ἐνεργείας τῆς σῆς οὐσίας, αἳ καθάπερ ἀκτῖνες καὶ λαμπηδόνες ἐκ τῆς σῆς ἀνίσχουσι φύσεως; Ταῦτ' ἂν εἰκότως εἴποιεν οἱ τῇ ἁμαρτίᾳ δουλεύειν αἱρούμενοι, εἴπερ ὁ Θεὸς Λόγος μηχανησάμενος τὸ ἀναμάρτητον.

A Testes sunt patriarchæ atque prophetæ, et Deo charorum hominum agmina, tum ante tum post legem, tum cælibes, tum conjugati, tum opulenti, tum inopes, qui mentis causa tuas adimplere leges haud potuerunt, nequidquam Spiritu tuo sanctissimo auxiliante. Sed cur pluribus verbis opus sit? Tu ipse, Domine, carne indutus venisti; sed carnem quidem nostram assumpsisti, mentem tamen ut virtutis adeptioni contrariam, et peccati errori facile obnoxiam, recusasti nec sumere passus es: tuque 824*m.* adeo mentis vice in carne functus es, atque ita justitiam felici successu peregisti. Hac videlicet ratione peccatum vicisti. Deus enim es, voluntatis vi quidquid libuerit agens, nutu tuo negotia versans. Nos vero mente humana præditi, quam tu tibi sumere B noluisti, necessario sub peccato degimus, tua sequi vestigia non valentes. Quid est enim humana mens præ Dei viribus, sapientia, lumine, justitia, vita, aliisque substantiæ tuæ efficaciis, quæ veluti radii ac lampades ex natura tua scaturiunt? Hæc credibiliter dicerent ii qui peccato servire decrevissent, si Deus Verbum dum vere hominem assumeret, hac ratione impeccantiam suam sibi conciliasset.

ἀληθῶς ἂν συνανέλαβεν ἄνθρωπον, τούτῳ τῷ τρόπῳ

ΙΖ'. *Κατασκευὴ, ὅτι εὔλογος ἡ τοῦ νοῦ ἀνθρωπίνου ἀνάληψις.*

Ἀλλὰ τὴν μὲν ἀδολεσχίαν ἐκείνων καταλίπωμεν ἐπὶ τοῦ παρόντος· ἡμεῖς δὲ ἐπὶ τὴν προκειμένην ὑπόθεσιν ἐπανέλθωμεν, καὶ δείξωμεν τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν οἰκονομίαν ἀναγκαίως γεγενημένην. Ἐπειδὴ γὰρ ἅπας ὁ ἄνθρωπος ἠπατήθη, καὶ ἅπας ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν ἐγένετο, καὶ πρὸ τοῦ σώματος δὲ τὴν ἀπάτην ὁ νοῦς ὑπεδέξατο· ἡ τοῦ νοῦ γὰρ πρότερον συγκατάθεσις τὴν ἁμαρτίαν σκιαγραφεῖ, εἶθ' οὕτως διὰ τῆς ἐνεργείας τὸ σῶμα ταύτην μορφοῖ, εἰκότως ὁ Δεσπότης Χριστὸς τὴν πεπτωκυῖαν φύσιν ἀναστῆσαι βουλόμενος, πᾶσι χεῖρα ὀρέγει, καὶ κειμένην ἐγείρει τὴν σάρκα, φημὶ, καὶ τὸν νοῦν, ὃς ἐγεγόνει κατ' εἰκόνα τοῦ Κτίσαντος· ἀόρατός τε γάρ ἐστι, καὶ ἀθέατος, ἀνέφικτός τε καὶ ἀκατάληπτος, οὐδ' ἑαυτὸν ἐπιστάμενος, πρὸς δὲ τούτοις καὶ ἀπερίγραφος· εἴπερ εἰς τὴν τῶν λογισμῶν ἀποβλέψαιμεν φαντασίαν, ἡγεμονίᾳ τε καὶ ἐξουσίᾳ τετιμημένος, τάχναις καὶ ἐπιστήμαις κεκοσμημένος, βραχύς τις καὶ νέος δημιουργὸς, ἢ, τό γε ἀληθέστερον εἰπεῖν, τοῦ Δημιουργοῦ μιμητὴς, βασιλεὺς τῆς ὁρωμένης κτίσεως, ἢ βασιλέως εἰκὼν, φόρους συλλέγων ἐκ γῆς, ἐκ θαλάττης, ἐξ ἀέρος, ἐξ ἡλίου καὶ σελήνης καὶ ἀστέρων, ἐξ οὐρανοῦ καὶ νεφῶν, ἐκ προβάτων καὶ βοῶν καὶ τῶν ἄλλων κτηνῶν, μᾶλλον δὲ πάντας αὐτῶν τοὺς καρποὺς δρεπόμενος· δι' αὐτὸν γὰρ ἐγένετο τὰ ὁρώμενα· Θεὸς γὰρ τούτων ἀπροσδεής.

Οὔκουν ἠτίμασε τὸν οὕτω τίμιον, τὸν θεραπείας δεόμενον· οὐδὲ τὸ φθειρόμενον, καὶ νόσῳ καὶ γήρᾳ δουλεῦον καὶ θανάτῳ ἀνέλαβε, τὸ δὲ λογικὸν καὶ ἀθάνατον καὶ κατ' εἰκόνα γεγενημένον ὑπερεῖδε, καὶ ταῦτα κακῶς, ὥς φασι, διακείμενον· ἀλλὰ πᾶσαν τὴν φύσιν παλαιωθεῖ-

XVII. *Argumenta ad demonstrandum recte factam fuisse mentis humanæ assumptionem.*

Sed jam istorum nugas in præsenti omittamus. C Nos vero ad propositum argumentum revertamur, atque demonstremus necessariam fuisse Servatoris nostri incarnationem. Quia enim totus homo deceptus fuerat, totusque sub peccatum deciderat, et ante ipsum corpus mens errorem admiserat; namque antea mentis consensus peccatum delineat, deinde id corpus per suam actionem figurat, merito Christus Dominus lapsam naturam erigere volens, utrique simul manum porrigit, et jacentem erigit, carnem, inquam, ac mentem, quæ ad Creatoris imaginem facta fuit. Est enim mens invisibilis, incontemplabilis, impervia et incomprehensibilis, neque se ipsam cognoscens, et insuper incircumscripta: et si cogitationum phantasiam spectamus, ducatu et potestate prædita, artibus et scientiis ornata, D parva quædam ac nova creatrix, vel, ut verius dicam, Creatoris imitatrix, regina creaturæ visibilis, vel regis imago, tributa de terra colligens, ex mari, atque aere, ex sole ac luna et stellis, ex cœlo et nubibus, ex ovibus, bobus, aliisque 825*m.* pecudibus; imo vero omnium fructus carpens: ejus enim gratia visibilia cuncta sunt facta: nam Deus horum non est indigus.

Non ergo contempsit tam pretiosam partem medela egentem; morboque et senecta corruptam mortique mancipatam humanitatem non ita assumpsit, ut partem ipsius rationalem et immortalem atque ad imaginem suam factam despexerit; præsertim quia

Digitized by Google

male, ut aiunt, se habebat : sed universam naturam antiquatam renovavit. Anne enim partem ejus novam fecisset, illam vero, quæ inveterata erat et corrupta, sine remedio esse sivisset ? cum præsertim pars hæc pretiosissima esset, et immortalitate pollens, et rationis usu exornata, et ad intellectualium ordinem pertinens. Absurdissimum quippe fuisset, corpus luteum et pulvereum, et passionibus implicitum sibi assumere atque adjungere, et in dextera majestatis collocare : mentem vero invisibilem, immortalem, animantis rectricem, ad Dei factam imaginem, incorruptibilitate prædilam, corporis veluti aurigam, gubernatricem, et quasi concentu temperantem, per quam humana natura non est bruta, sed sapientia, artibus et quavis peritia abundat : hanc, inquam, mentem ad inferiorem gradum deprimi, nec parem saltem cum corpore honorem participare ; cum tamen ejus causa corpus rationalis creatura evaserit ; cum ejusdem causa datæ fuerint leges ac prophetiæ ; per quam fiunt certamina, luctæ, victoriæ, laudationes, coronæ ; per quam corpus cum ea decertans, præmium laborum consequitur cœlorum regnum ; ob quam ipse quoque Servatoris nostri adventus contigit, et incarnationis peractum mysterium est. Non enim propter res inanimes et mente carentes salutarem admisit

σαν ἐνεποίησε. Καὶ τὸ μὲν αὐτῆς καινὸν ἀπειργάσατο, τὸ δὲ πεπαλαιωμένον καὶ διεφθαρμένον ἀνίατον εἴασε ; καὶ ταῦτα τιμιώτατον ὑπάρχον, καὶ ἀθανασίᾳ τετιμημένον, καὶ λόγῳ κεκοσμημένον, καὶ τῆς τῶν νοητῶν μοίρας τυγχάνον· τῶν ἀτοπωτάτων γὰρ τὸ μὲν σῶμα τὸ πήλινον, καὶ χοϊκὸν, καὶ πάθεσι συνεζευγμένον, καὶ προσληφθῆναι, καὶ ἀναληφθῆναι, καὶ ἐκ δεξιῶν τῆς μεγαλωσύνης καθιδρυνθῆναι· τὸν δὲ νοῦν τὸν ἀόρατον, τὸν ἀθάνατον, τὸν ἡγεμόνα τοῦ ζώου, τὸν κατ' εἰκόνα θείαν γεγενημένον, τὸν ἀφθαρσίᾳ τετιμημένον, τὸν τοῦ σώματος ἡνίοχον καὶ κυβερνήτην καὶ μουσικὸν, δι' ὃν οὐκ ἄλογος ἡ ἀνθρωπεία φύσις, ἀλλὰ σοφίας καὶ τέχνης καὶ ἐπιστήμης ἀνάπλεως (1), τοῦτον ἀπερρίφθαι κάτω, καὶ τῆς τοῦ σώματος μὴ μεταλαγχάνειν τιμῆς· δι' ὃν τὸ σῶμα τῆς λογικῆς ἐγένετο κτίσεως· δι' ὃν νομοθεσίαι, καὶ προφητεῖαι· δι' ὃν ἀγῶνες, καὶ πάλαι, καὶ νίκαι, καὶ ἀναῤῥήσεις, καὶ στέφανοι· δι' ὃν καὶ τὸ σῶμα τὸ συναθλοῦν, ἆθλον τῶν πόνων ἔχει τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν· δι' ὃν καὶ αὐτὴ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἡ παρουσία γεγένηται, καὶ τὸ τῆς οἰκονομίας ἐπραγματεύθη μυστήριον· οὐ γὰρ ὑπὲρ ἀψύχων ἢ ἀνοήτων τὰ σωτήρια κατεδέξατο πάθη, οὐδ' ὑπὲρ ἀλόγων κτηνῶν ἢ λίθων ψυχῆς ἐστερημένων, ἀλλ' ὑπὲρ ἀνθρώπων ψυχὴν ἀθάνατον ἔνοικον κεκτημένων.

passionem, neque **826***m.* propter irrationalia jumenta aut lapides anima destitutos, sed propter homines qui immortalem animam nacti sunt incolam.

XVIII. *Hæreticorum contraria argumenta solvuntur.*

Sed qui nugas magis quam veritatem æstimat Apollinaris, rectisque ac piis dogmatibus suam anteponit garrulitatem, carnem quidem a Deo Verbo assumptam ait, atque hac ceu velo quodam esse usum ; mente autem non indiguisse, sed ipsum vice mentis corpori exstitisse. Sed, o sodes, dicet ei aliquis, ne corpore quidem Deus Verbum egebat ; nihil enim prorsus requirit : poterat autem solo mandato nostram operari salutem. Sed tamen voluit nos quoque communionem aliquam recte factorum habere : quod ut efficeret, peccatricem assumptam naturam, eamque suis laboribus justificatam, acerbis expedivit tyrannis peccato et diabolo ac morte, et cœlestibus sedibus donavit : et per eam quam ipse sumpsit humanitatem, universo generi libertatem communicavit. Sedenim nihil horum reputans hic sapientissimus, vocalissimum theologiæ præconem Joannem evangelistam, amentiæ suæ testem habere se judicat. « Verbum enim, inquit, caro factum est, et habitavit in nobis [37]. » Atqui omnino sciebat, alibi quoque partem pro toto divinam Scripturam appellare solere : quæ modo quidem ex anima totum hominem nuncupat, modo autem ex carne totum animal denotat : « Omnes enim, inquit, animæ quæ

ΙΗ'. *Λύσις τῶν αἱρετικῶν προβλημάτων.*

Ἀλλ' ὁ τὸν ὕθλον προτιμήσας τῆς ἀληθείας Ἀπολινάριος, καὶ τῶν εὐσεβῶν δογμάτων τὴν οἰκείαν προτάξας ἀδολεσχίαν, τὴν μὲν σάρκα τὸν Θεὸν Λόγον ἀνειληφέναι φησὶ, καὶ ταύτῃ καθάπερ τινὶ παραπετάσματι χρήσασθαι· τοῦ δὲ νοῦ μὴ δεηθῆναι, αὐτὸν δὲ ἀντὶ νοῦ γενέσθαι τῷ σώματι. Ἀλλ', ὦ βέλτιστε, εἴποι τις ἂν πρὸς αὐτὸν, οὐδὲ τοῦ σώματος ὁ Θεὸς Λόγος ἔχρῃζεν, ἀπροσδεὴς γάρ· ἠδύνατο δὲ καὶ μόνῳ προστάγματι τὴν ἡμετέραν πραγματεύσασθαι σωτηρίαν· ἀλλ' ἠθέλησεν ἔχειν τινὰ καὶ ἡμᾶς εἰς τὸ κατορθούμενον κοινωνίαν, οὗ χάριν λαβὼν φύσιν τὴν ἡμαρτηκυῖαν, πόνοις αὐτὴν οἰκείοις δικαιώσας, τῶν τε πικρῶν τυράννων ἀπήλλαξεν ἁμαρτίας, καὶ διαβόλου, καὶ θανάτου, καὶ τῶν ἐπουρανίων θρόνων ἠξίωσε, καὶ διὰ τοῦ ληφθέντος παντὶ τῷ γένει τῆς ἐλευθερίας μετέδωκεν· ἀλλ' οὐδὲν τούτων εἰς νοῦν λαβὼν ὁ σοφώτατος τὸν μεγαλοφωνότατον κήρυκα τῆς θεολογίας, τὸν εὐαγγελιστὴν Ἰωάννην, μάρτυρα τῆς οἰκείας ἀνοίας ἔχειν ἡγεῖται· « Ὁ Λόγος γὰρ, φησὶ, σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν· » καὶ ταῦτα σαφῶς εἰδὼς, ὡς πολλαχοῦ τὸ πᾶν ἀπὸ μέρους ἡ θεία Γραφὴ προσαγορεύει, καὶ πῇ μὲν ἀπὸ τῆς ψυχῆς πάντα καλεῖ τὸν ἄνθρωπον, πῇ δὲ ἀπὸ τῆς σαρκὸς ὅλον τὸ ζῶον δηλοῖ· « Πᾶσαι γὰρ αἱ ψυχαὶ, αἱ εἰσελθοῦσαι, φησὶν, ἅμα Ἰακὼβ εἰς Αἴ-

[37] Joan. I, 14.

(1) Præclarissime his Cicero astipulatur in Scipionis Somnio. *Tu vero sic habeto, non esse te mortalem, sed corpus hoc : nec enim tu es, quem forma ista declarat, sed mens cujusque is est quisque, non ea figura quæ digito demonstrari potest.* Pudeat ergo eos, qui totum hominem materiam esse mortalem dicere audent.

Digitized by Google

γυπτον ἑβδομήκοντα πέντε (1). Εὔδηλον δὲ ὡς οὐκ ἀσώματοι ἦσαν οἱ τοῦ Ἰακὼβ υἱοί τε καὶ ἔκγονοι, ἀλλ' ἀπὸ μέρους τὸ πᾶν ὁ ἱστοριογράφος ἐδήλωσε. Καὶ πάλιν· « Ψυχὴ ἡ ἁμαρτάνουσα, αὐτὴ ἀποθανεῖται. » Οὐδεὶς δὲ ἔγνω πώποτε ψυχὴν ἄνευ σώματος ἁμαρτίᾳ περιπεσοῦσαν· καὶ αὖθις, « Οὐ μὴ καταμείνῃ τὸ Πνεῦμά μου ἐν τοῖς ἀνθρώποις τούτοις, διὰ τὸ εἶναι αὐτοὺς σάρκα. » Καὶ ὁ προφήτης ἐτέρωθι, « Πᾶσα σὰρξ χοῦς [ita cod., non χόρτος], καὶ πᾶσα δόξα ἀνθρώπου ὡς ἄνθος χόρτου· » καὶ ὁ μακάριος Δαβὶδ, « Ἐμνήσθη, φησὶν, ὅτι σάρξ εἰσι, πνεῦμα πορευόμενον, καὶ οὐκ ἐπιστρέφον. » Παντὶ δὲ δήπουθεν γνώριμον, ὡς οὐκ ἄψυχοι ἦσαν οὗτοι ὧν κατηγορεῖ, καὶ οἷς νομοθετεῖ, καὶ ὧν ἑρμηνεύει τὴν φύσιν.

His aliisque miraculis promissionum suarum magnitudine confirmata, et apostolorum choro ad virtutem erudito, sponte accurrit ad eas quæ de eo scriptæ fuerant **839***m* passiones; quas sæpe discipulis suis prænuntiaverat, Petro etiam increpito qui haud libenter passionum nuntium excipiebat; demonstrans denique salutem mundi per has confieri. Propterea et advenientibus semet exhibuit dicens: « Ego sum quem quæritis [80]. » Et accusatus non respondit, et cum posset latere, noluit; quanquam alio non semel tempore appetitus insidiis, declinaverat. Insuper et Jerusalem deplorat, quæ incredulitate sua exitium sibi comparabat, et supremæ ruinæ addicit templum olim famigeratum. Patienter quoque se in capite percussum fert ab homine dupliciter servili. Exalapatus, conspatus, vituperatus, excruciatus, flagellatus, et postremo in crucem actus, et socios supplicii admittens utrimque latrones, et cum homicidis atque scelestis computatus, acetumque et fel ex mala vite percipiens, spinisque pro palmitibus atque racemis coronatus, et purpura illusus, calamoque percussus, lancea latus perfossus, et denique sepulcro illatus.

καὶ καλάμῳ παιόμενος, καὶ λόγχῃ τὴν πλευρὰν

ΚΖ'. *Τίς τῶν Δεσποτικῶν παθημάτων ἡ αἰτία.*

XXVII. *Quænam Dominicæ passionis causa fuerit.*

Ὑπέμεινε δὲ ταῦτα, τὴν ἡμετέραν μηχανώμενος σωτηρίαν· ἐπειδὴ γὰρ οἱ τῇ ἁμαρτίᾳ δουλεύσαντες τοῖς ἐπιτιμίοις ὑπεύθυνοι τῆς ἁμαρτίας ἐτύγχανον, αὐτὸς ἁμαρτίας ἀπηλλαγμένος, καὶ διὰ πάσης ὁδεύσας δικαιοσύνης, τὴν τῶν ἁμαρτωλῶν κατεδέξατο τιμωρίαν, διὰ μὲν τοῦ σταυροῦ, τῆς παλαιᾶς κατάρας τὴν ἀπόφασιν λύων « (Χριστὸς γὰρ, φησὶν, ἐξηγόρασεν ἡμᾶς ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου, γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα· γέγραπται γάρ· Ἐπικατάρατος πᾶς ὁ κρεμάμενος ἐν ξύλῳ »), διὰ δὲ τῶν

Hæc autem perpessus est, dum saluti nostræ dat operam. Nam quia ii qui peccato servierant, peccati pœnis facti erant obnoxii, ipse omni peccato immunis, et qui omnis justitiæ cursum confecerat, peccantium supplicium subiit, veteris maledicti decretum cruce sua delens. « Christus enim, inquit (Paulus), nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum: quia scriptum est: Maledictus omnis qui pendet in ligno [81]; » spinea vero corona finem Adami suppliciis imponens. Etenim post pec-

[80] Joan. XVIII, 6. [81] Galat. III, 13, 14.

Digitized by Google

catum ille audierat : « Maledicta terra in operibus tuis : spinas et tribulos germinabit tibi [41]. » Felle amaritudinem ac molestiam mortalis passibilisque hominum vitæ in se recepit. Aceto hominum in pejus mutationem ipse sibi imputavit, et ad meliora reditum largitus est. Purpura regnum significavit, **840** *m* calamo infirmitatem fragilitatemque potentiæ diaboli innuit, alapa nostram publicavit libertatem, nobis debitas tolerans ipse injurias, correctiones atque plagas. Latus, æque ac Adamus, perfossus, non tamen feminam inde emergentem exhibens, quæ mortem suo errore genuit, sed vitæ fontem qui duplici rivulo mundum vivificat ; quorum alter in baptisterio nos renovat et immortali stola vestit, alter genitos alit in divina mensa, ceu lac parvulos.

A ἀκανθῶν, τέλος διδοὺς ταῖς Ἀδὰμ τιμωρίαις (μετὰ γὰρ τὴν ἁμαρτίαν [cod. τιμωρίαν], ἤκουσεν ἐκεῖνος· « Ἐπικατάρατος ἡ γῆ ἐν τοῖς ἔργοις σου, ἀκάνθας καὶ τριβόλους ἀνατελεῖ σοι »), διὰ δὲ τῆς χολῆς τὸ πικρὸν καὶ ἐπίπονον τῆς θνητῆς καὶ παθητῆς ζωῆς τῶν ἀνθρώπων εἰς ἑαυτὸν ἀναλαμβάνων· διὰ δὲ τοῦ ξύλου τὴν ἐπὶ τὸ χεῖρον τῶν ἀνθρώπων μεταβολὴν αὐτὸς δεχόμενος, καὶ τὴν εἰς τὸ κρεῖττον ἐπάνοδον χαριζόμενος· τῇ πορφυρίδι σημαίνων τὴν βασιλείαν, τῷ καλάμῳ τὸ ἀσθενὲς καὶ σαθρὸν τῆς τοῦ διαβόλου δυνάμεως αἰνιττόμενος, τῷ ῥαπίσματι τὴν ἡμετέραν κηρύττων ἐλευθερίαν, τὰς ἡμετέρας ὑπομένων ὕβρεις, καὶ παιδείας, καὶ μάστιγας. Τὴν πλευρὰν τῷ Ἀδὰμ παραπλήσιον νυττόμενος, ἀλλ' οὐ γυναῖκα προῖοῦσαν ἐκεῖθεν δεικνὺς, τὸν θάνατον

B διὰ τῆς ἀπάτης γεννήσασαν, ἀλλὰ πηγὴν ζωῆς τῷ διπλῷ νάματι τὴν οἰκουμένην ζωογονοῦσαν· ὧν τὸ μὲν ἡμᾶς ἐν κολυμβήθρᾳ νεοποιεῖ, καὶ τῇ ἀθανάτῳ περιβάλλει στολῇ· τὸ δὲ τρέφει γεννηθέντας ἐν τῇ τραπέζῃ τῇ θείᾳ, καθάπερ τὰ βρέφη τὸ γάλα.

XXVIII. *Quod ex Christi cruciatibus salus nostra orta sit.*

ΚΗ'. *Ὅτι διὰ τῶν τοῦ Χριστοῦ παθῶν ἡ ἡμετέρα γέγονε σωτηρία.*

Pharmaca itaque nostra sunt Servatoris nostri cruciatus. Quod propheta docens ait : « Ipse peccata nostra perfert, et pro nobis dolet : nos autem reputavimus eum in labore et plaga atque afflictione versari. Ipse vulneratus est propter peccata nostra, attritus est propter scelera nostra : disciplina pacis nostræ super eum : livore ejus nos sanati sumus. Omnes quasi oves erravimus ; ideo tanquam ovis ad occisionem ductus est, et sicut agnus coram tondente se obmutuit [42]. » Et sicut pastor dispersas oves cernens, unam ex ovibus manu tenens, et ad placitum sibi pascuum ducens, reliquas etiam hujus exemplo ad se pertrahit ; sic Deus Verbum cum genus hominum errabundum vidisset, servi forma assumpta, eaque sibi copulata, ad se per illam convertit universam hominum naturam, atque ad divina pascua deduxit eos qui male pascebantur et lupis erant objecti. Propterea Servator noster naturam nostram assumpsit : propterea Christus Dominus salutiferam excepit passionem, mortique deditus, sepulcro traditus, antiquam illam tyrannidem depulit, et corruptela detentis incorruptibilitatem promisit. Nam dissolutum templum restaurans et resuscitans, mortuis quoque atque ejus resurrectionem exspectantibus veras firmasque **841** *m* promissiones ostendit. Nam quemadmodum, inquit, sumpta ex vobis natura, deitatis inhabitatione atque adunatione, resurrectionem obtinuit, et corruptibilitate passionibusque depositis, ad incorruptibilitatem immortalitatemque transivit, sic et vos dura mortis servitute absolvemini, abjectaque corruptione cum passionibus, impassibilitate vestiemini. Idcirco et baptismi donum cunctis hominibus per apostolos misit. « Euntes enim, inquit, docete omnes gentes, baptizantes eas in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti [43]. » Baptismus adumbratio quædam est

Φάρμακα τοίνυν ἐστὶν ἡμέτερα τὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν παθήματα· καὶ τοῦτο διδάσκων ὁ προφήτης βοᾷ· « Αὐτὸς τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν φέρει, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν ὀδυνᾶται· ἡμεῖς δὲ ἐλογισάμεθα αὐτὸν εἶναι ἐν πόνῳ, καὶ ἐν πληγῇ, καὶ ἐν κακώσει· αὐτὸς δὲ ἐτραυματίσθη διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, καὶ μεμαλάκισται διὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν· παιδεία εἰρήνης ἡμῶν ἐπ' αὐτῷ· τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς ἰάθημεν· πάντες ὡς πρόβατα ἐπλανήθημεν, διὸ ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείραντος αὐτὸν ἄφωνος. » Καὶ καθάπερ ποιμὴν τὰ πρόβατα

C διεσκεδασμένα θεωρῶν, ἐν τῶν προβάτων κατέχων, καὶ ἐφ' ἣν βούλεται νομὴν ἄγων, ἕλκει τὰ λοιπὰ δι' ἐκείνου πρὸς ἑαυτόν· οὕτως ὁ Θεὸς Λόγος τῶν ἀνθρώπων τὸ γένος πεπλανημένον ἰδὼν, τοῦ δούλου λαβὼν τὴν μορφὴν, καὶ ταύτην συνάψας ἑαυτῷ, πρὸς ἑαυτὸν δι' ἐκείνης ἐπέστρεψε πᾶσαν τὴν τῶν ἀνθρώπων φύσιν, καὶ εἰς τὴν θείαν νομὴν ἤγαγε τὰ κακῶς νεμόμενα, καὶ τοῖς λύκοις προκείμενα. Διὰ ταῦτα ὁ Σωτὴρ ὁ ἡμέτερος τὴν ἡμετέραν φύσιν ἀνέλαβε. Διὰ ταῦτα ὁ Δεσπότης Χριστὸς τὰ σωτήρια κατεδέξατο πάθη, καὶ θανάτῳ παραπεμφθεὶς, καὶ ταφῇ παραδοθεὶς, τὸ μὲν παλαιὸν ἐκεῖνο καὶ πολυχρόνιον κράτος ἔλυσε, τοῖς δὲ τῇ φθορᾷ πεπεδημένοις τὴν ἀφθαρσίαν

D ὑπέσχετο. Τὸν γὰρ λυθέντα ναὸν ἀνοικοδομήσας, καὶ ἀνεγείρας, καὶ τοῖς κειμένοις καὶ προσδεχομένοις αὐτοῦ τὴν ἀνάστασιν ἀληθεῖς καὶ βεβαίας τὰς ὑποσχέσεις ὑπέδειξεν. Ὃν τρόπον γὰρ, φησὶν, ἡ ἐξ ὑμῶν ἀναληφθεῖσα φύσις τῇ τῆς θεότητος ἐνοικήσει τε καὶ ἑνώσει, τῆς ἀναστάσεως ἔτυχε, καὶ τὸ φθαρτὸν ἀναστιθεμένη σὺν τοῖς παθήμασιν εἰς ἀφθαρσίαν καὶ ἀθανασίαν μετέβη· οὕτω καὶ ὑμεῖς τῆς χαλεπῆς τοῦ θανάτου δουλείας ἀπαλλαγήσεσθε, καὶ τὴν φθορὰν ἀποῤῥίψαντες σὺν τοῖς πάθεσιν, ἐνδύσασθε τὴν ἀπάθειαν. Διὸ καὶ τὸ δῶρον τοῦ βαπτίσματος πᾶσιν ἀνθρώποις διὰ τῶν ἀποστόλων ἐξέπεμψε. « Πορευθέν-

[41] Gen. III, 17. [42] Isa. LIII, 4 seqq. [43] Matth. XXVIII, 19.

Digitized by Google

τις γὰρ, φησὶ, μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. » Τὸ βάπτισμα τοῦ Δεσποτικοῦ θανάτου σκιαγραφία τις ὑπάρχει καὶ τύπος. « Εἰ γὰρ σύμφυτοι, φησὶν ὁ Παῦλος, γεγόναμεν τῷ ὁμοιώματι τοῦ θανάτου τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀναστάσεως ἐσόμεθα. »

A et typus mortis Dominicæ. « Nam si complantati, inquit Paulus, fuimus similitudini mortis Filii ejus, erimus et resurrectionis [86] »

ΚΘ'. *Ἀπόδειξις ἐκ τῶν Ἀποστόλου γραφῶν περὶ τῆς τελείας τοῦ ἀνθρώπου φύσεως.*

Οὕτω γεννηθεὶς ὁ Δεσπότης Χριστὸς, οὕτω τραφεὶς, οὕτω θαυματουργήσας, διὰ ταῦτα παθὼν, σταυρωθεὶς, ἀποθανὼν, κήρυκας ἀποστείλας πᾶσιν ἀνθρώποις τοὺς ἱεροὺς μαθητὰς, εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνελήφθη· καὶ ταῦτα ἐν κεφαλαίῳ ἐν τοῖς πρὸς Τιμόθεον γραφεῖσιν, ὁ Ἀπόστολος ἡμᾶς ἐδίδαξε λέγων· « Ὁμολογουμένως μέγα ἐστὶ τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον, Θεὸς ἐφανερώθη ἐν σαρκὶ, ἐδικαιώθη ἐν Πνεύματι, ὤφθη ἀγγέλοις, ἐκηρύχθη ἔθνεσιν, ἐπιστώθη ἐν κόσμῳ, ἀνελήφθη ἐν δόξῃ. » Καὶ τὴν μὲν φανέρωσιν συνέζευξε τῇ σαρκὶ, τὴν δὲ δικαίωσιν κατὰ τὴν τῶν αἱρετικῶν ἀβελτηρίαν· ἐδικαιώθη δὲ τῇ συνεργείᾳ τοῦ Πνεύματος. Ἆρα τὸ δικαιῶσαν Πνεῦμα, κρεῖττον τοῦ δικαιωθέντος Υἱοῦ; Ἀλλ' οὐκέτι ταῦτα οὐκ ἔστι· τὸ γὰρ ἡμέτερον ἐδικαιώθη διὰ τοῦ ἐν αὐτῷ φανερωθέντος Θεοῦ, ὃς ἀχωρίστως αὐτῷ συνημμένος, τήν τε ἄκραν ἐπαίδευσεν ἀρετὴν, καὶ τῶν βελῶν τῆς ἁμαρτίας ἐφύλαξεν ἄγευστον, καὶ ἀμύητον, καὶ τῆς διαβολικῆς ἀπάτης ὑπέρτερον· καὶ θανάτου πρὸς βραχὺ γεύσασθαι συγχωρήσας, παραυτίκα τῆς ἐκείνου τυραννίδος ἀπήλλαξε, καὶ τῆς οἰκείας αὐτῷ ζωῆς μεταδέδωκε, καὶ εἰς οὐρανοὺς ἀνήγαγε, καὶ ἐκ δεξιῶν τῆς μεγαλωσύνης ἐκάθισεν, καὶ ὄνομα αὐτῷ ἐχαρίσατο τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα, τὴν οἰκείαν αὐτῷ ἀξίαν δωρησάμενος· καὶ τὴν τῆς φύσεως αὐτοῦ προσηγορίαν λαβὼν, Υἱὸς ἀνθρώπου ὁ προαιώνιος τοῦ Θεοῦ Λόγος ηὐδόκησεν ὀνομάζεσθαι. « Οὐδεὶς γὰρ, φησὶν, ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, εἰ μὴ ὁ ἐξ οὐρανοῦ καταβὰς ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, ὁ ὢν ἐν τῷ οὐρανῷ. » Κατέβη δὲ οὐχ ὁ ἐκ σπέρματος Δαβὶδ ἐκ τῶν οὐρανῶν, ἀλλ' ὁ τῶν [οὐρανῶν] ποιητὴς, ὁ ὑπέρχρονος Θεοῦ Λόγος, ὁ πρὸ τῶν αἰώνων ὑπάρχων· διὰ δὲ τὴν πρὸς τὸ ἀνθρώπινον ἕνωσιν, λαμβάνει τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου τὸ ὄνομα· καὶ ἑτέρωθι δὲ πάλιν οὕτως αὐτὸν προσαγορεύει· « Ἐὰν ἴδητε τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἀνερχόμενον ὅπου ἦν τὸ πρότερον· » οὐχ ἡ τοῦ δούλου μορφὴ, ἀλλ' ἡ τοῦ Θεοῦ μορφή· καὶ αὖθις· « Ὅτι υἱὸς ἀνθρώπου ἐστὶ, φησὶ, μὴ θαυμάζετε τοῦτο, ὅτι ἔρχεται ὥρα ἐν ᾗ ἀκούσονται οἱ ἐν τοῖς μνήμασι τῆς φωνῆς αὐτοῦ, καὶ ἐξελεύσονται οἱ τὰ ἀγαθὰ ποιήσαντες, εἰς ἀνάστασιν ζωῆς· οἱ δὲ τὰ φαῦλα πράξαντες, εἰς ἀνάστασιν κρίσεως. » Οὐ τῆς ἀνθρωπότητος δὲ ψιλῆς τοῦτο τὸ ἴδιον, ἀλλὰ τῆς ἐνεργούσης θεότητος, καὶ τῆς φαινομένης δὴ ἀνθρωπότητος διὰ τὴν πρὸς τὴν θεότητα συνάφειάν τε καὶ ἕνωσιν.

XXIX. *Ex Apostoli scriptis fit demonstratio perfectam fuisse in Christo hominis naturam.*

Sic natus Christus Dominus, sic enutritus, tot miraculis editis, atque ob hæc passioni deditus, crucifixus, mortuus, prædicatoribus ad universos homines missis sacris discipulis, in cœlum assumptus fuit. Hæc quidem summatim, dum ad Timotheum scriberet, nos docuit Apostolus dicens : « Sine dubio magnum est pietatis sacramentum, Deus in B carne apparuit, justificatus est in Spiritu, visus est angelis, prædicatus est in gentibus, creditum est ei in mundo, assumptus fuit in gloriam [86]. » Et manifestationem quidem hic connexuit propter carnem, justificationem autem propter hæreticorum stultitiam : justificatus est autem cooperante Spiritu. Num ergo Spiritus justificans potior est justificato Filio ? Nego enimvero : nam nostra potius natura justificata fuit, propter supervenientem ei Deum, qui eidem inseparabiliter conjunctus est, et summam docuit virtutem, et a peccati telis custodivit intactam atque intemeratam, et diabolica fraude superiorem ; quam cum brevi tempore mortem gustare permisisset, mox ejusdem tyrannide **842** *m* eripuit, eique propriam vitam impertitus C est, in cœlum extulit, et in dextera majestatis collocavit, eique nomen donavit quod est super omne nomen [87], suam nempe dignitatem ipsi conferens : ac naturæ appellationem illius sumens, qui erat ante sæcula Dei Verbum, Filius hominis nominari libenter voluit. « Nemo enim, inquit (Paulus), in cœlum ascendit, nisi qui de cœlo descendit Filius hominis, qui in cœlis est [88]. » Descendit autem de cœlo non is qui erat de Davidis semine, sed cœlorum creator, Dei ante omne tempus Verbum et ante sæcula. Hic propter suam cum humanitate adunationem, Filii hominis nomen accipit. Et alio rursus loco hunc ita appellat : « Si videritis Filium hominis illuc ascendentem ubi prius erat [89], » non servi D forma, sed forma Dei. Et rursus : « Quod filius hominis sit, inquit, ne miremini ; venit enim hora, qua ii qui in monumentis sunt audient vocem illius : et procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vitæ ; qui vero mala egerunt, in resurrectionem judicii [90]. » Non est hoc unius humanitatis proprium, sed operantis divinitatis, et simul humanitatis conspicuæ propter suam cum divinitate conjunctionem atque adunationem.

Λ'. *Ὅτι Υἱὸς ἡ τοῦ δούλου μορφὴ διὰ τὴν συνάφειαν ὡσαύτως προσαγορεύεται.*

Οὕτως ὁ Θεὸς Λόγος οἰκειοῦται τῆς τοῦ δούλου

XXX. *Quod forma servi ob eamdem conjunctionem Filius similiter appelletur.*

Ita Deus Verbum propriam sibi facit servilis

[86] Rom. VI, 5. [86] I Timoth. III, 16. [87] Philipp. II, 9. [88] Ephes. IV, 10. [89] Joan. VI, 63. [90] Joan. V, 27-29.

Digitized by Google

formæ vilitatem ; et Deus cum esset, homo voluit nominari ; atque ut hominis humilitatem assumpsit, ita huic vicissim sublimitatem communicavit. Vocatur enim Virginis parvulus Emmanuel [91], nempe is qui pannis est involutus [92], et ubera sugit, et lacte nutritur, diciturque magni consilii angelus, admirabilis consiliarius, et Deus fortis, ac dominator, et princeps pacis, et Pater futuri sæculi [93] ; nec non Filius Altissimi, et Servator, et Dominus, et universi mundi Creator. « Unus enim, inquit, Dominus Jesus Christus, per quem **843** *m* omnia [94]. » Et quidem Jesus et Christus nomina sunt incarnationis significativa. Incarnatio autem haud ante rerum creationem neque statim post creationem, sed extremis temporibus accidit. Quandoquidem igitur nomen Christus, non assumptum tantummodo, verum etiam assumens Verbum una cum assumpto denotat (namque id nomen Deum simul et hominem significat), Paulus attribuit ei qui visibilis est, propter suam cum invisibili conjunctionem, attribuit, inquam, universi mundi creationem et dispositionem. Quare et alibi Christum super omnia Deum appellat ; ait enim : « Ex quibus est secundum carnem Christus, qui est super omnia Deus [95]. » Non quia Davidis nepos ipse per se sit Deus, et super omnia, sed quia Dei summi templum erat, unitam copulatamque habens secum divinitatem.

A μορφῆς τὴν εὐτέλειαν, καὶ Θεὸς ὑπάρχων, ἄνθρωπος ἠθέλησεν ὀνομάζεσθαι. Καὶ ὥσπερ μετέλαβε τῶν τοῦ ἀνθρώπου ταπεινῶν, οὕτω τῶν ὑψηλῶν αὐτῷ μεταδέδωκε. Καλεῖται γὰρ τὸ τῆς Παρθένου βρέφος Ἐμμανουὴλ, καὶ τὸ τοῖς σπαργάνοις ἐνειλημμένον, καὶ θηλὴν ἕλκον, καὶ τρεφόμενον γάλακτι, καὶ καλεῖται μεγάλης βουλῆς Ἄγγελος, καὶ θαυμαστὸς σύμβουλος, καὶ Θεὸς ἰσχυρὸς, καὶ ἐξουσιαστὴς, καὶ ἄρχων εἰρήνης, καὶ Πατὴρ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος, καὶ Υἱὸς Ὑψίστου, καὶ Σωτὴρ, καὶ Κύριος, καὶ τῶν ὅλων Δημιουργός. « Εἷς γὰρ, φησὶ, Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα. » Καὶ μὴν τὰ *Ἰησοῦς* καὶ *Χριστὸς* ὀνόματα, τῆς οἰκονομίας εἰσὶ σημαντικά (1)· ἡ δὲ οἰκονομία, οὐ πρὸ τῆς κτίσεως, οὐδὲ εὐθὺς μετὰ τὴν κτίσιν, ἀλλ' ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν ἐγένετο·

B ἐπειδὴ τοίνυν τὸ *Χριστὸς* ὄνομα, οὐ τὸν ληφθέντα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν λαβόντα Λόγον μετὰ τοῦ ληφθέντος δηλοῖ (τοῦ Θεοῦ γὰρ καὶ τοῦ ἀνθρώπου τοῦτο σημαντικόν ἐστιν)· ὁ Παῦλος ἀνατίθησι καὶ τῷ ὁρωμένῳ διὰ τὴν πρὸς τὸ κρυπτόμενον ἕνωσιν, τὴν τοῦ παντὸς ποίησίν τε καὶ διακόσμησιν· διὸ καὶ ἑτέρωθι τὸν Χριστὸν ἐπὶ πάντων προσαγορεύει Θεόν· « Ἐξ ὧν γὰρ, φησὶν, Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεός. » Οὐκ ἐπειδὴ τοῦ Δαβὶδ ὁ ἀπόγονος αὐτὸς καθ' αὑτὸν Θεός ἐστι, καὶ ἐπὶ πάντων Θεὸς, ἀλλ' ὅτι τοῦ Θεοῦ τοῦ ἐπὶ πάντων ὑπῆρχε ναὸς, ἡνωμένην καὶ συνημμένην ἔχων ἑαυτῷ τὴν θεότητα.

XXXI. *Quod duæ sint naturæ, una autem persona Christi.*

ΛΑ'. *Ὅτι δύο μὲν εἰσὶ φύσεις, ἓν δὲ τὸ πρόσωπον τοῦ Χριστοῦ.*

C

Ideo « Jesus Christus heri et hodie, idem est et in sæcula [96]. » Non enim in duas personas dispensationis opus dividimus, neque duos filios pro Unigenito prædicamus et credimus, sed duas esse naturas et didicimus et docemus. Aliud enim est deitas, et aliud humanitas : aliud per se exsistens, et aliud quod factum est : aliud Dei forma, et aliud forma hominis : aliud sumens natura, aliud sumpta : aliud templum dissolutum, et aliud qui hoc dissolutum resuscitavit Deus.

Διὰ τοῦτο « Ἰησοῦς Χριστὸς χθὲς καὶ σήμερον, ὁ αὐτὸς καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας. » Οὐ γὰρ εἰς πρόσωπα δύο τὴν οἰκονομίαν μερίζομεν, οὐδὲ υἱοὺς δύο ἀντὶ τοῦ Μονογενοῦς κηρύττομέν τε καὶ δογματίζομεν, ἀλλὰ δύο μὲν τὰς φύσεις εἶναι καὶ μεμαθήκαμεν (2) καὶ διδάσκομεν· ἕτερον γὰρ θεότης, καὶ ἕτερον ἀνθρωπότης· ἕτερον τὸ ὄν, καὶ ἕτερον τὸ γενόμενον· ἄλλο ἡ τοῦ Θεοῦ μορφὴ, καὶ ἄλλο ἡ τοῦ ἀνθρώπου μορφή· καὶ ἄλλο ἡ λαβοῦσα, καὶ ἕτερον ἡ ληφθεῖσα· ἕτερον ὁ λυθεὶς ναὸς, καὶ ἕτερον ὁ λυθέντα τοῦτον ἀναστήσας Θεός.

XXXII. *Quod non concretionem, sed unionem in Christo dicere religiosum sit.*

ΛΒ'. *Ὅτι οὐ κρᾶσιν λέγειν ὅσιον, ἀλλ' ἕνωσιν ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ.*

Non ergo naturas confundimus, neque concretionem factoris facturæque dogmatizamus ; imo potius concretionis vocabulo confusionis significatum attribuimus. Porro Dei Verbi naturam scimus, et servilis formæ substantiam agnoscimus, utramque vero **844** *m* naturam ut unicum adoramus Filium. Invicem enim alterutrum nuncupatur Christus. Neque sola servi forma et divinitate carens, ita unquam a religionis rectæ magistris est appellata. Qui autem concretionem dicunt, hi concretioni confusionem oggerunt, confusionem vero mutatio

D

Οὐ τὰς φύσεις τοίνυν συγχέομεν, οὐδὲ κρᾶσιν ποιητοῦ καὶ ποιήματος δογματίζομεν, καὶ τῷ τῆς κράσεως ὀνόματι τὴν σύγχυσιν συνεισφέρομεν· ἀλλὰ καὶ τοῦ Θεοῦ Λόγου τὴν φύσιν γνωρίζομεν· καὶ τῆς μορφῆς τοῦ δούλου τὴν οὐσίαν γινώσκομεν, ἑκατέραν δὲ φύσιν ὡς ἕνα προσκυνοῦμεν Υἱόν· θάτερον γὰρ θατέρῳ Χριστὸς ὀνομάζεται, καὶ οὔτε ἡ τοῦ δούλου μορφὴ ψιλὴ, καὶ γυμνὴ τυγχάνουσα τῆς θεότητος, τοῦτο πώποτε παρὰ τῶν διδασκάλων ἐκλήθη τῆς εὐσεβείας. Οἱ δὲ τὴν κρᾶσιν λέγοντες, τῇ κράσει τὴν σύγχυσιν συνεισφέρουσι· τῇ δὲ συγχύσει ἡ τροπὴ

[91] Matth. I, 23. [92] Luc. II, 7. [93] Isa. IX, 6. [94] II Cor. VIII, 6. [95] Rom. IX, 5. [96] Hebr. XIII, 8.

(1) Confer apud nos Cyrillum explan. ad psalmum XLIV, v. 8. (*Hujusce Patrol. tom. LXIX.*)

(2) Adhucne Monophysitæ Cyrillum erroris sui patronum impudentissime dictitabunt?

Digitized by Google

συνεισφέρεται· τροπῆς δὲ εἰσιούσης, οὔτε Θεὸς ἐπὶ τῆς ἰδίας μένοι ἂν φύσεως, οὔτε ἄνθρωπος ἐπὶ τῆς οἰκείας. Ἀνάγκη γὰρ ἑκστῆναι τῶν τῆς οὐσίας ὅρων ἑκάτερον, καὶ μήτε τὸν Θεὸν γνωρίζεσθαι Θεὸν, μήτε τὸν ἄνθρωπον, ἄνθρωπον (1). Τοῦτο δὲ οὐδὲ ἐπὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου κατασκευῆς λάβοι ἄν τις εὖ φρονῶν. Οὐ γὰρ τῷ σώματι τὴν ψυχὴν κεκρᾶσθαι, ἀλλ' ἡνῶσθαι, καὶ συνῆφθαι, καὶ οἰκεῖν, καὶ ἐνεργεῖν φαμεν. Καὶ οὔτε τὴν ψυχὴν θνητὴν, οὔτε τὸ σῶμα εἴποι τις ἂν ἀθάνατον, μὴ κομιδῇ παραπαίων, ἀλλὰ τὴν μὲν ἑκατέραν [φύσιν] διαιροῦμεν, ἓν δὲ ζῶον γνωρίζομεν τὸ ἐξ ἐκείνων [cod. ἐκείνου] συγκείμενον· καὶ ἑκατέραν μὲν φύσιν διῃρημένοις ὀνόμασιν ὀνομάζομεν, τὴν μὲν ψυχὴν, τὸ δὲ σῶμα, τὸ δὲ ἐξ ἀμφοτέρων συνεστηκὸς ζῶον ἑτέρῳ καλοῦμεν ὀνόματι· ἄνθρωπον γὰρ προσαγορεύομεν (2). Ταῦτα τοίνυν καὶ ἐπὶ τῆς οἰκονομίας τὴν εἰκόνα λαβόντες, τῆς βλασφημίας ἀπαλλαγῶμεν ἐκείνης, καὶ τὴν κρᾶσιν καταλιπόντες (3), τῷ τῆς ἑνώσεως καὶ συναφείας καὶ κοινωνίας ὀνόματι χρώμενοι διατελέσωμεν· φύσεων μὲν [cod. φύσεως] διάκρισιν, προσώπου δὲ ἕνωσιν δογματίζοντες. Οὕτω τὴν Ἀρείου καὶ Εὐνομίου βλασφημίαν ἐλέγξομεν, τὰ μὲν ταπεινῶς εἰρημένα καὶ πεπραγμένα τῷ Σωτῆρι Χριστῷ, προσάπτοντες τῇ τοῦ δούλου μορφῇ· τὰ δὲ ὑψηλὰ καὶ θεοπρεπῆ καὶ μεγάλα, τῇ ὑψηλῇ καὶ μεγάλῃ καὶ πάντα νοῦν ὑπερβαινούσῃ ἀνατιθέντες θεότητι.

comitatur : facta denique mutatione, neque Deus in propria natura permanebit, neque item homo in sua. Necesse est enim ut uterque ex propriæ substantiæ finibus decedat ; ita ut neque Deus videatur jam Deus, neque homo item homo. Atqui hoc ne in hominis quidem structura quisquam prudens sibi persuadeat. Non enim corpori animam concretam, sed unitam copulatamque inhabitantemque et simul operantem dicimus. Neque item animam mortalem, neque corpus immortale quisquam dicet nisi plane desipiens; sed utramque naturam discernimus, unum tamen animal agnoscimus ex illis compositum : et utramque naturam diversis nominibus vocitamus, animam scilicet atque corpus dicimus ; quod vero ex utraque re conflatur animal, alio nomine vocamus, hominem scilicet nominamus. Hæc igitur etiam in iis quæ attinent ad incarnationem exempli instar sumentes, a blasphemia illa cavebimus ; et omissa concretione, vocabulis adunationis, conjunctionis, et communionis constanter utemur ; naturarum distinctionem, personæ vero unitatem dogmatizantes. Sic Arii et Eunomii blasphemiam refutabimus ; humiliter quidem dicta et facta a Servatore Christo servi formæ applicantes ; sublimia autem et Deo digna ac magna sublimi et magnæ et omnia excedenti attribuentes divinitati.

ΛΓ'. *Ὅτι τῆς ἡμετέρας φύσεως ἡ εἰς οὐρανοὺς ἀνάληψις τὰς τοῦ Πνεύματος δωρεὰς ἡμῖν προεξένησεν.*

845 *m* XXXIII. *Quod nostræ naturæ in cœlum assumptio, Spiritus sancti dona nobis comparaverit.*

Ἀλλὰ καιρὸς ἀναδραμεῖν ἐπὶ τὸ προκείμενον. Ἀναληφθεὶς τοίνυν εἰς οὐρανοὺς ὁ Δεσπότης Χριστὸς, καὶ ἑαυτὸν ὥσπερ ἐχέγγυον τῆς τῶν ἀνθρώπων εἰρήνης προσενεγκὼν τῷ Πατρὶ, πέμπει τοῖς ἀνθρώποις τὴν χάριν τοῦ Πνεύματος, ὥσπερ τινὰ τῶν ἐπηγγελμένων ἀγαθῶν ἀρραβῶνα, παιδοτρίβην, καὶ γυμναστὴν, τῶν τῆς εὐσεβείας ἀγωνιστὴν, φύλακα τῶν πιστευόντων ἀκοίμητον, φῶς τῶν προσιόντων ἀσβεστόν τε καὶ ἀνέσπερον, τῶν ψυχικῶν τραυμάτων θεραπευτὴν, ἰατρὸν τῶν ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας γινομένων τραυμάτων, στρατηγὸν ἀριστεύειν κατὰ τοῦ διαβόλου διδάσκοντα, ὑποπτέρους τοὺς χαμαιπετεῖς ἐργαζόμενον, τοὺς γηΐνους τὴν τῶν οὐρανῶν πολιτείαν παιδεύοντα, καταφρονεῖν σαρκὸς, ἐπιμελεῖσθαι ψυχῆς, διαπτύειν τὰ παρόντα, ἐφίεσθαι τῶν μελλόντων, ὁρᾷν τὰ προσδοκώμενα διὰ πίστεως, μηδὲν ἡγεῖσθαι τῶν ἐν τῷ βίῳ λαμπρὸν, δόξης καταγελᾷν, τῶν τοῦ πλούτου ῥευμάτων ὑπερορᾷν, ὥραν σώματος ὡς ἄνθος ὁρᾷν μαραινόμενον, μὴ ἀλγεῖν πενομένους, μὴ ἀνιᾶσθαι νοσοῦντας, χαίρειν ἀδικουμένους, λελατουμένους εὐφραίνεσθαι, φέρειν καρτερικῶς τὰ δεινὰ, ὑπερεύχεσθαι τῶν ἀντιδικούντων,

Sed jam tempus est revertendi ad propositum. Assumptus itaque in cœlum Christus Dominus, seque veluti humanæ pacis sponsorem Patri exhibens, mittit ad homines Spiritus sancti gratiam, ceu quamdam promissorum bonorum arrham, magistrum, gymnastam, piorum agonothetam, vigilem credentium custodem, lumen accedentium ad fidem inexstinguibile et minime occiduum, spiritalium vulnerum curatorem, impositarum a peccatis plagarum medicum ; ducem qui feliciter cum diabolo pugnare docet, et altivolantes facientem qui humi reptabant ; qui terrenos ad cœlestem vitam instituit, atque ut carnem contemnant, animæ curam gerant, præsentia despuant, futuris inhient, ea quæ per fidem exspectantur præ oculis habeant, nihil in mundo splendidum putent, gloriam irrideant, divitiarum torrentes despiciant, corporis pulchritudinem ceu florem caducum spectent, ne inopes doleant, ne ægroti ægre ferant, ut læsi gaudeant, spoliati lætentur, fortiter ærumnas tolerent, orent pro adversantibus, benedicant maledicentibus, atque omnimodam, ut semel dicam, philosophiam sectentur. Hæc

(1) Perspicua, mira ac peremptoria Cyrilli doctrina de naturarum in Christo distinctione! Ego vero lectores meos magnopere hortor, ut editam apud nos *Script. Vet.*, t. VI, novam Theoriani Græci cum Armenis Syrisque Jacobitis theologicam disputationem adeant, ubi res hæc luculentissime illustratur.

(2) En animæ et corporis in unico homine propositum recte exemplum, quo perverse abutebantur Monophysitæ.

(3) Sapienter hanc cautelam post natos errores exposcit Cyrillus. Etenim paulo ante Gregorius Nazianzenus, orat. 58, 13, ed. noviss., t. I, p. 671, adhuc scribebat de opere incarnationis : Ὢ τῆς καινῆς μίξεως! ὦ τῆς παραδόξου κράσεως!

Digitized by Google

docuit Spiritus gratia, hæc terram ac mare erudierunt, hæc etiam barbari post sui Servatoris adventum philosophantur, hæc terræ continentis incolæ, hæc milites, hæc qui extremos mundi fines habitant.

A σύλογεῖν τοὺς καταρωμένους, καὶ πᾶσαν ἁπαξαπλῶς φιλοσοφίαν μεταδιώκειν. Ταῦτα ἐδίδαξεν ἡ χάρις τοῦ Πνεύματος, ταῦτα γῆν [cod. δὲ pro γῆν] καὶ θάλατταν ἐξεπαίδευσεν, ταῦτα καὶ βάρβαροι μετὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος αὐτῶν φιλοσοφοῦσιν ἐπιδημίαν, ταῦτα ἠπειρῶται, ταῦτα οἱ στρατιῶται, ταῦτα οἱ τὰς ἐσχατιὰς τῆς οἰκουμένης οἰκοῦντες.

XXXIV. *Adhortatio ad agendas gratias, et a superflua curiositate dehortatio.*

Celebremus itaque innumerabilium bonorum datorem, qui ab extrema morum absurditate ad primigeniam nos naturam revocavit, eum, inquam, qui propter nos pauper est factus, ut nos paupertate ipsius ditaremur. Simulque laudemus verum **846** *m* ipsius Patrem, qui tantopere mundum dilexit ut B Filium suum unigenitum pro eo dederit, ut omnis qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam æternam [97] ; cumque Patre ac Filio sanctum Spiritum æque laudemus, in cujus nomine baptizati, doni arrham accipimus ; a quo nostræ animæ illuminantur, a quo incarnationis opus docemur, et in theologia instituimur, per quem a morum importunitate arcemur, per quem denique errore liberati veritatem agnovimus. Ab indaganda autem ingeniti natura cessemus, utrum ipse sit bonus ac justus, et utrum fieri possit ut quis non genitus nec factus exsistat. Cessemus item a scrutanda Unigeniti generatione ejusque ratione exquirenda, nec de ingenito genitoque dijudicemus, aut quod immensurabile est dimetiamur. Cessemus a malitiose vestiganda Spiritus processione, neque ea discere studeamus, quæ soli Patri et Filio et sancto Spiritui nota sunt. In iis, quos recepimus, finibus maneamus : ne terminos, quos patres nostri posuerunt, transferamus. Tradita nobis a Spiritu doctrina contenti simus. Ne velimus Pauli scientiam superare, qui ex parte aiebat se cognoscere, et ex parte prophetare, et in speculo et ænigmate veritatem videre [98]. Exspectemus speratorum bonorum possessum. Tunc perfecte cognoscemus, cum neque jactantia nobis nocebit, neque superbia nos præcipites aget, sed passione omni expertes erimus. Ergo præsenti tempore in doctrinis **847** *m* patrum perstemus ; ne majora forte quærentes, minoribus

ΛΔ'. *Προτροπὴ εὐχαριστίας, καὶ ἀποτροπὴ περιουσίας.*

Ἀνυμνήσωμεν τοίνυν τὸν τῶν ἀμυθήτων ἀγαθῶν χορηγὸν, τὸν ἐκ τῆς ἐσχάτης ἀλογίας εἰς τὴν προτέραν ἡμᾶς φύσιν ἐπαναγαγόντα, τὸν δι' ἡμᾶς πτωχεύσαντα, ἵνα ἡμεῖς τῇ ἐκείνου πτωχείᾳ πλουτήσωμεν· καὶ σὺν αὐτῷ τὸν γνήσιον αὐτοῦ Πατέρα, ὃς οὕτως ἠγάπησε τὸν κόσμον, ὡς δοῦναι τὸν μονογενῆ αὐτοῦ Υἱὸν ὑπὲρ αὐτοῦ, ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν μὴ ἀπόληται, ἀλλ' ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον· καὶ σὺν Πατρὶ καὶ Υἱῷ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐν ᾧ βαπτιζόμενοι τὸν τῆς δωρεᾶς ἀρραβῶνα λαμβάνομεν· δι' οὗ τὰς ψυχὰς φωτιζόμεθα, δι' οὗ τὴν οἰκονομίαν διδασκόμεθα, δι' οὗ τὴν θεολογίαν παιδευόμεθα, δι' οὗ τῆς ἀλογίας ἀπαλλαττόμεθα, δι' οὗ τῆς πλάνης ἠλευθερώθημεν, καὶ τὴν ἀλήθειαν ἐγνωμεν. Καὶ παυσώμεθα τὴν φύσιν πολυπραγμονοῦντες τοῦ ἀγεννήτου, εἰ καὶ αὐτὸς ἀγαθὸς καὶ δίκαιος, καὶ εἰ οἷόν τε εἶναί τινα μὴ γεννηθέντα ἢ γενόμενον· παυσώμεθα τὴν γέννησιν περιεργάζεσθαι τοῦ Μονογενοῦς, καὶ τὸν τρόπον ἐπιζητοῦντες, καὶ ἀγεννήτῳ καὶ γεννητῷ διαιτῶντες, καὶ μετροῦντες τὰ ἀμέτρητα· παυσώμεθα κακῶς ἀνιχνεύοντες τὴν τοῦ C Πνεύματος πρόοδον, καὶ ζητοῦντες μαθεῖν ἃ μόνῳ Πατρὶ καὶ Υἱῷ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι γνώριμα (1)· ἐμμείνωμεν οἷς ἐλάβομεν ὅροις· μὴ ὅρια μετενέγκωμεν ἃ ἔθεντο οἱ Πατέρες ἡμῶν· ἀρκεσθῶμεν τῇ δοθείσῃ διδασκαλίᾳ παρὰ τοῦ Πνεύματος. Μὴ βουληθῶμεν ὑπερβῆναι Παύλου τὴν γνῶσιν, ὃς ἐκ μέρους ἔφη γινώσκειν, καὶ ἐκ μέρους προφητεύειν, καὶ ἐν ἐσόπτρῳ βλέπειν καὶ ἐν αἰνίγματι τὴν ἀλήθειαν (2)· ἀναμείνωμεν τῶν ἐλπιζομένων ἀγαθῶν τὴν ἀπόλαυσιν. Τότε τὰ τέλεια μαθησόμεθα, ὅτε δι' ἀλαζονείας οὐ βλαβησόμεθα, ὅτε δι' ὑπερηφανίας οὐ πεσούμεθα, ὅτε ἐν ἀπαθείᾳ βιωσόμεθα. Οὐκοῦν ἐν τῷ παρόντι ταῖς τῶν πατέρων διδασκαλίαις ἐμμείνωμεν, ἵνα μὴ μείζω ζητοῦντες, καὶ τῶν ἐλαττόνων ἐκπέσωμεν· ὁ πέπον-

[97] Joan. III, 16. [98] I Cor. XIII, 9.

(1) Nicetas Aquileiensis, quinti sæculi homo, in pretioso suo *De Spiritu sancto* tractatu apud nos *Script. vet.*, t. VII, p. 319, pari sententia ait : *Utinam, ut fuerat traditum, cum Patre et Filio Spiritum sanctum simpliciter credidissent illi, qui postmodum quæstionem de Spiritu induxerunt! ut, puta, Macedoniani, vel eorum in hac curiositate participes. Dum enim quærunt et isti, qualis est Spiritus sanctus? unde est? quantus est? natus est? an factus est? sic iterum sciderunt populum, et vere, secundum Apostoli dictum, interminabilem quæstionem Ecclesiis induxerunt*, etc.

(2) Audiant hæc immodicæ et quasi meracæ (ut cum Tullio Tertullianoque loquar) rationalitatis amatores, qui tantam ætate nostra perniciem in Ecclesiam invehunt. Quid? Nonne ipsi hoc instituto suo fidem, totius religionis fundamentum, a Christo apostolisque præjactum, funditus subruunt? Nonne incautos asseclas ad gentilitatem vel potius ad atheismum vi pertrahunt? Nihil ergo divinæ Scripturæ, nihil sanctorum Patrum infinita volumina, nihil tot pro Christiana religione apologiæ effecerunt, sed ad barbariem rursus ac tenebras in tanta, ut isti putant, sæculi nostri civilitate ac luce regredimur? Equidem divinis perpetuitatis promissis firmiter nitimur : de illa tamen Ecclesiæ tranquillitate ac pace sollicitamur, quæ poterat esse continua, si tot pestilentium librorum turbulentia et importunitate careret.

Digitized by Google

θεν ὁ προπάτωρ Ἀδάμ· καὶ γὰρ ἐκεῖνος ἐπιθυμήσας γενέσθαι Θεὸς, καὶ τὸ εἶναι εἰκὼν Θεοῦ προσαπώλεσε.

A quoque excidamus : quod progenitor Adamus passus est, qui dum Deus fieri cupit, ut imago quoque Dei esset amisit.

ΛΕ'. *Ὅτι χρὴ Θεοτόκον καὶ ἀνθρωποτόκον λέγειν.*

Τοίνυν περὶ τὴν θεολογίαν μηδεὶς ἀπιστίαν νοσείτω, μηδεὶς περὶ τὴν οἰκονομίαν χωλευέτω, ἀλλὰ τὸν ἐκ Παρθένου γεννηθέντα Χριστὸν, Θεὸν ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπον ὁμολογείτω καθ' ἑκάτερον· διὰ τοῦτο γὰρ καὶ Θεοτόκος καὶ ἀνθρωποτόκος (1) ἡ ἁγία Παρθένος ὑπὸ τῶν τῆς εὐσεβείας διδασκάλων προσαγορεύεται· τοῦτο μὲν ὡς φύσει τὸν [δούλῳ] ἐοικότα γεννήσασα· ἐκεῖνο δὲ, ὡς τῆς τοῦ δούλου μορφῆς, καὶ Θεοῦ τὴν μορφὴν ἡνωμένην ἐχούσης οὕτω διὰ θεολογίας καὶ οἰκονομίας τὸν τὸ μυστήριον ἡμῖν τὸ ἀποκεκρυμμένον γνωρίσαντα ἀνυμνήσωμεν, καὶ διὰ τῆς τοῦ βίου καθαρότητος ναοὺς ἑαυτοὺς τῷ Θεῷ κατασκευάσαντες (2), ἔνοικον αὐτὸν λάβωμεν· καὶ ταῖς ἀκτῖσιν αὐτοῦ φωτιζόμενοι, ὡς ἐν ἡμέρᾳ εὐσχημόνως περιπατήσωμεν, προσδεχόμενοι τὴν μακαρίαν ἐλπίδα καὶ ἐπιφάνειαν τῆς δόξης τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ σὺν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα καὶ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

XXXV. *Quod oportet Dei et hominis matrem dicere (sanctam Virginem.)*

Ergo in theologia nemo incredulitate laboret, nemo circa incarnationis mysterium claudicet, sed ex Virgine natum Christum, Deum simul et hominem confiteatur. Propterea enim mater et Dei et hominis sancta Virgo a rectæ religionis magistris appellatur ; hoc quidem, quia naturaliter eum qui in forma servi erat genuit ; illud autem, quia servi forma formam Dei unitam habet. Atque ita eum laudemus, qui per theologiam et dispensationem mysterium nobis absconditum revelavit. Tum vero vitæ puritate templa nosmet Dei efficientes, habitatorem eumdem nanciscamur : ejusque splendoribus illuminati, sicut in die honeste ambulemus [99], exspectantes beatam spem et adventum gloriæ magni Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi [1], cum quo Patri unaque sancto Spiritui gloria et potentia in sæcula sæculorum. Amen.

[99] Rom. XIII, 13. [1] Tit. II, 13.

(1) Recte, si utrumque simul epitheton pronuntietur ; peperit enim Maria Christum Deum et hominem. Secus autem, si omisso Θεοτόκος, dicatur tantummodo ἀνθρωποτόκος, in Nestorianam blasphemiam incidere necesse est.

(2) Sic etiam prædictus Nicetas tractatum suum *De Spiritu sancto* concludit, p. 329 : *et deinceps pacem et dilectionem sectantes, bonis semper operibus abundemus*, etc.

Digitized by Google

IN LIBRUM.

DE SANCTA ET CONSUBSTANTIALI TRINITATE.

PAUCA EMENDATA ET ANIMADVERSA (1).

LECTORI.

Augustano eoque unico usi sumus horum librorum exemplari. Idcirco divinandum sæpe nobis fuit, eumque non pauca animadvertenda suppeterent, per bibliopolarum festinationem notare non licuit : quæ vero excerpi raptim potuerunt, ea tibi repræsentamus, ita tamen ut alia multa solertiæ tuæ ac judicio relicta memineris.

Pag. 386. ὅτι προσῆκεν ἡ γῆ. In exemplari Augnst. scriptum erat ἡ γῆ, quo forsan deceptus Œcolampadius vertit, *quid scilicet proferat terra?* Ibid. πολλά. In cod. Aug. πολλάς. Ibid. διακεκομμένην. In cod. Aug. διακομημένην, vitiose.

Pag. 387. ἢ καταρνήσῃ τὸ φάναι, καὶ τὸν ἐμὸν συνήθη καὶ περιτιμήσεις ὄκνον. Œcol., *aut negabis te dicturum, more meo, torporem perpetuum senectutis incommodum, et mihi haud rarum, deligens.* Ibid. ἐκκολακεύοντες. Œcol., *adulterantes.*

Pag. 388. πάρα σοι. In cod. Aug. ἄρά σοι. Ibid. κατάθει, *noli invehi.* Est enim καταθεῖν *invehi in aliquem :* quo in significatu Plato utitur in *Theæteto.* Male Œcol., *non attendis ingenii mei mediocritatem.* Non minus ridicule vertit quæ sequuntur καταθεῖν μὲν οὐ σκοπὸς ἐμοί, πολλοῦ γε καὶ δεῖ, *absit, ne ea mihi sit mens, ut quantumvis tenuem.*

Pag. 395. Post ὁμοιούσιον sequitur in versione Œcolamp., *tametsi etiam hoc merito dicatur aliqua ex parte.* Quæ verba non reperiuntur in Græco.

Pag. 396. εἰ γὰρ ἐξοίχοιτο μὲν τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, etc., ἀπώλεσθε μὲν ἀραρότως. Œcolamp. ita vertit, *nam siquidem substantia Dei ac Patris inferior est*, etc., *amiserit quidem digne.* Ibid. ἐπαγωνιζόμενοι τῷ λόγῳ. Œcol., *de verbo certantes.*

Pag. 397. πρεπόντων. In cod. August. προτρεπόντων. Ibid. Quidquid decem lineis ultimis continetur confer cum versione Œcolampadii.

Pag. 398. παραπεμαίνουσαν. Cod. Aug. παραποιμαίνουσαν.

Pag. 400. μήποτε. Ed. LXX, μή.

Pag. 401. κληδονισμῶν. LXX, κληδόνων. Ibid. ἡμῶν. LXX, σου. Ibid. ἐκ μέσου τῶν ἀδελφῶν. Ed. LXX, ἐκ τῶν ἀδελφῶν. Ibid. τὸ ῥῆμα. LXX, τὰ ῥήματα.

Pag. 405. συνδεδραμηκότων καὶ συνενεχθέντων εἰς ἓν φύσεώς τε θείας καὶ ἀνθρωπίνης ἀφράστως τε καὶ ἀπορρήτως, καὶ ὡς οὐκ ἔστι νοεῖν, εἰς ἑνότητα συντεθειμένων. Male Œcol., *dum divina humanaque natura in unum concurrerunt, et congregatæ sunt ineffabiliter ac indicibiliter, nec intelligitur quod sint in unitatem compositæ.*

Pag. 408. ἡνῶσθαί φαμεν καὶ τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν καθ' ἡμᾶς. Œcol., *unitum esse dicimus Patri Filium sicuti nos, et ultra quam nos.* Quæ postrema non sunt in Græco. Sequentia mire conturbat Œcol.

Pag. 412. ταύτητοι καὶ τοῖς ὑπὸ γένεσιν καὶ φθορὰν ἀσυντελὴς καὶ ἀσύνταχτος εἴη ἂν ἡ τοιάδε φύσις, *proindeque istiusmodi natura in rerum creatarum et corruptibilium loco atque ordine minime censeatur.* Œcol. perperam ita vertit, *et hanc ob causam creatis ac corruptibilibus inest natura talis imperfecta, et illi non coordinata.* Nec melius infra, καὶ τὸν τῆς τοιᾶσδε μεσότητος ὑφιζήσει τόπον, ἐν τοῖς γεγονόσιν ἀναμετρούμενος, *et inter creaturas locum mediationis dimetiens, se humi collocet.* Ibid. κτίσει. In exempl. Aug. κτήσει. Ibid. ἐξωφανεστέραις. Joannes Gramm. *Meteor.* 1, specula vocat δεξιοφανῆ καὶ ἐξωφανῆ.

Pag. 413. πικροὺς δὲ ὄντας αὐτοὺς καὶ ἰσχνολόγους, ὥσπερ οὖν οἴονται, καὶ φιλοκομποῦντας οἷς φασι, πῶς δὴ ἄρα κἀκεῖνο παρελάσαν ᾤχετο; Œcol., *dura enim et amara verba esse aiunt, ut sunt elegantiarum studiosi. Quo pacto nam et illud prætereunt?*

Pag. 415. οὐκ ἐν κόσμῳ τι δρᾷν οἰησόμεθα. Œcolamp., ridicule, *nunquid existimabimus non Patrem aliquid facere in mundo?* Sic etiam infra, ἀμαθὲς οὖν ἄρα παντελῶς κἂν γοῦν ἐνδοιάζειν ὅλως, ὅτι κοινὰ μὲν ἀμφοῖν τὰ πλεονεκτήματα τά τε εἰς δόξαν καὶ ὑπεροχήν. Œcol., *igitur omnino indocte loquuntur, utcunque studiosi sint : quoniam utrique communes sunt gloriæ et eminentiæ prærogativæ.* Cum verti deberet, *stultum igitur est prorsus, vel dubitare solum quin divinitatis insignia et quæcunque ad gloriam ejus et excellentiam pertinent, utrique sint communia.*

Pag. 416. δεῖν γὰρ οἶμαι καὶ ὧδε λέγειν, προτετιμηκότας τοῦ πρέποντος τὴν ἀναγκαίαν δήλωσιν. Œcol., *opinor enim sic dicendum iis qui veneranter congruam rei manifestationem.*

Pag. 417. παραπολὺ δὲ ἡδίων ἡ μελιττῶν ἐστι πόνος. Œcol., male, *sæpenumero autem dulcior melle labor est.*

Pag. 418. βολίδι. In cod. Aug. scriptum erat μόλιδι. Ibid. τῆς τῶν δογμάτων ὀρθότητος τὸ μὴ χρῆναι διαμαρτεῖν, οὐδὲν οἶμαι διαλογίζονται. *Nihil certe pensi habent a recta dogmatum ratione deflectere.* Œcol. ita vertit, *quod a rectitudine dogmatum non aberrare, opinor, existimentur.*

Pag. 420. εἰ ταυτί τε ἔχειν ἐροῦσιν ὀρθῶς, καὶ κατ' ἐκείνους ἔσονται τοὺς οἷσπερ ἐδόκει λέγειν. *Si hæc recta esse contenderint, et similes sint iis qui dicunt.* Perturbate ut sæpe solet Œcol., *si hæc dicant bene habere, dicetur hic quod et aliis recte dicitur, quasi de se dicant :* Ita infra, εἰ μὲν οὖν ὁ τῆς πατρότητος νόμος πάντῃ τε καὶ πάντως πρὸς τὸ ἀγεννήτους εἶναι τοὺς πατέρας μεμελέτηκεν ὑφοῦν, τί μὴ καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ πρὸς τὸ ἀγεννήτους εἶναι διάττομεν, ἀναδεδειγμένοι πατέρες; Œcol., *siquidem paternitatis ratio omnibus modis patres facit exultari, ut a ipsi ingeniti sint, cur non et nos ipsi, qui reverentiam habemus ut patres, in ingenitorum ordine constituimur?* Et postea, εἰ δὲ ὁ τῆς φύσεως θεσμὸς ἐπ' ἐκεῖνο μὲν οὐδαμῶς, ἀποφέρει γε μὴν ἐπὶ τὸ ἔχειν ἐξ ἑαυτῶν τὰ τικτόμενα. Œcol., *jam cum naturæ lex*

(1) Ab Joanne Auberto scilicet, qui de novo interpretatus est. Paginarum numeri lectorem revocant ad numeros typis grandioribus in textu expressos.

Digitized by Google

ea quæ nascuntur non ducit ad hoc, ut ex seipsis nascantur. Cum verti debeat, *sin autem naturæ lex eo non fertur, sed ad suscipiendam sobolem.*

Pag. 421. ἀπογεννώμεθα OEcol., *desinimus*; forte legit ἀπογενόμεθα.

Pag. 422. οὐκ ἐν ἴσῃ τάξει τοῖς πεποιημένοις τὴν ἐν χρόνῳ λαχόντα γένεσιν. OEcol., *non in ordine æquali cum creaturis sortitum in tempore habitudinem.*

Pag. 423. ἆρα γὰρ οὐχ ὥσπερ ἀγέννητον ἅπαν ἀγεννήτῳ παντὶ δοίη τις ἂν κοινὸν ἔχειν λόγον, etc. In toto hoc loco hallucinatus est OEcol.

Pag. 424. ἡμᾶς τε καὶ σέ. Desunt hæc verba in ed. LXX.

Pag. 428. ἀλλ' ὅτι. OEcol. legisse videtur ἀλλ' ἔστι.

Pag. 429. οὗ. Ita OEcol. legisse videtur, quem nos secuti sumus. In cod. Aug. εἰ.

Pag. 430. εἰ τὸ ἀγέννητον οὐσία, etc. Totum hunc locum torquet ac turbat OEcol.

Pag. 431. οὐ γὰρ ψιλὴν καὶ παρεφθαρμένην, etc. OEcol. misere hæc confundit.

Pag. 433. ἑξέδρα δὲ μᾶλλόν ἐστι. OEcol., *sed sedes potius sunt.* Putavit quippe legendum ἐξέδρα. Quæ sequuntur perperam transtulit, suo more.

Pag. 435. Quod superest post medium hujus paginæ, et quidquid aversa fere continetur, sic interturbat et confundit OEcol. ut non facile queat intelligi. In aliis nihilo saniorem versionem reperies. Quod quidem semel monuisse satis est : nam errata sigillatim percensere infinitum esset.

Pag. 438. κτίσμασιν. Cod. Aug. κτήμασιν. Ibid. μὴ νέμων. Cod. Aug. μὴ ἐρῶν.

Pag. 442. ἀναίρεσιν. OEcol. legit αἵρεσιν, vertit enim, *veritatis sectam.* Ibid. ἐξέστησάν τε διὰ τοῦτο αὐτῆς τὸ τῆς ἐνεργείας πολυειδές. OEcol. perperam ita vertit, *et inde provenire multiplicia opera.*

Pag. 443. καὶ ἰδίου καρποῦ τὴν τῶν ὅλων γενεσιουργὸν ἀπονεῖμαι φύσιν. OEcol., *sterilem absque fructu secedente.* Quo quid significetur ne ipse quidem intelligit.

Pag. 445. συνθεούσης reposuimus pro συντεθούσης. Ibid. ἀδιαβλήτως. OEcol. legisse videtur ἀμεταβλήτως.

Pag. 447. καὶ μή. Cod. Aug. καὶ μήν. Ibid. τί δὲ δὴ καὶ τὸ καταλεύειν αὐτὸν διακωλύσειεν ἄν, ἐγκαλοῦντας Ἰουδαϊκῶς; *quid porro vetat quominus eum quoque lapidibus petamus Judæorum instar exprobrantes?* OEcol., *cur autem sic vocare se illum veluerent, reprehendentes Judaice?*

Pag. 451. εἰδόσι In cod. Aug. εἰδεσι.

Pag. 452. γεννητός. OEcol. legisse videtur γενητῶν.

Pag. 455. ἆθρει δὴ οὖν ἵν' εἰσὶ κακοῦ, τὸ, ἑαυτοὺς δοκιμάζετε, εἰ ἐστὲ ἐν τῇ πίστει μεθέντες ὡς ἀποτάτω. Male OEcol., *vide igitur quantum aberrent, et si illos probaveritis.* Ibid. προσερήσομαι. In Aug. cod. προσαρνήσομαι.

Pag. 456. ἐκλελυπηχός. In exemplari Aug. ἐκλελυττηκός.

Pag. 458. ἧς. OEcol. legisse videtur οἷς.

Pag. 465. ἀποσοβοῦντες. In exempl. Aug. ἀποσοφοῦντες. Ibid. περιεστήξει. Sic περιέστηκεν accipit Dionys. Halicarnass. Usitatius erat περιέστη.

Pag. 466. εὐσεβὲς emendavimus cum in exempl. Aug. legeretur ἀσεβές. Quæ emendatio nostra cum versione OEcol. consentit.

Pag. 467. διαστίλβων φύσιν. OEcol., *conservans naturam.* Ibid. τὸ ἰσοστατοῦν. In exempl. Aug. vitiose scriptum erat ἰσοστρατοῦν.

Pag. 468. ἔχει. In cod. Aug. ἔχειν.

Pag. 471. ἀποχρώντως εὖ μάλα τὸν ἐν ᾧπερ ἂν γένοιτο πληροῦντος ναόν. Male OEcol., *non satis bene templum in quo fuerit implente.* Ibid. τῇ ἁπλῇ τε καὶ ἀσυνθέτῳ τοῦ Θεοῦ φύσει τὸν ἐοικότα προσώπῳ τῷ μὴ ἁπλῷ προσάπτοντα λόγον. Hæc verba OEcol. non tam explicat quam misere confundit, *cum simplici et incomposita natura Dei adaptantem Verbum simile personæ non simpliciter.*

Pag. 476. εἰ μὴ τὸ τῆς οὐσίας ταὐτὸν καὶ ἀπαραλλάκτως ἔχον συνεισφρῆσαι τρόπον τινὰ τῷ Θεῷ καὶ Πατρί. OEcol., *nisi substantiæ identitas nullo modo varians simul includat modum quemdam cum Deo et Patre.*

Pag. 479. εὐτυθείας. In exempl. Aug. ἀληθείας.

Pag. 483. καὶ ὥνπερ ἄν τις ἕλοιτο τὴν κτῆσιν ἀπεμπολήσειεν ἂν αὐτὴν κατά γε τὸ ἐγχωροῦν ὅτε μὴ φυσικοῖς εἰς τὸ ἀραρότως ἔχειν διακρατοῖτο νόμοις. Hoc est, *et quæ possidenda susceperis, eorum possessionem, si fors tulerit, amittes, cum naturalibus legibus in firmo et inconcusso statu non conserventur.* OEcol. vero, perturbate et ridicule, *et pro quibus quis voluerit creaturam commutabit, quantum possibile : quando etiam naturalibus legibus continentur ut congrue habeant.*

Pag. 484. Ὁ Υἱός. In exempl. Aug. ὁ Θεός. Ibid. ἀγαθήν deest in Vulg.

Pag. 490. κἀκεῖνο. Ita legisse videtur OEcol. In exempl. Aug. κἀκεῖνος.

Pag. 492. ἀγαθά. Vulg. Πνεῦμα ἅγιον.

Pag. 495. διὸ μνημονεύετε ὑμεῖς τὰ ἔθνη ἐν σαρκί. Vulg. διὸ μνημονεύετε ὅτι ὑμεῖς ποτε τὰ ἔθνη.

Pag. 496. ἐμβάλῃ. Vulg. ἐκβάλῃ.

Pag. 505. οὐκ ἠγνοηκότος. Cod. Aug. οὐκ ἐγνωκότος.

Ibid. οἳ καὶ τοῦ κόσμου τέθεινται φῶς, παρὰ τοῦ τὴν ἰδίαν οὐκ ἠγνοηκότος φύσιν, φημὶ δὴ τοῦ Χριστοῦ. OEcol., *quem et mundi posuerunt lucem, ejus propriam non ignorantes naturam, Christi inquam.*

Pag. 507. Πνεύματος. In exempl. August. παντός.

Pag. 508. Πατήρ. In exempl. Aug. πρός.

Pag. 512. παραδεδεγμένοι. In exempl. Augustano παραδεδειγμένοι.

Pag. 516. ἔρευνα. Sic emendavimus ex versione OEcol. cum vitiose legeretur ἔρανα. Ibid. κεκτημένος reposuimus pro νενικημένος, versionem OEcol. secuti.

Pag. 522. ὁ μονογενής. Scribe ὁμογενής. Ita OEcol. Ibid. οἳ. In exempl. Aug. οἱ.

Pag. 551. γράμμασι. OEcol. πράγμασι. Ibid. πίναξιν ἐς emendavimus pro eo quod in exempl. Aug. corrupte scriptum erat διναξινές.

Pag. 563. ἀνειμένον. Forte ἀνακείμενον. Ita legisse videtur OEcol.

Pag. 566. ἀπηλλωτριώθητε. Vul. κατηργήθητε.

Pag. 590. καταβάντος emend. pro κατὰ παντός.

Pag. 605. ἁγίων. In exemplari August. ἀλόγων.

Pag. 637. μόνην. In cod. Aug. μόνον. Ibid. συνδουλούμενοι. OEcol. legisse videtur συνδούμενοι.

Pag. 642. ἐγχέων emend. pro ἀγχέων. Ibid. ἐπενεγχών emend. pro ἐνενεγκών.

Pag. 645. Quæ uncis inclusa sunt desiderantur in versione OEcol.

Pag. 649. καταπημήνειεν. In exempl. Aug. καταποιμήνειεν.

Pag. 656. διὰ τοῦ ἐνοικοῦντος αὐτοῦ πνεύματος. Vulg. διὰ τὸ ἐνοικοῦν αὐτοῦ πνεῦμα.

Pag. 659. καὶ οὐδ' ὡς πιστεύσουσιν. I Cor. XIV, 21, καὶ οὐδ' οὕτως εἰσακούσονται.

Pag. 662. τῇ διακονίᾳ. Vulg. ἡ διακονία. Ibid. διαφέρει. Vulg. περισσεύει.

Pag. 664. πῶς ἂν νοοῖτο γενητὸν, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον Θεὸς καὶ ἐκ Θεοῦ κατὰ φύσιν, ὡς τὴν τοῦ Θεοῦ παρουσίαν ἀποπληροῦν δι' ἑαυτοῦ. OEcol., *quando igitur præsens est Spiritus in nobis, est natura et vere Deus.*

Pag. 670. ἢ χαράγματι. Vulg. ἢ λίθῳ χαράγματι.

Pag. 673. τὸν τῆς Αἰγυπτίας υἱόν. *Non Ægyptiæ quidem, sed Israelitidis ex Ægyptio viro.* Nomen Israelitidi Salomith filia Dabri Levit. XXIV, 11. Porro totus iste locus ab his verbis, *inevitabile supplicium*, usque ad, *si, ut ait Salvator*, in versione OEcol. non habetur.

Pag. 681. εἴη. In exempl. Aug. εἰ.

Digitized by Google

Pag. 682. Hæc verba, *et mortis vinculis obnoxius non esset*, in versione Vulcanii deerant.

Pag. 685. *Antiquissimæ fidei traditione contempta.* Desunt hæc in versione Vulc.

Pag. 694. ἀδουλήτως. In exempl. Aug. ἀσβύστως.

Pag. 707. *Seipsum incarnatum* sequebatur in versione Vulc. *sive corpore constantem*; quod in Græco exempl. Aug. desideratur.

Pag. 751. πέρι. In exempl. Aug. Πατρί. Ibid. δυσκλεές. In cod. Aug. δυσκελές.

INDEX ANALYTICUS.

Revocatur lector ad numeros charactere grandiori textui insertos. Per litteram *m* quæ numeros quosdam sequitur intellige tractatus S. Cyrilli ab Angelo Maio primum editos, quos in editione nostra recepimus.

A

Aaron cum Mose ab Israelitis lacessitus, 732.

Abrahæ semen apprehensum a Verbo, 765.

Accipiens inferior et posterior est dante, 741.

Accusationem incurret gentium turba, 731.

A corruptione quæ nos invaserat, Christus liberavit, 691.

Actiones et passiones Christi, 686.

Adami transgressio exsecrabiles nos fecit, 756. Adami prævaricationi sumus obnoxii, 722. Adam secundus est Christus, 736. Adamum patrem habentes corrupti eramus, 724. Transmisit maledictionem in nos, 724. Adamus, generis nostri auctor, vixit 930 annos, 95, 198, 365. Adamus in hominem viventem factus, Christus vero in spiritum vivificantem, 720. Adamus transmisit in nos transgressionis pœnam, 720. Adami nomen cur primo homini impositum, 806*m*.

Administer mysteriorum Paulus vocatus, 742.

Admirabili ratione secundum carnem natus est Deus, 718.

Adorandam filiorum dualitatem proponunt hæretici, 745.

Adoratio Emmanueli deferenda qualis, 700, 701. Adoratione privandus non est Unigenitus, 702.

Adoratorum in numero esse Christum, et quomodo, 623 *et seq.*

Adoratur Christus ut unigenitus, licet vocetur primogenitus, 700.

Ægyptiæ filius ob blasphemiam lapidatus, 672. Ægyptiorum liberatio, 716.

Æneas quomodo lavatus, 715.

Æqualitate naturæ par est Filius Patri, 705.

Æqualiter cum Deo operans est Deus, 662.

Æquivalens donum Christi caro, 692.

Ætate, sapientia et gratia Christum profecisse quomodo intelligendum, 739.

Æternitatem in se habet Christus, 710. Æternitatis Verbi testimonia, 20.

Ἀγγέλων quid, 726.

Ἀγεννησία quid, 434.

Alienæ sunt a veritate rationes hæreticorum, 749.

Aliud est Deus et aliud homo, 735. Aliud est deitas, aliud humanitas, 736.

